edi
sis

MA

TII S
54

CB1000169337
40M
240E
FRXX/16

274

ex lib. M. Federici Sancelsoni J. V. D.

# SVMMA
## D. GOFFREDI TRANENSIS,
## I. C. CLARISS.

N° 59

IN TIT. DECRETALIVM
omnibus vtilis & neceſſaria.

N 59

*A D. Io. Baptiſta Ziletto Veneto erroribus ſumma diligentia emendata.*

Cum eiuſdem Argumentis, ac copioſiſsimo Indice, tam principalium quàm emergentium quæſtionum nouiſſime adiecto.




*VENETIIS,*
*Ad candentis Salamandræ inſigne.*
M. D. LXIIII.

# Ad Lectorem.

*EXIERVNT in lucem elegantia & valde neceſſaria opera Do. Goffredi de Trano Iurium interpretis veriſſimi: tam rudibus quàm prouectis potiſſimum in iure pontificio militantibus cõuenientiſſima. Hic enim reperies quicquid alibi ſparſim quæris. Hic vias inuenies luminoſas quibus priſcos eliminabis errores: & reprobas opiniones veterum confutabis. Hic iudices animarum ſalubria quærent conſilia. Et ex quibus cauſis irregularitas diſpenſabilis vel indiſpenſabilis incurratur. inuenient & per quos valeat diſpenſari. qualiter conſideratis criminibus et circunſtantijs peccatorum adhibeātur remedia conſcientijs ſauciatis. Hic prælati: & alij forenſes iudices inſtruentur quomodo pro tribunali oporteat ſedere. Et vt celerius huius operis ſentiat commodum cultor aſſiduus poteſt ictu oculi Repertorium diſcurrere, in quo omnes principales et emergentes quæſtiones & quæ cognitu digna ſunt complectuntur. Et quicquid ſibi deſiderauerit erit inuentu facillimum. Vale.*

# INCIPIT SVMMA SVPER TIT. DECRETALIVM COMPILATA A MAGISTRO GOFFREDO DE TRANO, DOMINI PAPAE SVBDIACONO ET CAPELLANO.

GLOSARVM diuerſitas intelligétiam textus nonnunquam obtenebrat. et dum per eas. infra, & ſupra, diſcurritur ſtudẽtis diſtrahitur animus. hebetatur ingenium, & quaſi labirintum lector ingreſſus, & piſcis intra rethia prouolutus laqueos uidet undique. latus pertimeſcit utrunque & quo diuertat ignorat, ut qui prius incertus fuerat incertior relinquatur. Idcirco ego Gofredus de Trano domini Papæ ſubdiaconus & capellanus tam frequẽtibus quàm deuotis ſcholarium precibus exhortatus, ac officialium Romanæ Curiæ inſtantia prouocatus. ad cõmunem utilitatem & eorum maximè qui Iuris Canonici ſunt alumni. quorũ profectum libenter proſequor & amplector. Super rubricis Decretalium ſummam aggredior. de illius auxilio ſperans qui dat affluenter & non improperat. qui dixit. Aperi os tuum & ego adimplebo illud. A quo omnis modus locutionis poetice et quælibet decore pronunciationis ueritas ſumpſit exordium. In quo omnis ratio ſupernæ ſciẽtiæ uel terrenæ creaturæ conſiſtit. utpotè qui earum caput auctor eſt & origo. In eo enim perfecta uirtus & ſapientia inuenitur. In hoc igitur opere plenè inuenies quidquid alibi ſparſim quæris. In hoc in ſuis tractatibus omnia decidentur. Et tã rudes in Iure Canonico quã prouecti potiſſime tenentes cathedras magiſtrales uias inuenient luminoſas. per quas data copia diſſerendi errores eliminabunt antiquos, & reprobas opiniones ueterum confutabunt. Hic iudices animarum ſalubria quęrent conſilia. Hic ſub certis rubricis inuenient ex quibus cauſis irregularitas diſpenſabilis uel indiſpenſabilis incurratur. & per quos ualeat diſpenſari. Qualiter conſideratis criminibus & circunſtantijs peccatorum adhibeantur remedia conſcientijs ſauciatis. Hic Prælati & alij forenſes iudices inſtruentur quomodo pro tribunali oporteat iudicare. Verum quia nouum & ab alijs intemptatum aſſumo. & rude opus limam correctionis expoſcit. ſi quid dixero in hoc quod videatur ueritati contrarium. peritorum correctioni ſubijcio & expono. Nam ſi quid aliter ſapitis hoc vobis dominus reuelauit. & qualis ego ſum in ſcriptis aliorum. tales alios volo intellectores eſſe meorũ.

## *Summarium*

1 *Decretalium noua conſtitutio quare & à quo facta fuerit.*
2 *Rubrica hæc prima ponitur de Summa Trinitate & fide Catholica, & quare.*
3 *Sancta Trinitas cur ſumma uocetur.*
4 *Trinitas quare ſic dicatur.*
5 *Fides catholica quæ ſit.*
6 *Diſputare publicè non licet de fide catholica cum hominibus alienæ cõmunionis.*

## DE SVMMA TRINITATE & fide catholica. Rub.

POST procœmium in quo breui
1 ter edocemur† quare hæc noua cõ
pilatio facta ſit. veteri diſſoluta ualet quia diuerſæ cõſtitutiones & decretales epiſtolę ſummorum pontificum in diuerſa ſparſæ uolumina quarum alique propter nimiam ſimilitudinem, & quædã propter contrarietatẽ. nonnullæ etiã ob ſui pro lixitatẽ confuſionem inducere uidebantur. aliquæ vero uagabantur extra uolumina ſupradicta. quæ tanquã incertæ frequẽter in iudicijs vacillabãt. Et ideò Græegorius Papa nonus piæ memoriæ ad utilitatem publicam in unum uolumen reſecatis ſuperfluis mandauit redigi. adiectis ſuis conſtitutionibus ꝑ quas nõnulla quæ in prioribus erant dubia declarantur. ut in eodem procœmio continetur. ¶Ponitur prima rubrica de Summa Trini. & fide catho. nec ſine mi
2 niſterio ponitur primo loco† ipſa enim
eſt uniuerſorum principiũ. ut infra capitu. primo in princi. ab eo elementa & eorum diſpoſitio producta ſunt in orbẽ terrarum ut. C. de ue. iur. enu. l. j. in prin. Hæc ſancta Trinitas primam per moyſen & alios prophetas doctrinam præbuit humano generi ſalutarẽ. ut infra. c. j. § hæc ſancta. Et licet de hac materia non humano ore loquendum ſit ſed diuino. de conſe. diſt. ij. in Chriſto patri. Aliqua tamen ſub cõpendio uideamus.
3 Et primo † cur ſumma dicatur & quidẽ
quia maior eſt prior eſt omnibus rebus
4 ut ſuperius dictum eſt. † Trinitas dicitur
eo, quod licet una ſit ſubſtantia e ſſentia ſeu natura diuina. Eſt tamen pater qui generat, filius qui gignitur, & ſpiritusſanctus qui ꝓcedit. ut diſtinctiones ſint in ꝑſonis & unitas ĩ natura. Nã licet alius ſit pater, alius filius, alius ſpiritusſanctus. non tñ aliud. Sed id qđ eſt pater eſt & filius idem & omnino eſt & ſpiri
5 tuſſanctus. ut infra eo. c. damnamus. † Fi
des autem catholica hæc eſt quę in ſymbolo continetur. quam romana tenet ecclesia. ut xxiiij. q. ij. j. hæc eſt fides quam firmetur credere & ſimpliciter confiteri debemus. ut infra eod. c. j in princi. &
6 xxiij. di. qui epiſcopus † de qua turbis
adunatis publicè diſputare non licet. ut.
7 C. eod. ti. l. nemo, in princ. † Sollicitì
enim eſſe debemus ut margaritas noſtras ante porcos non mittamus. ut. xj. q. iij. nolite recedere. §. nolite mittere. Et ne de ſecretioribus diuinæ ſentẽtiæ omnibus proloquãmur. ut. xliij. di. in mãdatis, nec magiſtris canonum & cuſtodibus fas eſt inire certamen. cum hominibus alienæ communionis. ut, xxiiij. q. iij. Cum quibus, in fi. quod intellige, cum quis publicè de fide contẽdit, & ex hoc tumultus & per fidei occaſionẽ querẽs: ut dicit lex præal. nemo Aliter in fide inſtruendi ſunt ſimplices. ut. x. q. j. placuit, & hæretici confutandi. ut. xix. di. ſecũdum, de con. diſ. ij. In Chriſto pater, & in pleriſq; capitulis in eadem di. poſitis. & C. de epiſcopus, & cler. l. quoniã. Non ſolum autem uirgines & continentes uerum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam deo placẽtes ad eternam merentur beatitudinem peruenire. ut infra c. firmiter, in fi. Violatores autem fidei in æternum peribũt ſaluis pænis temporalibus quæ talibus imponuntur ut dicemus. infra de hære.

## *Summarium*

1 *Ius naturale quando proditum ſit.*
2 *Sacerdotio tranſlato neceſſe eſt ut legis tranſlatio*

*translatio fiat.*
3 *Decreta & conſtitutiones quis ediderit.*
4 *Iuris præcepta quæ ſint.*
5 *Conſtitutio uerbum, quid propriè dicatur.*
6 *Conſtitutio qualis eſſe debeat.*
7 *Conſtitutio quid ſit, & quid conſuetudo.*
8 *Conſtitutio à quibus fieri poßit. & nu. 9. cum ſeq.*
9 *Populus Romanus an poßit hodie legem condere.*
10 *Senatus an legem condere poßit.*
11 *Papæ auctoritas in concilijs excepta intelligitur*
12 *Conſtitutionum cauſa quæ ſit.*
13 *Conſtitutionum quatuor ſunt uirtutes.*
14 *Conſtitutionibus qualiter derogetur.*
15 *Iura omnia ſunt in pectore Papæ uel Principis.*
16 *Factorum labore memoriam, & in nullo peccare, diuinitatis eſt potius quàm humanitatis.*
17 *Canon poſterior ordine corrigitur per priorem.*
18 *Temporum ſucceſſus non ordo ſcripturæ in legibus & decretalibus attenditur.*
19 *Conſtitutio quando liget.*
20 *Pœna non ſeruantium conſtitutiones canonicas quæ ſit.*
21 *Conſtitutiones canonicas interpretantur qui eas faciunt.*
22 *Res inter quoſdam iudicata alijs non præiudicat.*

## DE CONSTITVTIONIbus. Rub.

1 POSTQVAM† Deus formauit hominem ad imaginem & ſimilitudinē ſuam. ut. xxiij. q. v. hæc imago. & in ætate uirili, ut de pœni. di. ij. §. Romanos prodijt cum eo ius naturale. Illud enim incæpit ab exordio ratio
2 nabilis creaturæ. ut. v. di. in prin. †Demū lex vetus data eſt per Moyſen & prophetas poſt modum tranſlato ſacerdotio lex noua ſucceſſit. ut infra. e. c tranſlato. Sed quia hominum creſcente malitia effrenata cupiditas quotidie noua litigia generabat. ut ſupra in prooemio. ita ut plura eſſent negocia quam uoca
3 bula. ut. ff. de præſcri. uer. l. natura.† Sancti patres decreta & cōſtitutiones ſummi Pontifices ediderūt ut ſub iuris regulis homines coartati diſcant honeſte uiuere, Alterum non lædere, ius ſuum cui
4 q; tribuere.†hæc enim, ſunt præcepta iuris. ut. ff. de iuſticia & iure l. iuſticia. §. iu
5 ris præcepta.†Et licet hoc uerbum conſtitutio ad omnes Decretales omneſq; leges ualeat prorogari. Nam aliâs reſtricto uocabulo conſtitutiones dicūt principum leges populi romani & edicta prætorum. In hac tamen Rubrica tractatur ſpecialiter de quibuſdam conſtitutionibus quæ dici poſſunt conſtitutiones conſtitutionum. quia ſub Rubrica iſta tractatur de alijs ſtatutis canonicis obſeruandis. ut infra. eo. ti. c. j. Et de ui & poteſtate aliarum conſtitutionum. Omnis enim conſtitutio cum editur futuris dat formam negocijs, & præterita diſpendijs non commendat. ut infra. eo. c. ij. qui poſſunt in rebus eccleſiaſticis conſtituere quia non layci. ut. infra eo. ti. quæ in eccleſiarū. & c. eccleſia. &
6 xcvj. di. bene quidem.† Quod conſtitutio debet eſſe clara nihil ambiguum cōtinens uel obſcurum. ut infra. eo. c. ulti. iiij di. erit. infra de uerb. ſigni. abbate. Nihil eſt adeò conſtitutionum & legū proprium ſicut claritas ut in autent. de teſt. imperfe. §. nos igitur, colla. viij. ¶ Videndum eſt igitur quid ſit conſtitutio. unde dicatur. quis poſſit facere conſtitutionem. quæ cauſa ſit conſtituendi. Quæ uirtutes conſtitutionum & qualiter conſtitutionibus derogetur, quando conſtitutio incipit arctare. & quæ ſit pæna nō
7 obſeruātium. ¶Conſtitutio† eſt ius ſcriptum. j. di. §. cum itaq; Sicut conſuetudo eſt ius non ſcriptum moribus utentium approbatum. ut ea. di. Conſuetudo. Nam ex non ſcripto ius uenit ut inſti. de iure natu. gen. & ciui. §. ex nō ſcripto. & ergo cōpetēter poſt iſtum tractatum ſequitur tractatus de conſuetudine. ¶Dicitur cōſtitutio, quaſi commune ſta
8 tutum¶†Nam Papa cum fratribus ſuis, & cæte-

& cæteri prelati cum capitulis & canonicis ſuis cóſtitutiones facere poſſunt. ut infra de ſent. excom. inter alia infra de his que fi.a prela.per totum.¶ Poteſt & legatus conſtitutionem facere. vt infra de uerbo.ſigni.ex parte. infra de loca.& conduc. Ex reſcripto. infra de con ſang. & aff. quod dilectio. infra de offi. le.c.vj. ¶Item & capitulú circa ea quæ ad ipſum ſpectant ut infra.e.c.Cum acceſſiſſent,& c. Cum inferatur. Poteſt & aliud collegium approbatum. ut infra e.c.ex litteris.Ité ſynodus prouincialis. ut.xvſ.di.;qđ dicitis. Sinodus epiſcopalis.ut.xviij.di.de concilijs.& c.decreuimus. ſic & princeps cú ſuis proceribus conſtitutionem facere poteſt, ut. C. de le.& con.l.humanú.Et præfectus præto rio,ut.C.de offi.prefec. preto.l. normá. Item hi quibus mandat . Imperator. ut & in prologo inſti. §.cúq; hoc deo pro picio peractum . & hoc eſt quod alibi dicitur omnia noſtra facimus quibus a nobis auctoritas impartitur. ut C.de ue. iur.enu.l.j.§ cumq; .&.§.ſed neq; .¶Ité
9 populus romanus † etiam legem hodie uel. conſtitutionem condere poteſt. ut patet ex deſcriptione legis ut inſti. de iure na.gen.& ciui.§. lex eſt licet dicatur poteſtas in principem tranſlata. ut C. de uet. iure enu.l.j. §. & hoc etiam dicitur enim translata.j. conceſſa non quòd omnis populus a ſe abdicauit poteſtatem & ſic dicitur transferri iuriſdictio a delegante in delegatum .ut .ff. de offi.eius cui man.eſt iuriſ.l.j.§.qui mandatum nam & ſi olim poteſtatem condendi legem populus in principem trá ſtuliſſet tamen poſtea reuocauit.ut.ff.de or.in.l.ij.§. ex actis. §. quod ad magi-
10 ſtratus. & l. cum placuiſſet.¶† Item ſenatus legem condere poteſt ut .ff.de le. & ſe. con.l. non.l. non ambigitur. Nec ob.quod alias dicitur ſoli principi licet condere leges.ut.C.eo.ti.l.ult. quia ſuperiores de quibus dictú eſt quòd poſſint condere legem principis auctoritate condere intelliguntur .Sic & in Papa dicendum eſt ut legati . prelati . capitula & concilia auctoritate ipſius fa-
11 cere conſtitutiones intelliguntur † Vnde & in concilijs excepta intelligitur auctoritas domini Papæ ut ifra de elec. ſignificaſti. xvij.di. per totum. iij. q.vj. dudum.&.c. peregina. ix.q.ij. cuncta.& c.ſaluo.& ita uidimus quod ſit conſtitutio.unde dicatur.& quis conſtitutionem
12 facere poteſt. ¶ Cauſa † uero conſtitutionum eſt ut appetitus noxius ſub iuris regulis limitetur.ut ſupra in prohæmio & ut humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia. ut.iiij.d.facere. ¶ Virtutes autem con-
13 ſtitutionum † ſunt quattuor. Omnis enim conſtitutio aut præcipit ut ſtatuta canonica obſeruari. ut infra eo.c.j.ut clerici regulare propoſitum & honeſtú habitum deferentes continenter & caſtè uiuere ſtudeant.ut infra.de ui. & ho. cle.c.deus qui.&.c. ut clericorum. Aut prohibet ut clericos ſecularibus negocijs immiſeri . ut infra ne cle. uel mo.& infra ne prælati. uices ſuas per totum,& idem in omnibus edictis prohibitorijs, aut permittit ut uir fortis præmium petat.ut.iiij.di. omnis lex xxiij.q.j.milita re. Item minora permittit ut maiora uitentur.ut.xiij.di. nerui. Aut punit ſcelera & delicta infrà de pæ.per totum un de uerſus. Quattuor ex uerbis uirtutes collige leges. Permittit punit imperat atque uetat. Conſilia uerò quæ in iure inueniuntur uoluntatis ſunt nó neceſſitatis.ut. xxviij. di.ſic enim neque & c. iam nunc. xiiij.q.j. quòd præcipitur. ff. de re.uen.l.is qui deſtinauit.& ideo non adijcitur quintum membrum nam hoc continetur ſub illo membro permittit, qui enim conſulit ſatis permittit. ¶De
14 rogatur enim† conſtitutioni priori per poſteriorem.ut infrà de cogna.ſpi.c.j.ff. de le.& con. nó eſt nouum etiam ſi nulla in poſteriori mentio habeatur, licet ſecus ſit in reſcriptis ut infra de reſcriptis c. Cæterum. & c. ex parte. Et eſt ratio diuerſitatis quia in legibus & conſtitutionibus continentur iura.
15 †. Omnia autem iura ſunt in pectore

re Papæ uel Principis. ut C. de teſta.l. omnium. Et ideo cum princeps condit legem poſteriorem quaſi ex certa ſcientia faciat memor prioris tollitur prior. Sed in reſcriptis continentur
16 facta † factorum autem omnium habere memoriam & in nullo peccare, diuinitatis eſt potius quàm humanitatis. ut C. de ue.iu.enu.l.j.§. ſi quod autem. unde non præſumitur quòd papa conſcius primi reſcripti concedat ſecundum. & hoc intelligo in priore & in poſteriore ſecundum tempora non ſecundum ordinem ſcripture. nam decre. infra de ma. & ob. ſtatuimus poſterior eſt in ordine ſcripturæ illa decre. infra hic. eo. ti. quoniam. & tamen quæ prior eſt ordine non tempore interpretatur poſte-
17 riorem ordine. † Sic et alias canon poſterior ordine corrigitur per priorem. ut xxx. q. iij. poſt ſuſceptum. & c. ſuper
18 quibus, † unde in legibus & decretalibus non ordo ſcripturæ ſed temporum ſucceſſus attenditur. Nam lex. C. quæ confirmat Codicem factum & conſummatum poſt Codicem edita eſt & tamé in princ. C. poſita eſt. ut. C. de iuſticia. Co. confir. l. una. ſic & lex quæ eſt in C. de ſacra. cal. l. j. facit mentionem de lege poſterius edita. C. de iudi. l. rem non nouam. ſic lex. C. de col. illam facit mentionem de lege poſterius edita. C. de ſuis & legi. hære. ſi defunctus, nec enim ordo ſcripturæ inſpiciendus eſt. ut. ff. de ſolu. l. nec enim quàmuis lex alibi dicatur primis pro loco ponendis. poſteriore ſecundis. ut. C. de no. C. confir. l. una.
19 ¶ Incipit auté † conſtitutio arctare poſt duos menſes poſtquam inſinuata & publicata fuerit. ut in autent. ut factæ no. conſti. in rub. & in prin. l. coll. v. infrà nec le uel mo. c. ult. & ſic intelligo. xvj. di. quod dicitis. xij. q. ij. qui & humanis ante hoc tempus ignorantes non litigantur ut e.c. cognoſcentes. lxxvij. di. propoſuiſti. ¶ Reſtat uidere de pœna non ſeruantium conſtitutiones canonicas.
20 † Et eſt ſciendum quòd ſi quis eas non habet arguédus eſt de neglectu. qui habet & qui nõ ſeruat corripiendus eſt de temeritate, ut xx. diſtin. ſi decreta. Sed ſi in cõtemptum Romanæ eccleſiæ quis non ſeruet. hæreticus eſt cenſendus. ut xx. diſ. de libellis in fi. Saluis alijs pœnis qui per ſingula iura ſingulariter im-
21 ponuntur non obſeruantibus eas. † Vnũ non omitto quòd omnes illi qui conſtitutiones condere poſſunt eas interpretãtur. ut ſcilicet de ſen. ex inter alia. C. e. ti. l. ul. infrà de ſequeſtra. c. j. C. de lega. l. j. Item conſuetudo. ut ff. eo. ti. ſi de interpretatione. & l. minimè infra de cõſue. Cum dilectus & hæc interpretatio eſt generalis & neceſſaria. ſed non in ſcriptis redigenda. eo quod dicitur ius non ſcriptum. ut. ff. e. ti. l. de quibus. §. j. Interpretatur magiſter. ut C. de profeſſo. qui in conſtan. ci. l. j. quàmuis eius interpretatio non ſit neceſſaria. quia nullius addictus iurare in uerba magiſtri. Interpretatur iudex, ut. ff. de legi. & cõ. l. nam ut ait. quæ interpretatio & ſi ſit neceſſaria & in ſcriptis redigenda non
22 tamé eſt generalis † quia res inter quoſdam iudicata alijs non præiudicat. ut. C. quibus res iudi. non no. l. j. & ij. Aliquãdo minor interpretatur mandatum maioris. ut infrà de poſt. ad hoc.

## *Summarium*

1 *Reſcripta quando uim conſtitutionis habeant*
2 *Reſcriptum quid ſit.*
3 *Reſcripta an faciant ius.*
4 *Reſcriptum quis poſſit concedere.*
5 *Reſcriptum à quo poſſit impetrari.*
6 *Reſcriptorum uis atque poteſtas quæ ſit.*
7 *Quos Deus coniunxit homo non ſeparet, quomodo intelligatur.*
8 *Bigamus an promoueri poſſit.*
9 *Ordinandus ſine crimine eſſe debet.*
10 *Papa eſt maior Paulo in adminiſtratione.*

11 Papa eſt loco Petri & Chriſti uicarius.
12 Temporale quando pro ſpirituale dari poſsit
13 Principis auctoritas teſtamentum non ſolenne ualidat.
14 Et facit ex nudo pacto dari actionem.
15 Reſcripta iuri contraria ſunt abycienda.
16 Pontificem una epiſtola multa tollere iura non eſt uerisimile.
17 Papa quando ſit conſulendus.
18 Reſcriptum contra conſuetudinem non ualet
19 Reſcripta damnoſa fiſco, uel utilitati publicæ ſunt reycienda.
20 Reſcriptum modicam uel leuem læſionem continens, ualet.
21 Damna modica tolerantur.
22 Modica deceptio eſt tolerabilis
23 Reſcriptum enormem læſionem inducens, & in totum alterius ius abſorbens, non ualet.
24 Reſcriptum denegandum eſt, ubicunque denegatur petitio.
25 Reſcriptum qualiter tollatur.
26 Intellectus ad.c. Cæterum, &c. ex parte infra eod.
27 Reſcriptis duobus impetratis cum dubitatur de prioritate & poſterioritate, quid ſit agendum.
28 Reſcriptum primum generale quando elidatur per poſterius ſpeciale. Et quid ſi utrunque eſt ſpeciale. nu. 29.
30 Literas diuerſas ſi diuerſi impetrant, ſuper diuerſis & contra diuerſos, an talis diuerſitas noceat.
31 Reſcriptum ab appellato impetratum infra tempus appellationi præfixum non tenet
32 Reſcriptum ab excommunicato impetratum eliditur.
33 Reſcriptum lite pendente obtentum non ualet.
34 Reſcriptum tollitur ex uitio uiſibili & inuiſibili.
Reſcriptorum uitia quędam uiſibilia & quę dam inuiſibilia.
35 Literæ impetratæ ſeriem facti non continentes an ualeant. Et quid ſi non contineant litem eſſe motam, & ſi non fiat mẽtio de diſpenſatione, nu. 36.
37 Ratio quare in reſcriptis requiritur mentio in ſecundo ut primum tollatur, non autem requiritur in legibus uel teſtamentis. & nu. 40.
38 Princeps omnia iura in pectore habet.
39 Factorum omnium habere memoriam, & in nullo peccare diuinitatis potius eſt quàm humanitatis.
41 Iudex exceptionem peremptoriam aptam ad litem conteſtandam conuerſam ad dilatoriam contra reſcriptum admittere non debet in uim dilatoriæ.
42 Intellectus ad. c. per ueſtras, infra de dona. inter uir. & uxor.
43 Reſcriptum an & quando elidat ſuggeſtio falſitatis, uel ſuppreſsio ueritatis.
44 Reſcriptum impetratum per alium ſine mandato domini an elidatur.
45 Canonicus an poſsit ſine mandato pro eccleſia ſua impetrare reſcriptum.
46 Reſcripta an ſint ſtricti iuris, ut ad alias res uel perſonas non extendantur.
47 Reſcriptum à quo interpretetur de dubio ſuper eo contingente.
48 Reſcriptorum auctoritas per quantum tẽpus duret. & nu. 49.
49 Imperfecta uoluntas per ſe non tollit ſolenne teſtamentum præcedens, ſed cum decennio tollit.
50 Priuilegia an ſint perpetua.
51 Intellectus ad.c. ſi de terra, &c. accedentibus de priuileg.
52 Generalia reſcripta quæ ſint.
53 Speciale reſcriptum quid ſit.
54 Iuriſdictionem quæ literæ conferant.
55 Iudex à ſuperiore delegatus, niſi fuerit petitus, recuſari poteſt.
56 Reſcripta quæ cõferant merã executionẽ.
57 Mandati fines quando dicantur excedi.
58 Intellectus l. ſi ut proponis C. de executio. rei iudi. & l. ſi prætor. ff. de iudici.
59 Reſcripta quare contineant ius cõmune.
60 Reſcripta quæ gratiam ſpecialem contineant.
61 Diſcedere à iure communi quæ faciant.
62 Impetrantes reſcripta per ſuggeſtionem falſitatis, & ueritatis ſuppreſsionem, quibus pœnis ſit puniendi.

De

## ¶DE RESCRIPTIS.
Rubrica.

DICTVM eſt ſupra de conſti.
1 † Sed quia reſcripta quo ad il-
los quibus & inter quos conce
duntur uim conſtitutionum habent. I-
deo ſubſequenter de reſcriptis ſubijciamus. ¶ Videamus ergo quid ſit reſcri-
ptũ. Quis concedere poſſit. Quis reſcri-
ptum impetrare. Super quibus rebus.
Quæ uis ac poteſtas eorum. Qualiter re
ſcriptum elidatur. Quis reſcripta inter-
pretetur, ſi ſuper eo dubitare contin-
gat. Quanto tempore durat eorum au-
ctoritas. Quæ reſcripta ſint generalia.
Quæ ſpecialia, Quæ iuriſditionem con
ferunt. & quæ meram executionem.
Quæ ius commune continent. Et quæ
gratiam ſpecialẽ. Et quæ pœna debea-
tur his qui reſcripta impetrãt per ſug-
geſtionem falſitatis, & ueritatis ſuppreſ
2 ſionem. ¶ Reſcripta † Papæ uel Prin-
cipis ſunt mandata quæ ad inſtantiam
alicuius uel aliquorum ſeu proprio,
motu: uel ex relationibus abſentium,
uel ex ſuggeſtione præſentium, uel ad
conſultationem facit, uel cum aliquid
alicui uel aliquibus corpori uel colle-
gio uniuerſitati uel ciuitati mandatur
3 ſeu indulgetur. † Talia enim ius faciũt
non generale ſed ſpeciale in negocijs
& inter perſonas, in quibus & inter
quas promulgata ſunt. ut. C. de legi. &
4 conſtitu. l. ij. ¶ Reſcriptum † concedere
poteſt in eccleſiaſticis Papa. In ſecula-
5 ribus Imperator. ¶ † Quicunque nomi
ne ſuo poteſt agere, poteſt & reſcriptũ
per procuratorem impetrare, dummo-
do ſuper hoc habeat mandatum ſpe-
ciale, ut infrà e. c. nonnulli. ¶ De uiri-
6 bus autem † reſcriptorum ſciendum eſt
quòd aut reſcriptum eſt ſecundum ius,
aut præter ius aut contra ius. Si eſt ſecũ
dum ius uim conſtitutionis habet. Talis
enim eſt decret. epiſtola. & in cauſis dif
finiendis auctoritatem habet. ut xix. di.
per totum. Si præter ius ſimiliter ut con
ſtitutionis habet & arctat illos quos diri
gitur: Nam & ſi uix ferendum iugum a
ſancta Roma. ſede imponitur pia tamẽ
deuotione tollerandum eſt, ut xix. di. in
memoriam. Aut is cui mandatum diri
gitur rationabilẽ cauſam aſſignet qua-
re quod mandatur adimplere non poſ-
ſit. ut infrà eo. c. ſi quando. Si contra ius,
& forte contra dictum Dei, Apoſtolo-
rum, uel Euangeliſtarum aliquid pro-
deat ominò reſpuitur. ut xxv. q. j. sũt qui
dam. quia necdum minor in maiorem
ſed par in parem non habet imperium.
.ff. de arb. l. nã &. ff. ad trebel. l. ille à quo
§. tempeſtiuum. eorum tamen dicta uel
ſtatuta poteſt Papa modificare unde il-
7 lud. † Quos Deus coniunxit homo non
ſeparet ſic modificatur per ſummum
pontificem, coniunxit conſenſu animo
rum & carnis commercio alias primum
interueniat non ſecundum. ſeparantur
per ingreſſum religionis. ut ĩfrà de cõ
uerſio. coniuga. uerum &. c. Ex publi-
co. non ſic ſi alter coniugum uelit re-
manere in domo propria ut. eo. ti. ex
parte tua, in fi. Item modificatur & ali-
ter illud uerbum quos deus coniunxit
homo non ſeparet ſcilicet uiolenter ſi
ne lege & abſque ratione. Sic modificat
Iſidorus xxiij. q. ij. Quos deus coniun-
8 xit. Sic † modificatur dictum Apoſto.
oportet ordinandum eſſe unius uxoris
uirum ut xxvj. di. in prin. & c. j. ſcilicet
ad ſacros ordines, ut infrà de big. ſuper
eo. Nec. ob. quod dicitur. xxxiiij. di. le
ctor, ubi ex diſpenſatione ad ſubdiaco
natum bigamus promouetur quia illud
intelligitur ſecundum ſtatutũ primiti-
uæ eccleſiæ quando ſubdiaconatus non
erat ſacer ordo. ut xxxij. di. Eos. & lx.
di. nullus. hodie ſecus ut infrà de ſer-
uis non ordi. miramur infrà de tempo
re ordina. A multis quamuis dicatur
Lucium Papam diſpenſaſſe cum Panor
mitano Archiepiſcopo, qui bigamus
erat. Sed Nicholaus furioſus ſcripſit
non ſine furore quòd ſi ex diſpenſatio
ne bigamus ordinaretur non recipe-
ret caracterẽ ſicut nec aſinus. Sed hoc
non approbo per id quod legitur. l. di.

9 quicunque. Item Apoſtolus dicit † ordi
nandus ſine crimine eſſe. ut. xxxv. di.
per tot. Sed hoc modificatur per ſum-
mos pontifices, qui ordinauerunt. etiã
per epiſcopos diſpenſari poſſe in crimi
ne adulterij & in minoribus. ut infrà de
iudi. At ſi clerici. Sed certè hæc nõ ſunt
contra Apoſtolũ, quia Apoſtolus nõ
10 prohibuit diſpenſari. † Vel dic quòd
Papa eſt maior paulo in adminiſtratio
11 ne ut xx. di. § j. Nam † Papa eſt loco Pe
tri. ut. xxiiij. q. j. quoniam uerus & ſic fit
uicarius Ieſu Chriſti. ut infra de tran
sla. prælat. c. inter corporalia infra ut
eccle. bene. ſine dimi. confe. ut noſtrum
Petrus aũt in adminiſtratiõe maior fuit
paulo ut ij. q. vij. puto xxj. di. in nouo.
ſic & mandatum domini de dandis de-
cimis quod habetur. xvj. q. j. reuertimi
ni. modificatur per ſummos pontifices
qui ſuper hoc quibuſdam immunitatẽ
indulgent. ut infra de deci. Ex parte.
qui ſtatuerunt ſuper decimis amicabi-
liter poſſe componi. ut infra de dicimis
ſuggeſtum &. c. Ex multiplici infra de
tranſac. Statuimus. &. c. de cætero in-
fra de confirm. uti. uel inuti. uenera-
biles ſic & modificatur illud uerbum
domini. In ore duorum &c. ut ij. q. iiij.
in prin. infra de teſta. relatum. nam ex-
ponitur negatiuè id eſt non paucorũ. ut
12 infra de teſtibus. † licet ſic & ſtatutũ
ueteris teſtamẽti de nõ dãdis tẽporali
bus pro ſpiritualibus modificatur, quia
poteſt quis dare de redimẽdo uexatio-
nem. ut infra de ſymo. Mattheus. Item
poteſt dari temporale pro ſpirituali ex
prouiſione ſuperioris. ut infra de pa-
ctis. Cum pridem infra de præben. niſi.
quaſi ſuperioris auctoritas uitium pur-
get. ut. ff. de his qui no. infa. l. furt. § qui
iuſſu infra de tranſac. ſtatuimus &. c. ue
13 niens, Sicut † auctoritas principis mi-
nus ſolenne teſtamentum facit ſolen-
14 ne ut. C. de teſta. l. omnium. † quæ fa-
cit ex nudo pacto dari actionem. ut. ff.
de pac. l. legitima qui mutat ſubſtãtia-
lia. ut. C. communia de le. l. ij. C. de
15 rei uxori ac. l. una. † Si autem con-
tra ius poſitiuum aliquod reſcriptum e-
manat abiſciendum eſt. ut. xxv. q. ij. re-
ſcripta C. de præcipi. impera. offe. l. re-
ſcripta. Nec enim ratione reſcripti re-
cedendum eſt a iure cõmuni ut infra de
æta. & qua. Eam te. niſi expreſſe in re-
in reſcripto contineatur, non obſtante
conſtitutione uel iure tali. ut. ff. de le.
iij. l. ſi quis in prin. infra de offi. dele. ſu-
16 per quæſtionum, † aliàs non eſt uerìſimi
le ſummum Pontificem una epiſtola
multa uelle tollere iura. ut infra de elec.
Eccleſia ueſtra C. de inoffi. teſt. l. ſi quã
17 do. † Sed ſi ſuper iure aliqua dubitatio
oriatur Papa conſulendus eſt ut infra
de fide inſtru. paſtoralis. & in hoc poſſet
poni exemplum infra de conceſſi. præ-
ben. dilectus, de qua probabiliter dubi-
tatur an ſit reuocata per aliam decre. po
ſteriorem tempore non ordine infra de
18 elec. ne pro defectu. † Sed ſi reſcriptum
ſit contra conſuetudinem præualet con
ſuetudo. nam præualet iuri ſi ſit ratio-
nabilis & præſcripta. ut infra de cõſue.
19 c. ul. & ut dicemus in ti. illo. Item † ſi
reſcriptum ſit contra fiſcum uel contra
publicam utilitatem reſpuitur prima
iuſſio & expectatur ſecunda. ut C. de p̃-
ci. impera. of. l. nec dãnoſa. & in auc. ut
nulli iudi. §. & hæc quoque iubemus. &
de man. principium §. deinde. ſi uero cõ
20 tra ius priuati. diſtinguitur. Aut † in le-
uem & modicam læſionem, ut ſi Papa
mandet in ſuo reſcripto quòd non ad
miſſis dilatorijs exceptionibus proceda
tur in principali, uel ſi mandet actionẽ
ſeu petitionem alicuius differri, ut cum
indulget cruce ſignatis non conuenire
tempore crucis, tale reſcriptum ualet.
ut C. de præci. impera. offe. l. quotiens.
21 & l. reſcripta. † nam modica damna to-
lerantur. ar. xij. q. ij. terrulas. & c. ſi quos
de ſeruis. &. c. bonæ rei. & infra de his
quæ fi. a præ. ſine conſen. ca. c. paſtora-
22 lis. ff. de in inte. reſti. l. ſcio. † Sic & dece
ptio modica tolleratur ut ff. de mino. l.
in cauſæ. §. Idem Pompo. magna uerò
reſcinditur. ut C. de reſcin. uen. l. rẽ ma-
23 ioris. Cæterum † ſi reſcriptum enormẽ

alicui læſionem inducat & in totum ius eius abſorbeat non ualet,ut in prædicta l.quoti.& infra de deci.ſuggeſtum infra de dona. Apoſtolicæ infra de uerb. ſig. quid per nouale ff.ne quid in loco pub. l.ij.§. ſiquis a princi. ff. ne quid in flu. pub.l.j.§.ſunt qui putant,eo ſaluo quòd ex delicto auferuntur omnia bona, ut C.de bonis dam. per totum infra de iudæis & ſara. ad liberandam infra de hæræ.uergẽtis infra ne cle.uel mo. relatũ, alias non eſt uериſimile quòd Papa uel Imperator improbam indulgeat actionem,ut C.de peti.bo.ſub.l.j. lib.x. ff. de
24 mino.deniq; in prin.†. Vbicunq;.n. denegatur petitio denegandum eſt reſcriptum,ut C.ſi nup.& reſcripto pe.l.ij.niſi forte aliquid ſit quod proſit impetranti & nulli obſit.ff. de ſena. l. nuptæ.uel cui princeps ſine exemplo ſubuenit, ut inſti.de iure naturali gen.& ciui.§. Sed & quod principi placuit,ut.xxv.q.ij.re-
25 ſcriptũ. ¶Tollitur reſcriptũ†ſi per ſuggeſtionem falſitatis uel rei ſuppreſſionem fuerit impetratum & ſcienter uel ignoranter. Sed per talem qua non interueniente literæ non fuiſſent obtentæ,ut infra eo.ti.ſuper literis etiam ſi reſcriptum ſit conſentaneum iuri,ut.xxv. q.ij. & ſi legibus C. ſi contra ius uel uti. pu.& ſi legibus. Et eodem modo tollitur ſi per mendatium iuris obtineatur, ut.xxv.q.ij.præſcriptio. & C.ſi cõtra ius uel uti.pu. præſcriptum. ſi quis ſuggerẽs principi eſſe de iure quod non eſt impetra,quamuis non ſit uerіſimile principẽ in hoc falli, ut C. de teſta.l. omnium. Tollitur reſcriptum primum per poſterius faciendo mentionem de ipſo primo. & tunc ipſo iure. ut infra de off de le.c.literis.& c.paſtoralis.§.præterea,in fi.ſi uerò in poſteriori non fiat mentio de priori tollitur poſterius per primũ. ſed non ipſo iure ſed ope exceptionis. & eſt ratio diuerſitatis, quia in primo caſu certi ſumus de uoluntate principis uel Papæ quòd uoluerit primum tolli, cum in ſecundo de ipſo fecerit mentio-
26 nem. ¶In†ſecundo autem caſu cum in uno de altero mentio non habetur, de uoluntate principis ignoramus quod illorum uoluerit præualere,& ideo requirimus opem exceptionis ex primo contra ſecundum, & ſic intelligimus infra eo.c.Cæterum.&.c.ex parte. Huic opinioni non ob. decreta. præalle.de offi. deleg.Ex literis, in qua dicitur quòd primi iudices habuerunt iuriſditionem cũ in ſecundis literis non fiat mentio de primis,ſed intelligo ibi exceptum fuiſſe contra ſecundas. Et ſic reſpondeo ad decre. Cæterum, quod enim ibi dicit quòd ſecundæ literæ non facientes mẽtionem de primis nullam obtinent firmitatem,uerum eſſe intelligo ſi excipiatur ex primis, ſed moueberis & dices nonne abſurdum eſt quod primi iudices ex primis literis & ſecundi ex ſecundis iuriſditionem habeant in eodem negocio,& inter eaſdem perſonas. Reſpondeo contra contingit ratione dubitationis,ut infra eo.c.paſtoralis.&.c.cum cõtingat, ſicut & alia fiunt ratione dubitationis,ut infra de appella.Si duobus &. c.Cum parati.ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena,& eodem modo intellige tolli reſcriptum per exceptionem ut in ſuperiori caſu quando impetratur reſcriptum per mendacium, nam & tunc reſcriptum taliter impetratum confert iuriſditionem. Ita ut ſi excipiatur de uitio literarum ſuper hoc emergenti exceptione iudex cognoſcet,ut infra de ap.ſuper eo.§. ſi autem. xxv.q.ij.& ſi non cognitio.C.ſi cõtra ius uel uti.pub l. & ſi non cognitio. & per ſententiam ſua decernet quòd impetrator careat impetratis ſeruata tamen diſtinctione quæ habetur infra eo. ſuper literis,& ſi nimia mentientis improbitas inuenitur ſeueritati ſubijciat iudicantis,ut.xxv.q.ij.& ſi legibus. C.ſi contra ius uel uti.pu. l. & ſi legibus.ſed Tan. ſcripſit quòd ſecundæ literæ non facientes mentionem de primis ipſo iure non ualent,& hanc opinionem fundauit ex uerbo quodam quod erat in decretali infra eo. ti. cæterum, ſecundum ueteram compilationem, ita enim con-

 tinebat

tinebatur in ea, nec ſecundę literæ de iure obtinent alicuius roboris firmitatem, exponebat ipſe, id eſt, ipſo iure, ſed compilator huius uoluminis ex induſtria ſicut puto amouit illud uerbum de iure quod materiam præſtabat erroris. Confunditur autem Tan. opinio infra eo. ſi autem &.c. plerunque. nam ſi ego impetrem reſcriptum primum & tu ſecundum non facta mentione de primo & ego maliciosè uel negligenter non utor meo reſcripto infra annum computandum à tempore tui reſcripti, uteris tuo, ſine metu exceptionis quod non fieret ſi ſecundum impetratum, non habita mentione de primo eſſet nullum ipſo iure. ¶Item ſi auctoritate ſecundarum literarum non facientium mentionem de primis per ſecundos iudices procedatur niſi excipiatur de primo proceſſu & ſententia lata per primos iudices ualet ſecunda ſententia, ut infra de ſen. &
27 de re iudi. inter monaſterium, † ubi autem dubitatur de duobus reſcriptis q̃d ſit primum quòd ſit poſterius, utpote quia eadem eſt data utriuſque, ſi impetrata à diuerſis ſuper diuerſis, ſed ad eoſdem iudices tunc ſuperior conſulatur, ut infra de offi. deleg. ſanè, ſi uerò diuerſa fuerint obtenta reſcripta à diuerſis & ad diuerſos iudices, ſed ſuper eodem negotio, & dubitatur, quod ſit prius & quod ſit poſterius, tunc ſeruanda eſt doct. illarum decreta. infra c. paſtoralis. & c. Cum contingat. ¶Item elidi-
28 tur † primum reſcriptum generale per poſterius ſpeciale etiam ſi in ſpeciali de generali nulla mentio haberetur. in eo tamen quod in ſpeciali ſpecialiter continetur, ut infra eo. cap. paſtoralis. Vbi autem utrunq; reſcriptũ eſt ſpeciale ſed unum eſt ſuper certo & aliud ſuper incerto. requiritur in ſecundo mentio de priori, ut infra de off. dele. ex pte ¶ Itẽ
29 tolluntur reſcripta † ſi ab eodem duo paria fuerint impetrata quorum poſterius mentionem de priori non facit, ſi ad diuerſos iudices obtenta ſint cauſa uexandi reum coram diuerſis. nunc coram iſtis. nunc coram illis. ſecus ſi hoc fiat ad cautelam ne alterum amittatur, uel ne iudices unius interim moriatur uno tamen impetrato uti intendit, ut infra eo. ti. Ex tenore. & C. de aſſer. tollẽ. l. j. §. ul. ſed ſi duo reſcripta eiuſdem tenoris impetrentur ad eoſdem iudices. tunc nullum eſt uitium. unum enim eſſe uidetur. ut. ff. de teſta. l. unum. ff. de his quæ in teſta. dele. l. ul. & . ff. de bono. poſſeſ. ſecundum ta. l. j. §. ij. & ideo conſuetudo curiæ habeat frequentius duplicare litteras propter pericula uiarum. Vbi uerò quis impetrat diuerſas litteras ad diuerſos contra diuerſos talis diuerſitas nihil obeſt ſed ſi contra eundẽ talis diuerſitas obeſt in perſonalibus actionibus quæ commodius coram eodẽ uel eiſdem iudicibus poterant expediri, ut infra eo. ti. c. ult. & . ff. de quibus re.
30 ad eũdẽ iudi. eatur. ¶Item † ſi diuerſi impetrant diuerſas litteras ſuper diuerſis & contra diuerſos. hæc diuerſitas nihil ob eſt. & idem ſi contra eundem. eo ſaluo quod ſi plures impetrant diuerſas litteras ſuper diuerſis beneficijs contra eãdem eccleſiam unus illorum obtinebit quæ prius ad executores literas reportabit, ut infra eo. ti. capitulum quia intelligo cum Papa non intendit grauare eccleſiam in receptione duorum, ut infra eo. ti. capitulum quam intentionem Papæ colligo ex forma litterarum, ut ſi in litteris cõtineatur. ſi pro alio uel alijs ibidem non ſcripſimus, ut infra eod. ti. mandatum, uel ſic niſi pro alio per nos ueſtra eccleſia ſit grauata, ut infra eo. c. litteris. c. cæterum. ſi hæc uel ſimilia eccleſia cui ſcribitur ſit grauata in receptione alicuius uel aliorum de mandato domini Papæ non tamen competit exceptio. nam & ſi graue quid apponatur ab eccleſia Ro. ferẽdum eſt. ut xviij. di. in memoriam. uel ſaltem excuſan-
31 dum, ut infra eo. ti. ſi quando. † Item eliditur reſcriptum ſi ab appellato fuerit impetratum infra tempus appellationi præfixum, ut infra de appel. Sepe & c. oblatæ. infra de confir. uti. uel inuti.

bonæ

32 bonæ memoriæ.†Item eliditur ſi ab excommunicato fuerit impetratum, ut infra de eta. & qua. c. cum bone. infra de proba. poſt ceſſionem infra de procu.c.
33 ult. Item†eliditur reſcriptum obtẽtum lite pendente, ut infra ut lite pen.c.j.ij. & ulti.nam lite pendente ſupplicare nõ licet niſi in caſibus. ut. C. ut lite pen. l. ij. in auten. in medio li. non expec. ſacras iuſ.§.ſuper hoc colla. viij. ¶Itẽ tol
34 litur†reſcriptũ ex uitio uiſibili & ĩuiſibili,intelligibili tamen.Vitia enim reſcriptorum quædam ſunt uiſibilia,quædam inuiſibilia ſed ĩtelligibilia.Viſibilia ſunt quæ arguto ingenio, perſpicaci oculo cerni poſſunt de quibus ponuntur ſeptem exempla infra de crimine fal. licet.Inuiſibilia ſed intelligibilia ſunt, ut ſuggeſtio falſitatis et ſuppreſſio ueritatis.de quibus dictum eſt ſupra.†Item cũ
35 litteræ impetrantur non continentes ſeriem facit.ut infra de coha. cle.& mu.ſuper eo.et cauſam facti.ut infra eo.ti.dilectus infra de ſen. excõ. cum pro cauſa
36 Item†cum non continent litem eſſe motam & pendere, ut infra ut lite pen. c. dilectus filius. Item ſi nõ fiat mentio de diſpenſatione, ut infra de filijs presby. ex tua. de compoſitione, ut infra de deci. ex multiplici. de ſtatuto,ut infra eo. conſtitutus. de priuilegio, ut infra eo. ti.cum ordinem de ſententia,ut infra de ſen.& re iudi. inter monaſterium. Vnde uerſus ſi priuilegium ſi diſpenſatio pactum. Vel ſi reſcriptum ſententia ſiue ſtatutum. Finis tolletur niſi mentio
37 factam probetur¶Sed quæritur†quæ ſit ratio quare in reſcriptis requiritur mentio in ſecundo ut primũ tollatur non autem requiritur in legibus uel teſtis. Lex enim poſterior tollit priorem & ſi nullam de priori habeat mentionem ut.ff. dele.et ſena.conſul.l.non eſt nouum. Similiter & ultima uolũtas ſeruanda eſt. ut.xiij.q.ij. ultimo. Reſpon. In legibus
38 continentur iura. † Omnia autem iura in pectore principis ſunt.ut. C.de teſta. l. omnium,unde cum legem condit poſteriorem, quaſi ex certa ſcientia memor prioris tollitur prior. In reſcriptis
39 uerò continentur facta†factorum autem omnium hẽre memoriam & in nullo peccare diuinitatis eſt potius quam humanitatis. ut. C. de uete. iu. enu l.ii.§. ſi quid autem, nec perſumitur Papa ex certa cõſciẽtia indulgere ſecũdũ reſcriptum poſt primum ſine cauſa, ſi prioris immemor eſt, ut infra de off. dele. Ex
40 parte.†In teſtis autem illa eſt ratione libertas ſupremi iudicij reſtringatur. ut. ff. pro ſocio.l. cum duobus. §. idem reſpondit nihil enim ita hominibus debetur ſicut ut ultimæ uoluntatis liber ſit ſtillus.ut.C. de ſac.ſac.ec.l.j. Hoc tamẽ falit in teſtamento] inter liberos quod per ſecundum diſpoſitionem non tollitur niſi teſtator in ſecundo teſtamento declaret primum teſtamentum nolle ualere. ut. C. de teſta. in auten. hoc inter liberos. Item fallit cum quis in primo teſtamento interdixit ſibi licentia iterum teſtandi.nam hoc teſtamentum nõ tollitur niſi in ſecundo de priori mentio habeatur. ut. ff. dele. iij. l. ſiquis in
41 prin. † Vnum non omitto quod ſi quis exceptionem peremptoriam & aptam ad litem conteſtandam, conuertat ad dilatoriam contra reſcriptum iudex eã admitttere non debet in uim dilatoriæ, ſed dicet proponenti ut eam proponat in propria ui. Nam alias quælibet perẽptoria poſſet reduci ad dilatoriã, & hoc
42 rediculum eſſet.†Sed uidetur obſtare in fra de dona. inter vi. & ux. per ueſtras. ubi exceptio rei iudicatæ quæ eſt perẽptoria reducitur ad dilatoriam contra reſcriptum.Sed dic quod ibi non proponebatur exceptio rei iudicatæ ſed exceptio dilatoria cõtra reſcriptum.eo quod in ipſo non fiebat mentio de proceſſu. ut infra de ſen. & re iud. inter monaſte
43 rium. ¶ Aliquando ſuggeſtio † falſitatis, uel ſuppreſſio ueritatis ex ſimplicitate proueniens non elidit reſcriptũ. Sed impedit formam. Et tunc datus iudex pro tenore ueritatis non pro deprecantis affirmatione cognoſcere debet.ut infra e.ſuper literis.xxv.q.ij. præſcriptione.

ſcriptione C. ſi contra ius uel uti. pu. l.
præſcriptione. Aliquádo ſufficit aliqua
narratorum in literis eſſe uera dummo
do eorum reſcriptum competat cóclu-
ſio literarum. ut infra de iudi. Exhibita.
& ſecundum hoc intelligo infra de præ
ben. Cum iam dudum infra de ap. ſi-
gnificauit ſecus ſi nó competent. ut in-
fra eo. titu. olim. in fi. ¶ Eliditur reſcri-
44 ptum† ſi per alium ſine mandato domi-
ni impetratur. ut infra eo. ti. nonnulli.
exceptio hodie ſecundum obſeruatam
conſuetudinem locum habet in audien-
tia literarú non in iudicio negotiorum.
Sed oppenes ex illa dec. infra eo. ti. ex
parte. in fi. ſed illa loquitur in procura-
tore reuocato cuius interpretationem
ratam dominus non habebat. ſecus ſi is
cuius nomine impetratur. & ſine man-
dato ratam habebat impetrationē. Pōt
aūt quis impetrare pro alio ſine manda
to, ſi ſit de illis perſonis a quibus nó ex
igitur de iure mandatú. ut in decre. illis
nonnulli. & c. ex parte. Quæ autem ſint
illæ perſonæ. legitur. ff. de procura. l. ſed
45 & hæc perſonæ ¶ Sed nunquid † cano
nicus impetrabit pro eccleſia ſua ſine
mandato. non puto. Nunquid pro ca-
nonico. uidetur cum quaſi quædá pro-
ximitas ſpiritualis ſit inter eos. quæ ma
ior eſt carnali. ut xxx. q. iij. cap. j. & ſecú
do nam et inter ſocios uinculum frater-
nitatis eſſe uidetur. ut. ff. pro ſocio. l. ue-
rum. in prin. & miles admittitur procu
rator. pro commilixionibus ſuis. ut. ff.
de procur. l. non ſolum. §. ueterani. pu-
to tamen contra & ſto legi quæ loqui-
tur de proximitate carnali diſtinguens
46 gradus cognationis. † Item reſcripta
ſunt ſtricti iuris. ut ad alias res uel per-
ſonas non extendantur. ut infra de off.
del. Cum olim. niſi in literis ſit clauſula
generalis. ut infra eo. ti. paſtoralis. Sed
& tunc hæredes illorum qui tunc uoca
ri poterant non uocantur. ut eo. ti. ſigni
ficauit. Sunt & aliæ plures exceptiones
ad elidenda reſcripta quas per ſe notare
poteſt quilibet ſtudioſus. ¶ Núc uidea-
mus de interpræratione reſcriptorum.

47 † Et eſt ſciendú quòd quilibet iudex li-
teras de beneficio pleniſſimè debet in-
terpretari. ut infra de dona. Cum dile-
ctus. ff. de conſtit. prin. l. beneficia. Sed
ſi iudex aliquis malicioſè interpretetur
infamis efficitur. ut C. de le. & conſti. l.
ij. Et ad ſuperiorem pro interpretatio-
ne recurendum eſt. ut infra de uerb. ſig.
olim & cap. cum in partibus & c. cum
olim & c. tua. & c. tranſmiſiſſæ. Saluo
eo quod de priuilegijs domini papæ di
citur de quibus non licet alicui iudica-
re. ut infra de confir. uti. uel inuti. c. j. &.
ij. & ut ibi de hac materia plenius dice
48 mus. ¶ Durat † autem reſcriptorum
auctoritas per decennium ſi impetran-
tes copiá iudicum habuerint & negle-
xerint uti. nam infra illud tempus quá-
doque poterunt experiri. ut. C. de di-
uer. reſcri. l. falſo. Alij autem docto-
res dixerunt quòd ſi quis impetret re-
ſcriptum & infra annum cum copiam
iudicum habuit non utatur. perit re-
ſcriptum lapſu anni. ut infra. e. tit. ſi au-
tem. & ca. plerumque qui ſic dicunt aſ-
ſerunt de plano legem illam falſo fore
correctam. Sed quia promptum eſt iu-
ra iuribus concordare. ut. C. inoff. do-
na. l. una. ſic legem & decret. ad concor-
diam reduco. legē intelligo ut cú poſt
primum reſcriptum ſecundum nó fue-
rit impetratum. decre. illas intelligo
cum impetro primum reſcriptum tu im
petras ſecundum non facta mentione
de primo agis ex ſecundo. excipere nó
poſſum ex primo ſuper eodé negocio
ad alios iudices obtento ſi illo fraudu-
lenter & negligenter infra annum ab
impetratione tui ſecundi uti omiſerim.
ſic loquitur illa decre. ſed hunc caſum
lex illa non conſiderauit & ſi hæc opi-
nio placeat dic ut ſuperius dictum eſt.
quòd annus iſte incipit currere a tem-
pore ſecundi reſcripti. quod tali ratio-
ne probabis. Annus per ſe ſiue ſecundo
reſcripto non tollit primum reſcriptú
ut dictum eſt. nec ſecúdum reſcriptum
per ſe ſufficit ad tollendum primum cú
de eo non faciat mentionem. Eſt igi-

tur utrumq; neceſſarium . & ſecundum
reſcriptum impetrari & annum cedere
& ſic ambo cōiuncta primum perimat
iuxta illud.& ſi nō pro ſint ſingula mul
ta iuuant. & ad hoc habes optimum ſi
49 mile † quia imperfecta uoluntas per ſe
non tollit ſolenne teſtamentum prę-
cedens. ſed cum decennio tollit.ut.C.
de teſtamen.l. ſancimus doctores tamē
multi dicunt primum reſcriptum nullo
alio impetrato ſuper eodem negocio
50 tolli per lapſum anni.† Priuilegia ue-
rò ſunt perpetua quia ſunt priuatæ le-
ges.ut iiij. di. priuilegia infra de uerb.
ſigni.abbate ſcilicet in perpetuum du-
ratura ſi ad excipiendum concedantur,
quia ſi nunquàm agitur nunquàm exci-
pitur ex priuilegijs & ſic perpetuò du-
rant,& propterea dictum eſt.quæ tem-
poralia ſunt ad agendum perpetua ſunt
ad excipiendum. ut.ff.de doli. excep.l.
pure. §. ulti. inſti. de excep. C.e.ti.l.ſi
pactum.Si uerò aliquando agatur & nō
excipiatur ex priuilegio fit præiudiciū
quo ad illum actum in quo omittitur
exceptio.ut. C. de epiſco.& ele.in aut.
presbiter. C. de excuſa. tu. l. uolunta-
51 rie.† Sed ſi tanto tempore contra priui
legium petatur nec priuilegiatus utatur
exceptione ut ueriſimile ſit priuilegio
renunciatum. tunc in totum tolitur pri
uilegium.ut pote ſpacio.xxx.uel xl.an-
norum, & idem puto in tempore cite-
riori & ſic intelligo infra de priuil.ſi de
terra &.c. Accedentibus. & hoc locum
habet in priuilegio conceſſo ad expe-
diendum. ut cum conceditur immuni-
tas decimarum ſoluendarum. ſed ſi de-
tur priuilegium ad agendum ut pote ad
decimas quas nunquam quis percepe-
rat exigendas tanto tempore durat pri-
uilegium quanto tempore durat actio.
quia non eſt ueriſimile Papam uel prin
cipem qui priuilegium concedit muta-
re uelle naturam actionis. ut infra de
elec. eccleſia.C.de inoff.te.l.ſi quando.
Sed ſi priuilegium concedatur ad factū
ſcilicet ut liceat aliquid facere puta ut
alicui capitulo canonicos & præbēdas
reducere ad certū numerum uel ut ali-
quis nundinas faciat. tunc tale reſcri-
ptum ſiue priuilegium durat uſque ad
decēnium ut liceat hoc fieri quod per-
mittitur.ut.ff. de nundi.l.j. Si uero Pa-
pa ſtatuat in aliqua eccleſia certum nu-
merum canonicorum & ſuper iam in-
dulto uel ſtatuto ab alijs etiam per Pa
pam confirmato, literæ concedantur,
huiuſmodi priuilegio derogatur per u-
nicum contrarium actum. ut ſupra de
conſti. Cum acceſſiſſet infra de præbē.
pro illorū infra de his quæ fi.a ma.par.
ca.Ex ore. xi.q.iij.priuilegium.C.de iu
re do. imple.l.ij.C.de pac.int.empt.&.
52 uen.l. commiſſorie. ¶Generalia † ſunt
reſcripta illa in quibus generales ſeu in
diffinitæ clauſulæ continentur ſcilicet
cū dicitur talis & talis. quidā alij iniu-
riātur eidē uel ſic ſuper decimis poſſeſ-
ſionibus & rebus alijs quo caſu reſcri-
pta ad maiores & digniores perſonas
uel ad maiora negotia exp̄ſſis nō exten
dunt ut.infra e.c.ſedes Apoſtolica.& c.
paſt.itē ſi p̄ōat clauſula illa cōtradictor.
&c.Itē ſi illa a moto ide &c.Itē illa uo-
catis &c.tales.n.&cōſimiles clauſulæ:fa
ciūt generale reſcriptū. Itē cū literæ di
ri.oēs ut īfra.de pe.& re.cū ex eo.¶Spā
53 le reſcriptū† eſt qđ inter certos dirigi
tur & ſup certis & exp̄ſſis rebus ſeu ne
gocijs ſine clauſula generali. ut īfra.eo.
ti.c.j.&c.paſt.Et tale reſcriptū nō.extē
ditur ad alias res uel p̱ſonas.ut infra.de
offi.dele.cū olim.&. ca.p.&.g.ſic & pri
uilegium perſonā non trāſgredit̄.ut in-
fra.de auc. & uſu.pal.c.ij. īfra de off. de
le.qm̄ abba.ff. quib.mo.uſufru.amit.l.ſi
uſuf.vij.q.iij. petiſti.inſti.de iur.na.gē.
& ciui.§ Sed quod principi.ff. de iudi.
l.ſed & ſi reſtituatur. ff. de reg. iur.l. &
priuilegia. ij.q. vj.§. diffinitiua. in uer.
qn̄doq;. non ob. īfra.de iud.c.Quia gu.
nā ibi agit̄ per primas literas.ſed ſecun
darum non ob.exceptio. infra de off.de
le.quoniam.cum ſit commiſſio expreſ
ſo nomine dignitatis. ibi. enim tran-
ſeunt literæ ad ſucceſſorem. qui ſucce-
dit primo in onere ut inf.de off.or.pa-

ſtoralis. Item non ob. de offi. dele.c. j.
ubi iuriſditio ex literis ſpecialibus ex-
tenditur ad alios. Nam ille caſus ſpecia
lis eſt ut extendatur iuriſditio ad illos
qui proceſſum iudicum impediunt, ut
infra de off. dele. ex literis. Sed de pro
rogatione iuriſditionis non proſequor
hic amplius quia notabo infra de off. de
54 le. ¶Iuriſditionem conferunt † omnes
illæ litteræ in quibus cauſæ cognitio de
mandatur. quod ex forma colligitur li-
terarum: ut cum in literis continetur ſi
eſt ita. ſi præmiſſis ueritatis ſuffragatur
cognita ueritate. iuſticia mediante ſicut
de iure fuerit. quod canonicè quòd iu-
ſtum, ut promiſit, ut tenetur prout in in
ſtrumento inde confecto uel literis con
tinetur & talis iudex cui negociũ à prin
cipe committitur ſub aliqua de his for-
mis poteſt in figura iudicij procedere,
poteſt & alij uel alijs cauſam committe
re totam uel partem. ut infra de off. de-
leg. cum te. principium medium. uel fi-
nem. cognitionem. executionem uti-
55 tur. de offi. dele. ſuper queſtionum † ta-
lis poteſt recuſari ex cauſa niſi fuerit iu-
dex petitus, ut infra de offi. dele. cum o-
lim magiſter. iij. q. iij. §. ſpacium, in auc.
offeratur. iiij. q. iij §. Item in criminali.
in uer. ſi quis teſtibus, ſed tunc poterit
recuſari ex noua cauſa, ut infra de off.
56 dele. inſinuante. ¶Executoriæ † literæ
ſunt per quas ſine aliqua iudiciali cogni
tione factum ſeu miniſterium delega-
tur, ut infra de offi. dele. c. ulti. talis non
eſt iudex ſed auditor uel excuſator, ut
infra de offi. deleg. ſuper queſtionum.
§. porro, & ſic poſſit recuſari niſi de par
tium recipiatur uel detur aſſenſu, ut in
decre. ſuper quæſtionum. §. nos autem.
&. §. porro, à tali appellari non poteſt
niſi fines mandati excedat ut in eadẽ
ſuper quæſtionum. & infra de appel. no
uit. ij. q. vj §. diffinitiua, in uerbo, ab exe
cutore. C. quo. appel. non reci. l. ab exe-
57 cutore. † Fines autem mandati excedit
cum aliud uel aliter exequitur quod mã
datur, uel cum exequendo mandatum
præter commiſſum iniuriam infert, nã
& tunc poteſt ab iniuria appellari, ut
C. de appel. l ſi quis prouocatione, talis
cum non ſit iudex ut dictum eſt nec ei
ſit iuriſditio, ſed executio de mandata,
ut infra de offi. deleg. c. ulti. alteri dele-
gare non poteſt, quia ex iuriſditione ꝓ
cedit iudicis dandi poteſtas, ut ff. de iu-
riſd. om. iu. l. iij. & quia cum miniſteriũ
committitur induſtria eligitur perſona
li, & ideo à perſona recedi non debet,
ut infra de offi. dele. c. ult. C. de cadu. tol.
l. una. ff. de ſolu. l. inter artifices, talis in
exequendo partes iudicis non aſſumat,
ut. C. de execu. rei iudi. l. ſi ut proponis,
nec ob. xxv. q. ij. & ſi non cognitio. &
C. ſi contra ius uel uti. pub. l. & ſi non co
gnitio, lex enim illa loquitur in mixto
executore, ſuperior in mero, miſcetur
autem executioni iuriſditio per literas
clauſulas uel conſimiles quas ſuperius
58 aſsignaui, ſed dices. † Nonne execu-
tor audire debet exceptiones legitimas
quantumcunq; ſibi præciſè, & abſolutè
ſcribatur, ut infra de offi. deleg. ex par-
te, &. c. ſi quando infra de crimi. fal. ſu-
per eo. Reſpondeo. Audire debet ſum-
matim & ſi conſtiterit ueras eſſe non ꝓ
nunciabit, & ſic loquitur. l. illa ſi ut pro
ponis, ſic loquitur alia lex. ff. de iudi. l. ſi
prætor, ſed ſuſpendet executionem, ut
C. ſi ex fal. inſtru. l. iudicati executio ſo
let ſuſpendi, nec exequetur, ut infra de
crimi. fal. ſi ſuper eo. & inſtabit apud cõ
mittentem ut ipſum ab executione mã
dati abſoluat, ut infra de offi. dele. paſto
ralis. §. quia uero, uel ut differatur man-
datum ipſius donec idem ſuperior uel
alius cui hoc competat de ueritate co-
gnoſcat, ut infra de offi. dele. ſi quando.
59 ¶Continent † ius commune literæ in
quibus mandatur quod conſonat iuri,
& equitati, & maximè cum illæ literæ
continent iuris determinationes, puta
partibus conuocatis uel uocatis quæ
fuerint euocandi. quod iuſtum uel cano
nicum &c. Item iuſtitia mediante uel
prout de iure fuerit &c. uel alias conſi-
miles clauſulas. ¶ Gratiam continent
60 † literæ illæ quæ continent diſpenſatio
nem

tionem, pœnæ, debitæ remiſſionem, & in quibus ob fauorem uel utilitaté ſeus neceſſitatem receditur a iure communi.
61 †Tria enim ſunt quæ faciunt à iure cõmuni diſcedi, neceſſitas utilitas, & euidens meritorum prærogatiua, ut. j. q. ij. talis infra de elec. innotuit. ¶ Reſtat
62 †uidere de pœnis impetrantium literas per ſurreptionem. Et eſt ſciendũ quòd condemnandi ſunt ad expenſas quas altera pars fecit in ea re & circa ipſum iter, ut infra eod. ti. Cæterum in fi. C. de his qui accu. poſ. l. qui crimen. & aliàs ſeueritati ſubiaceant iudicantium, ut xxv. q. ij. & ſi non cognitio. Et ſi contra ius uel. uti. pu. l. & ſi non cognitio, nam & per legem Corne. de fal. puniri poſſunt, ut. ff. ad le. cor. de fal. ſi quis irrepſerit non ergo iudices metuant ſi non effectum mancipant quæ mandantur. Nã ſecundum imaginem ueritatis procedere debent & legum ueritati, ac iudiciali uigore per omnia ſatisfacere ut. C. de ap. l. ul. in fi. Quædam enim cõditiones tacit in reſcriptis intelliguntur & ſine expreſſione aliqua ſunt ſeruandæ ut illa ſi preces ueritate nitantur, ut infra eodem tit. Ex parte, ſi quis idoneus uel aliqua idonea fuerit, ut infra de elec. Cauſam. ff. de mune. & hono. l. gradatim in fi. j. Repon. Item cum quis natalibus reſtituitur, ſub intelligitur hæc conditio, ſi is qui reſtituitur ex ingenua natus ſit, nam ſi ex ancilla per talem reſtitutionem nihil agitur, ut. ff. de na. reſt. l. j. Item in conceſſione uiæ tacite intelligitur hæc conditio ut is cui conceditur, ciuiliter utatur ut. ff. de ſerui. l. ſi cui. Item in generali mandato patris quærendo ſponſum filiæ ſuæ hic ſubintelligitur ut perſona ſponſi patri oſtendatur nec prius nuptiæ fiant, ut. ff. de ritu nup. l. generali.

## *Summarium*


1 *Conſuetudo quid ſit.*
2 *Conſuetudo unde dicatur.*
3 *Conſuetudo qualiter & quot actibus inducatur. & nu. 4.*
5 *Poſſeſsio uel quaſi per unum actum inducitur.*
6 *Poſſeſsio uel quaſi unico actu acquiritur uel perditur.*
7 *Conſuetudo tollit ius in loco in quo ea uiget, dummodo ſit rationabilis.*
8 *Conſuetudo in contradictorio iudicio non inducitur, ſed firmatur.*
9 *Conſuetudo quando uincat legem.*
10 *Intellectus ad. l. ij. §. Diuus. ff de ſepul. uiola.*
11 *Conſuetudo ſpecialis quæ ſit.*
12 *Conſuetudo quæ generalis dicatur.*
13 *Conſuetudo quando aliam tollat.*
14 *Conſuetudo contra ius naturale nullo tempore conualeſcit.*
15 *Conſuetudines malè adinuente nullo tempore confirmantur.*
16 *Conſuetudines in grauamen eccleſiarum inductæ non ſunt ſeruandæ, ſed reuocandæ.*
17 *Conſuetudo iuri & priuilegio contrariæ ad concordiam reducitur.*


## ¶ DE CONSVETVDINE. Rubrica.

DIXIMVS de iure ſcripto, nũc dicamus de iure non ſcripto, ſcilicet de conſuetudine. ¶ Videamus igitur quid ſit conſuetudo & unde dicatur, qualiter & ex quot actibus inducatur conſuetudo, quæ conſuetudo præiudicet iuri. qui ſit ſpecialis & generalis. Et an una conſuetudó tollat aliam
1 contrariam. ¶ Conſuetudo† eſt quoddã ius moribus, id eſt, aſſiduis actibus hominum inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cum deficit lex, ut. j. di. conſuetudo, quæ enim in ſcriptis redacta eſt uocatur lex uel conſtitutio, quæ autem in ſcriptis non eſt retinet ſuum nomen cõſuetudo, ut in. j. di. §. cum ergo & propterea alibi dicitur. Conſtat autem ius noſtrum quo utimur ex ſcripto & non ſcripto, ut inſti. de iure na. gen. & ciui. §. con
2 ſtat. † Dicitur autem conſuetudo quod

in communi eſt uſu.ut.j.di. conſuetudo.
3 † Inducitur autem conſuetudo cum populus incipit aliquid obſeruare ea mente ut de cetero ſit conſuetudo, uel ut dicunt alij cùm expreſsè placet populo aliquid obſeruari pro conſuetudine in futurum. aliâs uerò non eo ipſo quod aliquid ſit ius conſuetudinarium iudicetur.
4 ar.ff. de itinere actuque. l. ul. † Inducit conſuetudinem binus actus. ut. xxv. q.ij.ita nos.C.de epiſcopali audi.l.iij.in
5 fi. ſicut & binus actus uel † Trinus inducit poſſeſſionem uel quaſi.ut infra de cauſa poſſeſ. & proprie. c. cum eccleſia ſutrina.&.c.ulti.C. de fidei cómiſ. l.j. li
6 cet† & unico actu acquiratur uel perdatur poſſeſſio uel quaſi. C. de ſerui. & aqua. l. cum talis ſupra de conſti. Cum.
7 M. infra de præben. pro illorum † talis conſuetudo ſic inducta ut ſuperius dictum eſt tollit ius in loco in quo cóſuetudo uiget dummodo ſit rationabilis. ut.ff. de le. & ſena. conſul. l.de quibus. Talis legem interpretatur. ut.ff.eo.ti.l. ſi de interpretatione infra eo.ti. cum dilectus quia non refert an ſcriptura uel ratione conſiſtat.ut.j.di.conſuetudo. Talis pro lege ſuſcipitur cum deficit lex ut ſuperius dictum eſt ex tali ius uenit ut inſti. de iure na. gen. & ciui. §. ex non ſcripto. Cæterum ſi non ſit rationabilis ſecus:ut.ff.de le.& ſe.con.l. quod non ratione. nam in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe utilitas. ne recedatur ab eo iure quod diu æquum uiſum eſt ut.ff.de conſti.prin.l. in rebus, ſed ſi de tali conſuetudine dubitetur una partium aſſerente fore conſuetudinem altera hoc negante, & pronunciatum fuerit eſſe conſuetudinem,dicitur obtinere in contradictorio iudicio, ut infra de
8 uerbo.ſigni. Abbate ſane†unde in contradictorio iudicio non dicitur conſuetudo induci ſed firmari.ut.ff.de le. & ſe. con.l.cum de conſuetudine.quamuis in decre.abbate, in allegatione ſua dicatur induci. Cæterum ſi non ſit inducta conſuetudo ſed per quandam aſſuefactionem & obſeruantiam hominum ſi non ſit ad quadragenariam præſcriptionem ſecundum canones inducta non uincit ius. & ſic loquuntur illa iura.infra eo.ti. conſuetudinis. xi. di. conſuetudinis. C. quæ ſit longa conſue. l. conſuetudinis, nec perit ius,ut infra de elec. Cumana ĩfra de cauſa poſſeſ. & proprie.c. cum eccleſia. Sed ſi ad præſcriptionem ſit producta & apertius uincit legem, ut infra
9 eo.ti.c. ulti.†Sed ſi tanto tempore fuerit obſeruata conſuetudo ut non ſit in memoria hominum quando inceperit. uincit legem.ut. ff. de aqua plu. arcen.l. j.in fi. ff. de aqua quoti.& æſti.l.hoc iure.§.ductus aquæ.Item illa quam roma. eccle. obſeruat & præcipit obſeruari.ut xj.di.nolite.de conſe. di.j.baſilicas.& illa quam quis in præiudicium ſuum inducit:ut. ff. communia prædiorum. l. ſi uenditor.§.ſi conſtat. ſed tunc magis ualet ratione pacti quam conſuetudinis
10 † nec ob.ff. de ſep.uio.l.iij.§.diuus.quia lex illa loquitur quando præcedit conſuetudo & ſequitur lex ſecundum quod Accur.eam legit & pũctat. quamuis Placen.aliter intelligeret ipſam.& quod dixi præſcribi conſuetudinem hoc intelligo cum inducitur circa illud quod præſcriptibile eſt. aliâs ſecus. ut infra de p̃ſcrip.Cauſam,&.c.cũ nõ liceat,¶Spe-
11 ciales†cõſuetudines ſunt quæ in certis locis uigorem & obſeruantiam habent. xij.diſ. ſcit ſancta. &.c.nouit.¶Genera-
12 lis eſt†conſuetudo quæ generaliter obſeruatur ut in præal. c.xi. di. nolite, de conſe.di.j. baſilicas. xi. diſ. eccleſiarum
13 &.c.palam. †Tollit autem conſuetudo poſterior conſuetudinem priorem,ut infra de cogna. ſpũ.c.j. ſicut dixi in conſtitutionibus ſupra de conſti.§. de rogatur. & hoc uerum eſt ſi in eodem municipio diuerſæ conſuetudines diuerſis tẽporibus oriantur. nam ſi diuerſis locis ſecus.ut.xij.di.ſcit ſancta. nec enim diuerſæ aliquorum cõſuetudines aliorum debent contrario more ſubuerti.ut.xij.di. illud. In ſumma notandum eſt quod
14 †cõſuetudo contra ius naturale nullo tẽpore conualeſcit. ut.xxxij.q.vij.flagitia

†unde

15 † unde malè adinuentæ conſuetudines nullo tempore confirmantur. ut in autē.ut nulli. iudi.§.j.quia in hoc caſu quā to conſuetudo diuturnior tanto periculoſior & pernicioſior, ut infra de ſymo. c.non ſatis.& infra eo.ti.c. ul. xxiiij.q.i
16 ſchiſma† Itē conſuetudines in grauamē eccleſiarū inductæ ſeruari non debent. ſed reuocari, ut infra eo.c.j.ſicut & conſtitutiones.ut ſupra de conſti. cum omnis.& c.quæ in eccleſiarum, & c.ex parte.& infra eo.ti.ad noſtram. & c. quanto.& c.Cum uenerabilis. & c. ex parte.
17 Item † ſicut iura iuribus ad concordiā reducuntur.ut. C. de inoffi.do.l.uua.ſic & conſuetudo iuri & priuilegio contraria reducitur ad concordiam per interpretationem, ut infra eo. titu. Cum dilectus.

## *Summarium*

1 *Parum eſt iura eſſe, niſi ſint qui iura regant.*
2 *Poſtulatio quid ſit.*
3 *Poſtulari quis debeat, & qualiter, & per quos poſtulatio fiat. nu.4. & 5.*
6 *Poſtulationis effectus quid ſit.*
7 *Ius quod per poſtulationem acquiratur.& nu. 10.*
8 *Superior ad concedendam diſpenſationem tenetur ex cauſa.*
9 *Superior admittere debet poſtulationem, & ſi non admiſerit iniuria fit poſtulato.*
11 *Nominato in ſcrutinio nullum ius acquiritur ante publicationem.*
12 *Diſpenſatio quando petatur per nominationem.*
13 *Poſtulantes indignum quando priuentur poteſtate poſtulandi.*

## DE POSTVLATIONE PRAElatorum. Rub.

1 DIXIMVS ſupra de iure ſcripto & non ſcripto. Sed † quia parum eſt iura eſſe niſi ſint qui regant iura. id eſt, iuris miniſtri.ut.ff.de origi.iuris. l.ij. §. poſt originem. ideò ſubſequenter de his uidēdum eſt.& quia frequenter per poſtulationem. frequenter per electionē miniſtri iuris, hoc eſt prælati eccleſiarum aſſumuntur uidendum eſt prius de poſtulatione quam de electione. ¶ Videamus igitur quid ſit poſtulatio.quis debeat poſtulari qui ualent poſtulare. qualiter fieri debeat poſtulatio.& per quos, quis ſit effectus poſtulationis. & quid iuris acquiratur per
2 poſtulationem. ¶ Poſtulatio † eſt gratiæ petitio, ut cum ex gratia petitur aliquem ineligibilem licenter eligi. hic enim non tam ex iuſticia quam ex gratia mouetur, ut infra eo. ti. bonæ me-
3 moriæ in prin.bonæ. ¶ Poſtulandus † eſt clericus diœceſis alienæ uel laicus undecunque ut.lxx.di. primatus. Sed laicus eiuſdem diœceſis ut.lxi.di.oſius.ſed laicus poſtulatur à Papa, cum ſit ineligibilis.ut.lxi.di. per totum infra de. elec. cum ad noſtram. &.c. officij clericus alienus nō eſt ineligibilis in ſua diœceſi unde poſtulandus eſt à ſuo prælato ut eum concedat. lxxj. di. fraternitatem. lxxxv.di.archi. floren. lviij.diſ. literas. lxxxvi.di.dilectiōs.lxiij di.c.j.& ij.ideò autē de tali ſit poſtulatio quia dum idoneus in eccleſia in qua facienda eſt electio inuenitur. de ea eſt eligendus. ut. xxiij.diſ.In nomine domini. lxj.di.nul-
4 lus inuitus. ¶ Sed † quia in fauorem cuiuſlibet congregationis inductum eſt ut de ſe eligat ſi in ea idoneus inuenitur de ea eſt eligēdus.ut.xxiij.di.In nomine domini &. lxi. di. nec emeritis. & c. nullus. poteſt congregatio huic iuri fauorabili renunciare. & alium de eligere uel poſtulare. tota uel maior pars congregationis ipſius. quanuis in ea aliquis dignus exiſtat. ut infra tit. proxi. Vinconenſis. &.c. cum inter dilectos. Sed ſi is à quo poſtulatur nollit concedere poſtulatum uel electum cōpelletur per ſuperiorem. ut. vij. q.j.omnis qui gemebat. ix.q.ij. nunc uero infra de iure patro. nullus. ¶ Item poſtulatur habens defectum ordinum. ætatis uel natiuitatis. ut hic neceſſaria eſt omnino modo poſtulatio. nam ſi omiſ-

ſa poſtulatione eligatur cum ſit ineli-
gibilis propter uitium ſeu defectum nō
ualet electio . debuit . enim per poſtu-
lationem peti diſpenſatio uel gratia cir
ca defectum. ut infra titu. proximo in-
notuit. ¶ Item poſtulatur aliquis alte-
ri eccleſiæ matrimonialiter alligatus
quia ineligibilis eſt, q̄a ligatus habet a-
lias quibus ſatagit uolitare, ut infra eo.
titu.cap.ulti. & in tali neceſſaria eſt po-
ſtulatio, ut infra eod.titu.bonę me.in ſe
cunda bonæ. & ſi per electionem proce
datur non ualet electio , ut infra eod.ti.
cap.ult.quia alteri alligatus eſt ſicut di-
xi .nec debet ab ea ſeparari & iungi a-
lij niſi per diſpenſationem ex cauſa ne-
ceſſitatis uel utilitatis , ut infra ti. prox.
in cauſis in fi.& vij.q.j.omnis qui.¶Poſ-
5 ſunt † poſtulare illi ad quos ſpectat ele-
ctio, ut infra eod.titu. per totum & infra
titu.proxi.innouit. ¶ Fieri debet poſtu-
latio in concordia, cum enim per poſtu-
lationem gratia requiratur concordia
& communiter eſt petenda, ut infra eo.
ti.bonæ me.iij. prima bonæ alias.Rom.
eccl. noli conſueuit poſtulationem re-
cipere in diſcordia & diuiſione . poſſet
ſi quidem uellet admittere poſtulatio-
nem facta a maiori & ſaniori parte ca-
pitu. minori parte neminem eligēte ne
fieret alicui iniuria.nā in hoc & in a-
lijs generaliter præualet quod fit a ma-
iori & ſaniori parte capituli. ut infra de
his quæ fi. a ma.parte ca. per totum &
x.q.ij. hoc ius porrectum. lxv.di.c.j. &
ij.& iij . ¶ Item capitulum poteſt renū
ciare iuri pro ſe introducto ut de eligat
quandiu idoneus inueniatur ut ſuperius
dictum eſt . Sed minori parte aliquem
dignū de gremio eccleſiæ eligēte, tunc
ut præualeat poſtulatio oportet ut duæ
partes conueniant in poſtulando. ut in
fra.ti. prox. ſcriptum. ¶ Effectus poſtu-
6 lationis † eſt hic quia poſtulatione ad-
miſſa habilitatus eſt eligi poſtulatus.ut
infra.ti. prox. innotuit, in fi. hunc ta-
men ordinem licet a iure procedat nō
ſeruat Romana curia . Nam ſi ab ea ali
quis poſtuletur poſtulatione admiſſa
non ſequitur electio . ſed approbatio
poſtulationis & poſtulatio pro electio
ne & confirmatione , habetur & ſimile
infra ti. proxi.cum inter canonicos . &
hoc ideo facit ut euitetur circuitus qui
uitandi ſunt. ut.ff.de condi. indebi.l. do
minus & . ut uitetur diſcordia eccleſia-
rum ut alias infra ti. proxi. nihil.¶ Re-
7 ſtat uidere† quod uis acquiratur per po
ſtulationem . Et uidetur quòd nullum
ut infra eo.ti. poſtulationem. Ad quod
ita reſpondeo uerum eſt quod nullum
ius acquiratur per quod agere ualeat
poſtulatus : non enim ex poſtulatione
facta & nondum a ſuperiore admiſſa
aliqua datur actio poſtulato. ex gratia.
enim procedit ut poſtulatio admitta-
tur ut in prima bonæ ergo ad hoc ut
admittatur actio non competit. ar. ad
hoc.ff. de adimēn leg.l. rem legatam.
&.ff.de euic.l. ad res donatas . ut tunta
mē & ſi poſtulato uel poſtulantibus nō
detur actio ſicut dictum eſt . ſi tamē po
ſtulatio fiat in concordia & de digno.
ex debito incumbit ſuperiori ipſam ad-
mittere & ſi non admiſerit iniuriam fa
cit poſtulantibus & poſtulato . ſicut &
præſentatus petere non poteſt per a-
ctionem ſe inſtitui. quia ius non habet
in re, & quia ſine iuris offenſa & præ-
ſentati iniuria poteſt præſentator lai-
cus uariare & alium præſentare ut infra
de iure patro.cum aduocatur. Vnde an
tequam a prælato fuerit approbatum
ratum non eſt quod a patrono fuerit
inchoatum. ut infra de iure pa. quod au
tem conſulis . Et tamen offendit præla
tus ſi primo præſentatum, & dignum
non inſtituit. Vnde non admiſſus a-
git contra illum qui ipſum reſpuit ut
enim prouideat in beneficio compe-
tenti. ut infra de iure. patro. paſtora-
lis ſicut & alias diximus quòd diſpenſa
8 tio nō ex iure. ſed ex gratia petitur.† &
tamen ad eam concedendam ſuperior
tenetur ex cauſa. ut.l.di. ponderet &.c.
domino ſancto &. c. ſi quis diaconus.
ſic & ad eleemoſinā pauperi contra di-
uitem actio non datur . & tamen di ues
ad

ad dandam eam tenetur.iuxta illud da-
te eleemoſinam &c. ſic & patronus de
gratia admittitur repræſentans. ut.xvi.
q.ij. ſiquis epiſcoporum, ut infra de iu-
re patr. quoniam, & infra de pœnis in
quibuſdam. & tamen iniuria fit ei ſi non
admittatur. & ſi præſentatus ab eo non
inſtituatur. ut. ff. de aqua quoti. & æſti.
l.j.§ pe. &. ff. qui ſatiſ. cog.l. ſi uerò in
fi. Vel dici poteſt quod per poſtulatio-
nem non ſubſcriptam nec præſentatam
nullum ius acquiritur poſtulato. & ſic
loquitur illa poſtulationem. Si autem
fuerit ſubſcripta & præſentata ſecus. ut
in.cap. bonæ. in ſecunda bonæ. ne alias
illudatur ſuperiori. ut in uerſi fi. enim
ideò acquiritur hoc ius poſtulato ſi po-
ſtulatio facta fuerit canonicè in con-
cordia & de digno. quia & poſtulantes
antequam poſtulatio comprobetur uel
reſpuatur a poſtulatione reſilire non
poſſunt ne alias illudatur ſuperiori ut
dictum eſt. ¶ Item quia ſuperior de-
9 bet † eam admittere & ſi non ad miſe-
rit iniuria fit poſtulato. non tamen ta-
lis & tanta ut ex ea agi poſſit ſicut & a-
lias iniuriam facit iudicio & reueren-
diſſimæ ſynodi ſi quis ſemel iudicata ac
recte diſpoſita reuoluere & in publico
diſputare contendit. ut. C. de epiſ. au.
l.iij.in princ. non tamen talem & tan-
tam ut ex ea agi poſſit. ut. C. de appel.
10 l.& in maioribus.¶ Et nota † quod po-
ſtulato acquiritur hoc ius quod dictum
eſt.electo ius petendi confirmationem.
ut infra de acu. ſuper his, præſentato
acquiritur hoc ius ut ſi ſolus a uero pa
trono nec uariante fuerit præſentatus
petere poteſt ſe inſtitui & ſi is ad quem
ſpectat collatio non inſtituat. implo-
rare poteſt ſuperioris officium. ut di-
xi circa princ. huius titu. Sed ſi patro-
nus uariet & alium repræſentet & epi-
ſcopum illum inſtituat aget primus con
tra epiſcopum ut ei prouideat ut ſupe-
rius dictum eſt. Si uerò inſtituat alium
à non patrono præſentatum. aget pri-
mus contra inſtitutum ut a moueatur
& ipſe inſtituatur, ut infra de ſen. & re
iudi. Cum Bertoldus. Nominato au-
tem ſi ſolenniter nominetur per capi-
tulum alicuius eccleſiæ uacantis periJt
prouideri à Papa eccleſia nominat duos
uel tres & ponit in uoluntate Papæ. ut
præeligat unum ex illis acquiritur hoc
ius ſicut puto ut pendente nomina-
tione illa non poſſunt nominantes à
nominatione reſilire, ne aliàs Papæ ui-
deatur illudi. ſicut in poſtulatione no-
taui per decre. infra eod.titu.bonæ me.
in prima bonæ. & quod ius acquiratur
nominato eſt ar.xvj. q. ult. contra ſan-
ctorum ij.q.vj.§.diffinitiua in uer.nomi
nationes.lxxxv.di.archi.de Florẽti.Ce-
terũ ſi nominatio non fit ſolẽnis.ſed ca
nonici contra uel circa formam aliquẽ
eligendi nominãt aliquos uel aliquem
ſic dicendo talis eſſet bonus prælatus,
uel talis, ex hac nominatione nullum
ius acquiritur, ut infra titu.proxi.quod
11 ſicut. in prin. ¶ Item † nominat omni
ſcrutinio nullum ius acquiritur ante pu
blicationem ſecus poſt, ut infra titu.
12 proxi. publicato. ¶ In ſumma † notan-
dum eſt quod aliquando per nominatio
nem petitur diſpenſatio ut cum poſtu-
latur irregularis ex deli. uel defectu na
talium ordinum uel annorum. ¶ Item
cũ poſtulatur alteri eccleſiæ alligatus,
ut infra titu. proxi. in cauſis. in fi. Ali-
quando petitur licentiæ datio ut cum
poſtulatur clericus alienus. ut in prin.
huius titu. notaui. ¶ Sciendum eſt e-
13 tiam † ut ſicut ſcienter eligentes indi-
gnum priuantur poteſtate eligendi, ut
infra ti.proxi. cũ in cunctis.ſic & poſtu
lãtes,ut infra eo.c.j.&.ij.&.infra ti. pro
xi.bonæ me.& c.ſcriptum.quod intelli-
go cum poſtulatur indignus uel irre-
gularis ex crimine. ſecus ſi ex defectu
& ſic intelligo finem huius decre. ſcri-
ptum eſt.

## *Summarium*

1 *Electio quid ſit, & quid hæc dictio ſignificet.*
2 *Eligere qui poſſint.*
3 *Matrimoniũ ſpirituale fortior eſt carnali.*

4 *Eligi quis poßit.*
5 *Eligi infra quod tempus debeat.*
6 *Electionis duæ ſunt formæ.*
7 *Scrutinium in electione per quot de collegio fieri debeat.*
8 *Ad cōpromiſſum nullus inuitus cōpellitur.*
9 *Electio per ſcrutinium qualiter fiat.*
10 *Ad electionem qui ſint uocandi, & quomodò.*
11 *Mox fieri quando quid dicatur.*
12 *Actus contrarius cum intercedit, uitiatur id quod in contextu fieri debet.*
13 *Papa qualiter eligatur.*
14 *Electio per quotam digentium partem fieri debeat.*
15 *Electiones epiſcoporum ubi fieri debeant.*
16 *Electio prima an & quando præſtet impedimentum ſecundæ.*
17 *Electores quando ab electione reſilire poßint. & nu. 31. 32. 33. & 34.*
18 *Eligendi dignitas uel indignitas quando inſpicienda.*
19 *Abſentes qui uocari debent, ad electionem uocati, non uenientes, an per aliquot tempus ſint expectandi.*
20 *Electione facta quid fieri debeat.*
21 *Matrimonū ſpirituale eſt inchoatum ante confirmationem non tamen eſt ratum.*
22 *Confirmatio prælati infra epiſcopatum ad epiſcopum ſpectat.*
23 *Epiſcoporum confirmatio ſpectat ad metropolitanum.*
24 *Archiepiſcoporū cōfirmatio ad quē ſpectet.*
25 *Confirmatio patriarcharum ſpectat ad Papam.*
26 *Papa ab epiſcopo Hoſtienſe conſecratur, habet.*
27 *Is ad quem ſpectat confirmatio, & electionis, & electi examinationem.*
28 *Scrutinium quotuplex ſit.*
29 *Electus quid acquirat per confirmationē.*
30 *Res eccleſiæ an in iudicium deduci poßint per prælatō electum ſed non confirmatū.*
35 *Poſtulatio ſi de aliquo fuerit facta et non admiſſa, iterum in eccleſia eadem, & eadem ordinatione poſtulari non debet.*
36 *Pœna non canonicè eli entium quæ ſit.*
37 *Sacramentū fidelitatis exigitur ab electo cōfirmato et ſecōſecrato, & q̄ ſit forma.*

## ¶ DE ELECTIONE, ET ELECti poteſtate. Rub.

DICTVM eſt ſupra de poſtulatione, ſed quia poſtulatio præambula eſt electioni, nā ad hoc ſit poſtulatio ut ſublato impedimēto poſtulatus qui ante ineligibilis erat fiat abilis & legitimus ad eligendum. Propterea poſt rubricam de poſtulatione ponitur rubrica de electione. ¶ Videamus igitur quid ſit electio, qui poſſunt eligere quis poſſit eligi, infra quod tempus debeat eligi, quæ forma electionis, ad quē ſpectat electionis confirmatio quod ius ex electio, proueniat. An eligentes poſſunt ab electione reſilire, & quæſit pœna non canonice eligentium. ¶ Ele-
1 ctio † eſt alicuius perſonæ ad dignitatem uocatio quāuis aliàs uerbum eligere ad multa ſe habeat, nam dicitur quis eligi in poſtulandum, ut eod. tit. in cauſis, & infra de renun. poſt tranſlationem. Dicitur quis eligi in canonicum ut infra eo. ti. cum eccleſia uulterana, & infra de præben. dilecto, dicuntur eligi arbitri, ut infra e. in cauſis, ut infra de fo. compe. ſi quis contra. & infra de appel. Cum ſpiritualis, ſed in his etiam & in ſimilibus debet fieri electio laxato uocabulo ſicut & dicuntur poma eligi in caniſtro, hic autem ſtrictè ſignificàt uerbum eligere ut ſuperius di-
2 ctum eſt. ¶ Electio † ſpectat ad collegium clericorum etiam ſi duo uel tres in collegio fuerint, ut infra eo. ti. c. j. & ſupra de conſuetudi. cum dilectus infra de cauſa poſſeſ. & proprie, cum eccleſia. lxiij. diſ. Adrianus. & c. noſce. & §. ex his. xvj. q. ult. c. ult. Sed ſi clerici nō ſunt in eccleſia ut collegium uel ut corpus ſed ut ſingulares, tunc ſuperior prouidebit per ſe uel præſentante patrono ſi eccleſia patronum habet, ut de iure patrona. paſtoralis, hoc igitur eſt regulare ut ad collegium cuiuſlibet eccleſiæ ſpectet electio, licet plerunque ex conſuetudine uel ex priuilegio alieni

ni uocentur infra.eo.c.cumana.& infra de cauſa poſſeſſio. & proprieta.cum ec cleſia.ſupra ti.proxi. bonæ me.in ſecū da bonæ ſupra de conſue. cum dilectus. & infra de iure pa. nobis, uocantur ali- quando religioſi ex honeſtate nō ex de bito.ut xxiij. di. in domine domini. lxxix. di.c.j. uocatur populus nō ad e- ligendum ſed ad conſentiendum. ut lxiij.di.§. Econ.& c.ſequentibus uocan tur & principes ut ab oppreſſionibus defendāt.ut lxiij.di.§.principi.¶Aliquā do tamē illi ad quos ſpectat electio nō poſſunt eligere excōmunicatione im- pediente ut infra de appel. conſtitutis. quod intelligo in excōicatione maiori. ſecus in minori. ut infra de clem. excō. mi.ca.ul. nec ob.infra eo.ti.illa. non e- nim aſſerit defectum eſſe in electione ex eo quòd interfuit canonicus excom municatus excommunicatione mino- ri ſed poſitiuè loquitur ſi quis ex eo fuiſ ſet defectus, cùm re uera nullus fuiſſet defectus Et eſt ratio quare excommu- nicati excommunicatione minori non impediantur eligere quia tantum à per ceptione ſacramentorum excluduntur. ut infra de excep. à nobis, & infra de ſen.excō. ſi quē. iij. q.iiij. Engeltrudā. Ab eligendo autem & ab his quæ iuriſ ditionis ſunt non excluduntur.ut infra de cle.excom.c.ult. Sed inſtabis ratio- ne per electionem eligentium & con- ſenſum electi contrahitur matrimoniū ſpūale ſicut infra de transla.præla.c.li- cet.&.c.inter corporalia infra eo. ti.cū
3 inter in canonicos. † Matrimonium etiam ſpirituale fortius eſt carnali.ut in eadem dec.inter corporalia. Sed ma trimon. eſt magnum ſacramentum in Chriſto. & eccleſia. ut infra de biga. debitum. Igitur excommunicati mino ri.excommunicatione non ſunt admit- tendi ad electionem. Ad quod, reſpon- deo per electionem non proprie con- trahitur matrimo. ſed initiatur.ut dicit illa lex.uel aliter. Matrimonium carna le eſt ſacrum quia in eo inueniuntur il la ſignificata quæ notātur in decre.de- bitum non in matrimo. ſpirituali. nam in matrimo.carnali per bigamiam rece ditur a ſignificatis quod i ſpirituali ma trimo. nō inuenitur alias translatus de una eccleſia ad aliam bigamus cenſere tur. ¶ Item eligere non poſſunt ſuſpen ſi ut ſupra de cōſue. cum dilectus infra de excep.Apoſtolicè nec miretis quòd aliud in excommunicatis excommuni catione minori & aliud in ſuſpēſis quia ſuſpenſi non poſſunt beneficia conſe- qui ut infra de æta.& qua.or.præſi.cum bonæ me. nec ipſi alijs conferre ualent ut infra de conceſ.præ.c.quia diuerſita- tem.Suſpenſi contrahunt irregularita- tem celebrando ut infra de cle. ex apo ſtolicæ,ſecus in excommunitatis excō municatione minori ut infra de cle. ex ſi celebrat.Item eligere non poſſunt in terdicti infra eo.ti.cum inter. Reſpon. ſeniorem. ¶Item illi quibus inter di- citur eligere ſuperioris licentia. ut in- fra eo.tit.c. ulti. ¶ Item illi qui in ea- dem uocatione in eligendo peccauerūt ſciēter eligendo indignum. ut infra eo. tit.cum in cunctis.&.c.innotuit,in fi. & c.bonæ me quo caſu ſunt ipſo iure eli- gēdi poteſtate priuati. & idem eſt ſi pec catur in poſtulandout infra.e.o. tit.ſcri ptum. ¶ Item ſi peccatum eſt in forma. & propterea eligentes per ſententiam priuati ſunt poteſtate eligendi. ut in- fra eo.quia propter diuerſas. ¶Eligi po
4 teſt†qui delegitimo matrimonio ſit na tus. qui etiam in uita & ſcientia com- mendabilis demonſtratur & qui. xxx. annum ætatis exegerit.ut infra eod. tit. cum in cunctis. dummodo non ſit ex- communicatus maiori uel minori excō municatione. ut infra de cle.ex mi. c. ſi celebrat. ¶ Item nec ſuſpenſus. ut ſu- pra de conſue.cum dilectus. ¶Item nec interdicti & qui non ſeruant interdictū ut ſupra de poſtu. c.j. & dūmodo enim canones non obſtant ut in decre. cum in cunctis.§. hoc ſane. ¶ Item eligi
5 † debet infra tres menſes.ut.l.diſt.poſt- quam lxiij.di.obeūtibus. ulterius enim non debet uacare cathedralis uel regu- laris

laris eccleſia,ut infra eo.ti.ne pro defe-
ctu,& in hoc hodie exequata eſt condi
ctio epiſcopalium eccleſiarum & mino
rum in quibus per electionem facienda
eſt inſtitutio. Nam ſecundum uetera iu
ra epiſcopales eccleſiæ, & maiores uaca
re non potuerant ultra tres menſes,mi
nores ultra ſex, ut infra de æta.& qua.
Eam te infra ut lite non conte. quoniã
frequenter infra de cle. nõ reſi. Ex tuæ.
Conſecratio epiſcoporum & maiorum
ultra alios tres menſes differri non de-
bet.ut.c.di.quoniam. & quod dico dari
alios tres menſes benigna interpretatio
ne receptum eſt. ut.lxxv. di.§. tempus.
Si infra tres menſes non fuit facta ele-
ctio iuſto impedimento ceſſante ad pro
ximum ſuperiorem poteſtas deuolui-
tur prouidẽdi, ut in illa, ne pro defectu,
nec obſtat illa dilectus infra de conceſ.
præ.quæ dicit quòd in epiſcopalibus ec
cleſijs nõ ad proximum ſuperiorem ſed
ad Papam poteſtas deuoluitur, nam illã
hodie puto fore correctam,hoc tempus
quod datur ad eligendum utile eſt, quia
non cedit impeditis ut patet per illam
decre.ne pro defectu,ſimile aliàs de cõ
ceſ.præben. uel ec.non ua. Quoniam &
infra de ſup. neg.præ.licet, lapſus enim
ipſius temporis non ceſſantibus officere-
re non poteſt,ut.C.de inoffi. teſta.l.con
tra. Item ſimile aliàs de reſcriptis. Si au
tem,&.c.plerunque.ij.q.vj.§.biduum.ff.
de diuer.& tem.præſcrip.l.j.ff.de re.du-
bi.l.cum ſex. &.ff. quando de pe.act.eſt
anna.l.j.§.annus. Continuum autem eſt
illud tempus quod continuò currit, ſiue
quis poſſit experiri ſiue non,ut eſt uide
re in act.de dolo.l.ult. ſimiliter in reci-
ſoria.ut.C.de tempo.in inte.reſti. l.ulti.
Si uero infra alios tres non fuerit petit
conſecratio, epiſcopus metropolitani
ſui iudicio cedat. quod tempus ſimili-
ter negligentibus cedit.ut.c.di. Quoniã
infra de tranſla.præla.Inter corporalia.
Et quod dixi in epiſcopis reſpectu me-
tropolitani idem puto in metropolita-
no reſpectu ſuorum ſuperiorum. ¶For-
6 mæ electionis † duæ ſunt per ſcrutiniũ
& compromiſſum. quod enim de inſpi
ratione dicitur non eſt forma immo eſt
exceptio à forma, ut infra eo. tit. quia
propter diuerſas. Sunt & quædam alia
circa formas quæ tamen non ſunt de
formis ut illa præſentibus omnibus qui
dicunt uolunt & poſſunt commodè in-
tereſſe, ubi ergo ſit contra formas ele-
ctio eſt ipſo iure nulla ut in eadem de-
creta. quia propter diuerſas, & infra
eodem titu. cum poſt petitam. Cuma-
na &.c. congregatio. cum autem con-
tra ea quæ non ſunt de formis fit tunc
electio non eſt ipſo. iure nulla ſed eſt an
nullanda per exceptionem, ut infra eo
dem titu.quod ſicut ſupra de poſtul.bo-
næ memoriæ. in ſecunda. Et eſt ratio
ne iura illa quæ dicunt electionem non
eſſe ipſo iure nullam ſed annullandam
propter contemptum. niſi contempti
conſentiant ut dicunt iura præallega.
tollantur ipſo uerbo quod ponitur in
illa decreta. quia propter diuerſas ſci-
licet aliter facta electio non ualeat &c.
Quod non eſt intentionis domini Pa-
pæ uel principis quòd uno uerbo tollat
multa iura magnis laboribus condita,
ut infra eod. titu. eccleſia ueſtra.C. de
inoffi. teſta.l.ſi quando. Sed his omni-
bus ob.infra eodem titu. Auditis,ubi ui
detur quod electio celebrata aliquibus
contemptis ſit nulla ipſo iure. Sed tu
dicas quòd non ideò nulla eſt propter
contemptum ſed quia in impetu cele-
brata eſt & poſt appellationem legiti-
7 mam alias legitimè interiectam.¶†Scru
tinium fieri debet per tres de colle-
gio non plures neque pauciores nec
aliunde niſi de collegio, poſſunt au-
tem canonici uices committere ali-
quibus uiris idoneis non curo quot &
an ſint de collegio an non. ¶Sed cir-
ca hoc quæri conſueuit quid ſi plures
uel pauciores ſint ſcrutatores. Re-
ſpondeo ſi uerba decreta. obſeruare
uelimus non ualet quod agitur, ſed
circa hoc curia contrarium obſeruat.
¶ Item quid ſi clerici uni de colle-
gio uel aliunde uices committant &
ille

ille prouideat eccleſiæ uiduatæ.Reſpon
deo ſecundum alia iura ualet quod actū
eſt,ut infra eod.titu.cauſam. Cum inter
canonicos infra de renun. poſt transla-
tionem, ſecundum uerba illius decre.
quia propter,non ualet quæ dicit aliqui
bus iuris.¶Item quæritur quid ſi clerici
uel canonici diſſentiunt circa formas
maior ac ſenior pars conſentiat in uiam
compendij.ſ. in uiam compromiſſi.pau
ci uerò conſentiant in uiam ſcrutinij, te
net curia & obſeruat ut præualeat con-
tradictio paucorum, & hoc tali ratio-
ne, uia ſcrutinij eſt uia ordinaria per
quam cuilibet ſaluum eſt in quem uult
dirigere uotum ſuum, ſecus in compro-
miſſo contingit per quod plerunque ꝓ
uidetur de perſona,de qua prius nec cre
ditum eſt nec ſperatum infra eod.titu.
Cum dilectus filius archi. Morinen.cū
inuitus nullus ſit dandus epiſcopus.ut.
8 lxj. diſt.nullus. ¶†Item an compromiſ
ſum nullus inuitus compellitur. ff. de ar
bi.l.ſed & ſi.§. ſi quis iudex. iij. q. vij.§.
tria in uerſi. quis uero iudex. ¶Sed quā
uis placere debeat quod curia ſeruat,
tamen de rigore iuris contrarium ſua-
detur.nam lex illa loquitur in compro-
miſſo quod pœna uallatur, ad quod gra
ue eſſet aliquem inuitum arctari de-
cre.autem illa quia propter, non loqui
tur in compromiſſo, ſed commiſſo, ſic
enim dicit, uel ſaltem aliquibus ui-
ces ſuas committant. Vnde improprie
dicimus procedi per uiam commiſſi, po
tius debet dici per uiam compromiſſi
uel cōmiſſionis,& ideo non obſtante le
ge illa quæ non accedit, dici poſſet ꝙ
in hoc paucorum contradictio non præ
ualeat ſed ſuccumbat, hoc enim genera
le eſt in cunctis actibus eccleſiæ,ut obti
neat ſententia plurimorum, ut infra de
his quæ fi. a ma.parte capi.per totum.
lxv.di.c.j. ¶Sed uidetur hodie labor in
electionibus duplicatus, olim enim la-
bor erat in eligendo prælatum, hodie
& in hoc & inſcrutatoribus eligendis,
imò certè labor eſt diminutus & uia
electionis ſatis aperta, nam facta publi
catione uotorum & collatione ſecuta,
dummodo nollent homines malignari
certum eſt & expeditum quis ſit eli-
gendus, quia is in quem maior & ſa-
nior pars conſentit. ¶ Sed ſi partes
conſentiunt ſint equales. Et tunc e-
tiam eligendus eſt is qui dignior eſſe
uidetur. Nam pars illa quæ in ſcruti-
nio nominat digniorem in meliori ze-
lo conſiſtit. propterea ſi non maior nu
mero ſanior tamen eſſe cenſetur, quia
zelus conſideratur ex duobus ſcilicet
ex auctoritate eligentium & dignita-
te electi, ut infra eo. titu. eccleſia. Sed
ſi tam ex parte conſentientium quam
ex parte eorum in quos conſentitur
concurrant omnia quod raro contin-
git, & ideo ad hunc caſum iura trahi
non debent. ut. ff. de le.& ſe. con.l.nam
ad ea. dici poſſet quòd in tali caſu eſſet
iterum ad ſcrutinium recurrendum &
noua ordinatione procedendum, ut.
lxxix.diſtin. ſi duo uel deberet ſuperio-
ri totum ſcrutinium præſentari ut ſu-
perior per gratificationem alterum
præoptet. ar. infra de iure pa. cum au-
tem aduocatus.ff.de reli. & ſump. fu l.
9 ulti. ¶Ad†electionem autem per ſcru-
tinium hoc ordine peruenitur, nam
quilibet interrogatus à ſcrutatoribus
ſigillatim & ſecreto uotum ſuum ex-
ponet in certam conſentiendo perſo-
nam uotis ergo omnium redactis in
ſcriptis facta publicatione & colla-
tione ſecuta numeri ad numerum, ze
li ad zelum, & meriti ad meritum,
ut infra eo. titu. in generali patebit
quæ pars ſit maior & ſanior, non re-
ſpectu partium aliarum, ſed reſpectu
capituli totius, ut in decre. eo. Et tunc
maior pars dicet minori, cum maior &
ſanior pars in talem conſentiat ipſe
eſt eligendus. unde ſi placet ipſum com
muniter eligamus, ſi acquieuerint
tunc is qui maiorem uocem habet in
capitulo ſurgens dicet, ego pro toto
capitulo eligo talem, & omnes acce-

ptabunt. Si autem non acquieuerint tunc is qui maiorem uocem habet inter illos qui maiorem & ſaniorem partem conſtituunt dicet. ego pro me & pro illis qui merum conſentiunt eligo talem, & illi dicunt placet nobis, ſic fit electio in communi aliter ſi quilibet ſingulariter diceret ego eligo talem, uel conſentio in talem iam tot eſſent electiones quot eſſent electores ar.ff.de uerb.obli.l. Scire. &.l.quod dicitur.ff.de dona.l.ſenatus cenſuit, uel id quod factum eſt in ſcrutinio repeti uidetur in eligendo hæc forma ſcrutinij locum habet in eccleſijs epiſcopalibus, & maioribus, & in minoribus: puta in archipresbyteralibus, & in præpoſituris, & in plebanatibus. tales enim eccleſiæ per mortem ſuorum prælatorum uiduari cenſentur. ſecus ſi agatur de archydiacono, archypresbytero, uel præpoſito maioris eccleſiæ: quia per mortem talium eccleſiæ non uiduantur quandiu epiſcopi ſponſi earum uiuunt, unde in electionibus illarum perſonarum locum non habet forma concilij ſicut dictum eſt. Sed quod dixi in præpoſituris & alijs perſonalibus qui non conſiſtunt in cathedratibus eccleſijs locum habere formam concilij uerum eſt ſed non in omnibus. Quid enim ſi aliqua ex talibus eccleſijs modicum collegium habebat, puta trium uel quatuor forma ſcrutinij non poterat obſeruari, & ideò procedetur ſecundum morem antiquum, & ita intelligo infra eod.titu.cap.j. ¶Sed nunquid ſcrutatores dicent uota ſua in ſcrutinio & conſenſus ſic, nam in conſtitutione concilij dicitur is eligatur in quem omnes &c. hoc nunquam accideret ſi ſcrutatores in aliquem non conſentirent duo autem tertium ſcrutabuntur. ¶Ad electio
10 nem † uocandi ſunt omnes qui debent uolunt & poſſunt commode intereſſe, & qui in prouincia eadem conſiſtunt in decre.quia propter, & infra eodem titulo coram, uocabuntur autem per literas uel per nuncium, illi uerò qui manent in ciuitate uocabuntur per campanam, ut infra eodem titulo in cauſis, prouinciam autem non intelligas talem & tantam ut dicit canon.v.q.iij. ſcitote. nam multæ prouintiæ diffuſæ ſunt & mora in electionibus periculoſa eſt, ut infra eodem titulo. Cum inter. & infra eodē titulo ne pro defectu, hic ergo intelligo prouinciam illam quæ per ſe prouincia appellatur ut lombardiam, tuſciam, campaniam, inſpecta magis nuncupatione uulgari quam iuris interpretatione ſicut de dietis dicimus, ut no. ſupra de reſcriptis. nonnulli. ¶Et eſt ſciendum quòd poſt conſenſus adhibitos in ſcrutinio mox fieri debet publicatio in communi & poſt publicationem & collationem electio. ut in conſtitu. quia propter. & infra eodem titulo. Cum poſt, uerūtamen non omne quod differendi cauſa fit, moræ annumeratur, ut.ff.de uſu.l.ſciendum. ¶ Item non debemus præcipitare concilia noſtra imò tempore indigemus ut aliquid maturius agamus. ut.l. di. ponderet, † un-
11 de mox intelligo fieri ſi non diuertatur ad alios actus, ut.ff.ad.l.Iul. de adul. l.quod ait.ff.de teſt.l.hæredes palam, in fine.ff.ad tertul.ſena.conſul.l.ij.§.conſeſtim, ita tamen ut nec moratoria cunctatione, nec præcipiti feſtinatione, tam publicatio quam collatio & electio fiāt, ut ff.de admini.tuto.l.tutor qui repertorium.§.j.in fine.ff.ad le.falci.l.j.§.non ſo
12 lum. ¶†Quid ergo ſi poſt publicationē cum appareat plures in ſcrutinio nominatos & diſcordiæ ianua ſit aperta, diuertant aliqui ad angulum eccleſiæ cū aliquibus conferentes & quærētes quo modo ad electionem uniformiter & cōcorditer ueniatur, uel illi de parte maiori moneant illos qui ſunt de parte minori ut à ſua nominatione deſiſtant, & illum eligant in quem maior & ſanior pars capituli conſentit, ut forte miſſa celebretur ad honorē ſpiritusſancti, ut pax & cōcordia inſpiretur, nūquid ex hoc uitioſa

tioſa erit electio. Sed abſit ut uirtutes in uitia conuertamus.ut.xi. q. iij.ue qui dicitis. Sicut nec econuerſo uitia non ſunt conuertenda in uirtutes ut. xl. di. ſepe.et ideo circa hoc lex cautè procedit quæ dicit tunc uitiari id quod in contextu fieri debet cum actus contrarius intercedit.ut. ff. de duobus reis l. duos. §. ultimo.ut cum actum contrarium intelligamus omnem actum impertinen-
13 tem. ¶ Et notabis†quod circa electionem Summi Pontificis non habet hæc forma locum de qua ſuperius dictum eſt. ſed illa quæ habetur infra eodem.licet. Is enim in uniuerſali eccleſia Romanus pontifex habeatur, qui à duobus partibus cardinalium electus fuerit & receptus.ut ibi dicit duas partes quidem intelligunt computato electo, ut infra eodem titulo cum in iure. Alij autem aſſerunt quod illud tantum in com
14 promiſſo obtineat. ¶ †In ſcrutinio due partes eſſe debent eligentes ut dicit illa. licet non computato electo. Sed certè etiam idem uidetur in electione decurionum. ut. ff. decre. ab or.fa.l.iij. ff. quod cuiuſque uui.l.nulli. &. ff. de decur. l. nominationes. Sed ſi uerè inſpicias illas leges. non debes dicere quod duæ partes eligere debeant decurionem. ſed adeſſe. Veruntamen cardinales quando uolunt renunciant illi conſtitutioni & agunt ut præualeat electio quæ à pluribus fuerit celebrata. ¶Item
15 ſciendum eſt quod† electiones epiſcoporum maxime in eccleſijs cathedralibus ſunt celebrandæ ſi fieri poteſt, ut infra eodem quod ſicut.&.c.cum terra.ar. infra de appella.qua fronte,alioquin nedum extra eccleſiam imò extra ciuitatem fieri poſſunt.ut.xxiij.diſtin.in nomine domini. et. lxiiij. diſtin. quanto.
16 ¶ † Item ſciendum eſt quod ſecunda electione facta prima non ceſſata. non ualet.ſcilicet ut cũ dubiũ ſit de effectu prioris, ut infra eodem titulo conſiderauimus &.c. auditis. Cæterum ſi ſit liquidum & euidenter apparens primam ipſo iure nullam. utpote de manifeſtè ineligibili,ut infra eodem titulo. uenerabilem.&.c. Vinconienſis. ¶ Item cum à ſuſpenſo & de ſuſpenſis ab excommunicatis uel de excommunicato electio celebratur. ut ſupra de conſuetu. Cum dilectus infra de appella. conſtitutis. tunc prima non præſtat impedimentum ſecundæ & hæc locum habent cum duæ electiones fiunt non continuè nec in concurſu.ſed una prius & ex interuallo alia. Cæterum ſi fiant quaſi in contextu uel concurſu una poſt aliam non habet locum hæc exceptio ex prima contra ſecundam. quia ſecũda celebrata eſt prima non caſſata. ſed habet locum conſideratio comparationis numeri ad numerum, & auctoritatis ad autoritatem, & zeli ad zelum. ut illa quæ his collatis inuenta fuerit à maiori parte capituli celebrata alteri præferatur infra eodem titulo.dudum. & in.c. in ge-
17 neſi. ¶ Item ſciendum eſt quod † electores ab electione reſilire non poſſunt electu conſentiente uel conſentire uolente, ut infra eod. titulo. cum inter canones. Sicut & alias hærede deliberante & inuentarium conſcribente nulla erit licentia creditoribus uel legatarijs ſeu fideicommiſſarijs eum inquietare uel ad iudicium uocare. uel res hæreditarias uendicare. ut. C. de iure deli. l. ulti. §. donec. ¶ Item cum à diuerſis partibus electio celebratur aliquando numerus unius partis præfertur auctoritati alterius partis aliquando auctoritas numero, ut infra eodem titulo. dudum. ff. de pac. l. maiorem. C. qui bonis cedere poſſunt. l. ulti. Aliquando exceſſus numeri ex una parte cum auctoritate partis alterius præeminente comparatur. ut. xix. diſtin. in canonicis.in quo dicendum eſt quod ſi multum excedat præfertur auctoritati. ut in. c. dudum. & infra de appella. conſtitutis. ſi autem modicum excedat ſuccumbit numerus & præfertur auctoritas.ut infra de teſtibus.in noſtra præſentia. In quot autem numerus excedere debeat ut præferatur uel ut ſuc-

cumbat uel ut æquipararetur auctoritati. non inuenio determinatum in iure. & ideo relinquo arbitrio iudicantis. ut. ff. de iure deli. l. j. ff. de teſtibus ſcio
18 quæſitum. ¶ Item † notandum eſt quod in electionibus cum quæritur. An digna ſit perſona quæ eligitur. An indigna. tempus electionis inſpicitur, ut infra eodem titulo. dudum in prima. & infra de ætate & qualitate ordi. Cum bonæ. &. infra de cleri. ex. mi. poſtula. nec obſtat infra eodem. Auditis. ubi inſpecto poſteriori tempore electio conualeſcit. nam illud locum habet cum electioni hoc ſolum deeſt. ſcilicet conſenſus uel contemptus aliquorum. quo caſu illorum accedente conſenſu non inſpecto tempore electionis ſed conſenſus poſtmodum accedentis electio manet ualida. ſublata exceptione de contemptu. ut ſupra de poſtulationibus. bonæ memoriæ. in ſecunda infra eodem titulo. quam ſicut. §. ſi autem.
19 ¶ Sed quæritur † quid ſi abſentes qui uocari debuerunt uocati non ueniant. nunquid expectandi ſunt donec ueniant ſi uocari reſponderint ſe uenturos? uidetur quòd expectari debent uſque propè finem trium menſium. ar. infra de offi. delega. conſuluit. C. de iudici. l. properandum. ſecunda quæſtione ſexta. in auten. appellatore. infra de appella. oblatæ. ff. de uer. obliga. inſulam. Sed certè cum mora in electionibus ſit damnoſa, ut infra eodem titulo. Cum inter uniuerſas. infra ut lite non conteſta. quoniam frequenter. durum eſt canonicos ſic arctari ut præallega. decre. conſuluit. ff. ſi quis cautio. l. ſecunda. in fine. unde puto quod ſi uocati non ueniant infra competentem terminum eis à uocantibus præfinitum ulterius expectandi non ſunt. infra eodem titulo. Cum inter.
20 &. c. Cum nobis olim. ¶ † Facta electione fieri debet decre. continens formam ſeriem & proceſſum electionis. nomina eligentium & electi & ſub ſcriptiones eligentium ſingulares & debet hoc conſcribi manu publica uel priuata quæ ſufficit propter ſubſcriptiones. ut. C. qui potio. in pigno. habe. l. ſcripturas, uel ſigillo. uel ſigillis auten. ſigillatum. ut infra de fide inſtrumen. ſi autenticam ſcripturam. hoc autem decretum & ſi fieri debeat ut infra eodem titulo. cap. innotuit. lxi. diſtin. epiſcopus. non tamen eſt de ſubſtantia. ut. xxx. q. v. noſtrates. C. de probatio. l. Cum res. ¶ Item poſt electionem & ante confirmationem ſi crimen objciatur electo in modum exceptionis non eſt neceſſarium opponentem ad extraordinariam penam aſtringi, ut infra
21 de acu. ſuper his. ſecus ſi poſt. † Et eſt ratio quia ante confirmationem ſpirituale coniugium eſt inchoatum non tamen eſt ratum. ut infra de tranſla. licet. nam ante confirmationem non habet electus iuriſditionem poſtea ſic. ut infra eodem titulo. noſti. &. c. tranſmiſſe. ¶ Item ante confirmationem metropolitani ſui iudicio cedit ſecundum quoſdam. ut infra de tranſla. præla. inter corporalia. poſtea ſecus. & ſi crimen obiectum ante confirmationem probatum fuerit repellitur electus ab obtinendo. ſi poſt confirmationem & ante conſecrationem & ſi electus confirmatus repellatur ab obtentio: ideſt ab electione & adminiſtratione ac alijs quæ per confirmationem quæſiuit & ab obtinendo ideſt à conſecratione. tamen beneficia prius habita non amittit. ut infra de accuſatio. & inquiſit. ſuper his & ob. hoc ante conſecrationem uel ante tempus de conſecrandis epiſcopis non conferuntur. ut infra eodem titulo. Cum in cunctis. ¶ Confirma-
22 tio † prælati infra epiſcopatum ad epiſcopum ſpectat. ut. xv. quæſtione ultima nullus. niſi aliquis non inueniatur exemptus. ut ſupra de conſuetudi.
23 Cum uenerabilis. † Epiſcoporum confirmatio ſpectat ad metropoli. ut infra eodem titulo. Cum inter canonicos infra de tranſla. præla. inter corporalia. lxiiij. diſtin. cap. j. & ulti. niſi aliqui

ſubſint

ſubſint immediatè Romanæ eccleſiæ
24 ut infra.eodem titulo. nihil.in fi. † Ar-
chiepiſcoporum ad primates uel pa-
triarchas qui in hoc & in quibuſdam a-
lijs parem morem & ſimilia priuilegia
habent cum Romana eccleſia. ut.lxv di
ſtin.mos antiquus.&.c. quoniam. infra
de priui. antiqua. in auten. de eccleſia-
25 ſti.ti. in prin. † Patriarcharum ad Pa-
26 pam,ut infra eodem titu.ſcriptum†.Pa-
pæ autem conſecratio ad epiſcopum ho
ſtienſem. qui in hoc uicem metropoli-
27 tani obtinet. † Et eſt ſciendum quod is
ad quem ſpectat confirmatio ſpectat &
electionis & electi examinatio. Ita e-
nim confirmari debet electus ſi nihil
eſt quod ipſum impediat infra eo. titu.
poſtquam. Alibi dicitur ſi non inuenia-
tur in eo quæ ineptaxico continetur.ut.
viij.q.j. qualiter. Vnde triplex eſt ſcru-
28 tinium. Vnum quod habetur ante ele-
ctionem de quo ſupra dictum eſt. Aliud
quod habetur ante confirmationem, ut
infra eodem titu.uenerabilem. Tertium
quod habetur ante ordinationem. ut.
xxiij. diſt.manus xxviij. diſt. de Siracu-
ſanæ.xxiij.diſtinc. qui epiſco. & xxiiij.
diſtinc. quando epiſcopus. ¶ Per con-
29 firmationem † acquirit electus ea quæ
ad adminiſtrationem & iuriſditionem
pertinent ut infra eodem titu. noſti. &
c. transmiſſe. Saluo eo quod dicitur de
prælatis ualde remotis & ultra Italiam
conſtitutis qui ſi in concordia eligan-
tur & fuerint Romanæ eccleſiæ ſubie-
cti immediatè poſſunt in ſpiritualibus
& temporalibus miniſtrare. ut tamen
de rebus eccleſiaſticis nihil penitus a-
lienen. ut infra eodem titulo. nihil. &
30 c. quod ſicut. ¶ †Sed queritur an rem
eccleſiæ in iudicium deducere poſſit &
uidetur quod non quia in iudicio quaſi
contrahitur:ut.ff.de pecu.l.licet.§.idem
ſcribit. Et abſurdum eſt ei cui aliena-
tio interdicitur permitti actiones exer-
cere:ut. ff. de iure delibe. l. ait prætor.
Sed lex illa loquitur in pupillo delibe-
rante. cui neutrum permittitur. nec a-
lienare. nec actiones exercere nec in
aliquo diminuere res hæreditarias ſine
permiſſu prætoris. ſecus in electo con-
firmato cui generaliter conceditur ad-
miniſtratio temporalium & ſpiritua-
lium rerum. qui poteſt in iudicio age-
re, defendere. Item acquiritur per con-
firmationem. quia ſine metu calumniæ
non poteſt crimen opponi confirmato:
ut infra de accu. ſuper his. ¶ Ab ele-
31 ctione † autem electores reſilire non
poſſunt ſicut nec poſtulantes à poſtula-
tione præſentata: ut ſupra de poſtu. bo-
næ memoriæ in ſecũda.in uer. ſi enim.
Nam electus habet ius petendi confir-
mationem. imò publicato ſcrutinio ua
riare nequeunt electores. ſed ad eligen
dum cogendi ſunt per ſuperiorem ut in
fra eo. titu.publicato.& arg. ad idem in
fra de iure patro.nullus.ix.q.iij.nunc ue
ro. viij.q.iij.Artaldus.ſed hoc intelligo
cum omnes in unum conſentiunt. ſed
cum uota capituli diuiduntur & conſen
tiunt in diuerſos, adhuc dico quod illi
qui ſunt ex parte maiori & ſaniori re-
ſilire non poſſunt. Alij qui ſunt ex par-
te altera poſſunt imò debent.nam is eli
gendus eſt in quem maior &c.ueruntа-
men non intelliguntur uariare. hoc.n.
faciunt iuris auctoritatem:ut.ff. de col-
la.bono.l. nonnunquam. ff. de inoffi-
cio. teſtamen. l. Pomponius.§. ſed nec
impuberis. ff. quorum lega. l. j. §. quia
autem. Vel intellige hanc decreta.
publicato. quòd illi qui in ſcrutinio
conſenſerunt non poſſunt uariare & à
ſuis conſenſibus reſilire poſt ſcruti-
nium publicatum ante collationem &
electionem quia ſecundum conſenſus
in ſcrutinio adhibitos in ſcriptis reda-
ctos & publicatos facienda eſt collatio
& electio nullius narratione admiſſa.
32 ¶ † Sed ſancta publicatione ac collatio
ne cum iam appareat quis ſit eligẽdus
is ſcilicet in quem maior & ſanior pars
capit. conſenſit illi quæ ſunt de minori
parte reſilire poſſunt & uariare & adhæ
rere illis q̃ ſunt in parte maiori una cũ
illis eligere:ut no.ſupra eo.§.ad ele. au
tem per ſcrutiniũ hoc ordine uenitur.

¶ † Sed

33 ¶ † Sed quid ſi publicato ſcrutinio appareat quod maior pars decepta eſt eo quod conſenſu ſi ignoranter in hominē minus dignum. nunquid illi qui ſunt in parte maiori cū de iure ſuo diffidāt, poſſunt à ſuis conſenſibus reſilire. uidetur quòd ſic. ut ſupra de poſtula. bonæ memoriæ in ſecunda. Sed tamen ſecus eſt. Nam in hoc caſu puto minorē partem ſaniorem eſſe, & ideò illum eligēdum qui fuerit à parte minori in ſcurti-
34 nio nominatus† Sed quid ſi oēs in uno ſcrutinio conſentiant & publicatione facta, illum omninò ineptum inueniāt, puto ad nouum ſcrutinium poſſe redire. Sed ſi iam electio ſit facta, uel poſtulatio præſentata fuit ſuperiori, ſecus, ut in prædicta decre. bonæ memoriæ & infra de elec. bonæ. & c. innotuit, nec turberis ex eo quod dicitur in decre. publicato. quòd conſentientes in ſcrutinio cogendi ſunt per ſuperiorem eligere. nam hoc intelligo ſi idoneus ſit is in quem conſenſum eſt. ut infra eod. cauſam. ff. de mu. & ho. l. ut gradatim. in fine primi reſponſi. Sed hoc totum ſine captione intelligas. cum uitium quod detegitur eſt in aperto. tunc enim pænitere licet. ut. ff. de interrogato. actioni. l. de ætate. §. Celſus. nam qui optauit acetum pro uino, poteſt iterum optare uinum ut. ff. de ope. le. l. ij. argumē. ff. de pigno. acti. l. eleganter. §. qui reprobis. & ꝗ iurat aliter quàm ei defert iterū iurare debet ut. ff. de iureiu. l. ꝗ per ſaltum. & qui male pronuntiat iterum iudicat. ut. C. de accu. l. iiij. ff. de arbit. l. quid tamen. j. Reſpon. & ar. infra de accuſa. qualiter. Sed in his qui iā elegerunt, uel poſtulauerunt, & poſtulationē ſuperiori præſentauerunt aliud obſeruatur, ut ſuperius dictum eſt, meritò uidentur enim officio eorum functi bene uel male ut infra de offic. delega. in literis. ff. de iudic. l. iudex. & l. quod iuſ-
35 ſit. ¶ Et nota † quòd ſi de aliquo facta fuerit poſtulatio & non admiſſa, iterū in eccleſia eadem & eadem ordinatione poſtulari non debet. ut ſupra de poſtula. gratum. Et idem dico cum aliter cuius electio caſſata fuerit uitio electionis. ut infra eadem. eo. titu. conſiderauimus ſecundum unam lecturam illius decre. præter iſtam ordinationem quæ facienda eſt in uacatione illa. Nam in alia uacatione poteſt idem in eadem eccleſia iterum eligi. ut infra eodem ſuper eo. ubi autem uitio perſonæ reprobatur electio, nec in uacatione illa, nec in illa, nec in alia eccleſia eligi poteſt. ¶ Sed obijcitur cum electiones conſueuerunt caſſari per modum exceptionis. ut infra de accuſ. ſuper his, mirum eſt quomodo exceptio tantam efficaciam habeat contra id quod legitur infra de ord. cog. cū dilectus infra de excep. denique. §. ult. ff. de his qui not. infra. l. lucius. Ad quod Reſpondeo in nullo uacillare debet opinio promouendi ut xxxiij. diſt. laici. eius autem cōditio cuius per modū exceptionis caſſata fuit electio grauata uidetur ſicut illius qui per exceptionem repellitur à teſtimonio. ut infra de teſt. teſtimonium. & ideo huiuſmodi promotio & in illa eccleſia in qua uitio perſonæ reprobata fuit eius electio, & in alia impeditur. nam infamia facti onerat aliquos apud bonos & graues ut. ff. de obſequi l. honori & a dignitate repellit. ut C. de dig. l. ij. Sed cum alicuius electio caſſatur uitio electionis. tunc quia uitiū eſt in materia, non imputatur electo. ut. ff. ad. l. Acqui. l. ſi ſeruus. §. ſi calicem. ff. de loca. & conduc. l. Item quæritur. §. ſi gemma. unde incaſſatum non committatur infamia. ut. ff. de re mili. l. qui cum uno. § non omnis. & . §. exauthoratus. ff. de his qui nota. infamia. l. ij. §. ignominiæ. ¶ Nunc uidendum eſt de pœna ma-
36 lè eligentium. † Et eſt ſciendum quòd ſi ſcienter eligant indignum ab eccleſiaſticis beneficijs triennio ſunt ſuſpenſi & priuati tunc. id eſt, ea uacatione, uel tunc id eſt prima uice, uel electione occurit facienda poteſtateꝗ eligendi. ut infra eodem titulo cum in cunctis. ita ut ſi omnes deliquerint transferatur poteſtas eligendi ad ſuperiorem: ut infra

eodem

eodem titu. bonæ memoriæ. &.c. inno-
tuit. Si autem non omnes deliquerint,
ſed aliqui de capitulo, tunc poteſtas de-
uoluitur ad alios, qui non deliquerunt:
ut infra eodem titulo. cum Vincon. & ſi
illi ad quos deuoluitur eligant, & eodé
modo deliquerint, ut primi, poteſtas re
dit ad primos, non ad ſuperiorem. ſic in
telligere uoluerunt quidam decre. illá
cum Vincon. dicentes tunc demum de-
uolui ad ſuperiorem ius eligendi, uel
prouidendi, cum omnes pariter, id eſt,
ſimul deliquerint. colligentes hoc ex il-
lo uerbo quod ponitur in decreta. bonæ
memoriæ Maguntinus, in fi. ubi dici-
tur ſi electores pariter deliquiſſent ad
nos deuoluta fuiſſet ordinatio eccleſiæ
Maguntinen. Sed ego aliter intelligo
decre. illam cum Vincon. ſicut etiá glo
ſaui. Et quod dicitur in decret. bonæ, pa
riter nó intelligo concurſum in tempo
re delinquentium ſed delicti ſimilitudi-
nem. ut ſit ſenſus ſi primi electores de-
liquerint, & ſecundi deliquerint parita-
te delicti non temporis deuoluta eſt or
dinatio &c. Abſurdum enim eſſet dice
re quòd nunquam ius eligendi a capi-
tulo exeat niſi canonici diuiſi delique
rint, & quod uitium delinquentiú qua-
ſi purgetur ex delicto aliorum. ut ad pri
mos ius redeat eligendi. illi tamen ad
hoc reſpondebant quod iſte regreſſus
& circulus locum habet uſque ad tres
menſes, qui dantur ad eligendum: ut l.
diſti. poſtquam. lxiij. diſti. obeuntibus.
& quod dixi deuolui ius prouidendi ad
ſuperiorem canonicis eligentibus ſcien
ter indignum. locum habet cum canoni
ci eligût contra formas. hic ſaluo quod
in primo caſu delinquentes priuati ſút
ipſo iure. in ſecundo priuandi per ſenté-
tiá: ut patet hæc differentia ex illis de-
creta. ut infra eodem titul. cum in cun-
ctis. &.c. quia propter diuerſas, & nota
quòd cum in primo caſu eligentes ſint
à beneficijs ſuis per triennium ſuſpenſi,
durante ſuſpenſione alia beneficia ac-
quirere non poſſunt. ut infra eodem ti-
tulo per inquiſitionem, infra de ætate
37 & qualitate. cú bonæ. † Et eſt ſciendú
quod ab electo cófirmato & conſecra-
to exigitur ſacramentum fidelitatis: ut
infra eo. titulo ſignificaſti, ſecúdum for
mam quam habes infra de iureiuran. er
go, & idem ſi metropolitanus fuerit, có
ceditur pallium ad uſum & nomen: ut in
fra de poſtulatio. prælato. bonæ memo
riæ. in fine. in ſecunda. in quo plenitudo
Pontificalis officij confertur. ut infra de
uſu palij. niſi ſcilicet in quinque. in uoca
tione concilij. criſmatis confectione. de
dicatione baſilicarum. ordinatione cle-
ricorum, & epiſcoporum cóſecratione.
ut infra eodem titulo quod ſicut. §. præ-
teream.

## *Summarium*

1 *Translatio quid ſit.*
2 *Transferri qui poſſint, & qui transferendi poteſtatem habeant. & nu 3. & 4.*
3 *Epiſcoporum translatio ad ſolum Papã ſpectat.*
4 *Prælatus an inuitus cogi poſſit tranſire ad dignitatem maiorem.*
5 *Cauſæ transferendi quæ ſint.*
6 *Translatum non ſequuntur honores reales.*

## ¶ DE TRANSLATIONE Prælatorum. Rubri.

DICTVM eſt ſupra de quibuſdã
modis per quos prouidet eccle
ſijs de prælatis. ſed quia plerun
que prouidetur transferendo prælatos
de eccleſijs ad eccleſias. Idcirco ſubijci
tur hic rubrica de translatione. prælato
rum. Vel aliter continuabis. Dictum
eſt ſupra de poſtulatio. ſed quia plerun-
que poſtulantur prælati alijs eccleſijs
alligati. ut ſupra. de poſtu. bonæ memo-
riæ in prima & ſecunda. &c. ſi unanimi
ter quos transferri oportet. ideo hic de
tráſla. tractatur. ¶ Videamus igitur quid
ſit translatio. qui poſſint transferri. ad
quem pertinent poteſtas transferendi.
&

& quæ ſit cauſa transferendi. ¶Tranſlatio † eſt de ſede ad ſedem commutatio. unde quod hic appellatur translatio alibi appellatur mutatio. ut vij. q.j. mutationes. † Poteſt transferri aliquis de minori ad maiorem eccleſiam. qui.n. prouehitur de minori ad maius prouehitur. xciij. diſ. legimus. in fin. ff. de mu. & ho. l. ut gradatim. et maximè obtinet cum àgitur de translatione epiſcoporum. cum enim epiſcopi transferri non poſſint de ſedibus ad ſedes niſi per diſpenſationem. ut not. ſupra de poſtulatio. facilius diſpenſatur: ut de minori quis tranſeat, ad maiorem, quàm de pari ad parem, uel de maiori ad minorem. ut infra eod. tit. c.j. & c. licet. Eſt igitur hoc ſecundum ordinem, ut habens minorem dignitatem transferatur ad maiorem. ut infra eodem capi.j. & vij. q.j. mutationes, Pertinet † autem translatio epiſcoporum ad Papam ſolum. ut infra eodem titulo. c. fi. & vij. q.j. mutationes. & infra eodem titulo inter corporalia. Aliorum autem prælatorum inferiorum ab epiſcopis translationes fieri debent auctoritate epiſcoporum. ut vij. q. prima epiſcopus de loco. niſi prælatus is qui transferendus eſt ſub ſit Romanæ eccleſiæ immediatè. ut ſupra de conſue. cum uenerabilis. ¶ Item requiritur conſenſus capitulorum ſeu clericorum a quibus, ſunt aliqui transferendi. eſt. enim quædam alienatio. & ideò cõſenſus clericorum eſt requirendus. ut. x. q. ij. in autent. hoc ius porrectum. xij. q. ij. ſine exceptione. x. q. ij in. c. ulti. nam maior eſt alienatio perſonarum quàm rerum. quia perſonæ precioſiores ſunt rebus. ut xij. q.j. precipimus, & prius quærenda eſt perſona quam iuris ratio. ut. ff. de iure. codic. l. quidam referunt, & hominum gratia res natura comparauit. ut inſtit. de re. di. §. in pecudũ. & qđ dico requirendum conſenſum clericorum, locum habet in his prælatis qui ſub ſunt epiſcopis immediate. ar. lxxj. diſt. clericos. infra de renun. ad monet. ſed ſi alijs prælatis medijs ſub ſint ut abbatibus ſeu præpoſitis, eorum etiam cõſenſus eſt requirendus. ut. lviij. di. c.j. & ix. q. iij. conqueſtus. liiij. di. ca.j. ſed ſi per alium epiſcopatum clericus uocatus ſit, tunc ſiue habeat medium prælatum, ſiue non conſenſus epiſcopi eſt requirendus. ut. lxj. diſ. per totum. lxxxv. diſ. florentinum. ¶ † Sed quid ſi prælatus aliquis uocatus ad dignitatem maiorem nolit tranſire dixerunt quidam cogi non poſſe: quia nemo cogitur creſcere inuitus ut. lxxiiij. diſ. geſta. ſed ſi ex cauſa utilitatis uel neceſſitatis petatur translatio puto fore cogendum. ar. vij. q.j. omnis qui gemebat. Nec ob. quod dixi quòd nemo creſcere inuitus compellitur? quia multa bona conferuntur inuitis. ut. xliiij. di. & qui emendat. & inuitus aliquis liberatur ut. ff. de neg. ge. l. ſoluẽdo. ff. de ſolu. l. ſolutionẽ. argu. ad idẽ. ff. de lib. cau. l. j. & ij. ff. de appella. l. non tãtum. ff. quando appella. ſit. l. iij. §. ulti. ¶ Transferre † autem epiſcopes & ſuperiores ſolius Papæ eſt ut dictũ eſt. nã hoc & quædam alia ſoli Papæ competunt, quæ his uerſibus notantur. ¶ Reſtituit Papa, ſolus depoſuit & ipſe. Diuidit ac unit, eximit atque probat. articulos ſoluit, ſynodumque facit generalẽ, Transfert & mutat. non prouocat ullus ab illo. ut hæc ſine gloria probantur per iura. ij. q. vj. Ideo. iij. q. vj. quãuis. & c. dudũ. xvj. q.j. præcipimus. vij. q.j. & temporis. xvj. quæſtio. j. frater noſter. xvij. diſtin. regula. xiiij. q.j. quoties. xvij. diſtin. c.j. ij. & iij. vij. q. j. temporis qualitas. c. mutationes. ix. quæſtio. iij. cuncta. ¶ Tranſlationum † cauſæ duæ ſunt. utilitas & neceſſitas ut. vij. quæſtio. j. Omnis qui gemebat & c. epiſcopus, de loco qui enim ex altera iſtarum cauſarum transfertur, non tranſit ſed transfertur. ut vij. q.j. mutationes, non mutat ſed mutaẽ. ut vij. quæſtio. j. ſcias. ¶ Tres autem ſunt cauſæ tranſitus leuitatis, cupiditatis & humilitatis. Cũm quis utilitatis cauſa transfertur omnino eximitur & liberaẽ a prima ut ſupra de poſtu. bonæ memoriæ. in ſecunda, in fi. Vt nihil

hil commune habeat cũ priori. ut. xxj. q. ij. Si quis iam translatus quod intelligo cùm translatus eſt cum effectu: ita ut poſſeſſionem illius habeat ad quam transfertur. ut ſupra titulo proxi. cum in cunctis. Alioqui ſecus. ut xcij. diſtin. ſi quis epiſcopus ordinatus. &.c. ſi quis epiſcopus. &. cap. ſi qui epiſcopi. ſic & ex eo tempore incipit quis poſſe teſtari iure militari cum in numerum militum eſt receptus non cum electus eſt in tyronem.ut.ff. de mili. teſta.l. Ex eo tempore. uel quod uerius puto. cum epiſcopus abſoluitur a uinculo quo priori eccleſiæ tenebatur data ſibi licentia ad alteram tranſeundi antequam ad ſecundam tranſeat. uel ſi non admittatur a ſecunda adhuc dico nihil commune habeat cum priori à qua exemptus eſt. eſt tamen epiſcopus nullum poſſidens epiſcopatum.ut.ff. de bon. poſſ. ex teſta.mili.l.una in fi. ueruntamen quàmuis poſſeſſionem eccleſiæ non habeat ad quam transfertur dominium, tamen uel ius in ea quæſiuit.ut. ff. de acqu.poſ. l.cum hæredes. ¶ Cum cauſa neceſſitatis quis transfertur idem eſt quod ſupra aliquando enim ex cauſa neceſſitatis fit tranſlatio. ut cum prælatus in ſua eccleſia perſecutionem patitur & hoſtilitatem. Sed & tunc dici poteſt cauſa utilitatis transferri. cum in ſua eccleſia in fructuoſus exiſtat. & ob hoc iſtæ duæ cauſæ plerunque coniunguntur. ut vij. q.j.ſcias ſupra titu. proxi. in cauſis. Si uerò neceſſitatis cauſa non transferatur ſed tranſeat, tunc ceſſante neceſſitate quaſi iure poſtliminij redit ad ſuam eccleſiam ut vij. q.j.poſtoralis. ¶ Tranſit quis de eccleſia ad eccleſiam cauſa leuitatis in quo caſu dixit Hugolinus quòd ſi alteri eccleſiæ adhæreat ſine monitione poteſt priuari prima, niſi prima uoluerit eum repetere.Si aũt adhæſerit alteri,aut habet eccleſiam pro derelicto. aut nõ.Si habet,puta quia contrahit matrimoniũ fit miles. tunc ſine monitione priuatur. & idẽ dixit in alijs. caſibus. ut cũ quis defuerit ab eccleſia per tres ſeptimanas,uel duos mẽſes ſine iuſta cauſa,& abſque licentia ſui epiſcopi in ſtudio uel peregrinatione. In his omnibus dixit poſſe priuari ſine monitione,quaſi in his omnibus eccleſia pro derelicto habeatur.honeſtum tãtum eſſe dicebat ut admoneantur: ut vij.q.j.ſi quis in clero. &.c. ſi quis præsbiter infra de cleri. non reſi. inter quattuor. uerius puto ꝙ in his caſibus & conſimilibus admonendus ſit abſens, ut infra de appel. peruenit infra de ſenten. excom. in audientia infra de cleri. non reſi. Ex parte. & ar.vij.q.j.peruenit infra de cle.non reſi. ex tuæ. nec enim facile præſumendum eſt aliquem habere eccleſiam pro derelicto,forte multis laboribus acquiſitam ut infra de renun. ſuper hoc. nec ex ſola abſentia hoc præſumitur: cum poſſit quis ex iuſta cauſa abeſſe. ut infra ut lite non conteſta. quoniam frequenrer. Sed ſi requiſitus nõ inueniatur tunc ꝓcedatur ſecundum illam decre. infra de cle.nõ reſi.ex tuæ. Vbi uerò certum eſſet eccleſiâ non habere pro derelicto: ut cùm quis ex ſuperioris licentia ſe abſentat. & ſi ultra moretur qui ſuperiori placeat admonendus eſt,eo.nõ ſine cauſa remouendus. ut.vij. q.j. præſentium. ¶Item tranſit quis cauſa cupiditatis ſiuæ ambitionis. & tunc priuandus eſt habita & ambita.ut.vij.q.j.eos.Si quis epiſco.infra eo. ti. quanto ſed eccleſia põt eum repetere ſi uult.ut vij.q.j.non oportet.Sed in hoc opponitur:Nonne hodie perdit primã recipiendo ſecundã:ut infra de præben.de mulcta.Reſpondeo ꝑdit ſed non perditur. unde ſi eccleſia prima uelit repetere ſuum prælatum ſi ſine reſignatione prioris eccleſiæ & ſine ſuperioris licẽtia tranſiuit ad aliam, bene poteſt, eſt tamen præſumptio canonis quòd eo ipſo quòd quis trãſit ad maiorem uideatur ambitionis cauſa tranſilire.ut vij.q. j. ſi quis epiſcopus. nullus enim tranſit de maiori ad minorẽ. ut infra de cler.non reſi.c.j.¶Item tranſit aliquis cã humilitatis.cum quis relicta ſua eccleſia religionẽ ingreditur.Nam licet

in priuatis perſonis,ſufficiat licentia pe
tita & ſi non obtenta,ut infra de regu.li
cet,eo ꝙ qui ſpiritu dei ducitur non eſt
ſub lege.xix.di.duæ.in epiſcopis tamen
ſecus eſt. ut dicam infra de renun.cæteri
uero prælati inferiores epiſcopis & ſi li
centiam petere debeant.poſſunt tamen
ea non petita intrare. Præter hanc cau-
ſam ſcilicet religionis ſi quis uelit ec-
cleſiam deſerere reſignet in manu præ-
lati, ut infra de renun. admonet. uel in
manu Papæ ſi ei ſubeſt immediatè,ut in
fra eo.c.ult. Alioquin eccleſia poteſt cũ
repetere ſi uult.ut vij.q.j. non oportet,
uel ipſe ſuperior. ut.vij q.j. Si qui uerò.
&.c.ſi quis presbyter.ipſe autem repete
re eccleſiam non ualet. ut. vij.q.j. eos.
nam & ſi inutilis ſit renunciatio. habet
tamen in ſe tacitum pactum ne petat,ſi
cut & inutilis acceptatio. ut.C. de pa-
ctis.l. ſi unus.§.pe.ff.de accep. l.an inu-
tilis,& hoc uerum eſt in prælaturis iam
quæſitis. ſecus in acquirendis, ut infra
de his quæ fiunt à maio. par. cap. Ex
ore,tunc ſi ex conſcientia criminis di-
miſſa prælatura ad uitam monachalem
deſcendit,ad prælaturam ſecularem re-
ſurgere de iure non poteſt. Alioquin ſe
cus. ut vij.q.j. hoc nequaquam infra de
renun.poſt tranſlationem. ¶Vnum au-
6 tem in ſumma † notabis quòd honores
reales non ſequuntur tranſlatum: ut ſi
primò fuerit palliatus & transferatur ad
aliam eccleſiam, quæ dignitatem pallij
habeat oportet translatum iterum pal-
liari ſupra de poſtu. bonæ memoriæ.in
fi.in ſecunda.quia licet pallium uidea-
tur perſonale adeò ut cum perſona ſepe
liatur.ut infra de uſu pallij. ad hæc. ta-
men gratia & contemplatione loci da-
tur,& ideò reale cenſetur, unde perſo-
na cui conceditur non utitur eo ultra lo
cum.ut infra de uſu pallij, ex tuarum,&
ſi palliatus loco renunciet, non retinet
uſum pallij,ut infra de renun.ad ſuppli-
cationem,& ſuccedens palliato non uti
tur eo niſi pallium ei concedatur. Sed
iniuria fieret ei ſi pallium non conce-
datur eidem arg. ad hoc.ff.de aqua quo
ti.& æſti.l.j.§.pe.

## Summarium

1 *Pallium quid ſit.*
2 *Pallium cui, & ſub qua forma uerborum concedatur. & nu.4.*
3 *Vtilitas per dignitatem augeri debet.*
4 *Pallio quibus in locis,& temporibus utendum ſit.*
5 *Proconſul ubique proconſularijs inſignijs. utitur, & uoluntariam iuriſdictionem exercet.*
*Item & legatus de latere Papæ.*
6 *Mitram & annullum paſtoralem ubique defert quilibet metropolitanus.*

## ¶DE VSU PALLII. Rub.

DICTVM eſt ſupra de poſtula-
tione, de electis, & de tranſ a-
tione. Sed quia per hos modos
aſſumptos uti pallio decet, ſi eccleſijs
ad quas aſſumuntur dignitas pallij de-
beatur, ideò poſt illos tractatus ponit
rub. de uſu pallij. ¶Videamus ergo
quid ſit pallium, cui concedi debeat, &
a quo. Item quibus locis & temporibus
1 utendum ſit pallio. ¶Pallium † eſt inſi-
gne ornamentum archiepiſcopi,& epi-
ſcopi, ſumptum de corpore Beati Pe-
tri, ut ſupra de electio. ſignificaſti. In
pallio autem plenitudo pontificalis of-
ficij confertur, ut infra eodem titu.ni-
ſi. unde ante pallij receptionem ec-
cleſia dicitur uiduata. ut. c. diſt. quo-
niam: quia ſine pallio quædam ex-
pediri non poſſunt. ut ſupra de elec.
quod ſicut. §. præterea. in Papa uerò
pallium deſignat plenitudinem pote-
ſtatis.ut infra eodem titu. ad honorem.
2 ¶ † Conceditur pallium archiepiſco-
pis & epiſcopis aliquibus ex ſpecia-
li gratia.ut infra de præſcrip. cum in
iuuentute.Conceditur pallium ſummus
pontifex alicui prælato in curia exiſten
ti,uel eius nuncio, uel mittit illud per
apo-

apocriſarios Roma. eccleſi. ut ſupra de elect. ſignificaſti. c. diſtin. c. pallium. & c.
3 ſcriptorum Pallium † conceditur fortiter poſtulanti. ut. c. diſtinctione. priſca. ſicut & literæ dimiſſoriæ. ut. ij. qu. vj. poſt appellationem. ſicut & peccatorum remisſio. ut de pœniten. diſtinc. j. importuna. ¶ Conceditur autem pallium his uerbis. Ad honorem Dei omnipotentis & beatæ Mariæ uirginis, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. domini Papæ Gregorij & Roma. eccle. necnon eccleſiæ tibi commiſſæ tradimus tibi pallium de corpore Beati Petri ſumptum. plenitudinem ualet pontificalis officij ut utaris eo inter eccleſiam tuam certis diebus qui exprimuntur in priuilegiis ab apoſtolica ſede conceſſis. Conceditur iuranti. ut ſupra de electio. ſignificaſti. c. diſti. optatum. cum augmento honoris pallij creſcere debet cura paſtoralis ſollicitudinis. ut ornatu ueſtium actionum ornamenta conueniant. ut. c.
4 diſtinctione omnis. † Augeri enim debet utilitas per dignitatem. ff. de iudi. l. ſi longius. in fin. ff. de donatio. l. filiusfami. ff. de uſu. & ha. plenum. ff. de de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. primo. & argum. infra de offi. de le. ſane. xxiiij. q. j. qui contra pacem. ij. q. viij. quiſquis. Sed dum decorari pallio uolumus, forſan moribus indecori. ut. c. diſtinct. contra mo-
5 rem. ¶ Summus pontifex † utitur pallio ſemper & ubique. Alij autem prælati nec ſemper nec ubique quia ille in plenitudine poteſtatis illi in partem ſollicitudinis ſunt aſſumpti: ut infra eo. ti. ad honorem. Vnde illi in ſua eccleſia. i. in qualibet eccleſia ſuæ prouinciæ ſi ſit metropolitanus uel ſuę dio. ſi ſit epiſcopus utitur pallio & certis diebus qui in priuilegio ſuæ eccleſiæ continentur. ut infra eodem. c. j. & c. ad honorem & c. ultimo. Aliquando ex ſpirituali cōceſſione licet alicui extra ſuam prouinciam ut diœce. uti pallio pro miſſarum ſolennitatibus, pro conſecrandis ſuffraganeis, & clericis ordinandis, dūmodo fiant de permiſſione illius in cuius diœce. celebratur. ut infra eodem tit. ex tuarum. & c. cum ſis. ſed licet ita ſit de iure communi quòd quis uti non poteſt pallio niſi in ſua prouincia uel diœceſi ut dictum eſt ſicut ſerica ueſte utendum non eſt niſi in cena. ut. ff. de uſufru. l. ſed & ſi quidem. §. ſed & ſi ueſtimentorum. uidetur tamen quodam argu. legali nō eſſe abſonum ſi palliati utantur pallijs
6 extra ſuas diœceſ. Nam † proconſul ſuis utitur inſignijs ubique poſtquam urbē egreditur. ut. ff. de offi. procon. l. j. Sed illud contingit ratione mittentis, mittitur enim a principe. & ideo tanquā perueniat ad prouinciam ſibi decretam utitur inſignijs & exercet ea quæ ſunt uoluntariæ iuriſditionis. ut. ff. de offi. procon. l. ij. ſicut & legatus domini Papæ qui dicitur de latere ipſius. ut infra. de offi. leg. quòd translationem. & c. excommunicatis & infra de ſenten. excom-
7 municatis ad eminentiā. † Mitrā aūt & annulū paſtoralem defert quilibet metropolitanus ubiq; in miſſa priuata. nā & flamines ubique pilium portabant. ut xxj. diſtinc. cleros. in eis enim non ſignificatur plenitudo officij ſicut in pallio. ¶ In ſumma notandum eſt quòd pallium dandum eſt cum cōceſſione noui priuilegij & renouatione antiqui. ut. c. diſtin. c. antepenul. & ultimo.

## *Summarium*

1 *Renunciatio quid ſit, & quis renunciare poßit.*
2 *Renunciari quibus poßit.*
3 *Clericus an fori priuilegio renunciare ualeat, & nu. 5.*
4 *Clericus à quo ordinem recipit, & iudiciū recipere debet.*
6 *Renunciationis effectus qui ſint.*
7 *Renunciare non compellitur quis inuitus.*
8 *Remittens dare intelligitur.*
9 *Renunciando beneficio in quo caſu quis efficiatur ſimoniacus.*

## DE RENVNCIATIONE. Rub.

QVIA ea quæ poſtulationibus, electionibus, & translationibus acquiruntur plerunque renunciatione perduntur. ideò poſt tractatus illos ſubijcitur rubrica de renunciatione. ¶ Videamus ergo quid ſit renunciatio, quis poſſet renunciare, cui facienda ſit renunciatio, quæ poſſint renunciari, quis ſit effectus renunciationis, & an ad renunciandum quis compellatur inuitus. & an poſt renunciationem poteſt renuncians penitere.
1 ¶ Renunciatio† eſt propriè rei uel iuris ſpõtanea refutatio. ¶ Poteſt renunciare is ad quem pertinet quod renunciatur. Generaliter enim quilibet poteſt renunciare rei ſue uel proprio iuri. ut probatur. infra per multa iura. & vij.q.j. quam periculoſum. C. de pac.l. ſi quis in conſcribendo infra de foro competen. ſi diligenti. infra de regu. ad apoſtolicam. Sunt tamen quidam quibus libera non eſt reſignandi poteſtas: ut prælati qui ligatas habent alas quibus ſatagunt uolitare ut liberum non habeat abſque ſuperioris permiſſione uolatum. ut infra eodem titulo. literas. &c. niſi, quorum cauſa renunciandi examinanda eſt. ut infra eodem titulo. niſi. Et eſt ratio quia prælatura non datur alicui propter ipſum ſolum, ſed propter alios, non ut præſit ſed ut pro ſit. ut prima quæſtione.j §.ecce cum honore. viij. quæſtione prima qui epiſcopatum. & quia in prælatura ſalus communis agitur & lucrifactio animarum. iuxta quod Apoſtolus ait de ſeipſo. Cum eſſem liber ex omnibus omnium me ſeruum feci ut plures deo lucrifacerem. ut. xxviij. quæſtione prima. iam nunc unde dicit ſe plus cæteris laboraſſe. ut infra eodem titulo. niſi. §. quippe. & xxiij. quæſtione. iiij. quis non poteſt. ¶ Renunciare non poſſunt furioſi & ſui incompotes niſi habeant dilucida interualla in quibus renunciare ualent. vt. vij. quæſtione prima quamuis triſte, & tunc renunciationis cauſa per ſuperiorem inquiri-
2 tur. ¶ Renunciatur† his quæ ſunt iuris priuati: ut patet per iura ſuperius allega. ut. ff. de edili. edicto. l. quare. §. ſi uenditor. infra de priuile. ſi de terra. & c. accedentibus. ff. de pactis. l. paciſci. ff. de minoribus. l. iudex. ff. de ferijs. l. prima. à qui. appel. non lic. l. j. C. de tempo. appel. l. ultima. in fi. & in multis alijs iuribus quæ quilibet curioſus per ſe notare poteſt. ſed iuri publico uel interdicto in fauorem omnium non poteſt. vt. ff. de pact. l. ius publicum. infra de ſenten. excommunica. contingit infra de foro competen. ſi diligenti, uel aliter iuri fauorabili tantum põt renunciari. iuri uerò fauorabili & odioſo ſicut eſt illud de quo loquitur c. ſi diligenti. & c. contingit. non poteſt illud enim ius quod clericis indulgetur de foro & priuilegio illius decre. xvij. q. iiij. ſiquis ſuadente. inductum eſt in fauorem clericorum & in odium laicorum qui oppidò infeſti ſunt clericis. ut. ij. q. vij. laicos. Et ſimile alias quia auxilio uelleyani renunciatur ut. ff. ad uell. l. ul. C. quando mu. tu. off. fun. aut. mater. ſed Macedoniano non poteſt unde & poſt ſententiam datur ex eo exceptio. ff. ad Macedo. l. tamen. Et eſt ratio quia Velleyanum eſt fauorabile tantum, id eſt, in fauorem mulierum inductum. Macedonianum eſt inductũ in fauorem filiorũ familiàs, & in odium creditorum: ut. ff. de conditi. indebi. l. qui exceptionem. uel aliàs non poteſt quis renunciare iuri ſuo cum ex ſua renunciatione etiam iuri alterius præiudiciũ generetur, † un-
3 de clericus non poteſt renunciare foro, quia ex hoc præiudicaretur epiſcopo. ut. xi. q. j. clericum. iij. q. vj. non liceat. à
4 †quo enim clericus ordinem recipit. & iudicium recipere debet. ut. ix. q. ij. nullus primas foren ſes & penitentiales. ut de pe. di. vj. placuit. infra de pæ. & re. om-
5 nis. ¶ Præterea † ſi ſic clerici fori priuilegio

priuilegio renunciare poſſent, iam cle-
rici de uno epiſcopatu poſſent ſibi con-
ſtituere alium iudicem in alio epiſcopa
tu. ut. ff. de iud.l. in eo. modo clericus
non poteſt renunciare priuilegio toti
collegio indulto clericali. xvij.q. iiij. Si
quis ſuadente. nam & ſi actionem iniu-
riarum remittere poſſet ut. xxiij.q. iiij.
c. ſi illic. iniuriam tamen facta ordini
abolere non poteſt.unde eo remittente
actionem ſuam ei qui manus uiolentas
in eum iniecit temere. excommunica-
tio durat:ut in decre.contingit.Quidam
tamen dicunt quod clericus & ſi fori
priuilegio renunciare non poſſit ex-
preſſe,tacitè tamen poteſt arg.ff.de pro
cu.l.filiuſſa. §. ueterani. C. de iura. ca-
lum.l.ij quod non puto uerum.Item re-
nunciare non poteſt quis per quæ deo
& homini obligamur:ut uotis,pollicita
tionibus,iuramentis,conuentionibus et
promiſſis & per hoc matrimonio renun
ciari non poteſt, quamuis iuri exigendi
debitũ renũciari poſſit.ut infra de con-
uer.cõiuga. quidã intrauit. Renunciari
debet eccleſijs,beneficijs,& præbendis
apud eũ à quo hic recipiũtur:ut infra e.
ti.admonet. xviij.q.ij.abbas, põt ut in-
de fiat curæ priuatio unde dať in aut.de
defenſo.ci.§.nõ habẽte alioquin ſi quis
in conſulto ſuo epiſcopo dimittat eccle
ſiam quãuis eccleſia abſoluatur ab ipſo
ut infra eo.ti. quod in dubijs. &. vij.q.i.
eos.ut ipſe eam repetere non poſſit.re-
peti tamẽ poteſt ipſe ab ipſa eccleſia.ut
no.ſupra in ſumma de tranſla.præl.§.ul.
& hæc uera ſunt niſi habẽs eccleſiã trã
ſeat ad religionẽ. tũc enim ualet ingreſ
ſus, nec reuocari poteſt ab eccleſia uel
epõ, quo inconſulto trãſiuit,quãuis licẽ
tiã petere debuiſſet, ualet tamẽ ĩgreſſus
petita & nõ obtenta uel nulla petita:ut
infra de regula licet.xix.di.duæ. Sed a-
liud eſt in epiſcopatu quẽ etiã religionis
cauſa deſerere non licet, & hoc ideo,
quia maior fructus ineſſe creditur curæ
paſtorali quã uitæ contẽplatiuæ:ut infra
eo.ti.niſi.§.ul.q̃d intelligo cũ ita res ge
ritur ſicut noſter iubet Imperator.ut.xl.
di.ante omnia. ¶Effectus renũciationis
6 †eſt ut renũciãs repetere non poſſit q̃d
ſemel recũciauit.ut.vii.q.i.quã periculo
ſum.ff.de ædi.edi.l.quæritur.§. ſi uend
tor.C.de iureiu. l. ſi quis iuſiurandum
xxiii.q.iiij. ſi illic.ff. de ſucceſſo. edi.l.i.
§.q ſemel.xvij.q.ij.Gõſaldus.xviij.q.ul
ti.dudum.xxi.q.ii. ſi quis iam trãslatus.
xcii.di.ſiquis epiſcop' uacãs.vii.q.i.hoc
nequaquã.ut.infra eo.ti.poſt translatio
nẽ C.de cõdi.inſer.l. cũ quidã infra de
cau.poſ. & proprie. paſtoralis in aut.de
7 teſtibus.§. quia uero multi.†Renuncia-
re nõ cõpellitur quis inuitus:ut.vii.q.l.
quãuis.debet igitur renũciatio eſſe uo-
lũtaria nõ extorta:ut infra ꝙ me. cauſa
ad audientiã. abſoluta. omnino.n. quis
renũciare debet rei ſpirituali:ut ifra de
offi.de leg.ex ꝑte infra de ſimo.ex inſi-
nuatione, quia nec dari uel remitti uel
renũciari debet aliq̃d ſpũale pacto uel
cõditione iteruenıẽte.ut.j. q.ij.quã pio.
8 in fi.† qui.n. remittit intelligiť dare:ut
viii.q. iii. talia infra de teſtibus ueniẽs.
ff.de calumnia.l.qiun.etiã. ff. qui infra.
credi.l.in fraudẽ,licet ſit ar.cõtra.ff. eo.
9 ti l.ſi pignus. C.ad uel.l.etiam. ¶†Sed
pone ꝙ renũcietur ſimpliciter & abſo-
lute ſine pacto & ſine conditione uerun
tamẽ hoc renũcians gerit in mẽte ut ex
renunciatione rei ſpititualis aliquid ſibi
temporale accedat apud diſtrictum iu-
dicem qui ſcrutator eſt cordiũ & cogni
tor ſecretorũ culpabilis iudicatur.ut in-
10 fra de ſimo.tua in fi.† ſola enim uolun-
tas ſimoniacũ facit. ut. i. q.i. qui ſtudet.
11 †ſicut & ſpes ſola facit uſurarium ut in-
12 fra de uſur.c.conſuluit.xiii.q.iii.c.i.† uo
lũtas.n.& propoſitum diſtinguunt ma-
leficia.ut infra de ſen.ex. cum uolũtate.
ff.ad le. Cornel. de ſicca. l. diuus. Sed
aliud eſt in prohibitis: quia ſimoniaca
& aliud in ſymoniacis, quia prohibita.
quædam enim prohibentur hodie quia
& olim in ueteri teſta. ſimoniaca erãt:
ut uendere ſpiritualia. in his ſtudioſa
uoluntas inducit ſimoniam. quædam
uerò hodie ſimoniaca iudicantur quia
fieri prohibentur quæ tamẽ in ueteri te
ſtamento

ſtamento nec ſimoniaca nec prohibita
inueniuntur ut uedere caſtaldionatũ &
aduocatiam ut.j.q.j.ſi quis epiſcopus.da
re paſtum uel paſtilum in receptione ca
nonici,ut infra de ſimo. Iacobus,In his
& conſimilibus non committitur ſimo-
13 nia ſola uoluntate†Et eſt ſciendũ quod
ſimonia mentalis ſola pœnitentia abo-
letur.ut infra de ſimo.c.ult. ¶Item no-
14 tandum eſt † quod epiſcoporum ceſſio
in ſcriptis eſt facienda. ut. vij.q.j. ſicut
uir.§. ecce. & c. qualiter.&.c. quamuis
15 ſit triſte.¶Reſtat uidere†an renuncians
ualeat pœnitere. Et eſt ſciendum quod
ſi quis renunciare intendens uocet ſu-
periorem literis ſiue nuncio ut ueniat re
cipere ceſſionem eius,ſi antequam ſupe
rior ueniat ille pœniteat reuocatio non
nocet.vt infra eod.ti.lectæ.ſicut non no
cet uocatiò patroni in ius ſine uenia edi
cti.ut.ff.de in ius uo.l.quamuis, & tunc
eſt pœnitentiæ locus ut.ij.q.vj.ſi quis li
bellos.ff.de condi. cauſa. dan.l. ſi pecu-
niã.ij.quæſtio.iij. ſi quis iratus. infra de
appe.directæ. ff. de interroga. acti.l. de
ætate.§.Celſus.& hoc uerũ eſt niſi pœ-
nitentia eſſet alteri captioſa.ut. ff. de re
gu.iur.l.nemo. ut ſi res integra non eſt:
ut inſti.mandati.§. recte ſupra de elec.
in cauſis.ff.de ceſſio. bo. l. is qui bonis.
C. qui bo.ce. poſ.l.ij.puta ſi à ſuperiore
petita eſt cedendi licentia & admiſſa.in
fra eodem ti.quidam. Et ſunt duæ ratio
nes quare tunc non eſt pœnitentiæ lo-
cus. Vna ne ſuperiori uideatur ludibriũ
qui ceſſionem admiſit. ut ſupra de poſtu
la. bonæ memoriæ in ſecundo. in uer. ſi
enim. Alia quia præſumptio iuris eſt
quod is qui cedit utilitatem eccleſiæ re
ſpiciat in cedendo dum ſe inſufficientẽ
recognoſcit.ut infra eodem titulo.c. ul
ti.uel propriam ſalutem attendit, dum
conſcientiam criminis habet. ut. xiij.
diſtinc.nerui.& infra eodem.c.niſi.j.re-
ſpon. infra de ſimo. ex inſinuatione.
Aliud tamen eſt in ceſſione bonorum
ſecundum leges. Nam poſt ceſſionem
rebus tamen integris manentibus lo-
cus eſt pœnitentiæ. ut. ff. de ceſſio. l. is
qui. Sed ibi ceſſant rationes ſuperius
aſſignatæ. ¶ In ſumma eſt notandum
16 †quòd renunciari non poteſt rei quam
quis ſibi competere ignorat,ut.ff.de in-
offi.teſta.l.mater decedens.ff. de acqui.
hære.l. is qui. §. ſi quis dubitet,&.l.is
qui putat.& ar.ff.quibus ad liber. pro-
cla. non licet.l.penul.§. nemini. Item
17 † renunciari rei non poteſt quæ non ha
betur nec haberi poteſt, ut. ff. de reg.
iur. l. Eiuſ. &.l.qui poteſt.ff.de acqui. &
om.hęre.l.nolle. &.l. is qui hæres.j.re-
ſpon.&.l.is qui poteſt.ff. de ſuc.edic.l.j.
§.decretalis.& ar.ff.quòd metus cauſa.l.
18 Sed & partus.§.Iulianus,in fi.†pacto au
tem remitti non poteſt quod nondum
competit.ut.ff.de pac.l.pactum,repudia
ri non poteſt niſi interuentu auctorita-
tis iudicialis.ut.ff.de cur.bo.da.l.prima.

## *Summarium*

1 *Negligentia quid ſit, & qualiter puniatur.*
2 *Negligentia per quem ſuppleri poßit.*
3 *Negligentia ſiue mora an purgetur.*
4 *Intellectus ad.c.literas,infra eo.tit.*

## ¶DE SVPPLENDA NEGLIgentia prælatorum. Rub.

DICTVM eſt ſupra de modis
per quos aſſumuntur prælati ad
dignitates & prælaturas. Sed
quia in prælaturis perfunctoriè & adu-
latoriè res aguntur : ut. xl. diſtin. an-
te omnia.& quod negligitur ſupplendũ
eſt. quod autem omittitur obſtaturan-
dum.ideo hic ſubijcitur rubrica de ſup.
nego.præla. ¶ Videamus igitur quid ſit
negligentia, qualiter puniatur, per quẽ
ſuppleri poſſit quod omittitur, & an
1 mora purgetur. ¶ Negligentia † eſt
eius quod fieri debet & poteſt omiſſio.
Punitur autem negligentia quia pote-
ſtas exequendi quod negligenter omit-
titur tráſfertur ad alium, ut infra eo.ti.
licet.

licet. &.c.literas, ſupra de elec. ne pro defectu infra de conceſ. præ. nulla.&.c. poſtulaſti. aliquando in confuſionem ne gligẽtis benedicere nõ benedictus pro benedicto habetur ita ut liceat abbati non benedicto aliquem benedicere. ut infra eodem titu.c.j. Nec ob. lxix. diſt. quoniam.ubi dicitur quòd ita demum li cet abbbati manum imponere ſi eidem manus impoſitio facta fuerit ab epiſco po ſecundum morem præficiendorum abbatum, nam illud intelligo de ma nu ordinatoria,modo non ordinatus nõ imponere poteſt ut ibi.munus autem be nedictionis quod pro profeſſis impenditur licet ei præſtare ut hic quod in fa uorem religionis eſt inuentum, ſicut & illud ut non baptizatus baptizet. ut. xxxij.diſtin.c.præter. §.verum¶ Negligentia prælatorum diuerſimodè punitur in iure ſecundum diuerſitatem & qualitatem eorum quæ negliguntur. un de aliquando inuenio leuem pœnã imponi pro neglectu. ſcilicet excommuni cationem duorũ menſium.ut.i.q.j.quic quid.aliquando grauem.ſcilicet pęnam depoſitionis. ut. lxxxj. diſtinc. dictum lxxxvj.diſtin.c.j.ix. quæſtio.iij. placuit. c.di.quoniam.ſupra de tranſla.præla.inter corporalia infra de ſtatu. mo.c.ij.§. qui uerò peculium. C. de offi. præfec. ori.l.ſi quos.ff.de cuſto. & exhi.re.l. car ceri.&.l.milites. Sed diſtingui poteſt in ter modicam negligentiam & magnã. ut iura poſteriora locum habeant in ne gligentia magna quæ culpam ſapit. ut. ff. de uerb. ſignifica.l. magis,priora uerò in modica. uel dici poſſet quod iura poſteriora locum habeant cum quis mo nitus adhuc negligit ut monitio negligentiam aggrauet & pœnam grauiorem inducat. ut infra de cle. ex. uel depo.miniſ.c.ij.infra de ſenten.excom.in ti.mauit.&.c.contingit. xij. quæſtio. ij. indigne.xi.q.j.petimus. ij. quæſtio. vij. qui nos tãgit.infra de cleri. non reſi. ex tuæ. ¶ Suppletur† aliquando negligen-
2 tia maioris per minorem.ut infra de cõ ceſ.præ.nulla. &.c. poſtulaſti. ix. q. iij.
Cum ſimus lxxxix.diſtin.uolumus, Aliquando minoris per maiorem.ut infra de conceſ præ.dilectus ſupra de elec.ne pro defectu. & infra eo.titu c.ij. &.c.licet. &.c.ultimo. ¶ Purgatur negligen-
3 tia ſiue mora † in quibuſdam.ſcilicet ut fieri poſſit poſt tempus quod in tempore faciendum eſt.in quibuſdam uero nõ purgatur. nam tollitur poteſtas faciendi. poſt tempus purgatur in canone per biennium non ſoluto infra de loca. & conduc. potuit. &.c. propter ſterilitatem.Purgatur in reſtituendo eccleſiæ rẽ alienatam. ut infra de re.ec.non alienã. ſi quis presbiterorum.Item purgatur in iudicijs uſque ad lit. conteſta. ubj ante non intereſt aduerſarij.ut.ff. ſi quis cau. l.& ſi poſt tres. C.de fideiuſ.ſancimus.j. de offi.dele. conſuluit. Non purgatur in pœnalibus obligationibus ĩ quibus mo ra committitur per diei transfuſionem. ut.ff. de uerb. obli. l. ſi fundum. &.l. ad diem.C. de contrahen. & cõ. ſti.l. magnam. C. de iure emphi.l.ij.ff. loca. & condu.l.quæro.§.inter.Item non purga tur mora liberti qui ſcripturam ſuæ libertatis infra annum ordinationis noui pontificis manifeſtare contempſerit. ut xij.q.ij. longinquitatem. non purgatur in collatione beneficiorum. nam ſi infra tempus à iure ſtaturum beneficia non conferantur ab illo ad quem colla tio ſpectat, poſteà non conferuntur ab eo, ſed tranſit poteſtas conferendi ad alium, ut probatur hic infra eo. ti. licet. Nec ob infra eo. ti. literas. ubi uidetur quod mora purgatur. quia ibi approbatur collatio facta poſt tempus ab illo qui conferre neglexerat infra tempus, ſed certè ibi non approbatur ſed de patientia tolleratur. Prælati igitur cautè inuigilent ut circa executiones ſuo rum beneficiorum & officiorum diligentes exiſtentes, nec credant ſibi lectionem & orationem ſufficere, ſed ad opera charitatis manus extendant ut. lxxxvj.di.fratrem noſtrum.

SVMMA-

# Summarium

1 Ordines ſacri quando conferri poßint, & debent.
2 Virginum conſecratio quando fieri poßit.
3 Viduas nullus pontificum uelare poteſt.
4 Velum conſecralionis à quo debeat imponi.
5 Velum quotuplex ſit.
6 Velum prælationis etiã olim dabatur abbatiſſæ, Tempus an ſit de ſubſtantia ordinum.
7 Ordines ſacros conferre qui poßint.
8 Sacramenta qui poßint conferre.
9 Subditus ſciens epiſcopum ſuum hæreticum, uel ſchiſmaticum occultum non præſcium, non debet permittere ſe ab eo ordinari.
10 Sciens epiſcopum ſuum notorium fornicatorem, uel occultum ſimoniacum in ordine, nunquid à tali ordinem recipiat.
11 Subditus ignorans epiſcopum ſuum eſſe ſimoniacum, ſi ab eo ordinetur, an ordinum executionem recipiat.
12 Quid ſi ſciat uel credat epiſcopum ſuum ſimoniacum non ſuo ordine, ſed in collatione ordinum ſeu beneficiorum.
13 Omne quod fit contra conſcientiam edificat ad gehẽnam, & quõ intelligatur.
14 Mala de prælato audiens non facilè credere debet.
15 Simonia in beneficijs inter enormia computatur.
16 Ordinandus qualis eſſe debeat. & nu. 20.21.26.27.29. 30.33. 38.44. 48. 49.50.& 51.
17 Seruus fugitiuus quis dicatur.
18 Fur furti uitium non purgat, licet rem reſtituat.
Nec raptor uitium rapinæ.
19 Delicta quæ non ſinunt aliquem promoueri, quæ ſint.
22 Ebrietas uitanda eſt.
Ebrietas quid faciat.
23 Ebrietas tribus modis dicitur.
Ebrietas quando ſit peccatum mortale.
24 Pœna deſeruienti ebriatati quæ ſit.
25 Voracitas quare uitanda.
26 Epiſcopus ſacram ſcripturam ſcire debet ad ſubditorum animas informandas.
28 Laicus qui omnino ignorat literas, an recipiat caracterem, ſi eum contingerit ordinarij.
31 Clerici in ueſtibus debent ſe conformari conſuetudini regionis, & illis cum quibus uiuunt, & quare.
32 Clericorum inceſſus debet eſſe grauis.
33 Clericus hoſpitalis eſſe debet.
34 Eleemoſina etiam excommunicatis danda eſt.
35 Filius an potius ſubuenire debeat patri infideli in extrema neceßitate, quàm extraneo fideli.
36 Eleemoſina cordis ſine terrena ſubſtantia ſufficit.
37 In eleemoſina corporali quæ ſint conſideranda.
39 Rigor iuſtitiæ quando temperandus.
40 Superior excedens modum in corrigendo, & ſi peccet tamen non cogitur à ſubditis ueniam poſtulare.
41 Prædicationis ſermo in quibus conſiſtat.
42 Conſideranda circa actum prædicationis.
43 Grammatica in prædicatione exponi non debet.
Nec hereticis ſecretiora fidei reuelari.
44 Percuſſor an ſit ordinandus.
45 Epiſcopus neminem debet ſuis manibus uerberare.
46 Clerici in quibus caſibus, & per quos uerberandi.
47 Prælati & eccleſiarum rectores qualiter debeant ſe habere. & nu. 51.
48 Litigioſus ex quib. cau. ꝓhibẽtur ordinari.
49 Cupiditas eſt omnium malorum radix.
52 Prælatus in eccleſia ſublimior alijs ſedeat, intra domum uerò collegam presbyterorum ſe eſſe agnoſcat.
53 Neophiti qui dicantur, & quare prohibeantur ordinari.
54 Neophiti poſſunt & debent recipere minores ordines, ſed non ſacros.
55 Secularis clericus quare poßit eſſe epiſcopus regularium non tamen eorum præpoſitus, prior uel abbas.
56 Ordinandorum examinatio per quos fiend

*fienda ſit.*

57 *Ordines omnes an & quando poſſunt ſimul conferri eidem.*

58 *Sacri ordines quare die ſabati tantum conferrantur.*

59 *Ordinatus ſine examinatione an ſit deponendus.*

60 *Ordinandus ſi tempore ſuæ ordinationis ſuum prodat impedimentum, & nihilominus ordinator non intendens diſpenſare ipſum ordinet, aut detecto poſtea impedimento, ipſe ordinandus ſit deponendus.*

61 *Epiſcopus à quo conſecrari debeat.*

¶DE TEMPORIBVS ORDInationum, & qualitate ordinandorum. Rub.

DICTVM eſt ſupra de promotione prælatorum, nunc tractemus de ordinatione clericorum, & quia ordinationes clericorum fieri debent certis temporibus, & cum ſcrutinio ordinandorum, ideo ſubijcitur hæc rubrica de temporibus ordi. & quali. ordi. ¶ Videamus ergo quibus temporibus ordinationes fieri poſſunt, & per quos, qualis examinatio habenda ſit ordinãdorũ, & per quos. Itẽ quot ordines ſimul & eidẽ cõferri poſſunt. Itẽ quid iuris ſit ſi quis ſine examinatione ordinatus ſit, uel ſi ĩ ſcrutinio ſupprimat impedimentum.
1 ¶Sacri ordines† cõferri poſſunt & debent in quatuor temporibus, in ſabbato ſancto, & in ſabbato ante dominicam de paſſione, hoc tamen fallit in ſummo Pontifice qui ſubdiaconatum conferre poteſt quolibet die dominico, ut infra eo. titu. de eo. & c.j. Ad minores autem ordines licitum eſt cuilibet epiſcopo diebus dominicis unum aut duos uel plures dummodo non uideatur generalem ordinationem facere promouere, ut in decre. de eo. In ſabbato autem penthecoſtes non licet ſacros ordines conferre, ſed in ſeptimana ſequenti, ut infra eodem. c.j. nam in illa quatuor tempora celebrantur. ut. lxxvj. diſtin. de ieiunio. & c. ſi autem.
2 ¶ Conſecratio † uirginum fieri poteſt in die epiphaniæ, aut in albis paſcalibus, id eſt, in tota ſeptimana paſchali. In apoſtolorum natalibus, niſi uirgines magno languore detentæ alijs petant temporibus conſecrari: nam tunc & illis & alijs temporibus poſſunt conſecrari, ſicut de baptiſmo dicitur quòd fieri debet in ſabbato magno, & in ſabbato pentheco. ſed in neceſſitate quolibet tempore baptizari poteſt & debet, ut probantur hæc. xx. q.j. deuotis. de con. di. iiij. uenerabilis. & c. baptizandi. ¶Sed certè quod dicitur prædictis temporibus poſſe ſacrum uelamen imponi exempli gratia dictũ eſt, nam & aliis præcipuis & magnis feſtiuitatibus fieri poteſt, quia & diebus dominicis, ut infra eodem titulo cap. i.
3 †Viduas autem nullus pontificum uelare præſumat ut in prædicto. c. deuotis. in fi. ſed ipſemet uelut ſuſcipiant de altari. ut. xxvii. q. i. uiduas quæ. & capitibus ſuis imponant ſcilicet uelum profeſſionis. ut. xxvii. q. i. uidua quædam. Nec obſtat infra de his quæ ui. me. ue. cauſa fin. perlatum. ibi enim epiſcopus non impoſuit uelum conſecrationis illi corruptæ ſed imponere ſimulauit, ueſtem autem religioſam recipiat à ſacerdote uidua uel miniſtro. ut. xx. quæſtio. i. uidua, & ſic intelligo infra qui cle. uel uo. conſuluit, quod enim dicitur de manu presbyteri uelum aſſumpſit ſubaudio religionis, quod a presbyteris poteſt aſſumi ut dictum eſt, quod ex eo apparet quia in illa decretali dicitur quòd illa corrupta profeſſa non fuit, breuiter igitur ſperſa recolligo.
4 † Velum conſecrationis ſolenniter imponitur à ſolo epiſcopo, non ab inferiore, ſoli uirgini nõ corruptæ. ſolemnibus diebus ut dictum eſt, non priuatis. uelum autem non dico conſecrationis ſed profeſſionis, quia corrupta non conſecratur quolibet tempore corrupta de altari ſuſcipit & ſibi imponit. Sed ueſtem religionis uirgo uel corrupta à ſacerdote ſuſcipit quandocunque.

docunque. Et quia incipit materia de
uelis & de his uariè iura loquuntur.
5 ¶ Sciendum eſt † quadruplex eſſe ue-
lum profeſſionis, prælationis, conſecra
tionis, & ordinationis. Velum profeſ
ſionis ſuſcipitur à uirgine uel corrupta
cum profitetur ſuſcipiatur de altari uel
de manu alicuius non multum refert.
Sed recipitur in.xij. anno ad minus.ut.
xx.q.j.c.j.&.q.ij. puella uelum conſe-
crationis imponitur in.xxv.anno.ut.xx.
q.j. placuit.lxxvij. diſtin. placuit.uelum
ordinationis eſt quod olim dabatur
diaconiſſis. in.xl. anno. ut.xx. q.j. ſan-
ctimoniales. xxvij. q. j. diaconiſſam.
6 †Velum prælationis olim dabatur ab-
batiſſis in.lx. anno. ut.xx. q.j. iuuencu-
las. Et quod dixi cæteris temporibus
ſacros ordines cōferre debere, ſic intel
ligendum eſt, ut tempus non ſit de ſub-
ſtantia ordinum, nam & alijs tempori
bus ſacro ordine collato caracter inſigi
tur,ut infra eodem titulo.c.ij.&.c. con-
ſultationem: ſicut & certa ætas ordi-
nandorum requiritur in quolibet ſacro
ordine.ut.lxxvij diſtinctio. placuit.epi-
ſcopus. in ueteri. tamen ætas non eſt
ſubſtantia ordinis, quia & in minori
ætate ſacro ordine collato caracter inſi
gitur quamuis ordinantes à collatione.
ordinati ab executione ordinum ſuſpen
datur.ut infra eodem titulo.uel non eſt
7 compos. ¶ Ordines conferre† poſſunt
epiſcopi diœceſani ſuis clericis. Alij au
tem epiſcopi clericis alienis diœceſis,
ordines conferre non poſſunt niſi fue-
rint inuitati. ut ad alienas diœceſies ac-
cedentes ordinationes celebrent,ut ix.
quæſtio.ij.per totum, uel niſi rogati fue
rint per literas commendaticias ut in
ſuis diœceſis clericos ordinent alienos,
ut lxxij. &.ij.diſtinctio. per totum. In
hoc tamen non ſufficiunt literæ archi
diaconi, ut infra de offi.archidiaco.ſi-
gnificaſti. Si tamen aliquis ordinet cle
ricum alienum ſine literis commen-
daticijs uel formatis, & epiſcopus eius
qui ordinatur ratam habeat ordinatio
nem dummodo aliter canonicè & ſi-
ne prauitate aliqua quis fuerit ordina-
tus recipi poteſt ex indulgentia ad or-
dinis executionem, ut.ix.q.ij. Lugdu-
nenſis. ¶Ordines conferre poſſunt illi
epiſcopi qui ultimam manus impoſi-
tionem, ideſt ordinem epiſcopalem in
eccleſia hoc eſt non in hæreſi, uel in
ſchiſmate receperunt. Alioquin ſi qui
in hæreſi uel in ſchiſmate conſtituti
in epiſcopos fuerint ordinati dixerunt
antiqui doctores quòd nihil recipiunt
per talem ordinationem. & ideò ordi
nes conferunt ſumentes fomentum ſui
erroris ex illis canonibus.ix. q.ij c.ij. &
iij. & in ſubſidium algantes.j.q. vij. day
bertum.xix. diſtin. propter.j q.j. ſi quis
confugerit, &.c. ſi quis inquit infra de
ſchiſma.c.j. Sed hæc opinio reproba-
tur j.q.vij. conuenientius. Dicas ergo
quòd ſiue quis receperit ultimam ma-
nus impoſitionem, in eccleſia, & poſt-
modum lapſus ſit in hæreſim uel in
ſchiſma ſiue in ſchiſmate uel hæreſi fue
rit ordinatus & in ea perſiſtat, dummo
do in forma eccleſiæ fuerit ordinatus
ordinati ab eo & in forma eccleſiæ ca-
racterem recipiunt & ordinem, ſed non
ordinis executionem ſiue ſcienter ſiue
ignoranter à tali fuerint ordinati. ¶ Sed
in hoc differentiam notabis inter or-
dinatos ab eo qui recipit ultimam ma-
nus impoſitionem in eccleſia, & eos
qui ordinantur ab illo qui extra ec-
cleſiam ſuſcepit, quia facilius tolle-
rantur primi in executione quam ſe-
cundi, nam primi ſiue ſcienter ſiue
ignoranter à tali ordinati fuerint to-
lerantur ſi aliàs digni ſunt, niſi in qua-
tuor caſibus ſcilicet ſi fuerint iterata
unctione maculati, ut.j. quæſtio. vij.
ſaluberrimum, id eſt, ſi ſe fecerint in
eodem ordine iterum ordinari. Si ſi-
moniacè uel a tali ſymoniaco in ordi-
ne ſe fecerint promoueri, ut.ix.q.j. ab
excommunicatis. Item ſi unici hoc eſt
ſingularis lauachri, id eſt baptiſmi
iactaram fecerint, id eſt ſi ſe fecerint
iterum baptizari, ut de con. diſtin.iiij.
eos. &.c. qui bis. Item ſi ad ſubuerſio
nem

nem fidei adhæſerint. hæreticis, & in contemptum eccleſiæ ſe ab eis ordinari fecerint.ut.j. quæſtio.vij. conuenientibus. Vnde uerſus. Siue bis ordo datur ſeu baptiſmus repetatur. Siue ut euertatur fidei ſtatus ordo petatur. Vel ſi præſtetur ut utrunque ſimon operetur. Vt diſpenſetur ſpes irrita prorſus habetur. Secundi ſi ſcienter à tali fuerint ordinati nunquam tolerantur, ſi ignoranter & hoc probauerint puta quia pueri erant præſentes uel abſentes quãdo ordinator ipſorum fuerat præſciſus. uel fortè fuerat in curia Romana præſciſus rediens mentitus eſt ſe abſolutũ. ut infra de ſpon. cum in apoſtolica.ut. vij. quæſtio.j. ordinationes. Hanc totam diſtinctionem intellige in prælato per ſententiam ab eccleſia præſciſo.

8 ¶Hæc igitur ſit fides tua† quòd hæretici excommunicati ſimoniaci in ordine, ſchiſmatici depoſiti,ſuſpenſi uel interdicti uera conferunt ſacramenta, & uerum corpus Chriſti conficiunt,dummodo in forma eccleſiæ gerant.ut.xix.diſt. ſecundum.j.q. j. dominus declarauit. & ca. quòd quidam. de con.di.iiij. oſtenditur. &.c. quomodo. Cæterum ſi in his forma eccleſiæ non ſeruetur nihil agitur, quia extra eccleſiam, id eſt formam eccleſiæ non eſt locus ueri ſacrificij.ut.j.q.j.extra catholicam,& tales ordinationes irritæ fore dicuntur, ut infra de ſchiſma.c. j. Sed ſi in forma eccleſiæ fiant ratæ ſunt quo ad caracterem, irritæ quo ad executionem.ut.j q.j Si quia à ſimoniacis, & ſic etiam intelligi poteſt ſuperior decre.

9 ¶Sed quid† ſi ſciam epiſcopum meum hæreticum uel ſchiſmaticum occultum per ſententiam non præſciſum,& compellit me ad ordines, nunquid permittam me ordinari ab eo? Reſpondeo non, ſed potius permittam me excommunicari,ut infra de ſen. ex. inquiſitioni. tales enim conferre non poſſunt executiones ordinum quam nõ habent, ut.j.q.vij. Daybertom, & pro non dato habetur quod datur ab eo qui dandi poteſtatem non habet,ut infra de iure patro. quod autem in ſi. ſicut pro non facto habetur quod fit ab eo qui faciendi poteſtatem non habet.ut ar.ff.de pœnis.l.ij.§.ulti.C.qui pro ſua iuriſ.l.j. C.ſi ante compe.iudi. per totum.& idẽ dico in prælato quem ſcio ſuſpenſum uel interdictum.Sed oppones nam ſecũdum hoc idem uidetur dicendum in prælato quem ſcio in peccato mortali conſtitutum.nam & ille ſuſpenſus eſt & peccat mortaliter celebrando unde uidetur quòd non habeat ordinum executionẽ. Ad quod reſpõdeo uerum eſt quòd prælatus in mortali conſtitutus ſuſpenſus eſt quo ad ſe. non quo ad alios.ut in.q. j ſacerdos.Nam omnis peccator miſſam celebrare poteſt præter ſimoniacum. ut infra de ſimonia. tanta, quod intelligo de officij poteſtate,non de merito uitæ ſaluis alijs expoſitionibus huius uerbi quas faciemus deo dante infra de ſimo. & hoc intelligo de prælato peccatore tolerato non præſciſo alias ſecus. Item hoc intelligo in prælato conſtituto in mortali peccato non enormi ſed mediocri, non tamen notorio de iure uel de facto, nam enormia occulta etiam poſt peractam pœnitẽtiam & mediocria notoria impediunt executionem quo ad ſe.& quo ad alios.ut ſupra de renuncia. niſi cum pridem. & infra eo. titu.c.ulti.

10 ¶Quid ſi ſciam epiſcopum meum† notorium fornicatorem uel occultũ ſimoniacum in ordine,nunquid recipiam ordinem à tali. Hug.dixit quòd ſic quandiu toleratur ar.xxviij.diſt.conſulendũ. xv.q.ulti.c.ultimo. Sed eius ſententiam non amplector.nam & iſti ſunt ſuſpenſi quo ad ſe.& quo ad alios.ut. xxxij. diſt. nullus præter hic.&.§.uerum. & maximè ſimoniacus in ordine uitioſum habet caracterem. ut.j.q.j.reperiuntur. & c.quibuſdam narrantibus. à quo nullo modo debeo ordinari, ut.j. q.j. Si quis ſimoniacis infra de ſimonia. per tuas Hug.tamen intelligebat illud. c. ſi quis. in præſciſis, uel cum probare poſſum eum ſimoniacum quod non placet.

11 †Sed ſi quid ignorem epiſcopum meum

ſore ſimoniacum cum ſit in ueritate & ab eo ordiner. Reſpondeo non recipio executionem & indigeo diſpenſatione. & hoc in deteſtationem criminis.ut j.q. j. ſi qui à ſimoniacis. & licet ita dicam in ignorante. aliud tamen dico in coacto qui recipit executionē. ut.j.q.j. Cōſtat. & eſt ratio quia magis conſtat de uoluntate coacti quam ignorantis. ut infra. de ſimo. ſicut tuis. hoc tamen intelligas de coacto conditionaliter. nam abſolutè coactus nō reciperet caracterem. ut infra de baptiſmo & eius effec. maioris infra de his quæ ui. me. Sacris.l.di.
12 presbyteros.¶Sed†quid ſi ſciam uel credam epiſcopum meum ſimoniacum nō ſuo ordine ſed in collatione ordinum ſeu beneficiorum. Reſpondeo laborabo pro poſſe meo acquirere licentiam ab ipſo ut liceat ab alio ordinari. quam ſi non dederit ſed me ad ordines compellat.ſecure ordinabor ab eo quandiu toleratus fuerit non præciſus & crimen fuerit occultum ut dictum eſt. Nec obſtat ſi conſcientia mihi repugnat. quia erronea eſt. ut xiij.diſti. nerui.xi.q. iij. cui eſt illata. licet ſit ar. contra.ff de liberali cauſa.l.igitur.§.j. nec ob.auctori
13 tas illa. † Omne quod fit contra conſcientiā ædificat ad gehennā. ut xxviij. q.j.§.ex his. Nam illud ſic debet intelligi omne illud quod fit contra conſcientiam informatam ex præcepto uel prohibitione,uel quod ſit contra conſcientiam non erroneam ut dictum eſt. Sed uidetur manifeſtè obſtare infra de ſimo. per tuas in ſecunda per tuas. Ad quam ſic.Reſpondeo monachus ille non cogebatur ad ordines aſſumendos ſed quærebatur an ab ipſo quē talē eſſe ſciebat ordines aſſumere debet. unde papa in ſua reſponſione magis conſiderauit factum ſcilicet difficultatem ortam in conſciētia monachi & errorem impreſſum quàmuis quaſi pro modico habuit papa monachum illum non promoueri ad ordines ſuperiores eo quod non in ſublimitate graduū ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnū dei ut infra eo. ti. Ad aures. Sed quia non gradus elegantior ſed uitæ melioris actio cōprobatur.ut xxiij quæſtio iiij. ſicut excellē
14 tiam. † Vnum non omitto quòd ſi mala audias de prælato tuo nō ſtatim credere debes. ut xxxiij. diſtin. habuiſſe: lxxxvj.di.ſi quid uerò. xv.q.vij. ſi quid, igitur nec enim debes eſſe multum credulus. ut. ff. quod cum falſo tu. l.j. in fi. ff.de eo per quem fac. erit.l.j.§.j. & argu.infra de in integ.reſt.ex literis. Sed ſi forte uidebitur alicui quòd mihi ipſi ſim contrarius. nam ſupra eo. §. quid ſi ſciam notaui. quòd ſi ſciam epiſcopum meum in enormi crimine conſtitutum non permittam me ordinari ab ipſo
15 † & alibi notaui ſimoniam in beneſicijs inter enormia computari infra de cu. & inquiſi. inquiſitionis. Ad quod Reſpondeo ſimonia eſt enorme peccatum reſpectu eius qui per ſimoniam beneficium acquiſiuit. qui penitentiam agere non poteſt beneficio retento. Vel dicitur enorme, ideſt, indiſpenſabile, quia diſpenſari non pōt cum ſimoniaco niſi beneficio reſignato ſicut in ſimoniaco in ordine contingit.ut in eodem decre. dicitur. &. xiij. di. nerui teſticulo-
16 rum.¶ In qualitate†ordinandorum regulas apoſtolicas conſiderari oportet. Apoſtolus enim ſic ait ad Tytum. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,unius uxoris uirum, ſobrium, prudentem,pudicum,ornatum,hoſpitalem,doctorem, non uinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum,non cupidum, ſuæ domui bene diſpoſitum. Et hæc omnia in his uerſibus continentur. Primum præcipitur quod ſit ſine crimine præſul. Monogamus,ſobrius,prudens, ornatus & hoſpes. Caſtus decens,non percuſſor, non litigioſus. non cupidus. bene diſpoſitus, non neophitusue.Talis apoſtolica quod præſit regula iuſſit. Et licet Apoſtolus has regulas in epiſcopo poſuiſſet.extenduntur tamē per Auguſtinum & Ambroſiū ad alios clericos ordinandos. ut lxxxj. diſt. Apoſtolus. xxiiij. di. cognoſcamus.

mus. & quamuis in his regulis plurima
poſſent dici nos tamen aliqua ſumma-
riè in ſingulis proſequamur. ¶ Circa pri
mam regulam ſecundum antiquos tres
erant opiniones. Hugol. cum ſuo rigo-
re dicebat quòd qui ſemel peccat mor-
taliter poſt baptiſmum amplius nõ po
teſt promoueri uel aliquos actus legi-
timos exercere. ut xxv. diſtinctione. pri
mum. xlvij. diſtinctione. quoniam pri-
ma.q.vij. ſi quis omnem. l. diſtinctione
illud. vj. quæſtione. j. qui crimen. viij.
17 quæſtione. j. in ſcripturis. in fine † &
Mar.inducebat legem.ff. de ædil.edict.
quis ſit fugitiuus. Reſpon.j. nam fugi-
tiuus eſt ſeruus qui ea mẽte fugit ut ad
dominum non redeat, quamuis poſteà
18 mutato conſilio reuertatur. † Nec fur
purgat uitium furti ſi rem reſtituat. ut.
ff.de furtis. l. qui ea mente. nec raptor
uitium rapinæ.ut.ff.ui bo.rap.l. ultima.
¶ Alij dicunt quòd poſt quolibet mor-
tale pœnitentia acta quilibet poteſt pro
moueri.niſi ſit crimen enorme.ut lxxxj.
diſtinctione. Apoſtolus. & eſt argumen
tum ad hoc. l. diſtinctione. ferrum. ff.
de ædil. edic. l. quod ita ſeruatum eſt.
quia defectus noſtri temporis &c. ut.
xxxiiij. diſtinct. fraternitatis. ¶ Tertij
dicunt quòd quantumcũque ſit graue
delictum, dummodo ſit occultum poſt
pænitentiã peractam non impedit pro-
mouendum.ut l.diſtinctione de his. Iſtæ
opiniones tolluntur unica decre.ut in-
fra eodem titulo. c. ultimo. Nam enor-
me delictum quantumcunque occultũ
etiam poſt peractam pœnitentiam pro
moueri non ſinit. & impedit executio-
nem ordinum ſuſceptorum, mediocre
non notorium. de iure uel de facto poſt
peractam pœnitentiam ex promoueri
permittit & non impedit in ſuſceptis.
ſed ante pœnitentiam damnabiliter. in
ſuſceptis ordinibus miniſtratur leue de
lictum ſiue occultum ſiue manifeſtũ nec
promotum deijcit nec impedit promo-
uendum. Sed in his opus eſt exemplis.
19 † Enormia delicta quæ hoc operatur ut
ſuperius dictum eſt ſunt tria homicidiũ.
ut.l. diſtincti. miror.j.q.vij. ſi quis om-
nem. de conſe.di.j.c. j. & hæreſis in qua
poſt uulnus ſanatum remanet cicatrix.
ut.j.q. infra uentum. & ſymonia in or-
dine.ut infra de acu.inquiſi. Et eſt ratio
in homicidio horor ſanguinis. in hæreſi
immanitas criminis. in ordine uitium &
infectio ordinis. Sed hoc idem operan-
tur mediocria. Sed notoria de iure &
de facto ut infra eo.ti.c.ultimo. Dicun-
tur & quædam alia enormia nõ hoc re-
ſpectu ſed alio, ſcilicet quia indiſpenſa-
bilia.ſimonia in beneficio.ut.j.q.j.Egra.
& quæſtione ulti. patet. diſpenſatur ta-
men cum ſimoniacis ſimoniacè promo
tis ut infra de ſimo. de regularibus &.c.
ex inſinuatione.ſupra de elec. Si ali cu-
ius.j.q.v. præſentium. Nec obſtat infra
de ſimoni. nobis, nam illa alio modo
quam lego litera ſonat ut ibi notaui. Itẽ
ſi quis excommunicatus in contemptũ
clauium celebrauit.ut.xj.q.iij. ſi epiſco-
pus. Item omne delictum quod ipſo fa
cto inducit infamiam ciuilem. ut iij.q.
vj. §. porro. Item infamia deſcendens
ex delicto declarato per ſententiam. ij.
20 q.iij.§.hinc colligitur. † Monogamus
debet eſſe ordinandus, id eſt, unius uxo-
ris uir.ut. xvj.diſt.ca.j.quod negatiuè o-
portet intelligi, id eſt, non plurium: ſi-
cut & alias ecõuerſo exponimus in ore
duorum uel trium ſtat omne uerbum. id
eſt, non paucorum infra de teſtibus in
nomine domini & ſimilis expoſitio. x.
q.ij. caſella.xxx. q. iiij. æqualiter. &.ff.
de legatis.ij.l. cum pater.§. rogo.in ca-
ſu tamen neceſſitatis bigamus promo-
uetur uſque ad ſubdiaconatum. hoc ta-
men intelliges.ut nota.ſupra de reſcrip.
§.ſi contra ius. Aſſignantur autem quat
tuor rationes quare bigamus promoue
ri non poſſit. una propter defectum ſa-
cramenti, quia non eſt in eo ſacramen-
tum unitatis, quia diuiſit carnem ſuam
in plures.xxvj.diſtinc.acutius. Itẽ pro-
pter prærogatiuam ordinum. ut xxvj.di
ſtinc. una. Item propter ſignum incon-
tinentię. præſumitur enim incontinens
qui uxore mortua tranſit ad alteram.ut
lxxx.

lxxx. diſtin.propoſuiſti. Itẽ ex eo quòd nõ habet frontem hortãdi uiduitatẽ qui frequentator eſt cõiugiorũ.ut.c.una plenius dicemus infra de hac materia de bi
21 ga.† Sobrius debet eẽ ordinandus in potu & cibo, à crapula & ebrietate maximè clerici abſtinere debent. ut infra de
22 uita & hone. cleri. A crapula.† Et hoc propter quinque quia ebrietas cor aggrauat & ſenſus clerici ſemper uigere debet et tenuis eſſe.ut. xxxv.di.in principio. Item quia luxurioſa res eſt uinum & contumelioſa ebrietas ut eadem diſtinctione luxurioſa. Item furioſa.ut in. c. uenter mero eſtuatuans facile deſpumat in libidinem,ubi ebrietas ibi libido dominatur & furor.¶ Itẽ irriſioni expoſita.ut in.c. vj.in uerbo læſa,læſa pietas dum irridetur ebrietas. & generaliter quia omnium uiciorum fomes eſt & nutrix.ut c.ante omnia. xxxv.diſtinctione Vtere igitur clerice modico uino propter ſtomachum. nam ex frequenti potatione ſequitur ebrietas. ut infra de iu
23 reiur. & ſi chriſtus. ¶ † Et nota ebrietas dicitur tribus modis. Vno modo dicitur ebrietas pœna & obliuio mentis,& hæc non eſt peccatum.ut xv.quæſtione. j.ſane, Secundo modo dicitur actio ſiue frequens modus bibendi & hæc ut ait Aug. eſt ueniale peccatum, niſi ſit aſſidua quia hoc ẽ mortale.maximè ſi quis nouerit uires uini nec aquam admiſceat ut.xxv.di.criminis. Tertio dicitur quædam diſpoſitio mentis & ſtudium ad inebriãdum,& hoc ſemper eſt mortale pec
24 catum.ut xxxv. di. ante omnia.† Pœna eius qui ebrietati deſeruit ẽ ut ſi admonitus non deſinat ſi eſt epiſcopus, præſbyter, uel diaconus deponatur.ſi ſubdiaconus inferior uel laicus communione priuetur.ut. xxxv. di.epiſcopus &c. ante omnia infra de uita & honeſtate. cle. A crapula in fi. & eſt hic caſus in quo peccatum mortale non inducit depoſitionẽ.& ſimile xlvij. di.epiſcopus. xcij. diſt.c.ultimo.ſimiliter & in cibo ſobrius debet eſſe clericus. æqualiter enim ebrietas & uoracitas prohibentur ut ait Apoſtolus non in commeſ. & ebrie.
25 ¶ † Vitanda eſt uoracitas propter octo, quia inter epulas & laſciuias pudicitia non ſeruatur. & quia ignominia & confuſio eſt Chriſtum pauperem & eſurientem falſis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinas rubentes buccas tumentiaque ora proferre.ut xxxv.di. eccleſiæ princeps.& quia abundantia morbum facit, moleſtias ingerit, egritudines generat, exceſſus ciborum conſumit, & computreſcere facit corpus humanum macerat egritudine diuturna,& tandem morte crudeli conſumit. ut de
26 conſue.di.v.nihil. ¶ Prudens † debet eſſe ordinandus triplici peritia.ſcientia ſacræ ſcripturæ. ut xxxvj. di. per totũ.Itẽ ſecularium ſcripturarum.ut xxxvij. diſtinc.c.legimus. §. ſed contra &.c. turbat. Item ſecularium negociorum. ut. xxxix.diſtinc.per totum. Sacram autem ſcripturam ſcire debet ad ſubditorũ animas informandas: ut xxxvj. diſtin.c.iij. §.ecce &.c.ſi quis uult, & propterea ſtatutum eſt ut in eccleſijs metropolitanis teneantur doctores theologiæ. Item ſeculares ſcientias ſcire debet ut per eas inſtruatur diſcernere uerum à falſo, & uiam habeat ad ſcientias pietatis. nõ autem addiſcere debet ac delectationem & uoluptatem. ut xxxvij. diſtinc. turbat,§.cur ergo.& per hoc ſoluitur cõtrarium multorum in ea.diſtinctio. & propterea ſtatutum eſt ut in cathedralibus eccleſijs & minoribus quantum ſufficere poterunt facultates, teneantur magiſtri liberalium artium. de quo dicemus. infra titulo de magiſtr. hoc tamen non intelligas de omnibus artibus liberalibus ſed de triuialibus tantum ſcilicet Gramatica, Dialetica, & Rethorica. illæ enim abilitrant ad ſciẽtias pietatis ſecus de quadruuialibus. ſcilicet de arimetica,gometrica,muſica & aſtronomia,quæ licet in ſe contineant ueritatẽ, non tamen ducunt ad pietatem, ut ait Hie.xxxvij. diſtin.ſi quis artem Grãmatica. Item autores gentiliũ legi poſſunt,& ſcientiã triuialis, & ſi quid boni inue-

inueniatur in eis illud tanquam proprium ſumat autor & ad bonos uſus cõuertat, non quia illi ita dixerunt, ſed quia bonum eſt. ut. xxxvii. diſtinc. turbat &c. qui de menſa &c. ſi quid ueri. & relatum in fin. hoc enim fecit Paulus cũ in epiſtola ad Tytum inſeruit illud Epygmendis. Cretenſes malæ beſtiæ & pigri corde. Item in epiſtola ad Corin. ſæpe bonos mores frangunt colloquia praua. Hiero. etiam uſus eſt uerſibus Virgi. de con. diſtinctione. v. nunquam. & auctoritatibus Galeni & Hipocratis, ut de con. diſtinctione. v. ne tales. Item Augu. uerſibus Lucani, ut xxvi. quæſtione. v. nec mirum, circa principi. Leges autem & phiſicam poſſunt audire clerici dummodo non cupiditatis uel uoluptatis arg. xxxvi. diſt. c. legimus. & c. i. aliqua. & c. ideo. & hoc uerum eſt niſi ſint monachi uel regulares uel ſacerdotes. ſeu habentes perſonatus uel plebanatus. qui ſi audierint niſi infra ſpacium duorum menſium ab his deſtiterint. hoc eſt à legibus & phiſica audiendis ipſo iure excommunicationem incurrunt. ut. infra ne cleri. uel

27 mona. ſuper ſpecula. ¶ † Debet etiam ordinãdus habere peritiam ſecularium negociorum, quia non ſolum ſpiritualia ſed etiam temporalia ſubditis & neceſſitatem patientibus miniſtrare debent ut. xxxix. di. per totum. & ſupra de renunciatio. niſi. lxxxvi. diſtin. fratrem.

28 ¶ Sed † nunquid laicus qui omnino ignorat literas reciperet caracterem ſi eum contingeret ordinari. Dicunt quidam quod non quia ſubſtantia ſummi ſacerdotii ſunt eloquia diuinitus tradita. ut. xxxviii. diſt. omnes. & arg. xl. di. ſicut in uerbo clericatus & ſacerdotium. Alii dicunt quod eſt uerius quod bene reciperet caracterem. quia ex quo baptizatus eſt ſuſceptibilis cuiuſlibet ſacramenti, cum baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum. ut. xxxii. diſtin. §. uerum, circa. fi. & facit ad hoc. i. q. i. uentum, in uerbo. ſed dicitur & quod dicitur in illo. c. omnes. referendum eſt ad executionem ordinis quæ ſine litteris

29 fieri nõ poteſt. ¶ In ſumma nota † quod ſufficit ut habeat ſcientiam competentem, & ſi non eminentem. ut ſupra de electi. cum nobis olim. Item propter ſimplicitatem repellitur quis ab obtinẽdo. ſed nõ deicitur ab optẽto, ſed datur ei coadiutor ut xxxix. di. petrus. vii. q. i. quia frater ſupra de electio. Cum in cũctis. Item propter illiteraturam poteſt epiſcopus petere licentiam reſignandi, ut ſupra de renun. niſi. Sic ſcripſit Raimundus in ſumma ſua in fi. illius rubricæ de prudentia ordinandorum. & uidetur uelle quod remoueri non poſſit epiſcopus propter illiteraturam, ſicut proximè dixi in ſimplicitate. cum tamen cõtrarium ſit expreſſum infra de æta. & quali. in or. præfi. quamuis ignominioſum eſt etiam epiſcopo ſi quærat ab aliis doceri, cum ipſe alios docere debeat. ut in auten. de ſantiſ. epiſcop. §. damus. colla. ix. & xxxvi. di. §. ecce. i. q. i. uiliſſimus. viii. q. i. licet. & argu. ff. de eden. l. argentarius. §. probibet. imò talis debet eligi in epiſcopum cuius comparatione ceteri greges ducantur. ut.

30 xxv. diſtin. §. nunc autem † Pudicus debet eſſe ordinandus ut & moribus & uerbis pudorem ſuum indeſinenter oſtendat, ut in canticis canticorum Genæ ſponſæ. ideſt præditores turturi comparantur propter pudentiam. turtur eſt enim animal. ualde pudicum. unde uerecundos & uerentes facite uobis filios ab omni immundicia ut probantur hæc. xliii. di. §. i. & xxxii. qõ. iiii. in eo fornicator. Debet eſſe ordinandus duplici ornamento ornatus interiori & exteriori. interior conſiſtit in uirtutibus, exterior autem in quatuor conſiſtit, ſcilicet cibo & potu de quibus ſuperius dictũ eſt. §. ſobrius. Item in habitu & inceſſu. de habitu legitur infra de uita & ho. cle. clerici. xxi. q. iii. per totum. & ſub habitu comprehenditur quod ſtatutum eſt de coma & barba non nutriendis. ut. infra de vi. & ho. cl. clericus. qui admodum

dum ſpere caput raſum debet habere.ut
xxxiij. di. prohibere. & ſic incedere at-
tonſo capite & patentibus auribus ut.
xxxiij.diſtinc. non liceat.Quid autem ſi
gnificet raſio capitis.quid depoſitio ca-
pillorum legitur.xii.q.j.duo. ¶ Et nota
31 † quod in ueſtibus clerici conforma-
bunt ſe conſuetudini regionis & illis
cum quibus uiuunt ne alijs ſuperſtitioſi
& hypocritæ uideantur. ut.iiij diſtin.e-
rit.xxx.diſtinc. ſi qui uirorum. &. argu.
xlj. di.quiſquis ſemper tamen honeſta-
te ſeruata.ſed aliquando ex cauſa timo-
ris uel alterius neceſſitatis licet habitũ
transformari. ut infra de uita & hone-
ſta.cle.clerici officia.xxi.q. iij. epiſcopi.
32 † Inceſſus clerici debet eſſe grauis &
moderatus,ut grauitate itineris.mentis
maturitatem oſtendat.nam incompoſi-
tio corporis,mentis indicat qualitatem.
unde ſaluſtius arguit Catellinam eo ꝙ
inceſſus eius modo citus modo tardus
erat.ut xlj.diſtinc.in fi. ¶ Debet†etiam
33 ordinandus eſſe hoſpitalis quia ut ait
Hieron. domus clericorum omnibus
debent eſſe communes.ut. xvi.q.i. quo-
niam. quia hoc triplici de cauſa quia nõ
poteſt clericus eſſe hoſpitalitatis hor-
tator qui hoſpitibus hoſtia claudit. ut.
xlij.diſtinc.§.j. Secũdo, quia quietas ho
ſpitalitatis remuneratur tẽporaliter &
æternaliter, iuxta illud Apoſtoli exer-
ce teipſum ad pietatem, nam corpora-
lis quædam exercitatio ad modicũ eſt.
pietas autem utilis eſt ad omnia ha-
bens promiſſionem uitæ quæ nunc eſt
& futuræ. Item Abraham & loth
qui erant hoſpitales angelos recipere
meruerunt. Sed circa hoſpitalitatem
diſcretio eſt habenda. eorum nam-
que qui petunt eleemoſynam. Alij pe-
tunt quaſi ex debito, ut prædicatores &
prælati. Alij ſimpliciter pro corporis ſu
ſtentatione. In primo caſu ſubdiſtin-
gue, quia aut ſunt noti aut non. Si ſunt
noti & conſtat eos miſſos & inſtitutos
ad prædicandum uel ad prælaturam re-
cipiendam. Si uero ſint incogniti, &
dubitatur an tale officium ſit eis conceſ
ſum debet hoc examinari an ita ſit. qa
circa maiora periculum maius uertitur
non enim das tãtum temporalia.ſed ac
cipis ſpiritualia ab eis. in quibus uerti-
tur magnum periculum,ſi ab alio perci-
piantur quàm ab illo qui dare poteſt.
ut.xij.diſti.quieſcamus. ¶ In ſecundo
caſu ſcilicet cũ petit pro ſuſtentatione
corporis ſimiliter ſubdiſtingue.quia aut
potes omnibus abundare. aut non. In
primo caſu debes dare omnibus indigẽ-
tibus. Inuitãt nos ad hæc exempla loth
& Abrahæ qui, quoniam omnes indif-
ferenter recipiebant, inter omnes & an
gelos recipere meruerunt. nam ſi non
omnes recipiſſent forſitã inter aliquos
& angelos repuliſſent. ut in prælega.
capitulo quieſcamus.† Danda elee-
34 moſina eſt etiam excommunicatis. ut.
xi. quæſtio.iij. quoniam,in fin. & idem
dico iu quolibet peccatore niſi de cibo
ſecurus iuſticiam contemnat, nam in ta
li caſu. ut dicit Auguſtinus utilius eſu-
rienti panis tollitur: ſi de cibo ſecurus
iuſticiam negligat quàm ei panis fran-
gatur ut iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat.
ut.v. quæſtio.v.non omnis. Sed & ſi iu-
ſticiam negligat & eſuriat ad mortem
alendus eſt.ut.lxxxj.diſtinctio.paſce.In
ſecundo caſu cum non poteſt omnibus
ſufficere dicit Ambro. nouem conſide-
randa ſunt,fides cauſas, locus, tempus,
modus, neceſſitudo ſiue ſanguinis pro-
pinquitas ætas.debilitas,& conditio ſi-
ue nobilitas ut exponuntur hæc omnia.
lxxxvi. diſtinc.non ſatis. ¶ † Sed pone
35 pater tuus infidelis & extraneus fidelis
egeant, non ſufficit prouidere utrique
cui magis prouidere teneris. Pe. man-
ducator dixit hanc quæſtionem eſſe te-
nebroſam aquam in nubibus aeris.Hug.
dixit patrem præferendum & hoc ex il
la auctoritate, honora patrem tuum &
matrem tuam ut ſis longeuus ſuper ter-
ram.&.argu.xxx. diſt.c.j. Ioannes autẽ
ſcripſit patrem qualemcunque extra-
neo etiam ſanto præferendum in exibi-
tione neceſſariorum, niſi extraneus ma
gis egeat: quia tunc extraneus præfer-

tur ut in c. paſce. Sed huic opinioni uidetur obſtare uerbum Ambro. in canticis ſuper locum illum ordinauit in me dominus charitatem, ait enim multorũ charitas inordinata eſt, quod enim primum eſt ponunt tertium uel quartum. Primò diligendus eſt deus, Secundò parentes, inde filij, poſtea domeſtici, qui ſi boni ſint malis filijs, præponendi ſunt. Sed hæc auctoritas intelligenda eſt de effectu dilectionis, non de nutrimenti exhibitione. magis enim diligere debemus extraneos bonos quam propinquos malos. licet iſtis magis teneamur in neceſſarijs ſubuenire. hanc ſententiam tenet Ray. & ego aſſentio. Sed quidam contrariũ dicunt. ſcilicet extraneum præferendum in exhibitione nutrimenti allegãtes pro ſe illud. deſudet eleemoſina ĩ manu tua donec inuenias iuſtum cui des. Sed hęc auctoritas non loquitur in eo caſu quem in quæſtione præmiſi. ſed generaliter quando iuſtis ſubueniendum eſt. nam & ſi omnibus miſericordia debeatur, iuſto amplius. ut in d.c. nõ ſatis, circa principiũ. Item allegãt illud uerbum domeſticos fidei. Item illud caſum præſtat natura nõ gratia. ut in d. c. non ſatis. Fit & alia diuiſio circa eleemoſinam alia enim eſt exterior, alia interior, alia ſpiritualis, alia corporalis. Prima conſiſtit in tribus ut dimittas à quo, leſus es. ut corrigas delinquentem. & in his quæ ad ſalutem pertinent inſtruas ignorantem. Secunda conſiſtit in uno, ut des egenti quicquid poteris, ut. xlv. diſt. tria. Item prima excedit ſecundam in duobus. quia remittere delinquenti quando uolueris tibi redundat. ſed dare indigenti aliquando
36 quæris & non inuenis. † Item eleemoſina cordis ſine terrena ſubſtãtia ſufficit illa uerò quæ corporaliter datur ſi non benigno corde tribuitur omnino
37 non ſufficit. ut. xlv. diſtinc. duæ. † In corporali eleemoſina tria ſunt attendenda ſcilicet ut des ex charitate non ad uanam gloriam, non ad importunitatem pauperis expellendam. Item ut diſcretis des conſideratis hijs quæ leguntur lxxxvj. diſtin. non ſatis, Tertio ut des his quæ non ſubiacent repetitioni uel
38 reſtitutioni. ¶ † Debet ordinandus eſſe Doctor, cuius doctrina debet conſiſtere in duobus ualet, in doctrina correctionis. & ſermone prædicationis, nam latratu canum & baculo paſtorum lupi arcendi ſunt. ut. xliij. diſt. in prin. In diſciplina, ut non corrigat ex odio ſed ex charitate. uera enim iuſtitia compaſſionem habet, falſa dedignationem. ut. xlv. di. uera. Item cum diſcretione corripiantur tumidi. tolerentur infirmi. & quod ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, ne ſæuientis plectatur animo, ſed meden-
39 tis. ut. lxxxvj. di. c. ij. † rigor enim iuſtitiæ temperandus eſt ex duobus, ex multitudine peccantium. ut infra eod. titu. c. ij. l. diſtin. ut conſtitueretur. j. quæſtio. vij. quotiens. unde uerſus. Ob populum multũ crimen pertranſit inultum. unde tunc diſcretus prælatus incipiet a ſpiritualib. aut ſpiritualibus proximis, ut eorum exemplo cætera multitudo frangatur. ut. xliiij. di. commeſſationes. Item puniet maiores de uniuerſitate qui alios trahunt ad peccatũ. ut infra de cle. ex mi. latrones. Item temperatur rigor ex qualitate peccantium. ut infra de offi. de leg. Sane. &. ca. paſtoralis. j. reſpon. xlv. di. Cum beatus. ff. de pœ. l. in ſeruorum. xxiiij. q. j. qui contra pacem. ij. q. vij. quiſquis. l. di. contumaces infra de ma. & obe. per tuas. Vnde triplex eſt iuſtitia. uitæ iuſtitiæ, doctrinæ. prima nunquam dimittitur alia cauſaliter ſic. unde uerſus. Eſt uerum uitæ doctrinæ iuſtitiæque. unum ſemper habet duo propter ſcandala linque. quia ut ait Auguſtinus ſiue plectendo ſiue ignoſcendo hoc ſolum bene agitur ut uita hominum corrigatur. ut. xxiij. q. v. prodeſt. ex duobus autem augetur rigor cum peccatum ex auctoritate defenditur. ut de pœni. diſt. vj. c. j. in fine. Item cum uiſitatum eſt malum & multis craſſantibus opus eſt exemplo. ut. j. q. j. reperiuntur. ff. de pœ. l. autem facta. de culpa non

corrigentiũ prælatorum legitur. lxxxj. di. per totum de pœna. lxxxj. diſtin. dictum. xj. q. iij. Theugualdum. de magni tudine tam culpæ quàm pœnæ. xxxvij.
40 diſtin. legatum. ¶ Et nota quòd † ſi ſuperior excedat modum in corrigendo & ſi peccet. ut. xxiij. q. iiij. qui peccat in fin. non tamen cogitur à ſubditis ueniam poſtulare, ne dum nimia ſeruatur humilitas regendi frangatur auctoritas. ut. lxxxvj. diſt. quando, ſæpe enim ex conuerſatione æquali naſcitur contemptus dignitatis. ut. ff. de offi. præſi. l. obſeruandum. debet autem prælatus dignitatem ſuam ingenio ſuo augere ne contemptibilis habeatur. ut. ff. de offi. procon. l. nec quicquam. §. circa. l. di. cap. j. infra de accu. qualiter & quando.

41 ¶ † Conſiſtit autem hæc doctrina in ſermone prædicationis circa quã tria ſunt conſideranda. Primum interius charitas ardens. Secundum exterius uita lucens. Tertium ipſe actus prædicationis de primo Apoſtolus ſi linguis hominum loquar & angelorũ charitatem autem non habeam fac. ſum uel es ſo. De ſecundo. Gregorius. cuius uita deſpicitur reſtat ut eius prædicatio contemnatur. ut iij. q. vij. §. porro. in finæ. Ambro. Iudicet ille de alterius errore quæ in ſe non habet quod corrigat. ut in iij. q. vij. in c. iudicet. & Grego. in grauibus peccatis quis poſitus dũ ſuis præmitur peccatis aliena non diluit. ut. c. in grauibus. talis enim dum malè uiuit & bene prædicat, deum inſtruit qualiter ipſum punire debeat. ut. xl. diſtinctione, multi. hic à Hieremia comparatur cineri per quem lixiuia doctrinæ tranſiens lauat & non lauatur. ut. lxxxiij. diſtin. § ultimo. & ab Aug. lapideo canali per quẽ aqua doctrinæ tranſit ad aureolas, id eſt, ad corda ſubditorum in quibus aliquãdo facit fructum. ut. j. q. j. ſi fuerit. & Papa Nicola. faci ardenti qui ſe ipſam conſumens alijs lucem miniſtrat. ut xv. q. ult. ca. ulti. Contra tales prælatos inuehitur Hiero. xxxv. diſtinct. Eccleſiæ princeps, talibus iura minãtur ij. q. vij. ſecuti ſunt. in fi. xj. quæſt. iij. præcipuè.

42 ¶ † Circa tertium ſcilicet circa actum prædicationis quattuor ſunt attendenda. Tempus, locus, qualitas audientiũ, & qualitas dicendorum. Tempus, ut nõ ſemper loquatur ſed temporibus opportunis. Si enim ſemper plueret terra nũquem germinaret. unde contra tales in Leuitico. Vir qui fluxum ſeminis patitur immundus erit. Item inſta opportunè. dicturus importune præmiſit opportunè. ut xliij. diſt. ſit rector, in fi. Locus eſt attendendus quia prædicatio fieri debet in eccleſia uel in alio loco publico & honeſto, non in domibus & in locis priuatis ne ex hoc oriatur ſuſpicio hæreſis. ut xxx. diſt. ſi quis. Item fiducialiter & liberè prædicandum eſt. ut. xj. q. iij. nolite. poſſunt tamen aliqua in locis priuatis & non ſolemniter proponi in modum ſimplicis exhortationis. ut infra de hær. Cum ex iniuncto, circa prin. Item qualitas auditorum & dicendorum conſideranda eſt, nam ſecundũ capacitatem audientium dicenda ſunt alta & plana ut. xliij. diſtin. ſit rector. &. viij. q. j. oportet alias ſi non intelligẽtibus alta prædicat percuſſor eſt qui ſermone inutili percutit conſcientias infirmorum. ut xlv. di. ſane percuſſor. nam uitium animi eſt indignis ſecreta uulgare. & propterea qui hoc facit, aut ex loquacitate incauta ad adulationem. aut ad ſui iactationem facere uideatur. ut.
43 xliij. diſtin. ca. ultimo. † Item in prædicatione grammatica exponi non debet ut xlvj. diſt. cum multa. nec hæreticis ſecretiora fidei reuelari. ut no. ſupra de ſũma trini. & fide catho. §. fides autem.

44 † Percuſſor nõ debet eſſe ordinãdus. ut xlv. di. per totũ. Sed in hoc breuis adhibetur di. Nã duplex eſt percuſſor ſpiritualis, & corporalis. Spiritualis fit cũ indiſcretus prælatus ſermone inutili corda percutit infirmorũ. ut xlj. di. ca. ultimo. Corporalis percuſſio fit manu uel flagello hæc aliquando fit ex malitia uel odio, uel ut ueberans magis timeatur. Aliquando ex charitate & cauſa cor-

cor-

correctionis. In primo caſu prohibetur eo quòd mortale peccatum, & per hoc pœnã depoſitionis inducit. ut.xlv. diſtin.c.j. &.c.epiſcopum. In ſecundo caſu omnibus habentibus poteſtatem licitá eſt in ſuos ſubditos.ut.xxxv.diſt. ante
45 &.xlv.diſ.cũ beatus.† Fallit hoc in epiſcopo qui neminem debet ſuis manibus uerberare.ut.lxxxvj.diſt.non liceat. poteſt tamen ſubijcere uerberibus delinquentes per alium.ut. v.q. v.illi qui. non tamen per laicum ſed per clericũ, ſi clericus uerberandus ſit, alioquin & mandans & uerberans incidunt in excõmunicationem. ut infra de ſen. excom.
46 uniuerſitatis. & uerum eſt † niſi clericus penitus eſſet ĩcorrigibilis. tũc enim poſſet per laicum uerberari. ut infra de ſenten.extom. ut famæ.xvij.diſt. nec licuit laici tamen uiolentia non amplius ſe extendat quàm exegit rebellio clericorum,ut in illa ut famè. Circa clericos tamen hęc diſtinctio habenda eſt ut clerici in minoribus ordinibus conſtituti, & pro leuibus culpis uerberibus ſubijciantur.ut.lxv.di.Salomon,conſtituti autem in maioribus ordinibus. non niſi pro maioribus criminibus ut. xxxv. di. ante.& xlv. di.cum beatus. ſed hæc diſtinctio locum habet in clericis ſecularibus tantum. Regulares enim ſecundum regulas eorum ſubijciuntur uerberibus etiam pro leuibus culpis.ut iufra de appella.reprehẽſibilis. in fi.infra de accu. & inqui. qualiter, in fine. Caueant tamen regulares prælati quòd ex charitate & correctionis cauſa uerberent fratres uel cõuerſos per ſe uel per alios regulares ſeu clericos. nam ſi per laicum & uerberans & mandãs incidunt in ſententiam excõmunicationis & ſic loquitur decre. uniuerſitatis de ſententia ex
47 commu. ¶ Caueãt igitur prælati† & rectores eccleſiarum ut correctionibus & diſciplinis ut ſtateram in manibus geſtant in utroque penſo. iuſtitiam & miſericordiam portent. ut iuſto libramine quædam per ęquitatem corrigant.quædam uerò per miſerationem indulgeãt. xlv.diſtinctio.omnes qui.& ex utroque temperamentum faciant. ut nec uigor iuſtitiæ ſit rigidus, nec manſuetudo ſit diſſoluta.ut.xlv. diſtinctio. diſciplina. &.cap. ſunt nanque non eſt enim conſtantis & recti iudicis breui lachrymula atq; ad tempus parata uel uberioribus fletibus de facili commoueri.nam cum uni indulget indigno, ad prolapſionis contagium prouocat uniuerſos: facilitas enim ueniæ incentiuum tribuit delinquendi. ut. xxiij.quæſtio. iiij. eſt iniuſta .in fi.& ff. de offic. præſi. l. obſeruandum. & alibi ſi negligenter quæ male uſurpantur omittimus exceſſus uiam alijs aperimus.ut.xciij.diſtin.
48 peruenit. † Sequitur non litigioſus. prohibetur autem litigioſus ordinari tribus de cauſis. Primum eſt uitium quod conſiſtit in doctrina prædicationis ipſius. cum ſit ſuperbus & arrogans, neſcit humiliter proferre quod docet. ut xlvj.diſtinct.c.j. nihil enim eſt impudentius arrogantia ruſticorum.ut ea. di.§.j. Secunda eſt uitium quod attenditur circa conuerſationem, quia litigioſus ſolet eſſe adulator proditor, detractor,maledicus, inuidus.ioculator, ſcurrilis, & ad ulciſcendam iniuriam facilis.ui.xlvj.diſtinc. §.ecce.&.c.ſequentibus. Tertia cauſa eſt cum ipſe quia ſit litigioſus & per cõſequentiam prouocet alios ad diſcordia.nõ poſſet alios ad cõcordiam reuocare quod tamen tenetur ex officio facere.ut.xc.di.§.j & per totã
49 di. ¶ † Debet ordinandus eſſe non cupidus.ut.xlvj.di.§.j lxxxv.di. florentin. duplex eſt aũt huiuſmodi prohibitionis rõ,prima,quia cupiditas eſt omniũ malorũ radix.ut xlvij di.§. beatorũ. Secunda ratio,quia mens excecata cupiditate non uidet quid expediat. ſemper uidet aurum redditus cõputat gratius intuetur aurum quam ſolem. xlvij. di. ſicut hi.iij.quæ.v.accuſatores.§. teſtes ſuſpe-
50 cti. ¶ † Sequitur domui ſuæ bene diſpoſitus ſcilicet familiæ ſuæ intelligitur aũt familiæ ſuæ bene diſpoſitus ſiue bene præpoſitus qui eã regit honeſte exẽ-

plo & uerbo trahendo à uitijs ad uirtutes. ut xlviij. di. § neceſſe. huius prohibitionis duplex eſt ratio. una quia non habet frontem reprehendendi alios qui negligit corrigere ſuos. ut in præallega. di. §. alia. quia præſumitur uehementer contra eum de crimine negligentiæ, quia magnum eſt. & magnam pœnam inducit. ut no. ſupra eod. titu. §. ex duobus. ſi tamen familiam ſuam correxerit quantum in ſe fuit. ipſa nihilominus in ſua malitia permanens, in correpta remanſit nō imputaretur patrifamiliàs nec repelletur à promouendo. ut xlviij. di. non enim. quantumlibet quod ad nos. præſumitur tamen prima facie cōtra eū quòd per eum ſteterit donec contrarium probetur. ut xviij. diſt. perue-
51 nit. ¶ Promotus † autem ad curam eccleſiæ & maximè ad epiſcopatum. debet bene eſſe diſpoſitus eccleſiæ ſuæ. ut canonici uel clericj canonicè uiuant obſeruantes diuinæ ſcripturæ doctrinam & documenta ſanctorum patrum nihil incompoſitè præſumant agere. ut de cōſecra. diſtin. v. in omnibus. ut tales ad miniſterium eligat quæ dignè poſſunt ſacramenta dominica tractare. ut xxiij. di. tales. ut ſingula officia ſingulis committat. lxxx. diſt. ad hæc. ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia. ut C. de teſta. l. conſulta diualia. Item non committat tyronibus ſed expertis. ut xlix. di. ſi officia, ut quatuor fiant portiones de redditibus eccleſiæ. ut xij. q. ij. Vulteranæ quatuor conceſſo. & ſi quid de portatione fabricæ remanſerit recondantur in thecis, ut ſi maior emerſerit fabricæ ſit ſubſidio quod diuerſi temporis diligentia potuit cuſtodire. aut certè ematur poſſeſſio quæ utilitates communes reſpiciat. ut xij. q. ij. nobis. ut nullus in eccleſia degens ſit indigens, ſed omnia neceſſaria ab epiſcopo ſuiſq; miniſtris percipiat. ut xii. q. ij. uidentes. ut precarias eccleſiæ poſſidentes profeſſiones faciant ne per retentionem diurnā præiudicium eccleſiæ afferatur. ut xii. q. ij. ſæpe ut pro compendio ſuarum rerum poſſeſſiones eccleſiæ nullus excolat negligenter. ut xij. q. iiij. quodcunq;. ut ſic prælati tam cuſtodes chartarum quam defenſores rerum creditarum ut præceptum eſt iudicentur. ut xvj. quæſt.
52 j. in canonibus. ¶ Item prælatus † in eccleſia ſublimior alijs ſedeat. intra domū uerò collegam præsbyterorum ſe eſſe agnoſcat. ut xcv. diſt. epiſcopus in eccle-
53 ſia. ¶ † Sequitur non neophitus ue. Vnde uidendum eſt qui dicantur neophiti. & quare prohibeantur neophiti ordinari. Neophiti dicuntur noui in fide. ut xlviij. diſtinc. quoniam à neos quod eſt nouum, & phitos quod eſt fides, inde neophiti dicuntur noui in religione. ut xlviij. diſt. ſicut olim. ¶ Cauſa prohibitionis eſt duplex. Vna ne incidant in ſuperbiam putantes quòd fides catholica ſiue religio multū eis indigeat xlviij. diſt. §. prohibentur. & c. quoniam. Alia cauſa eſt quia neophiti non ſunt experti ſtatum eccleſiæ uel religionis. & ideo neſcirent eſſe graues & ſe contemperare pro diuerſitate perſonarum ſibi ſubiectarum. ut xlviij. diſtinct. ſicut olim. Graue enim eſt inexpertis hominum obſequijs ſociari. ut xix. quæſtione iij. monaſterijs. & ſimile lxj. diſtin. miramur, in fin. ff. de ua. mune. l. prætor. §. ulti. & alibi lex dicit honoris augmentum non obiectione ſed labore ad unūquemque conuenit deuenire. ut. C. qui milit. non poſſ. l. contra. lib. xij. ¶ Sed nunquid his cauſis ceſſantibus poteſt neophitus promoueri. Videtur quòd ſic nam prohibitiones eccleſiæ, proprias habent cauſas, quibus ceſſantibus ceſſant & ipſæ. ut lxj diſtinctione §. his omnibus. & c. neophitus. & infrà de appell. cum ceſſante. è contra uidetur quòd licet cauſæ ceſſent non tamen ceſſat prohibitio. ut xix. quæſtio. ij. duæ xxxij. quæſ. j. dixit. Ad hoc dico quòd clericus ſecularis quantumcunq; ſit humilis & inſtructus in regula monachali uel regulari non poteſt eligi in abbatem uel rectorem eccleſiæ, regularis niſi profeſſus ſit & expertus aſperitatem

tatem

tatem regulæ: non enim ſufficit ſcire
ſed neceſſe eſt experiri probari & pro-
bare. ut ſupra de elec. cum ad noſtram.
&.c. officij. xix. q. iij. monaſterij. imò ſi
aliqui non profeſſi ordinem regularem
ſint ſiam in abbates aſſumpti, debent
ſublato appellationis obſtaculo remo-
ueri. ut ſupra de electio. cum in magi-
ſtrum. &.c. cum cauſam. propter hoc nõ
ſufficit Domino beatum Petrum ſcire
fragilitatem humanæ conditionis. ſed
uoluit ipſum in ſeipſo potius experiri,
ut diſceret qualiter eſſet alijs miſeran-
dum. ut. l. diſtin. conſiderandum mona-
chus tamen poteſt eligi in epiſcopum.
ut lxi. di. bene quod intelligo præmiſſa
poſtulatione & admiſſa, alias ſecus. ut
lviij. diſt. c. j. & ij. Item laicus dummo-
do literatus poſtulari poteſt in epiſco-
54 pum. ut lxj. diſt. oſius. ¶ † Item neophi-
tus poteſt & dicunt quidem recipere mi
nores ordines, ſed non ſacros. ut xlviij.
diſtin. quoniam &.c. ſicut olim. Alij con
tra. quòd nec etiam minores donec ſit
probatus. ar. xix. quæſt iij. monaſterius.
quod uerius eſt. Nec obſtat his quæ di-
cta ſunt quod legitur de Nicolao, Seue-
ro, & Ambro. qui neophiti ſunt electi.
Illud enim factum eſt inſpiratione diui
na. De Nicolao fuit reuelatum cuidam
epiſcopo ut in legenda continetur. Se-
uero inſedit columba ſupra caput. Am-
broſio aſſurrexit terra pro cathedra. &
ideo non ſunt trahenda ad conſequen-
tiam. alias exemplo Ambroſij poſſet
quis eligi ante baptiſmum, quod eſſet
55 abſurdum dicere. † Sed quæritur quare
ſecularis clericus poſſit eſſe epiſcopus
regularium non tamen eorum præpoſi
tus, prior, uel abbas. Reſpondeo. pro-
pter excellentiam epiſcopalis dignita-
tis. quaſi epiſcopus ſit religioſior mona
cho. uel ideò, quia abbates & priores in
terſunt priuatis diſciplinis monachorũ,
epiſcopus non, tanquam qui ignorat ea
quæ ſunt regulæ. illud ergo committet
alicui monacho. ipſe uero puniet ea qui
maiorem diſcuſſionem exigunt & maio
rem animaduerſionem. unde circa hoc
conſueuit diſtingui ut ſi de exceſſu mo-
nachi in figura iudicij agatur epiſcopus
pro tribunali cognoſcet & puniet. Si au
tem de plano tunc abbas uel prior cor-
riget ſecũdum monachales diſciplinas
ut xj. q. j. de perſona. infra de offi. or. quã
to. & ar. C. de emen. propinquorum. l.
una. C. de pa. poteſtate. l. iij. uel alias pri
ma correctio ſpectat ad Abbatem ſeu
priorẽ quia hoc generale eſt quod qui-
libet prelatus habeat iuriſditionem ſiue
ſit Abbas ſiue prior. ut infra de immu.
ec. non minus, infra de maior. & obed.
Cum in eccleſijs. uerius eſt in his cõſue
tudinem attẽdi quæ dat iuriſditionem.
ut. C. de emancipa. l. prima. ix. quæſt. iij.
56 conqueſtus. ¶ Nunc uideamus † per
quos hæc examinatio ordinandorum fa
cienda ſit. Et eſt ſciendum quod quãuis
ſecũdum antiqua iura tempora ſcrutinij
epiſcopus eligere debeat de ſuo latere
aliquos gnaros diuinæ legis qui exami-
nent ordinandos. ut xxiiij. diſt. quando
epiſcopus. hodie tamen hoc uidetur ſpe
ctare ad officium archidiaconi, ut infra
de off. archi. Ad hæc. c. ut noſtrum. & fa
cit adhuc. xxij. diſt. pſalmiſta. & præte-
rea ſi indignus præſentetur ad ordines
tenetur is qui examinauit & præſenta-
uit. ut liiij. di. ſi ſeruus. tenetur etiã & epi
ſcopus ordinator. ut infra de æta. & qua
li. ord. accepimus. nam & poſt examina
tionẽ archidiaconi, nihilominus ipſe or
dinator debet examinare, uel tenetur
epiſcopus de facto ſui Archidiaconi ſi-
cut & exercitor nauis de facta ſui magi
ſtri. ut. ff. de exercito. l. j. §. magiſtrũ. un-
de & ſi archidiaconus repreſentet ali-
quem ordinandum ad titulum ſui patri
monij cum nullũ habeat, & hoc archid.
non ignoret, epiſcopus autem ignorat.
puto quòd ordinatus agere poſſet pri-
mo loco cõtra archidiaconum. Nec ob
ſtat ſi de dolo ipſius ordinandi excipia
tur ne per hoc mendicare cõpellatur in
ignominiam cleri. ut xciij. di. diaconi.
Sed ſi archid. non ſit ſoluendo agetur ſe
cundo loco contra epiſcopum quia in
culpa fuit non examinando. ſed archid.

in dolo.dolus autem præponderat cul-
pæ.ut.ff.ad.l.Acqui.l.Item ſi obſtetrix.
57 ¶ Ordines † minores poſſunt ſimul
omnes conferri eidem ut infra.de eo
qui.fur.or.ſuſ.cum.h.lator.Et ar.lxxvij.
diſt.quicunque.dum tamen conſuetudo
contraria non impugnet,quæ non ſerua
ta ſcandalum generet. uel ſecundum a-
lios ſi conſuetudo loci hoc habeat. &
hoc tenet Tan.& ego.Sacri autem ordi
nes ſinguli & per certas interſticias tem
porum debent conferri. ut lxxvij. di.in
ſingulis. &.c. quicunque, & licet ple-
runque coniungat quod ordinator con-
tinuet ieiunium à die ſabbati uſque ad
diem dominicum ut illi qui ordinari nõ
potuerunt die ſabbati in ſero ordinen-
tur in die dominico in mane. ut 75.di-
ſtinct. quod à patribus, non tamen in-
telligas ut illi hiidem qui promoti ſunt
in die ſabbati ad aliquos ſacros ordines
poſſint die dominico ad alios promo-
ueri. Sed illi tantum qui die ſabbati
ordinari non potuerunt ut dictum eſt.
cum enim propter continuationem ie-
iunii fingatur ſero diei ſabbati. & ma-
ne diei dominicæ unum diem efficere.
ſi ordinatus in ſabbato ordinaretur in
die dominico. iam bis idem eodem die
ordinaretur, quod eſſet abſurdum. &
de hoc arguitur bononienſis epiſcopus
infra eodem titu.literas. ¶ Sed an ſe-
ro diei ſabbati trahatur ad mane diei
dominicæ. uel mane diei dominicæ ad
ſero diei ſabbati retrahatur dubitaue-
runt antiqui, & adhuc ſub iudice lis eſt.
circa hoc dixerunt quidam quòd mane
trahitur ad ſero. ita ut ſi aliquando
continuato ieiunio mane diei domini-
cæ ordines conferuantur, in die ſabba-
ti conferri uideantur. Nam iura loquen
tia de ordinationibus dicũt quod in qua
tuor temporibus & die ſabbati ordi-
nes conferuntur. ut infra eodem titulo.
c.j.&.ij.75. diſtinct.c.ulti.Fallit hoc in
conſecrationibus epiſcoporum quæ in
diebus dominicis fieri debent. ut 75.
diſtinctio. quod die dominico. Item
fallit in minoribus ordinibus & con-
ſecrationibus uirginum quæ in diebus
dominicis conferuntur. ut hic.c.j. Il-
lud uerò cap.quod die dominico. quod
ualde eſt contra eos qui intelligunt in
conſecrationibus epiſcoporum non in
ordinibus conferendis. & hoc patet
per exempla ibi poſita de apoſtolis qui
tunc conſecrati fuerunt. Hugo. & ſui
ſequaces dicunt die dominico confer-
ri omnes ordines & etiam baptiſmum
de con.di.5.uenerabilis. facit pro ipſis
illud.c.quod die dominico. Item & il-
lud.c.quod â patribus.in uerbo illo. Sed
poſt diem ſabbati &c. Ad quod primi
Reſpondent. poſt diem ſabbati cæptũ
& non finitum. Prima opinio magis
placet quòd die ſabbati ordines confe-
rantur.& quòd mane diei dominicæ tra
hatur ad ueſperam diei ſabbati conti-
nuatione ieiunij cum contingit mane
diei dominicæ, ordines conferri. nam
ſi uera eſſe opinio Hug. quare neceſſa-
ria eſſet continuatio ieiunij. cum & ſi
in ſero diei ſabbati comedat ordina-
tor in mane diei dominicæ ieiunus inue
nietur. Vnde ſicut poſſet conſecrare,
eodem modo ſecundum cum & ordina
re. Teneas ergo quod ſuperius eſt di-
58 ctum. † Et ſi tu quæras quare tantum
die ſabbati ſacri ordines conferantur.
Ratio eſt, quia ſabbatum ſignificat re-
quiem. & qui tranſit ad clericatũ quod
fit irreuocabiliter per aſſumptionem
maiorum ordinum de labore ſeculariũ
negociorum tranſit ad ocium ſcema-
ris clericalis. & ideo hoc fit die ſabba-
ti. quia uero per minores ordines non
obligatur aliquis clericatui quin redi-
re poſſit ad licentiam datam ab apoſto-
lo. ut 28. diſt.de his, in fi. iccircò mi-
nores ordines alio die quam die ſabba-
ti conferuntur,maiores autem non niſi
59 die ſabbati. ut dictum eſt.¶Reſtat†ui-
dere quid iuris ſit ſi quis ſine examina-
tione fuerit ordinatus uel ſi in ſcrutinio
ſuum ſupreſſit impedimentum. In pri-
mo enim caſu diſtinguo. Aut enim eſt
ignotus aut notus.Item aut eſt aliàs di
gnus. aut indignus. Si ignotus & alias

dignus

dignus, eo tamen ipſo quòd ſine examinatione ſe patitur ordinari ſe fecit indignum & debet deponi. ut 24. diſt. c. ultimo. Si ignotus & indignus tunc duplex cauſa depoſitionis ſubeſt. Vna quia ſine examinatione ſe ordinari permiſit ut dictum eſt. Alia quia cum ſciret ſe indignum debet in ordinatione ſua prodere crimen ſuum uel impedimentum ut. l. di. ex pœnitentibus. Si uerò notus & dignus, tunc in nullo peccatur. Noti enim examinandi non ſunt ar. 24. diſtinct. nullus 47. diſtin. de Petro. 94. diſt. ualde. tamen fallit in conſecratione in qua etiam noti examinantur. ut 24. diſtin. qui epiſcopus. Sed ſi notus & alias indignus in cauſa depoſitionis exiſtit. quia crimen ſuum defectum occultum debuit confiteri. ut ſupra dictum eſt. Sed quod dixi ignotum & dignum ſine examinatione promotum deponi debere. hoc fit uel in odiũ ſui qui ſe fecit taliter ordinarij, uel in odium ipſius qui ipſum taliter ordinauit, ad hoc 70. diſtinctio cap. 1. 16. quæſtio. 7. decreuimus. 21. quæſtio. 2. c. 1. & 1. quæſt. 4. in eccleſia. ubi in odium conſecratoris dicitur eccleſia execrata potius quam conſecrata. Item quod dixi notum & indignum ſine examinatione promotum in cauſa depoſitionis exiſtere, quia crimen ſuum non fuit confeſſus. intelligo de graui crimine ſecus in leui. ut 68. diſtinct. c. 1. Item quod dixi ſupra tales ſic promotos deponi debere intelligo non per ordinatores ſed per ſuperiores. ut infra de cle. coniu. diuerſis fallaciis, in fi. cum & ipſi ordinatores ſint in cauſa depoſitionis, quia ſic ordinauerunt. ut. 1. quæſtio. 1. ſi qui epiſcopi. in autem. quomodo oportet cle. ad ordi. perdu. §. oportet.

60 † Vnum tamen non omitto quòd ſi aliquis tempore ſuæ ordinationis propriũ prodat impedimentum. & nihilominus ordinator non intendens diſpenſare ipſum ordinat. de tecto poſtea impedimento. ordinatus eſt deponendus & eſt caſus illius decreti. 81. diſtinctio. ſi quis ſine examinatione. ¶ In ſecundo caſu ſcilicet cum aliquis impedimentũ ſuum in ordinatione nõ prodit. uidetur eſſe in cauſa depoſitionis. nam quilibet in ordinatione ſua impedimentnm prodere debet ut 22. di. quum & c. ulti. 81. diſt. c. Tantis. & c. quicunque. 8. q. 3. Artaldus. in ñ. Et eodem modo quilibet tenetur in iure crimen ſuum detegere de quo agitur, ſi fuit ſuper eo interrogatus. ut 11. quæſtio. 3. quiſquis 35. q. 5. uidetur ſi duo. 15. q. ult. c. 1. & pen. quod Hug. putat tam in ordinatione quam in iudicio. Sed in ordinatione dicit ſufficere ſi quis dicat in genere ſe crimino ſum & ſic petat diſpenſationem. Sed ſi ſpecialiter pro aliquo crimine fuerit interrogatus reſpondebit ſe penitentiam egiſſe, uel non reſpondebit. nam ſpecialiter interrogare magis uidetur ſuggerẽtis quam quærentis ut. ff. de quæſtionibus. l. 1. §. qui quæſtionem. Non obſtat ei quod ſuperius dixi quod legitur de pœni. di. 1. §. his auctoritatibus. ubi dicitur non tibi dico ut te prodas in publicum: quia illud loquitur de pœnitente qui non debet in publico ſe prodere. ſecus in examinatione ordinãdi. in qua quis ſe prodere debet, niſi enim ſe prodat non poterit ſecum diſpenſari & debet ſe prodere coram pluribus, quia prodere eſt in publico dicere. ut. 2. q. 1. ſi peccauerit. ſicut enim epiſcopus nõ poteſt audire cauſam niſi cum clericis ſuis. ut 15. quæſt. 7. epiſcopus. ſic nec ſolus poteſt diſpenſare. qualiter enim quis probabit ſecum diſpenſatum fuiſſe niſi coram pluribus factum fuiſſet ut infra de ſchiſmati. c. fraternitati. Alij dicunt quod nec in iudicio, nec in examinatione ordinãdorum tenetur aliquis ſe prodere. quia & deus occultat peccatum de quo aliquis penituit. ut 32. q. j. Apud Et ſicut licitum eſt alicui redimere ſanguinem ſuum qualitercunque poteſt. ut 2. q. 3. §. notandum. ff. de bonis eorum qui ante ſententiam mor. ſibi conſci. l. j. ſic & honorem ſuum. Circa ꝙ uidetur dicendum ꝙ de occultis peccatis & nõ de enor-

de enormibus de quibus acta eſt pœnitentia non tenetur ordinandus in genere uel in ſpem confiteri. non enim eget diſpenſatione.quia illa non deijciunt iã pro motum nec impediunt promouendum ut no.ſuprá.eo.tit.§. circa primam regulam.uel ſiue in ſpecie ſiue in genere quæratur poterit ſic reſpõdere ſi hoc de quo quæritur cõmiſi. uel aliqua mortalia commiſi pœnitentiam inde egi. Sed quid ſi in ſpecie interrogatus ſuper aliquo mortali reſpondeat ordinandus ſe commiſiſſe & pœnitentiam non egiſſe.nunquid hæc confeſſio præiudicat ordinando. & poſſit inde puniri uidetur ꝙ ſic ut ſupra de elec. per inquiſitionem. & infra. de exceſſis. prælatorum quàm ſit graue. uerius tamen eſt contrarium. ut non præiudicet niſi in hoc ſolo, ut non admittatur ad ordinationem. ut. xxiiij.ij.di.quando. in fi.& ar.ad hoc.infrà.de excep.Deniq;.§ ulti.infrà.de ordi.cog.cum dilectus.ff.de his qui no.in-
61 fa.l.lucius. ¶In ſumma † notandum eſt quòd epiſcopus conſecrari debet à metropol. cum tribus uel duobus epiſcopis.ut.infrà.eo.titu. nec epiſcopus infrà. de ſacra un.c.j.in principio uel tres epiſcopi de mandato metropol. hoc poſſunt.ut.lxiiij.di.comprouinciales metropolitanus autem conſecrabitur ab omnibus ſuffraganeis. ſi tamen omnes conuenire poſſunt & fiet conſecratio in ciuitate metropolitana. ut infra eodem titulo.ſi archiepiſcopus.lj. diſt.qui in aliquo,in fi.lxvj. diſtin.quia. lxvj.di. archiepiſcopus.xlij. diſtin. metropolitano. & idem intelligo in primatibus & patriarchis, ſed quamuis ita ſit de iure. de conſuetudine tamen obtinet. Et ſic hodie ſeruat generalis eccleſia quòd nullus archiepiſcopus, primas uel patriarcha conſecratur.niſi à papa uel alijs de mandato ipſius.& argumen. ad hoc. xxiiij. quæſtione prima. pudenda.

## *Summarium*

1 *Scrutinium quid ſit.*
2 *Scrutinium quando & per quos fieri debeat.*
3 *Scrutinij forma quæ ſit.*
4 *Dignus quilibet præſumitur niſi contrarium probetur.*
5 *Excommunicatus quis in dubio præſumitur.*
6 *Fornicatio potius præſumitur quam matrimonium.*

## ¶DE SCRVTINIO IN ORdine faciendo. Rubrica.

DIctus eſt ſupra de ordinandis, ſed quia ordinandi examinandi ſunt, ideo ſubijcitur rubrica de ſcrutinio in ordine fa. ¶ Videamus igiť quid ſit ſcrutinium. quando fieri debeat. Item per quos. Item quæ ſit forma ſcrutinij faciendi. ¶Et eſt ſciendum
1 quòd † ſcrutinium nihil aliud eſt quàm examinatio. & ideo iura dicunt neminem ſine examinatione ordinari debe-
2 re. ut no. ſuprà. ti.proxi.§.reſtat.† Fieri autem habet ſcrutinium feria quarta ante ipſam ordinationem.ut. xxiiij. diſtin. quando.Per quos autem debeat fieri no.ſuprà.tit. prox. §. nunc uideamus.
3 † Forma ſcrutinij quæ ſit uideamus. Et eſt ſciendum quòd duplex eſt ſcrutiniũ. Vnum quod habetur ante ordinationẽ ut ſuperius dictum eſt. Aliud de quo hic tractatur. Forma primi ſcrutini habetur.xxiiii.diſtin. quando epiſcopus. Forma ſecundi habetur hic nam in Romana curia prior diaconorum. in aliis eccleſiis maiores diaconi idest, archidiaconi dicunt. Poſtulat ſancta mater eccleſia hunc ſubdiaconum ad onus diaconatus uel presbiteratus aſſumi & ordinatore interrogante ſi eum nouerit eſſe dignum.Reſpondet diaconus.ut hic dicit. infrà.c.uno.& ex hac decre.illud genera
4 le colligitur. † quemlibet præſumi eſſe dignum niſi probetur contra. ſimile. infrà. de præſum.dudum.ff.de manu. teſtamen.l. teſtamento ſeruos. ff. de leg. ii.l. cum pater.§ rogo.infra.de iudi. cum deputari.ff.de fideicommiſ. liber.l.Thays. §. ſorore. Sed contra præſumitur non

idoneus niſi probetur idoneus. C. de his qui ueni.eta.impe.l.iij.C. de probatio.l.ij.ff.de magiſtratibus.l.j. §. magi-
5 ſtratibus. † Item in dubio præſumitur quis excommunicatus ut. infrà. de ſenten.excom. cum deſideres. §. ſecundæ,
6 †& potius præſumitur fornicatio quàm matrimonium.ut xxx.q.v.c. aliter.&.c. noſtrates.Solutio.primum generale eſt & ſecundum caſuale quod in caſibus ſuperioribus locum habet, & maxime in his quibus timetur periculum animæ, ubi præſumimus aliquem fore pagnum. ut de cõ. diſt.iiij.c.paruulos. &.c. nulla. infrà.de bap. & eius effec. c.j. præſumimus eccleſiam non conſecratam. ut de con.di.j.ſolenniter.&.c.eccleſiæ.præſumimus in ordinatum. ut lxviij.di. præsbyteri.&.§.ſe.

## *Summarium.*

1 *Epiſcopus renuncians epiſcopatus an & quando poßit conferre ordines.*
2 *Minores ordines à quibus conferantur.*
3 *Ordines quot ſunt.*

## ¶DE ORDINATIS AB EPIſcopo qui epiſcopatui reſignauit. Rubrica.

IN tractatu, ordinandorum qui præcedit & ſequitur interponitur rubrica de ordinatis ab epiſcopo qui reſignauit epi. uel excommunicato. ¶ In
1 quo † breuiter eſt diſtinguendum an epiſcopus renunciet loco tantum uel loco & dignitati. In primo caſu renuncians epiſcopus remanet. nullius tamen epiſcopatus. & ideo ordines conferre poteſt in ſua quondam diœceſi. & in aliena de conſenſu tamen & uoluntate diœceſani loci. In ſecundo uerò caſu nec minores nec maiores ordines conferre poteſt. Si tamen aliqui minores ordines à talibus receperunt neſcienter tolerantur in illis.& ad maiores licitè promouentur. Sed ſi à talibus ſacros ordines ſcienter receperint executionem officij non habebunt.Si ignoranter niſi craſſa & ſupina fuerit eorum ignorantia cum eis poterit diſpenſari.ut. infrà.eo.ti.c.1. Facilius autem permittitur pontificalia exercere ei qui ceſſit loco tantum, quàm ei qui ceſſit loco & dignitati. Et eſt ratio quia in primo caſu præſumitur quis ceſſiſſe ex debilitate, uel ex alio iuſto impedimento, uel ſaltem contemplationis amore. In ſecundo uero caſu uidetur ex conſcientia criminis reſignare.ut.ſuprà.de renun.poſt trãſlationem. § ulti. quamuis ſex ſunt cauſæ propter quis cedendi licentia poſtulatur. ut. ſuprà.de renun. niſi cum pridem in prin. Toleratur autem ſi ab his qui renunciauerunt dignitati & loco minores ordines conferantur. & eſt ratio quæ hic aſ-
2 ſignatur.† quia minores ordines à non epiſcopis conferuntur ut pſalmiſtatus, hoſtiariatus, & lectoratus. ſcilicet à coepiſcopis olim & ab abbatibus hodie.ut.69.diſt.c.1. Item presbyter confert pſalmiſtatum. ut. 24. di. pſalmiſta. qnidam tamen intelligunt illud dictum pſalmiſta non de ordinis collatione ſed de ordinis executionem ſcilicet hoc nõ placet. quia ibi dicitur quòd pſalmiſta poteſt ſumere officium ſola iuſſione præsbyteri non dicit officij executionem. Illi autem qui dicunt ordinem pſalmiſtatus conferri ab epiſcopo, executionem uerò iuſſione presbyteri, mouentur ex eo quod fit in collatione aliorum ordinum. Nam & in alijs ordo confertur ab epiſcopo & in ſignum executionis datur ab eodem epiſcopo aliquid ordinato quod in hoc ordine non ſeruatur. ¶ Scilicet obijcitur. nullus debet ſine titulo ordinari.ut.70.di.c.1.&.2.Sed ſolus epiſcopus confert titulum. ut. 16. q.7.nullus. Ad quod Reſpondeo quia hoc locum habet non in minoribus ordinibus
3 ſed in ſacris. ¶ Et no. † quòd nouẽ ſunt ordines quinq; minores & non ſacri. quattuor autem maiores & ſacri. minores ſunt pſalmiſtatus & hoſtiariatus lectoratus, exorciſtatus & accolitatus, ma-

iores ſunt ſubdiaconatus diaconatus, presbyteratus & epiſcopatus. Alij uerò dicunt.7. eſſe ordines, negant enim pſalmiſtatum & epiſcopatum eſſe ordines, ſumunt hoc ex illo decreto.77.diſtin. illud.Sed quòd pſalmiſtatus ſit ordo. probatur. 34. diſti. pſalmiſta. 21. diſtin. clericos. 32. diſtin. ſeriatum. 82. di. clericum.infrà.de æta. & quali. & or.præ.cum contingat.27.q.1.ſi quis epiſcopus. & ad decretum quod primi pro ſe inducunt ſic rñdent ut quod ibi dicitur primo ſit hoſtiarius illud primo non recipiat præcedentia ſed ſequẽtia.licet alias primus & proximus dicatur quem nemo præcedit. ut infrà. de uer.ſigni.Ioſeph.ff.eo.titu.l.proximus. De epiſcopatu quòd ſit ordo probatur. 77.diſtin.c.1.infrà.de presby. non bapmi. ueniens.21. di.c.cleros.54.diſtin.ſi ſeruus in uerbo epiſcopalis ordo. &c. & quod dixi presbyterum poſſe conferre ordinem pſalmiſtatus intelligo de presbytero parrochiali. ad quem ſpectat cura eccleſiæ & competẽtius in archypresbytero uel plebano. Itẽ intelligo hos poſſe conferre in diebus dominicis & in alijs feſtiuis ſicut in epiſco-
3 po dicitur ſuprà. eo. c.de eo. † Et nota quòd cum his qui ab excommunicatis recipiunt ordines ignoranter poterit diſpenſari per ſuos epiſcopos. ut. infrà. c.titu.c.2. fiet autem hæc diſpenſatio quo ad executionem.excommunicatus enim & ſi caracterem conferat quẽ habet executionem quam non habet conferre non poteſt.1.q.1.gratia. &.c.ſtatuimus.&.q.7.Daybertum.

## *Summarium*

1 *Ordinandorum ætas & qualitas.*
2 *Aetatis defectus repellit abordinatione.*
3 *Epiſcopi ubi debeant conſecrari, & ubi metropolitani, primates, & patriarchæ.*
*Papa ab epiſcopo Hoſtienſe conſecratur.*
4 *Forma ordinandi epiſcopos.*
*Sacramenta eccleſiaſtica unitatis ſunt, & diuidi non debent.*
5 *Subſtantialia ordinum quæ ſint.*
6 *Miſſa an ſit de ſubſtantia ordinum.*
7 *Promotus aliquo ordine prætermiſſo ordinans alios, an ordines conferat.*
8 *Mulier ordinata caracterem non recipit.*
*Mulieribus quæ ſint prohibita.*
9 *Clauis poteſtas Apoſtolis tradita fuit.*
10 *Prælatus an poßit cogere clericos inuitos ad ordines recipiendos.*
11 *Ordinem an recipiat qui coactus ordinatur.*
12 *Quid ſi clericus uult promoueri, & petit ordinari prælato autem renuente.*
13 *Ordinati ab epiſcopo alieno ſine licentia proprii epiſcopi, an recipiant ordinis executionem.*
14 *Eccleſiæ parochialis iura uel regimen cui committi debeant.*
15 *Clericus an plures eccleſias habere poßit.*

## ¶ DE AETATE ET QVALITATE ordinandorum. Rubrica.

DIctum eſt ſuprà de ordinandis nunc dicendum eſt de preficiendis & quia. in præficiendis tria requiruntur.ſ.ætas qualitas & ordo.iccirco ſubijcitur rubrira de æta. & quali.in ordine preſi.¶ In preficiẽdo in epiſcopũ requirit̃ ætas. 30. an. exacta & cõpleta.ut.ſuprà.de elec. Cũ in cũctis, in primo.℞. Scilicet vr̃ ꝙ ſufficiat inchoata ſcđm qđ legitur ff.de mune.& ho.l.ad rẽ publicã. Sed illud obtinet in ſecularibus dignitatibus uel hoc eſt ſpeciale in epiſcopali dignitate. uel diſtingue breuiter, ꝙ quandoq; fauor eſt in cauſa ut in uſucapione. & tunc tẽporis inchoari.ut.ff.de diuer.& tẽpo.præ.l.in uſucapione.quãdoq; odiũ ut in præſcriptione.30.an.& tũc nõ oportet annum impleri.ut.ff.de actioni & ob.l. in omnibus quãdoq;. utrũq; eſt ĩ cauſa fauor & odiũ.& tunc cõputat̃ tempus de momento ad momentũ.ut.ff.de mino.l.3i §.minorem.In præficiendo perſonatu uel eccleſiæ parrochiali requirit̃ ætas. 25.annorũ.ut in ea.decre. cũ in cũctis

§.infe-

§.inferiora.& in hoc caſu ſufficit ſi quis ultimum annum attigerit. ut ibi dicit. Sed obijcitur. qui præficiendi ſunt decanatui. præpoſituræ archypresbyteratui. & eccleſijs parrochialibus. præsbyteri fieri debent. ut infra eodem tit.c.j.&.c. præterea uel eſſe. ut 60.diſt.c. 1 2.& 3. ſed præsbyter eſſe uel fieri non poteſt niſi in 31.anno. ut in ſequentibus apparebit. Ad quod reſpondeo quòd in his de quibus proximè dictum eſt tempus ſacerdotij artatum eſt per decre.cum in cunctis.& ad huiuſmodi perſonatus aſſumpti in.25.an.poſſint & ad ſacerdotium promoueri. cum illis perſonatibus & regiminibus eccleſiarum parrochialium onus ſacerdotij ſit annexum. ¶Hic circa ætates præficiendorũ. & circa ætates ordinandorum diſtingue. quia aut quis ab infantia traditur militiæ clericali. aut eſt grandeuus qui poſtulat ordinari. In primo caſu à 7.an. uſque ad 12. poteſt recipere omnes minores uſq; ad accolitatum, poſt 12. an.quandocunq; recipiet accolitatum in 20. an. uel in. 21.recipiat ſubdiaconatũ.in 26.an.diaconatum.in 31.præsbyteratũ.ut.77 diſ. in ſingulis quicunque. &.ca.ſe quamuis hodie in quibuſdam tempus ſacerdotij ſit artatum ut ſuperius dictum eſt. ¶In ſecundo caſu ſcilicet cum grandæuus poſtulat ordinari. poteſt recipere ordines hoc modo.In primis duobus anni poſtquam clericus fuerit recipiet omnes minores.in reliquis quinque omnes maiores ut 77.di.quicunque, diſpenſatiue tamen propter neceſſitatem eccleſiæ poſſet laicus grandæuus recipere omnes ordines infra annum & dimidium. monachus uerò per annum ut. 77. di.monachus. Sed quamuis hæc temporaliter ſint ſtatuti epiſcopi, tamen noſtri temporis in clericorum multitudine gloriãtes pueros ad ſacros ordines promouent, his interſtitijs non ſeruatis. ut ſupra de temp. or.uel non eſt compos.facit hic nimia epiſcoporum remiſſio qui pompani multitudinis quærunt & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. aut quibus aliud præſtare nõ poſſunt ordines largiunt, quod non tamen oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij ratum eſt omne quod magnum eſt
2 ut 59.diſt.ſi officia. † Et eſt ſciendum ꝙ propter defectum ætatis repellitur quis ab ordinatione.ut 77.di.in ueteri, & ab electione.ut ſupra de electi.cum in cunctis. Hos omnes ordines conferre debet epiſcopus de conſilio ſuorum clericorum ut 24.di. epiſcopus maiores con fere debet in eccleſia, epiſcopali.ar.77. di. cap. 1.minores in qualibet eccleſia ſui epiſcopatus.ar.75.diſt.in palea quũ.
3 † Epiſcopi autem conſecrantur ubi metropolitanus elegerit. ut 51.di. c.ulti.in fin.Metropolitani.primates. & patriarchæ in ſuis eccleſijs.ut no.ſupra de tem. or.in fin.quod intelligo . niſi neceſſitas ali de exigat ar.63. di.quanto.23.diſtin. in nomine domini.Papa conſecratur ab epiſcopo.Hoſt.qui in hoc uicem metropol.obtinet & in ſua eccleſia ſi hoc fieri poteſt alioquin in quacunq; & extra urbem.ut 23.diſt.in c. in nomine domi
4 ni.De forma† ordinandi ſeu conſecrandi epiſcopos legitur.23.diſt. epiſcopus. 65.di.ca.1.infra de ſacra unc. cum ueniſſent. De forma ordinandi alios clericos legitur 24. di. præsbyter cum reliquis ca.uſque ad.ca. pſalmiſta. ¶Et eſt ſciendum quòd ſi contra formam eccleſiæ ordinetur nihil agitur. argu. 12. qu. 2.ſine exceptione. 25.quæ.5. aliter debet cõ.diſt.4.reuera.68.diſtin. coepiſcopi.quod intelligo cum omittitur aliquid quod eſt de ſubſtantia arg.infra de ſtatu mona. Cum ad monaſterium in fi.infra de cõ.appo.c.ul.32.q.2. ſolet quæri.ſubſtantialia.n. mutari non poſſunt inſt.de hæredi quæ ab inteſta.defe.§. minus ff. de cap.minu.l. Eas obligationes ſi ergo unũ de ſubſtantialibus omittatur nõ ualet quod agitur. ar. 38.di.qui ipſis & idẽ dico ſi diuidatur ſi unus epiſcopus manum imponat & alius epi. uel ſim præſbyter benedictionem infundat. ut 27. di.quorundam.Nam ſacramenta eccleſiaſtica unitatis ſunt & diuidi non debent

bent ut de con.di.2.quia paſſus.24. q.1.
quia loquitur. Sed hijs obſtare uidetur
quod in eodem decreto quorundam,di-
citur graduum ſacerdotij. uel leuitici or-
dinis quem peruerſe adepti ſunt amit-
tant ſacrum reſpiciunt & non ius & qua
tenus de facto adepti ſunt eatenus de fa
5 cto amittant. Quæ † autem ſint de ſub-
ſtantia ordinum dubitatur credimus ta-
men librum qui ponitur ſuper ceruicē
conſecrandi. ut 23.di.epiſcopus.fore de
ſubſtantia. Item numerum conſecran-
tium.nam metropolitanus cum duobus
epiſcopis ad minus conſecrabit. ut. ſu-
prà.de tempo.or.nec. epiſcopi. infrà.de
ſacra.unc.c.1.in prin. uel tres epiſcopi
ut 64. di.comprouinciales.56.di. porro.
Item quòd unus ordinationem totam
perficiat.nam ſi unus partem ordinatio
nis faciat. & alius aliam partem nihil
agitur ſicut & ſi unus baptizandum im-
mergat & alter proferat uerba, uel ſi u-
nus proferat partem illorum uerborum.
Ego te baptizo. &c & alius aliam par-
tem.ſicut & etiam nihil agitur cum uer
ba canonis diuiduntur. non ſic in his
quæ canonem miſſæ præcedunt uel ſe-
quuntur quæ diuidi poſſunt & per plu-
res expleri.ut.7 q.1.nihil.Scilicet quid
ſi duo epiſcopi ſimul ordinant ita ut u-
terq; manum imponat uterq; omnia
uerba proferat,puto ordinem eundem
conferri ſimul & ab utroq;. Et eodem
modo dico conferri baptiſmum cum
duo ſimul immergunt. & ſimul profe-
runt uerba.ſic dico eandem ſententiam
ſimul & ad pluribus ferri,cum plures iu
dices uel arbitri ſimul pronunciant. ut.
ff.de arbi.l. Item ſi unus.§.Item ſi plu-
res.Vnctionem autem non putamus eſ
ſe de ſubſtantia. & ideo omiſſa ſupple-
tur.ut infrà.de ſac.unc.c.1.in prin. Itē
impoſitionem manus, uel ſi quis pro
chriſmate oleo fuerit delinitus. infrà.
de ſac.nō ite.c.1.quidā tamē dixerūt ꝙ
in ordinatione neceſſaria nō eſt manus
impoſitio cū tactu corporali. ſed ſuffi-
cit ſola manus extēſio. arg.ad hoc.ff.de
acqui.poſ.l.qđ meo,ſed hoc nō placet.
ut.infrà.de ſacra.nō iterā.c.ult.Item tē
pus ordinatiōis & ætas ordinādi nō ſūt
de ſubſtātia.ut.not.ſuprà.de tēpo. or.§.
1.in fi.Itē ꝙ quis ordinet a ſuo epō nō
eſt de ſubſtātia 9.q.2. lugdunē. quòd à
latino nō à græco ordinetur latinus.ut
ſuprà.de tēpo.ord.cū ſecūdū.&.c.quod
tranſlationē.Itē quòd quis ad ſingulos
ordines & ꝑ debitas interſticias tēpo-
rū ordinet.ut.ſuprà.de tempo. or.lite-
ras.Itē dubitatur an ieiuniū ordinātis
& ordināti ſit de ſubſtātia, vr̄ quòd ſic.
ut.75.diſtin.quod à patribus. & idē vr̄
in alijs ſacramentis, ut non conferātur
non ieiunantibus à pranſis.ut 67.diſt.re
liqui.de conſe. di. 2. liquido. & diſt.4.
ut ieiunij. &.c. ut epiſcopi. & maximè
in ordine hoc dicēdum ut. quòd Pau. &
barnabas apoſtoli ieiunij manus impo
nebāt.ut 75.di.quòd die domini.eo.qđ
ob reuerētiā ſacramentorū eſt inductū.
Hugu.tn̄ dixit quòd prāſus confert or-
dinē,& prāſus recipit. & idē dicit ī quo
libet alio ſacramento. excepto ſacra-
mento Eucariſtiæ.quod non credit con
fici.niſi tantū modo à ieiunis, ut de cō.
di.2. liquido. Sed Ber Laueren. & Io.
dicunt contrarium ex eodem decre.
nam ibi dicitur poſt cenam dominus
diſcipulis corpus & ſanguinem ſuum
tradidit. quamuis ibidem ſtatuatur ne
pranſus conferat aut pranſus accipiat.
6 ¶ Item quid de miſſa. † nunquid eſt
de ſubſtantia & ordinum. Reſponſio
dubitatur.& ideo in hoc & in alijs quæ
in ordinationibus obſeruari mandan-
tur nec conſtat an ſint ſubſtantia. uel
de ſolennitatibus. nec per aliqua. iura
inuenitur quòd omiſſa ſuppleri debeāt.
credendum eſt & his omiſſis ordinem
non fieri. & ideo iterandum . nec tunc
intelligitur initerari, quia intelligitur
iteratum quod ambigitur eſſe factum.
ut.infrà.de presbytero nō bap. ueniēs.
66. di.2. presbyteri: de con. di.1.ſolen
7 nitates.¶Sed quæritur de illo † qui præ
termiſſo aliquo ordine non tamen ſa-
cerdotali promouetur in epiſcopum
an ordinans alios conferat ordines
& eſt

& eſt dicendum ꝙ ſic. dummodo non conferat illum ordinem quem non habet, quia tunc nihil ageret. ut 1.q.1.gratia.&. q.7. Daybertum. de eo auté qui nullos ordines habens celebrat dicemus infra de præsby. non.or. mini.
8 ¶Quid de muliere † nunquid ſi ordinetur recepit caracterem. Repondeo nõ impediente ſexu & conſtitutione eccleſiæ. nam mulieres quamuis doctæ ſanctæ ac religioſæ & etiam abbatiſſæ, nec prædicare, ne benedicere, nec excommunicare, nec abſoluere, nec pœnitentias dare. nec iudicare nec officium aliquorum ordinum poſſunt exercere. ut. 23.di.mulier, ſacratas, 33.qu.5. mulieré infra de ſen. ex. de monialibus. quàmuis abbatiſſis obedientia & reuerentia debeatur & ipſarũ ſalubria monita & mandata debeant obſeruari. ut infra de
9 ma. & obe.delicta. † Nam licet beatiſſima uirgo dignor & excellẽtior fuit omnibus Apoſtolis nõ tamen illi, ſed iſtis dominus claues regni cœlorum commiſit. ut infra de pœni.& re. noua. Nec præmiſſis obſtat quod legitur. 27. qu.1. diacomiſſam. &.ca.ſi quis rapuerit iura enim illa loquuntur de diaconiſſis. non quæ ordinem diaconalem habeant, ſed quæ inter alias moniales prærogatiuam aliquam obtinebãt, forte circa omelias in matutinis legendas. Item nõ obſtat. 32. di. præsbyter, ibi. enim appellatur præsbyrera quia præsbyteralis nõ quòd eſſet ordina. ſed ordinati ſocia. unde in ſequenti canone appellantur tales feminæ ſeniores iure uel matri curiæ. ideſt matronæ, curam habentes eccleſiæ. ſicut dicũtur matres familias. ¶Sed quæ
10 ritur † an prælatus poſſit cogere clericos inuitos ad ordines recipiendos? & certè quidam canones dicunt non debere aliquem inuitũ cogi, ut 24. di.c.1. & 2. &. c. ubi. quidam uerò dicunt cõtrarium ut 64 di.& ſi qui.clerici.& c.placuit. ¶ Item circa modũ cogendi etiã iura uariare uidentur. alicubi enim dicitur aliquem cogendum per ſubtrationẽ beneficij uel dignitatis ut.74.di. epiſcopũ. alicubi uerò dicitur quòd minores maioribus in ordinibus præferantur. ut ſic maiores in dignitatibus & priores in tempore uidentes minores & poſteriores ad ordines maiores pro motos honorem quem refugerant appetere cogantur & quæſtum. ut 74. di. conſueuit Prima diſcordia canonum ſic conſueuit ad concordiam reuocari, ut iura illa quæ dicunt inuitum non compelli. loquãtur in abſoluta coactione, alia uerò quæ dicunt inuitum fore cogendum, loquantur in coactione conditionali. Secunda diſcordia circa modum cogendi ſic ſedatur. ut canon ille qui dicit aliquem cogendum per ſubtractionem dignitatis, locum habeat cum neceſſitas exigit aliquem ordinari. Alius uerò canon qui dicit ſic inuitos cogi debere ſcilicet ut minores maioribus in ordinibus præferantur intelligatur cum utilitas exigit aliquem ordinari, ſed hæc ſolutio impugnatur per decre. quæ loquitur in utroque caſu ſcilicet neceſſitatis uel utilitatis alternatiuè. & tamen in utroq; caſu inuitum cogi debere per ſubtractionem loci & beneficij ut infra eo. ti. quæris. Ad quod dic diuerſas inueniri circa hoc pœnas in iure. erit autem in arbitrio prælati per quem modum, & per quam pœnam compellat. ita tamen ut una à principio ſit cõtentus ad alteram nihilominus proceſſus. ſi hoc merituri proteruitas contumacis ut infra ut lite non conteſt. quoniam frequẽter. uel diſtingue plenius cum Raymundo. quia aliquando uult epiſcopus cogere clericum ad recipiendum ordinem annexum beneficio uel dignitati quam habet, aliquando ad recipiendum alium. In primo caſu uidelicet cum electum in archidiaconatum uult cogere ut fiat diaconus. electum in decanum Archipræsbyterum, uel prepoſitum, uel abbatem, ut fiat præsbyter poteſt per ſubtractionem illius dignitatis uel beneficij. & app. re. ut 60. di. innouamus ſupra de elec. cum in cunctis infra. eo. ti. ca. 1. in fin. Fallit tamen hoc in uno caſu,

ſcilicet cùm ſiue culpa ſua poſt electio-
nem & confirmationem, ſed ante or-
dinem incidit in irregularitatem ar. ad
hoc in decre. Cum in cunctis. in uerbo
illo ſi canones non obſiſtant. quidam
tamen non admittunt hunc caſum per
decre. infra eod. cap. 1. in fi. Sed illa in
telligitur cum ſua culpa contraxit irre-
gularitatem, hic non obſtant iura quæ
illi contraria aſſignant infra de cle. æ-
gro. cap. 1 ff. de ſta. ho. l. qui furem. ff. de
poſtu. l. 1. §. caſum 60. diſtin. præcepta.
In ſecundo caſu cum uult aliquem com
pellere ad recipiendum ordinem non
annexum beneficio uel dignitati. ſub-
diſtingue quia aut neceſſitas uel utili-
tas eccleſiæ exigit aliquos promoueri
ad ordinem illum. aut non. In primo
caſu iterum ſubdiſtingue: quia aut ille
clericus excuſat ſe ratione criminis qđ
ſe comiſiſſe proponit. aut ratione alte-
rius impedimenti quod ſe dicit incurriſ
ſe. aut ſola uoluntate. ſi ſe excuſat ra-
tione criminis debet epiſcopus pro-
mouere inferiores idoneos ad ordinem
& ipſum contradicentem remouere &
beneficio quod obtinet in illa eccleſia
niſi aliter ſit ualde utilis uel neceſſarius
illi eccleſiæ. ut infra eod. titul. quæris,
& ſic poteſt intelligi illud cap. 64. diſt.
conſuluit. ¶ Si uerò excuſetur ratione
alterius impedimenti. puta propter in
firmitatem, uel aliud impedimentum
temporale uel perpetũ, non proueniens
ex delicto ſuo. non eſt cogendus & ſi
cogeretur eſſet eius appellatio admit-
tenda. ſicut dicitur in tutore cuius legi
tima excuſatio non admittitur. ut. ff.
quando app. ſit. l. 1. §. ſi quis tutor. ſi au-
tem ſola uoluntate clericus ſe excuſet.
nullam aliam cauſam prætendens niſi
quia non uult, debet compelli app. re-
mota per ſubtractionem officii & be-
neficij. ut 74. diſtinctio. cap 3. & 4. &
infra eod. titulo quæris. & ubi non exi
git utilitas uel neceſſitas eccleſiæ, non
debet eos cogere inuitos, & ſi faciat eſt
puniendus. ut 74. diſtinct. cap. 1. & 2. &
cap. ubi, dicitur autem exigere utilitas
eccleſiæ quando eccleſia indiget aliqui
bus miniſtris, & non ſunt in eccleſia
alij idonei præter iſtum quem epiſco-
pus uult compellere, neceſſitas autem
exigit quãdo eccleſia indiget miniſtro
& nullus alius eſt idoneus in eccleſia
præter iſtum quem epiſcopus uult com
11 pellere. ¶ Circa † hanc diſtinctionem
quæritur utrum recipiat caracterem
qui coactus ordinatur. Ad hoc dicas
quod ſic ſi coactio eſt conditionalis. ar.
84. di. ubi iſta 45. diſt. de iudæis. 1. q. 1.
quod quidam. Nam in tali caſu eſt ibi
uoluntas ordinati ſaltem indirecta. ut
15. quæſt. 1. meritò. Sed ſi fuerit abſolu
ta coactio tunc nec caracter infigitur ſi-
cut nec in tali caſu cõfertur baptiſmus.
ut infra de bap. & eius effectu. maiores.
arg. l. diſt. præsbyteros infra de his quæ
ui. metuſve cauſa fi. ſacris. Sed nunquid
continere tenetur is qui conditionali
coactione eſt ordinatus. uidetur quòd
ſic ne aliàs uideatur ordo contemni. ar.
45. diſtinctione de iudeis. in fine, quia
coacta uoluntas, eſt uoluntas. ut 15. q.
1. meritò. & hæc maximè ſecundum il
los qui dicunt uotum continentiæ fore
annexum ſacro ordini. ar. 28. diſt. dia-
coni. 83. diſt. cum in præterito. ¶ Ad
hoc dicunt quidam quòd talis contine
re tenetur, nam licet non debuerit co-
gi ad ordinem ſuſcipiendum. ſuſceptũ
tamen etiam per coactionem ſeruare
tenetur per. d. capitulum de iudæis. Io.
dicit non teneri ſi metus uel coactio
fuit talis quæ poſſet cadere in conſtan-
tem uirum alias ſic. ut infra quod me-
tus cauſa prælatum & c. cum dilectus fi
lius. Itẽ quia integritas corporis res uo
ti eſt, non præcepti ſuaderi poteſt im-
perari non poteſt. ut 32. q. 1. integritas
& continentia non debetur niſi uolun-
taria. ut diſt. 31. ante triennium. 20. q. 3.
præſens. Pone ergo quòd non tenetur
continere, quia talis metus interuenit
qui poteſt cadere in conſtantem uirum.
Nunquid utetur priuilegio clericali. Vi
detur quòd ſic ſi uelit uiuere clericali-
ter arg. 32. ſi qui uerò ſunt clerici. quod

credo uerum niſi penitus tranſiret ad contrarium actum. ut 84. quiquis. Vel aliter dicas quòd ſi prius habeat uxorē legitimam poterit illa uti ſine peccato, & ſecundum hoc ſolue præcedentē quæſtionem, ſi tamen ipſa uellet & ipſe nollet, non haberet priuilegium, aliàs ſi ipſa nollet & ipſe uellet quantum in ſe eſſet. nam tunc haberet priuilegium ſi uiueret clericaliter ut dictum eſt. arg. 27.q.2.multorum. Si uerò ante non habebat uxorem legitimam tenetur præcisè continere. argu. illius.c.de iu-

12 dæis. ¶Quid ſi † clericus uult promoueri & petit ordinari prælatus autem non uult. quia forte nouit eum ſecreto impeditum, ratione criminis non enormis. Reſpondeo ſi eſt clericus ſecularis monebit eum ut deſiſtat à tali propoſito. Sed ſi monitus nihilominus inſtat, prohiberi non poteſt uel impediri. ut ſupra de tempo.ordi. cap.ult. non enormis ideo dixi, quia quod operatur crimen mediocre manifeſtum hoc operatur crimen enorme occultum ut probatur ſupra de tempo. ord.c.ulti. & notaui eo.ti.§.circa, & idem intelligo cū prælatus nouit clericum impeditum uel irregularem ex defectu. puta propter bigamiam, uel defectū natalium. quia tunc nec ordinabit nec faciet ordinari. Sed opponitur de corpore Chriſti quod maius eſt omnibus ſacramentis. ut de conſe.diſt.2. nihil. & tamen diſpenſator non prohibebat pingues terre, id eſt peccatores menſam domini manducare. ſed exatorem timere moneat. ut de conſe.diſtin. 2. non prohibeat. & dominus Iudæ bucellam tradidit, ut de conſe. diſt.2. ſancta.&.c. ſicut Iudas. ſcilicet die Iouis ſancta cum præcedenti die proditionem feciſſe. ut de conſe. diſtinct.2.liquido. Ad primum reſpondeo illud locum habet in corpore Chriſti ad quod ſuſcipiendum ſola contritio facit habilem. ut de conſe.diſtin.prima quotidie. ſecus in ordine ad quem nec peracta pœnitentia dignum facit ſi de crimine enormi agatur. ut in prædicto. §. Circa nota. Ad ſecundium ſic. Hoc fecit dominus qui ſuperior eſt omni iure. cui dici non poteſt cur ita facis. quod tamen ideo fecit ut nos inſtitueret occultos peccatores per tolleranriam. ſubſtinere ut 2. q. j.unius, in fi. Vel poteſt ad utrunque ſimul reſponderi ut dicam aliud in ſacramentis neceſſitatis, & aliud in ſacramentis dignitatis. ut.1. quæſtio.1.§. ſed notandum. ſic ergo decretalis illa ex literarum, loquitur in clerico ſeculari cuius peccatum non enorme occultum eſt, notum tamen prælato. uel loquitur in clerico qui petit ordinem ratione beneficij uel dignitatis cui eſt ordo annexus, ſecus ſi ius petendi non habeat. ut eodem titulo de tempo. ordi. ad aures. uel dic quod illa loquitur in regulari qui contra uoluntatem ſui prælati forte ſcientis aliqua ſecreta commiſſa ipſius promoueri non debet regulares enim fortius ſunt aſtricti ſuis prælatis quam ſeculares. ut 12. quæſtio.1. non dicatis. Item pone quòd epiſcopus uult aliquem compellere ad recipiendum ordinem & hoc facit propter odium, & nihilominus hoc exigit utilitas eccleſiæ illum ordinari, nunquid tenetur iſte recipere ordinem. uidetur quòd non, quia epiſcopus non poteſt ſibi taliter præcipere. ſcilicet propter odium uel aliam cauſam inhoneſtam & ſi compelleret illum uidetur quòd deberet deponi licet utile eſſet illum ordinari. ar 45. di.c.1.&.c. Epiſcopum infra eo. titulo tuam. Credo tamē contrarium quia licet epiſcopus ſic peccet præcipiendo iſte tamen debet parere ex quo non eſt malum quod præcipitur imo iuſtum & utile eccleſiæ 11. q.3.quid ergo 33. q. 1. quid culpatur, in fin. 33.q.5.manifeſtum. ¶ In ſumma

13 nota † quòd ordinati ab epiſcopo alieno ſine licentia proprii epiſcopi non recipiūt ordinis executionem ut ſupra de tempo.ord.quòd tranſlationem. qui autem extra tempora debita ſe faciūt ordinari debēt deponi. ut ſupra de temp.

tempo. ordi. ſanè, poteſt tamen proprius epiſcopus cum talibus diſpenſare. ut ſupra de tempo. ord. conſulationem. ¶ De qualitate præficiendorum nō amplius hic proſequor quia de ea tractaui ſupra de temp.ordi.ubi proſecutus ſum
14 regulas apoſtolicas.† In ſumma tamen notabis quòd cura uel regimen eccleſiæ parrochialis minori.25. annis committi non poteſt.ut ſupra de elect. Cum in cunctis.§.inferiora. Nec obſtat infra eodem tit.indecorum. Nam licet prohibeatur committi regimen eccleſiæ parrochialis.infra 14.annum, non ſequitur quòd in 15. poſſet committi, uel ante 25.niſi morum probitas ſuppleret defectũ ætatis. ut 77.di.c.ult.C.de proxi.ſacro ſcinio.l.1.& l.unicuique. uel in illa. cum in cunctis oſtenditur quid de iure communi debeat in illa in decorum a quo anno epiſc. poſſit diſpenſare. ¶Itē
15 plures † eccleſias clericus habere non debet.ut 21.q.1.c.1.&.2. niſi in quinq; caſibus. Primus propter unionem. ut 10. q.3.unio.infra de reli. do. quia. Secundus propter raritatem clericorum. ut 21.q.1.cleri. in fi. Tertius cum eccleſia eſt annexa præpendæ uel dignitati. ut infra de præben.Extirpandæ. Quartus ſi quis unam habet intitulatam & aliam commendatam. ut 21. q. qui plures.Quintus cum una dependet ex altera infra eodem ti. Eam te.¶Dicitur autem una eccleſia dèpendere ex altera ſicut loquitur decre. de reli.do. quia ſicut & duæ arbores uniuntur,ſi iunturam habeāt ſupra terram. ut.ff.arbo.fur. ce.l.ſi gemina arbor.& ſi ſic una eccleſia ſubſit alteri licet prælato utrique præeſſe. ita tamen ut in maiori reſideat & in minori ſeruiat per uicarium. ut infra de præben. Extirpandæ. ¶ Item ſi maior eccleſia conſtruat aliquam minorem in proprio fundo. nihil impedit eundem præeſſe utrique. ſcilicet maiori & minori. nam & epiſcopi diſpenſatione unus prælatus diuerſis eccleſiis præeſſe poteſt. ut 70. diſtinctione ſanctorum. ¶Item nota quòd qui reputatur dignus ad unum ordinem uel honorem, non debet ad alium reputari indignus. ut infra eodem titu.Accipimus 73. diſtinct. geſta.1. q. 1.Chriſtus. arg.ad illud infra de accuſ. nulli.infra de ſentent.excommunica. in præſentia.ff.de libera.cauſa.l.qui ſciens ff.ad legem Iul.de adulteriis.ſi uxor. in fine.ff.ſoluto matrimonio.l. uiro atque uxore.Sed arg. contra.ff.de ſuſpect. tut. l.3.§.quæri poteſt 12. diſtinctione nos conſuetudinem 15. q. ultima.c.1.& ca. Si quis præsbyter 34.diſtinctione locorum &.l.diſtinctione quicunque. circa hoc ſic puto fore dicendum quòd ſi ordinator illum quem ad unum ſacrum ordinem ordinauit per ſe examinauit ab illo repellere non poteſt niſi forte poſtquam promotus fuerit reddiderit ſe indignum: ut in decre. accepimus, ſecus autem ſi per alium examinauit. frequentius enim Archidiaconus. examinauit ordinandos. ut not.ſupra de temp.ordi. §.Nunc uideamus.

## *Summarium*

1 *Vnctio quid ſit, qui & à quo inungantur. & nume. 2.*

2 *Vnguntur manus ſacerdotis chriſmate cum ordinatur.*

3 *Chriſtianus quilibet bis ungitur ante baptiſmum.*

4 *Vnctiones prædictæ quid ſignificent.*

## DE SACRA VNCTIONE. Rubr.

DIctum eſt ſupra de ordinādis, & de præficiendis, ſed quia aliqui ex ordinandis, & aliqui ex his qui præficiendi ſunt dignitatibus inunguntur. ideò ſubiicitur hic rubrica de ſacra unctione. ¶ Videamus igitur quid ſit unctio.qui & à quo inungātur, quid ſignificent unctiones. Item quid operentur.
1 ¶Et eſt ſciendum † quòd duplex eſt unctio, exterior & interior, per exteriorem uiſibiliter corpus inungitur per interio-

interiorem inuiſibiliter cor inungitur. Exterior ſignat interiorem. interior autem eſt ſignificatum exterioris & ſignũ inuiſibilis gratiæ quam unctio uiſibilis agit & auget ſi dignè ſumatur. ut hic in 1.reſpon. ¶ Eſt autem unctio quod ipſum uerbum ſonat ut.ff.iudi.ſol.l.iudicatum.¶ Chriſmate quod ex oleo & balſamo conficitur caput & manus epiſco-
2 pi conſecrantur. ¶ Quid † autem ſignificet oleum.quid balſamum quid unctio capitis. quid manuum in litera explanãtur. ¶Vngitur princeps. nam in ueteri teſtamento ungebantur reges.ut 70. di.c. 1. Sed tunc ungebantur in capite. ſed unctio capitis in brachium eſt tranſlata. unde hodie principes iniunguntur in brachio. humero uel armo. Quid autem hæc ſignificent in litera continetur. ¶Et eſt ſciendũ quòd princeps oleo delinitur ut hic.§.refert. Vnguntur manus ſacerdotis chriſmate cũ ordinatur. unde oratio illa conſecrare & ſanctificare digneris domine manus iſtas per iſtam unctionem & per noſtram benedictionem communis eſt & epiſcopis & presbyteris. ut hic, & 16.qu.j.§. hoc idem,circa fi. Inunguntur & reges,ut in
3 fra eo.§.quia uero.† Inungitur quilibet chriſtianus bis ante baptiſmum ſcilicet oleo benedicto. primum an pectore. deinde inter ſcapulas. & bis poſt baptiſmum ſcilicet chriſmate ſancto. primum in uertice. deinde in fronte. Chriſmate autem ſignare munus epiſcopale eſt. ut 25.di.peruenit & præsbyteros. de conſe.di.5.omnes de his manus.&.c.nouiſſimè: & 68. diſt. quàmuis ſupra de con-
4 ſue. quanto. ¶Quid † autem ſignificent iſtę unctiones ante baptiſmum. & quid illæ quæ fiunt poſt baptiſmum dicitur hic & de con.di.5.ſpiritusſanctus.¶Vngitur eccleſia cum dedicatur, altare cũ conſecratur,calix autem cum benedicitur.ut infra. eod.§. ungitur & hæc conſecratio eccleſiæ uel altaris fieri habet cũ miſſa & alijs ſolemnitatibus quæ leguntur de conſe.di.1.c.1.& 2. Sed quod dixi ſupra paruulos his inungi ante baptiſmum, & his poſt baptiſmum. ſed ante baptiſmum oleo, poſt baptiſmum chriſmate, recipit contrarium ex eo ꝙ legitur.11. diſt. eccleſiaſticarum, quod ca. duobus modis obſtare uidetur. Primo quia dicit quod ter inungitur puer. Sed dico quòd ter inungimus quos baptizamus. unde ter inungimus uſque ad baptiſmum,ſemel in ſcapulis,iterum in pectore,& hoc oleo sãcto, tertio in uertice, & tunc chriſmate & tempore baptiſmi, quarta autem unctio fit poſt baptiſmum in fronte, & illa fit chriſmate. ¶Secundo uidetur obſtare in eo quod dicit,ter inungimus oleo. cum duæ tantum primæ unctiones fieri habeant oleo tertio uerò chriſmate. ut dictum eſt. dico illud uerbum oleo quo ad duas primas unctiones ſignificare propriè. quo ad tertiã unctionem quæ fit in uertice impropriè. Nam ponitur oleũ pro chriſmate. ſicut econuerſo chriſma ponitur ꝓ oleo. ut 25.di.illud. Vnctio igitur principum, patriarcharum,primatum, archiepiſcoporum ſpectat ad ſummum pontificem, epiſcoporum ad metropolitanos,ſacerdotum,eccleſiæ altaris,& calicis,ac paruulorũ conſignatum poſt baptiſmum reſpicit epiſcopos. Vnctio uerò paruulorum ante baptiſmum ſpectat ad ſimplices ſacerdotes. Quid autem iſtæ unctiones ſignificẽt, & quid operentur. ſatis hic in litera declaratur.

## Summarium

1 *Sacramentum quid ſit, quid ſignum, ſacrificium, & miſterium.*
2 *Sacramentorum quot ſpecies ſint.*
3 *Sacramentorum offectus quis ſit*
4 *Sacramentorum quæ ſunt reiterabilia. & quæ non*
5 *Sacramenta quare inſtituta fuere.*
6 *Baptiſmum reiterans qua pœna puniri debeat.*

## DE SACRAMENTIS NON iterandis. Rubri.

DICTVM eſt ſupra de ſacramento unctionis : ſed quia quædam ſacramenta iterari non debent, nam per iterationem iniuria fit ſacramentis quaſi primo collata & in forma eccleſiæ nihil ualeant . ut de con. di. 4. oſtenditur. 1. q. 1. quod quidam, ideo ſubijcitur hic rubrica . de ſacra. non ite . ¶ Videndum eſt igitur quid ſit ſacramẽtum . quid ſignum. quid, ſacrificium . & quid miſterium. Secundo, quot ſint ſpecies ſacramenorum. Tertiò, quis ſit eorum effectus . Quartò, quæ ſacramenta poſſunt iterari & quæ non. Quinto, quare ſacramenta fuerint inſtituta. ¶ Quid
1 † autem ſint ſacramentum ſignum. ſacrificium & miſterium. probatur 1. q. 1. de cõ. di. 2. ſacrificium. & .c. ſignum. ¶ Spe-
2 cies ſacramentorum ſunt duæ † quædã ſacramẽta ſunt generalia & neceſſaria . quædam ſpecialia & uoluntaria. Generalia & neceſſaria . quædam ſpecialia & uoluntaria. Generalia & neceſſaria ſunt quæ omnes contingũt & omnibus cõueniunt. & ſine quibus uix aut nunquam ſaluus quis eſſe poteſt . Et ſunt quinque baptiſmus. Confirmatio . Euchariſtia. Pœnitentia. & Extrema unctio. Probantur hic. de cõ. diſ. 4. nulla præter baptiſmum. de con. di. 5. ca. 1. & 2. de con. diſti. 2. & ſi non frequentius infra de pœ. & re. omnis utriuſq; de pœ. di. 1. nõ poteſt quis 95. di. §. ſed iſtud, primũ eſt introeuntium ut baptiſ. unde ianua dicitur omnium ſacramentorum. ut 32. diſ. §. uerum. ſecundum pugnantium , unde datur ad robur. ut de conſe. diſt. 5. ſpiritusſanctus. tertium eſt progredientium. unde & uiaticum appellatur. ut 26. q. 7. qui recedunt. ſi quis de corpore. de his uerò. de conſe. diſt. 2. Iteratur. Quartum eſt redeũtium, nam redeuntibus datur. unde & ſecunda tabula poſt naufragiũ appellatur. de pœ. di. 1. § ſecunda . Quintum exeuntium. nam tantum exeuntibus de hac uita confertur . Sed magis propriè hic dicitur de baptiſmo quòd ſit neceſſarium quã de alijs quia in quibuſdam ut in pueris nunquã eſt ſalus ſine. eo. ſed in alijs ſic. ut de conſe. di. 4. nulla , in adultis uerò & diſcretis ſæpe eſt ſalus ſine eo & ſine alijs . non dico ſpretis ſed non receptis . uel poſſet dici quòd nec adultis eſt ſalus ſine baptiſmo. uerum eſt interiore in adultis uero requiritur baptiſmus interior. in pueris ſufficit exterior ablutio. Specialia & uoluntaria ſunt quæ non omnibus qui uiuunt conueniunt, ſed quibuſdam cũ quibus & ſine quibus ſalus eſſe poteſt , & ad quæ nullus compellitur. & eſt ratio. quia & ſine eis & ſalus eſt . & ſunt duo ſcilicet ordo & coniugium. iſtorum ſpecialium & uoluntariorum quædam ſunt ſacramenta dignitatis. & ideo Gratianus alibi diſtinguit. ſacramenta quædã neceſſitatis , quædam dignitatis. ut. 1. q. 1. §. ſed notandum. dicuntur autem ſacramenta ordinis in plurali, eo quòd plures ſunt ordines, dignitates autem dicũtur uel quia à dignioribus in eccleſia cõferuntur, hoc eſt epiſcopis . uel quia ad ordines non niſi digni admittuntur. id eſt ſine crimine. ſine infamia. & ſine irregularitate , cum ad alia omnes liberius non admittantur . & eſt ratio. quia alia ſacramenta recipiunt homines propter ſe tantum. ſacramenta uerò ordinum recipiuntur non propter ſe, ſolum ſed propter alios ut. 1. q. 1 § ecce, cum ad hæc ſacramenta ordinis & matrimonij nullus compellatur , probatur 73. diſtin. ubi iſta 30. quæ. 2. ubi non eſt conſenſus infra de ſpon. Cum locum. Fit & alia diuiſio ſacramentorum . Quædam ſunt in quibus cõfertur gratia. ut. 1. q. 1. quicquid. ut ſunt ſacramẽta ordinis uel neceſſitatis. & quædam ſunt in quibus gratia non confertur ut ſunt matrimonia ſiue cùm contrahuntur & ob hoc in eorum contractu precia interueniũt. ut. 32. qu. 2. honorantur: & conditiones pecuniariæ ut infra de condi. appo. de illis. ſiue cũ cõſumantur. ut 32. q. 2. cõnu-
3 bia. ¶ Effectus † ſacramentorũ ẽ ut talia

ſint accipientibus, qualia corde & con-
ſciẽtia accipiũtur.ut.1.q.1.§.ecce cũ do
minus declarauit.ut de cõſe.diſ.2.& ſan
cta mal. nam non pænitentibus ſacra-
menta dari non debent.ut.95.diſtin.il-
lud.quod intelligo de peccatis manife-
ſtis, nam propter occulta non poſſunt
alicui ſacramenta negari, niſi per amo-
nitionem ſecretam,uel publicè in gene
re factam ut de conſe.diſtin.2.non pro
4 hibeat. † Horum ergo ſeptem ſacra-
mentorum quædam ſunt reiterabilia,
quædam non.tria ſunt quę ſecũdum om
nes iterari nõ poſsũt ſcilicet baptiſmus
ordo & confirmatio. De primis duobus
probatur.1.q.1. quòd quidam, in prin.
Et eſt ratio,quia per reiteratiõé fit iniu
ria ſacramenti.ut in prin.dixi.& proba-
tur.1.q.1.ſacramenta.de tertio uero pro
batur de cõſe.diſ.5.dictũ eſt nobis. &.c.
homine. Alia uerò quattuor reiteran-
tur ut matrimonium . ut 30. qu.1. ape-
riant.&. ca.ſequentibus. Euchariſtia ut
de con. diſ. 2.quottidie. &.ca.ſi non fre
quentius. Pœnitentia non ſolennis, de
pœni. & re. omnes utriuſque ſexus. Nõ
ſolennis ideo dico. quia ſolennis nõ ite
ratur. eſt enim ſacramentalis.ut.l,diſ.in
capite. & ideò non reiterabis. ut.l. diſt.
quamuis, de pœ.diſt.3.quamuis, niſi cõ
traria cõſuetudo alicubi uigeat.ut de pę
ni.di.3.§.ex perſona.Similiter & extre
ma unctio reiteratur,nam cum ſit medi
cina corporis & animæ uidetur quòd
adueniẽti morbo apponi poſſit & de-
beat medicina . & hoc probatur 95. di.
illud, quidam tamen dicunt. ꝙ nec iſta
quattuor reiterãtur. nam in ſecundo cõ
iugio benedictio non repetitur. ut infra
de ſecun.nup.uir.autem.Item non eadẽ
hoſtia iterũ benedicitur. & idẽ in oleo
infirmorum . Similiter pœnitentia quæ
cum ſolennitate imponitur non repe-
tit. mouentur aũt ex eo quòd canon di
cit ſimpliciter ſacramentum non itera-
ri. ne per reiterationem iniuria fiat eis
ut de con.diſ.4.in oſtẽditur.¶Si quid igi
tur omiſſum eſt in ordine non eſt iterã-
dum.ſed cautè ſupplendum eſt quod in-
caute fuit prætermiſſum.ut infra e.ti. c.
1. & ult.52.diſtin.ſollicitudo. ¶ Reſtat
5 † uidere quare ſacramenta fuerunt in-
ſtituta.Satis enim & ſine eis poterat do
minus ſaluti humani generis prouide-
re. Reſpondeo tribus de cauſis inſti-
tuta fuerunt. propter humiliationem,
eruditionem, & exercitationem.Humi
liationem, ut dum homo rebus ſenſibi
libus & inferioribus ſe reuerenter. ſu-
bijcit. ex hac obedientia magis apud
Deum mereamur. Propter eruditionẽ,
ut per illud quod foris in ſpecie uiſibili
cernitur ad inuiſibilem uirtutem ſacra-
mentorum agnoſcendam erudiamur.
Propter exercitationem, quia homo o-
cioſus eſſe non debet. quia ocium & uo
luptas arma ſint hoſtis antiqui ad miſe-
ras animas captiuandas. ut ſupra de re-
nun.niſi cum pridem. §.uerum. Et alibi
ocia ſi tollas periere cupidinis arcus.
Item alibi. Quare egiſtus quare ſit fa-
ctus adulter. In promptu cauſa eſt deſi-
dioſus erat. Vnde Hiero.facito aliquid
operis ut te inueniat dyabolus occupa-
tum.ut de conſe.di.nunquam. Proponi-
tur ei utilis et ſalubris exercitatio in ſa-
cramentis per quam uanam & noxiam
ocioſitatem declinet. ¶ In ſumma
6 † notandum eſt quòd pœna iterantis ba
ptiſmum eſt ultimum ſupplicium ſecun
dum leges. ut. C. ne ſanctum baptiſ-
mum ite. l.2.Sed ei qui ſanctitatem ba-
ptiſmi geminat pœna depoſitionis im-
ponitur tanquam indigno ſacerdotio
ut.C.eod.titu.l.1. Illi autẽ qui ſpon-
te fuerunt iterum baptizati uel condi-
tionaliter coacti, promoueri non poſ-
ſunt. & idem intelligo ſi ignoranter
& poſtea cum ſciuerint ratum habeant.
Item ſi ab hæreticis ſcienter . ut l. di.
confirmandum.1. quæſtio.1.uentum. in
fi.10. quæſtio.7.qui in qualibet.& cap.
conuenientibus. In habitu tamen cle-
ricali debent iſti uiuere & ſic retinebũt
priuilegium clericale. ut 80. diſtin. di-
ctum. de con.diſtin. 1.dictum , qui au-
tem ignoranter ſunt rebaptizati ſicut
frequentius fit de infantibus uel co-

acti abſolute poſſunt promoueri ſecundum quoſdam de iure ſecundum alios quod tutius eſt de diſpenſatione epiſcopi.ut.1.quæſtio.4.placuit.De utriſq; habetur de cō.di. 4. eos quos contradicit uehementer.de con.di.4. qui bis.ubi dicitur quòd ſi ignoranter aliquis rebaptizatus non indiget penitentia & tunc eſt irregularis & promoueri non poteſt. Sed illud dictum fuit olim in odiū rebaptizantium uel de magno rigore uel de ignorantia iuris quæ non excuſat in talibus. Et quod dictum eſt in rebaptizato, intelligas in reordinato & confirmato.ar.68. diſt. c. 1. de conſue. di.v.dictum.

## Summarium

1 *Clericalis triplex dignitas excellentia, quæ turpibus & infamibus committi non debet.*

2 *Dignitates eccleſiaſticæ an ſpurios admittat.& nume.4 & 5.*

3 *Diſpenſatio fit circa filios ſacerdotum, & circa illegitimè natos, aliquando ipſo iure, aliquando per hominem.*

4 *Filius an poſſit habere eccleſiam quam pater habuit.*

5 *Diſpenſatio de filijs presbyterorum an & quando ſit admiſſibilis.*

6 *Filiatio qualiter probetur ſi quis neget ſe filium ſacerdotis.*

7 *Sacerdos ſi generat filium de uxore legitima, cum qua matrimonium contraxit in laicatu, uel conſtitutus in minoribus ordinibus, an ſit illa filius legitimus.*

8 *Diſpenſatio cum illegitimè nato facta, ut ad clericatum promoueri ualeat, an in ſolis minoribus ordinibus facta uideatur.*

9 *Diſpenſatio facta cum aliquo ut promoueatur ad omnes ordines an extendatr ad dignitates & prælaturas.*

10 *Diſpenſatio facta cum illegitimè nato quoad ordines & beneficium, an extendatur ad perſonatum, uel regimen eccleſiæ parochialis.*

11 *Epiſcopus quare diſpenſat cum committentibus crimina ab adulterio &c. nō autem cum patientibus defectum.*

12 *Beneficia quæ dicuntur habere curam.*

## ¶ DE FILIIS PRESBYTERORUM ORDINANDIS UEL NON. RUBRICA.

Dictum eſt ſupra de ordinandis, ſed quia ordinandi impediuntur uarijs ex cauſis inter quas uitium originis præſtat impedimentū. ideo uideamus de filijs præsbyterorū ordinandis uel non. ¶ Videndum eſt igitur qui cauſa prohibitionis. quæ circa tales diſpenſatio adhiberi poſſit. & quis cum eis ualeat diſpenſare. ¶ Cau-
1 ſa prohibitionis † eſt triplex. dignitas & excellentia clericalis quæ turpibus & infamibus committi non debet.ut.infrà. de exceſ.præcla.inter dilectos. C. de dignita.lib.12.l.neq; famoſis. C. de infa.l.una. propter quàm dignitatem lex diuina prohibuit ſpurios, manſeres, & huiuſmodi turpes perſonas intrare eccleſiam uſq; in decimam generationem. ut ſuprà. de electio. Innotuit.infrà.qui fi.ſint legi.per uenerabilem. ¶ Deteſtatio criminis paterni quod plerunq; deteſtatur in filijs & punimus tēporaliter. ut.6 q.1. uerum. C. ad lege Iul.ma.l.ſi quis cum militibus. infrà de hære.uergentis.Et eſt ratio qa magis puniuntur parentes in filijs quā in ſeipſis.ut.ff.qđ me. cau.l.iſti quidem. ¶ Tertio quia filij ſolent eſſe imitatores paterni uitij.iuxta illud. ſæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.ut.v.q.1.§. uerū. 56.di.ſi gens.uel tales non promouentur quaſi maculati & de honeſtati in cōtinentia patrum.ſicut de honeſtatur maritus de incontinentia uxoris.ut.34. di.ſi cuius.32.q 1. in coniugio. ſicut de honeſtat qs ex cōtractu ancillæ. ut.34.
2 di.ſi quis uiduā.† Et qđ dixi ſpurios nō admitti ad dignitates intelligo eccleſiaſticas.nā ad ſeculares dignitates admittūtur ut.ff.de decu.l.ſpurij.et.l. generaliter.§.ſpurios.Item quod dixi filios puniri pro delictis parentum caſualiter lo

cum habet, alias generaliter cõtrarium obtinet. nullum enim delictum patris innocenti filio pœnæ eſſe debet. ut ff. de decur. l. 2. §. nullum. ff. de pœnis. l crimen. 1. q. 4. nullius. ut. infrà. de his quæ fiunt a ma. par. ca. quæſiuit. C. de pœn. l. ſancimus. Item quod dixi filios ſacerdotum promoueri non poſſe. intelligo de filijs in ſacerdotio uel in ſacris ordinibus parentum ſuſceptis. Cæterum ſi quis ex legitimo matrimonio genitus fuerit. quamuis poſtea pater eius ad ſacros ordines promoueatur. & demum ad ſacerdotium & etiam epiſcopatum accedat, filius eius legitimus libere poteſt ad ſacros ordines & dignitates eccleſiaſticas promoueri. in alijs eccleſijs, non in ea in qua pater præfuerit uel præeſt, nam in ea non poteſt niſi ſimplex beneficium obtinere. ut. infrà. eod. titu. ad hoc. canonicatum autem obtinere non poteſt. ut. infrà. eo. ad abolendam. hic obtinet in filio illegitime nato & maximè in ſpurio. ut in litera eiuſdem decre. ad abolendam. Sed magiſter Ray. in ſumma ſua ſcripſit contrarium. Dixit enim quòd legitimus filius ſacerdotis poteſt de iure habere canonicatũ in eccleſia in qua præfuit pater uel præeſt. per illam ad hæc. ſed ſpurius ſacerdotis. non: ut in decre. ad abolendam. & quod ibi dicit maximè ſpurius. expoſuit maximè. id eſt tantum. ſed hoc non placet. quia ſpurij nedum in eccleſijs paternis ſed neque in alijs poſſunt canonicari de iure. Vnde exempla illa de ſummis pontificibus ſuſceptis ex ſacerdotibus quæ ponuntur. 56. diſt/n. in prin. ſic intelligo. ſ. de his qui in laicali ſtatu uel in minoribus ordinibus parentum ſuſcepti ſunt. quando parentibus ſuis uti uxoribus licebat. ſecus poſt ſacros. ut. 31. di. ante triennium. 32. di. placuit. &. c. ſeriatim. in fi. 77. di. epiſcopis. unde ſuſcepti ex legitimis matrimonijs ſed poſt ſacros ordines patrum promoueri non poſſunt. ut. infrà. eo. titu. literas. ¶ Circa filios † ſacerdotum & alios illegitime natos diſpen-

3 ſatur aliquando ipſo iure aliquando per hominem. Ipſo iure per ingreſſum religionis. ut. infrà. eo. tit. c. 1. Ingreſſus enim religionis tollit ingratitudinem. ut. 19. q. ul. non liceat. & monachatus omnem maculã abſtergit. ut in aut. de mona. in prin. ita tamen ut prælationem nullatenus habeant. ut. infrà. c. 1. Quidam tamen dicunt quòd non ipſo iure diſpenſatur cum talibus per ingreſſum religionis ſed prodeſt eis religio ad diſpenſationem facilius obtinendam ar. l. di. ſi ille. 55. di. priſcis. ſicut fauore religionis inductum eſt ut per abſentem diſpenſetur cũ religioſo qui ante religionem ordines furtiuè ſuſcepit. ut. infra. de eo qui fur. ordi. ſuſce. cum. h. lator. & cum eo qui ante religionem inexcommunicationem ſuſcepit ordinem per ignorantiam iuris. ueſper facti obliuionem. ut. infrà. de ſenten. exc. cum illorum. Sed quod primo dixi uerius eſt. Per hominem adhibetur diſpenſatio circa tales & triplex. Aliquando magna. aliquando maior. aliquando maximè. Magna ut ordinetur in eccleſijs alijs à paternis. ar. à contrario ſenſu. infrà. eo. ti. præſentium. maior in paternis media tamen interueniente perſona. ut. infrà. eod. titu. ex tranſmiſſa. maxima ut in paternis admittantur immediate. ut. infià. eo. titu. ex tua. Sed licet hæc diſtinctio magiſtralis ſit ex antiqua. patitur tamen calumniam, in medio membro. quia decre. ex tranſmiſſa uidetur loqui in filio ſacerdotis legitimo. qui de iure communi admittitur ad illum perſonatum quem pater habuit media interueniente perſona. Saluo nihilominus decreto remanente quòd ſucceſſionẽ in eccleſia dei hæreditariam deteſtatur. quod locum habet cum media perſona non intercidit. unde nõ de diſpenſatione loquitur ſed de iure communi ut dictum eſt. Media autem perſona tollit impedimẽtũ et facit ut liceat alicui habere ꝑſonatũ uel eccleſiã quẽ uel quã pater habuit. q a uarietate ſucceſſionis uitiũ aboletur. ut. 1. q. 1. cito.

q.1.cito.2.q.1.in primis.ff.de hære. & 4 act.uend.l.uenditor. ¶ Et notat † quòd ſiue pater habuit perſonatum filius im mediatè habere non poteſt. ut infra eo dem titu.quoniam.ſiue pater habuit ui cariam filius immediatè habere nõ po teſt ut infra eod.ti. ad extirpandas. Sed ſi pater habuit perſonatum .filius uicariam habere non poteſt.ut infra eo.tit. Michael.uel è conuerſo ſi pater habuit perpetuam uicariam filius immediatè perſonatum habere non poteſt. ut infra eod.tit. conſtitutus. Et ratio quia perpetuus uicarius curam habet eccleſiæ cuius uicarius exiſtit. ut infra de offic.uica.ex parte tua. Vnde habens uicariam perpetuam aliam habere non poteſt.ut infra de off.uica.prouideas ſupra de reſcri.poſtulaſti.unde perpetuus uicarius quaſi ius habens in eccleſia. ut infra de inſtru.G.perpetuus. amoueri ſine cauſa non poteſt.ut infra de off.uica. ad hæc ſicut & emphyteuta qui ad non modicum temporis cõductius habet in re.ut.ff.ſi ag.uecti.uel emphy.l.1.& ult. ff.de ſuperficiebus.l.1.§.ꝙ ait. Sunt ergo duæ prohibitiones in hoc tractatu.

5 † Vna de filijs præsbyterorũ nõ promouendis. Alia ꝙ filij non aſſumantur ad ea q̃ patres immediatè habuerunt. Circa primũ impedimentũ diſpenſatur aliquãdo per ingreſſum religionis. aliquãdo per hominẽ diſpenſatur cũ talibus in ſeculo remanentibus.ut infra eo.tit. ueniens.&.c.ex tranſmiſſa.nõ.n.inuenitur prohibitum epiſcopis circa ordines & ſimplicia beneficia cũ talibus diſpenſare.unde intelligitur eis permiſſum.ut infra de ſen.exc.nuper.hodie tamen cũ talibus in dignitatibus & perſonatibus & in beneficiis curam, animarũ habentibus.nõ niſi per ſedem Apoſt.diſpenſatur.ut infra eo.c.ulti.& maximè in epiſcopatu.ut ſupra de elect. innotuit.56. di.apoſt.&.c.cenomaneũ.&.c.quia ſimpliciter. Circa aliud impedimentũ dixerũt quidã & ſcripſit Ray. in ti.hoc ꝙ epiſcopi & archiepiſ.diſpẽſare poſſunt per hanc decre.infra eo.ti.ex tua in qua reſpondetur ad conſultationẽ.loquitur ergo de iure cõmuni. & ſic diſpenſatio quæ per epiſcopum Eboraceũ facta exiſtit de iure proceſſit. Sed ſalua reuerentia dicentium & ſcriben.non ſic intelligo,imò ſi hoc modo decre.illa intelligatur multũ erratur. Nã in cõſolatione illius decre.non agitur de diſpẽſatione facienda uel non facienda.ſed de iã facta non reuocanda.fuerat.n. diſpenſatũ cũ aliquibus auctoritate literarũ domini Papæ in quibus generaliter dicebatur poſſe filios in paternis eccleſijs ſuſtineri.quos probatæ uitæ & ſanæ conuerſationis archiepiſcopus idẽ agnoſceret.uel quos longo tẽpore illas tenuiſſe conſtaret.dubitatur autẽ an per literas ſpeciales contra quoſdam ex illis obtẽtas,cum quibus iam fuerat diſpenſatũ, diſpenſatio facta reuocari deberet. & dicitur ibi quòd non. ſic nec ſemel facta remiſſio reuocatur. ut 23. quæſtio. 4. ſi illic. Nam beneficium manſurum eſſe debet. ut in auct.conſti. quæ de dignitatibus.§. illud quoque. colum.7.& deus multiplicat & cumulat ſuæ liberalitatis dona. non reuocat. ut de pœni di.1.quantumlibet. quòd autem non liceat archiepiſcopo uel legato nedum epiſcopo diſpenſare cum filijs in eccleſijs quas patres eorum nullo medio habuerunt. ut infra eodem tit.dilectus nec mireris de hoc. nam talis diſpenſatio eſſet contra apoſtolum ut 8. quæſt. 1.apoſtolica.&.c.ex tranſmiſſa infra eodem quia ſanctuarium dei iure non cõuenit hæreditario poſſideri. ut infra de inſti.c.ad decorem.Et eſt ſciendũ quòd hæc prohibitio ſecunda de qua dictum eſt in.§.ſunt igitur,locum habet etiam in filijs legitimis clericorum. unde errauerunt illi hodie qui ſcripſerunt ſublatam eſſe diſtinctionem hanc. utrum pater immediatè uel mediatè eccleſiam habuerit proximè uel non proximè in eccleſia miniſtrauit. quia ut dixerunt hodie qualitercunque uaries non licet niſi ſolo roma.Pontifici cum filijs clericorum diſpenſare in perſonantibus dignita-

dignitatibus & in beneficijs curam ani marum habentibus per decre.infra eo. titulo cap.ultimo. Sed certe decre. illa locum habet in filiis clericorũ & aliis non legitimè natis. Sed in filijs legitimis clericorum locum habet præmiſſa diſtinctio dum quæritur. an filius poſſit habere eccleſiam quã pater habuit oportet autem inquiri an media inter ceſſerit perſona uel non. ut ſciatur an prohibitio de ſucceſſione hæreditaria obſtat uel non obſtat ut ſuperius dictũ eſt.& probatur infra eo. titu. ad extirpandas. De hac ſecunda prohibitione quæritur an extendatur ad nepotes & uidetur quod ſic. quia filiorum nomine nepotes continentur.ut.ff.de uer.ſign.l. liberorum.ff.ad Mace.l.filium. puto autem contrariũ. nam hic de pœna agitur.& ideo ſignificatio filiorum reſtringenda eſt non amplianda, nam lex dicit quòd ſenator non poteſt ducere in uxorem filiam illius qui uel quæ artem ludicram exercuit poteſt tamen ducere

6 neptem.ff. de ri. nup.l. hoc capite. & ar.56.diſt.dominus. ¶ Quid † ſi quis neget ſe filium ſacerdotis & aſſerat ſe filium alterius ex legitimo matrimo. ſuſceptum. qualiter hoc probabit cum difficilis ſit filiationis probatio.ff. de condit. & demonſtra.l. Lucius. Reſpondeo probatur filiatio ſi appareat aliquẽ natum ex his qui matrimonialiter ſunt coniuncti. nam filius eſt quem nuptiæ demonſtrant.ut.ff. de in ius uo.l. quia mater. uel probatur filius ex affectu. ut infra de præſumpt. afferte.2.q.6. ad romanam. C.de inoffi.teſta.l.ſi iure infra qui fil.ſint leg.tranſmiſſæ. & ſtatur his coniecturis donec probetur contrarium. C.de proba.l.non nudis.C.de teſta.l.neque profeſſio.ff.de inoffi. teſt.l. ſi inſtituta.§.1.C.de hære. inſti.l. ſi pater. Quid ſi quis natus ſit de damnato coitu.poſtea pater ducit matrem iſtius in uxorem. nunquid de iure communi poterit promoueri tanquam legitimus. Ad hoc dicas quòd ſi pater potuit illã habere legitimam uxorem tempore cõceptionis. quia nullum ſuberat impedimentum & poſtea duxit eam legitimam uxorem. legitimatus eſt filius antea genitus per ſubſequens matrimonium. & ita ſuccedet in hæreditatem tanquàm legitimus & ad omnes actus legitimos admittetur.quod verum credo etiam ſi mater poſt filij natiuitatem nubat alteri. demum eo mortuo contrahat cum patre filij. uel è conuerſo, pater contrahat cum alia qua mortua ducit matrem filij. in uxorem & hoc dico in fauorem prolis per iura inferius allegata. Secus ſi propter impedimentum aliquod non poterat eſſe matrimonium inter ipſos parentes tempore conceptionis. quia tunc licet poſtea ſublato impedimento ducat illam. poſtea in uxorem non legitimabitur proles.ut.infrà.qui fil.ſint legiti. tanta. in autem. quib. mod. natu. effi. circa princi. col.6. quod tamen in primo caſu dixit talem legitimatum quo ad omnes actus legitimos excipiunt quidam dignitatem epiſcopalem ad quàm promoueri non poteſt ſine ſpeciali diſpoſitione domini Papæ Hoc etiam dixit Ray. per decre. ſuprà. de electi. innotuit. circa principium ſecundum unam lecturam. Sed cum illud uerbum quod olim erat in illa decre. & quod illud innuere uidebatur ſecundum unam lecturam hodie ſit deciſum. hoc dicere non placeat.erat enim in textu illius decretalis talis litera quòd mater electi infrà quadriennium à natiuitate ipſius electi matrimonium non contraxit dicebant quidem uerum eſſe cum patre electi qui uerginitatem matris præripuit quaſi furtim contraxit. ergo poſt quadrienninm ut innuit litera illa & tamen electio illius tanquam illegitime nati caſſatur. Sed cum hodie particula illa ſit de illa decre. deciſa per illam decreta. hæc ſententia teneri nõ poteſt, poſſet tamen per alia iura iuuari. Nam conſilium requirit quòd promouendus in epiſcopum ſit de legittimo matrimonio natus. ut ſuprà de elec.

de elect. cum in cunctis. Is autem qui ex damnato coitu naſcitur & ſi poſtmodum inter parentes matrim. ſubſequatur non eſt per hoc conſilio ſatisfactũ. Item diſpenſatio generalis ad epiſcopatus uel archiepiſcopatus non ſolet extendi. ut infra de conceſſ. præben. c. dilectus filius. Sed & ſi contrarium dicatur non diſplicet ne fauor matrimonij reſtringatur. ¶Sed ſi in hoc caſu ſubſit impedimentum nunquid poteſt per archiepiſcopum diſpenſari. ut ſicut epiſcopus inter ſuos ſubditos diſpenſat ita & metropolitanus diſpenſet inter ſuos circa ætatem minorem. ut ſupra de æta. & qualita. in or. præfi. ca. præterea. Item cum filijs ſacerdotum. ut infra eodem titulo. ueniens. Cum corpore uiciatis. ut infra de cor. uitia. de præsbytero. & cum adulterijs & aliis crimi noſis. ut infra de iudi. At ſi clerici. reſpõdeo quamuis hæc eadem poſſit metropolitanus circa ſuos ſubditos. non tamen hoc poteſt circa illos qui ſunt promouendi ad dignitatem epiſcopalem. ſi irregulares uel illegitimi ſint quoniam epiſcoporum ſeu maiorum negocia uel iudicia romano ſunt Pontifici reſeruata. ut ſupra de tranſ. præla. inter corporalia. 18. diſt. multis in fin.
7 ¶ Item quid ſi † ſacerdos generet filiũ de uxore legitima cum qua matrimo. contraxerat in laicatu uel conſtitutus in minoribus. nunquid erit legitimus filius. ſcripſit magiſter Raymund. quod ſic maxime ſi uxore contradicente uel ignorante quòd uir ad ſacros ordines eſt promotus. & hoc dixit duplici ratione fauore prolis. & quia culpa parentum non debet nocere filijs huiuſmodi de matrimo. legitimo natis 28. diſtinct. diaconi. 27. quæſtio. 2. multorum ſed certe hoc non placet. nam decre. ſcripta eſt in hoc caſu quæ dicit talem taliter ſuſceptum ex permiſſione in clericum ordinari. ut infra eodem titulo. literas. Nec obſtat ſi tu dicas. iſte natus eſt de uiro & uxore ergo eſt legitimus. ergo a promotione non excludendus. quia & ſi uiro & uxore ſuſceptus ex damnato tamẽ coitu eſt pro creatus, coitus enim ille uiolat profeſſionem & continentiam ordini annexam. ut 28. di. diaconi. 84. di. Cum in præterito Item non obſtat illa ratio quòd culpa parentum non debet filiis obeſſe. nam culpa parentum nocet origini filiorum. ut infra de clan. deſpon. Cum inhibitio. & bona fides parentum. imò parentis prodeſt. ut infra qui fin. ſint legit. Cum inter Ioannem. &. c. ex tenore. debet igitur ſic natus quo ad ordines & dignitates pro illegitimo reputari. eo quòd de damnato coitu & prohibito procreatus. quia cum uir de aſſenſu uxoris ſuæ, ad ſacros ordines promouetur. ſequeſtrato manſionis cubiculo non debent amplius commiſceri. ut 72. di. epiſcopus. imò alteri nubere non poteſt uxor poſt mortem uiri. ut 33. di. ſeriatim. in fine & 28. diſti. quia ſunt culpe. An autem in ordinatione mariti ſufficiat conſenſus uxoris uel requiratur conuerſio, dicam infra de conuer. coniu. fateor tamen quòd cum iſto taliter nato benignius agendum eſt & facilius diſpenſandum, quam cum alio male nato. Et quod dixi delictum parentum nocere filijs quo ad originem uerum eſt. Item nocet quo ad pœnas temporales. ut no. ſupra eod. titu. §. deteſtatio. non tamen nocet quo ad deum. quia filius nõ portabit iniquitatem parentum. nec filij bonitas excuſat malitiam parentum. ut 56. diſt. nunquam naſci. Sed malicia parentum inducit præſumptionem contra filios. ut 56. diſt. ſi gens. Angelorum & è conuerſo malitia filiorum inducit præſumptionem contra parentes. ut 6. q. 1. qui crimen. 37. diſt. legant. ¶ Sed
8 quid † ſi diſpenſetur cum aliquo illegitime nato ut ad clericatum promoueri ualeat. uidetur in ſolis minoribus ordinibus diſpenſatum. ut 34. diſt. lector. ar. ff. de lega. 3. l. minimis infra de conſang. & affi. quòd ¦dilecto.¦ſed contra. ff. de conſti. prin. l. ulti. infra de donatio.

natio. Cum dilectus. &. ſuprà. de reſcriptis. olim. Præterea nomen clerici quod hic ponitur generale eſt & ſuperius ad omnem ordinem ut. 12. q. 1. dua. puto hoc priuilegium reſtringendum eo quòd odioſum cum detrahát iuri communi. ut. ff. de li. & poſ. l. cum quidem. infrà. de conſang. & affi. quòd di-
9 lecto. ¶ † Item quid ſi diſpenſatur cum aliquo ut promoueatur ad omnes ordines nunquid uidetur diſpenſatum in dignitatibus & prælaturis & in hac quæſtione idem uidetur dicendum quod dictum eſt in præmiſſis. nam cum diſpenſatur cum aliquo in uno. non uidetur in alio diſpenſatum. ut. 12. di. Nos conſuetudinem. Quidam tamen in his & in ſimilibus quæſtionibus diſtinguunt. quia aut per priuilegiũ clerici fit alteri nullum uel modicum præiudicium. & tunc largiſſima facienda eſt interpretatio. dum tamen interpretatio non excedat metas iuriſditionis interpretantis. ſed ſi per priuilegii indulgentiam enorme præiudicium alteri generetur, tunc eſt interpretatio reſtringenda. ut. infrà
10 de priui. porro. &. c. recipimus. ¶ † Itẽ quid ſi cum aliquo illegitimè nato diſpenſatum ſit quo ad ordines & beneficium, nunquid nomine beneficij intelligam perſonatum. uel regimen eccleſiæ parrochialis. Reſpondeo non. ſi ab epiſcopo uel archiepiſcopo diſpenſatio facta fuerit. quibus expreſſe non licet in talibus diſpenſare. ut infrà. eo. ti. c. ultimo. Sed ſi à papa facta fuerit diſpenſatio intelligam nomine beneficij diſpenſatum in præbenda. ut. infrà. de præben. pro illorum. infrà. de æta. & quali. in or. præſi. accepimus. non tamen in eccleſia collegiata in qua per electionem ſolet prouideri de rectore. ut. infrà. de præben. c. ulti. Cæterum ſi quæ eccleſiæ ſunt non collegiatæ & ſine patronis, uel cum patronis & is pro quo ſcribitur fuerit præſentatus. puto tales eccleſias generali uocabulo beneficij comprehendi. & idem intelligo ſi præter diſpenſationẽ ſcribatur pro aliquo ut ei prouideatur in aliquo beneficio competenti. nam talis interpretatio facienda eſt ſicut ſuperius dictum eſt.
11 ¶ Item quare † epiſcopus poteſt diſpenſare cum committentibus crimina ab adulterio. &c. non autem cum patientibus defectum. Reſpondeo facilius aboletur irregularitas proueniens ex crimine quam ex defectu. nam crimen deletur per pœnitentiam. non defectus Vel aliteer nã maior eſt irregularitas proueniens ex uitio originis. quam illa quæ prouenit ex delicto. nam prima prouenit ex natura. ſecunda uerò ex accidenti naturalia uero immutari non poſſunt. ut not. ſupra de æta. & qualita. in ordi. præſi. §. de forma. ¶ Itẽ quæritur de eo quod ſupradictum eſt quòd non licet epiſcopis diſpenſare cum illegitime natis in beneficijs habentibus curam. Quæ beneficia dicuntur habere
12 cura? † Reſpondeo. illa quibus hæc inſunt corrigere interdicere ſuſpendere. excommunicare abſoluere. & quædã alia. ut ſupra de elect. dudum nam hæc medicinalia ſunt animarum. ut 2. q. 1. multi 11. q 3. cum aliquis 10. q. 1. relata cum ſequentibus capitulis. An autem legitimati ad actus eccleſiaſticos uideantur legitimati ad ſeculares no. infra qui. fi. ſint le.

## *Summarium.*

1 *Seruus an poſſit ordinari.*
2 *Quid ſi fuerit ordinatus ſine manumiſſione, an in ſeruitutem reuocatur.*
3 *Ordinari an poſſit quilibet manumiſſus.*
*Liberti eccleſiæ propter operas non præſtitas in ſeruitutem reuocantur.*
4 *Prælatus an poſſit ſeruum eccleſiæ ſine manumittere.*
5 *Dominus an in ſeruum quem manumittit, poſſit ſpirituales operas retinere, & ſi ipſe manumiſſus non facit degradari poſſit.*
6 *Dominus quando ſeruum ſuum ordinatum uendicat, ubi cauſa ſit tractanda.*
7 *Seruus alienus conſecratus quare redditur domino.*

*domino, & non res aliena & conſecrata.*

8 *Manumißio quid ſit, & unde originem habuit.*

9 *Manumittere quis poßit.*

10 *Manumißio quot modis fiat.*

11 *Dedititiorum differentia an hodie ſit ſublata, & latinorum.*

12 *Partus ſequitur uentrem quoad ſtatum & libertatem ac ſeruitutem, non quo ad honores familiam.*

## ¶DE SERVIS NON ORdinandis. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de filijs presbyterorum ordinandis uel non. & ſic actum eſt de impedimento originis. Nunc agitur de impedimento conditionis ſeruilis. Seruilis enim conditio clericalem non capit honorem. ut 54. diſ. admittuntur, & propterea ſubſequenter ſubijcitur rubrica de ſeruis non ordinandis & eorum manumiſſione. Videndum eſt igitur circa primam partem rubricæ qualiter ſerui poſſint ordinari. quid ſit ſi ſine manumiſſione fuerint ordinati. qualiter ſerui iudeorum ualeant liberari. Circa ſecundam partem uidendum eſt quid ſit manumiſſio. unde habet originẽ. quis poſſit manumittere & qualiter. ¶Scien
1 dum † eſt igitur quòd nullus ſeruus ſiue priuati corporis ſiue eccleſiæ poteſt ordinari niſi prius manumittantur. ut. 54. di. c. 1. 2. & 3. & ratio huius prohibitionis eſt duplex. ſeruilis utilitas. & clericalis dignitas ut in præallega. c. admittuntur. ¶ Si ſine manumiſſione
2 † ſerui fuerint ordinati frequentius reuocantur in ſeruitutem. frequentius ideo dico. quia aliquando ſeruus ordinatus liber efficitur. & ſic non reuocatur. aliquando remanet ſeruus & a domino reuocatur. & propterea diſtingue. Aut ſeruus ordinatur ſciente domino aut ignorante. Si ſciente & non contradicente liber & ingenuus fit. nec diſtinguo in quo ordine fuerit ordinatus. ut. 54. di. ſeruus. Si uerò ignorante domino. ignorantibus etiam ordinatore & præſentatore tunc ordinatus reuocatur in ſeruitutem & redditur domino. ut 54. di. nulli ex antiquis. & hoc eſt uerum ſi fuerit in minoribus ordinibus ordinatus. Subdiaconus autem factus dabit uicariũ. ſicut & diaconus. cũ hodie ſubdiaconatus ſit ſacer ordo licet ſecundum illud. c. ex antiquis reddi domino iuberetur quando non erat ſacer ordo, hodie ſecus. ut. ſuprà. de tempo. or. à multis. infrà. eodem titulo. miramur. Sed ſi uicarium dare non poſſet reddetur domino. tam ſubdiaconus quàm diaconus. Presbyter autem factus in peculio mulctatur uel ſeruiat domino quodãmodo in diuinis obſequijs. ut 54. diſ. ex antiquis. frequens monachus factus euadit iugum ſeruitutis ut. 54. di. ſi ſeruus. Cæterum ſi ſciente ordinatore uel præſentatore fuerit ordinatus manet liber in quocunq; fuerit ordine. & præſentator ſeu ordinator debet domino dare duo mancipia. ut. 54. diſtin. ſi ſeruus. ſed eis non habentibus unde ſoluant ordinatus redditur domino ſecundum diſtinctionem ſuperiorem ſecundum quam presbyter non redditur ſed in peculio mulctatur. Diaconus & ſubdiaconus aut uicarium dabunt aut reddentur dominis ſuis minores autem clerici præciſe reddentur dominis. Et nota quòd in caſibus in quibus dominus habet ius repetendi ſeruum ſuum ordinatum. poterit reuocare uſq; ad annum tantum & non ultra. ut 54. di. Si ſeruus ſciente, & computatur ille annus ſecundum Lau. & Ray. quibus aſſentio à tempore ſcientiæ. domini. ar. 17. q. 2. Si quis incognitus. in fi. ſecundum Hug. à tempore ordinationis clerici. ¶ Item nota
3 † quòd non quilibet manumiſſus ordinari poteſt. unde circa manumiſſos ſeu libertos ſic diſtingue. Aut eſt libertus eccleſiæ aut priuati. libertus eccleſiæ poteſt ordinari quamuis eccleſia quæ manumiſit retineat ius patronatus in manu-

manumiſſo quo ad hoc ut non iniurie-
tur eccleſiæ. non accuſet nec teſtifice-
tur in illam . alioquin reuocetur in
ſeruitutem:ut.12.q.2.diaconi.9.q.1.c.
epiſcopus qui mancipium. 54.di. qui
ex famulis. infrà.eod. c. de famulis. &
quo ad alia in quibus liber eccleſiæ ſpe
cialiter ſunt obnoxij quod in libertis
priuatorum non contingit. nam pro-
pter operas non præſtitas reuocantur
in ſeruitutem liberti eccleſiæ. ut in. c.
diaconi. ſecus in alijs libertis. ut. C.de
liberali cauſa.l.ſolo obſequij. Item a-
liud ſpetiale eſt in his libertis, quia fi-
lij eorum ſunt obnoxij eccleſiæ. ut.12.
q.2.de libertis ſecus in alijs. ut. C. de
liber. & eorum liber.l.1.&.2. Item ter
tium ſpetiale quòd liberti eccleſiæ te-
nentur ſeruire eccleſiæ nulla eis opera
impoſita.ut 12.q.2. diaconi.&.c.liber-
ti.Eſt & quartum ſpetiale ſcilicet quoſ
dam. nam liberti eccleſiæ ordinati in
eccleſia bona collata eis in alios tranſ-
ferre non poſſunt.ut.infrà. eod. titu. de
famulis. Sed contrarium obtinet in li-
bertis priuatorum. ut inſti. de ſucceſ.li
ber.§. Sed noſtra. ſed poſſet reſponde-
ri ad dec.quæ loquitur in bonis collatis
contemplatione eccleſiæ alias ſecus.ut.
12.q.3.c.1.&.2. uel loquitur in cleri-
cis non habentibus cognatos aliàs ſe-
cus. ut.12.q.2. epiſcopus qui filios. uel
loquitur in his qui manumiſſi ſunt ea
conditione ut poſt mortem eccleſia pa
trona ſuccedat in totum , alioquin ne-
dum res ſed & perſonas. poſſunt etiam
inuita eccleſia quæ manumiſit ad alia
loca transferre. ut.infrà. eo. tit. Eo li-
bentius.libertus autem priuati in quo
ius patronatus retinet manumiſſor pro
moueri non poteſt. ut.54.di. quicunq;.
4 †Et notabis quòd prælatus eccleſiæ
non poteſt manumittere ſeruum eccle-
ſiæ. niſi dederit eccleſiæ duos ſeruos e-
iuſdem meriti & peculij. ut.12.q.2.epi-
ſcopus qui mancipium. An autem ſer-
uus manumiſſus & ordinatus in eccle-
ſia à qua extiterit manumiſſus poſſit ec
cleſiam illam deſerere.& alteri in diui-
nis officijs deſeruire ſtandũ eſt diſtin-
5 ctioni decr.infrà.eo.eo libẽtius. ¶† Itẽ
cũ priuata perſona manumittit ſeruum
ſuũ ordinãdũ in clericũ põt hoc in ma-
numiſſionẽ imponere manumiſſo ut ſi
bi dicat horas canonicas, & ſi ſic impo
ſuerit tenetur ad hoc ordinatus quòd ſi
in ſuperbiã elatus non fecerit. poterit
degradari.ut.infra.eo.tit. nullus 54.di.
frequẽs.&.c.quicũq;. Quidam tamẽ ad
dunt de cõſenſu ępiſcopi poſſe imponi
aliàs nõ. Nec obſtat ſi opponatur ꝙ in
collatione rei ſacræ uel ſpiritualis con
ditio apponi non debet.quia manumiſ
ſio eſt res ſpũalis uel aliàs & ſi in ordi-
natione hæc apponatur conditio uitiũ
nõ inducit.eo ꝙ eſt circa operas ſpiri-
tuàles,unde ipſa conditio intelligitur
ſpiritualis & ſic non eſt uitioſa. ut. ſu-
prà.de elec.ſignificaſti.infrà.eo.eo libẽ
tius.infrà.de pręben.ſignificatum. Qui
dã tamen dixerũt ꝙ ſine aliqua impoſi
tione manumiſſus & ordinatus tenetur
præſtare domino ſuo hoc ſpirituale ob
ſequiũ de horis canendis,alioquin po-
terit degradari. nõ tamẽ in ſeruitutem
reuocari.unde clauſula quæ ponebatur
in hac decre.nullus,in fi.ſecũdũ ueterẽ
cõpilationẽ illa ſi & ſeruus fiat domini
ſui ſublata eſt.uiſum eſt enim compila
toribus huius uoluminis abſurdum eſſe
quòd manumiſſus iã in pſbyterũ ordi-
natus propter hãc ingratitudinẽ in ſer
uitutẽ laici reuocetur, ut no.ſuprà.in di
6 ſtinctione.Aut ſeruus.¶† Sed quid ſi do
minus ſeruũ uẽdicet quẽ dicit ſe inuito
& ignorãte ordinatũ fuiſſe ubi hæc cã
ſtatus agetur.Videtur quòd remitti de
beat ad locũ unde aufugit.ut.C. ubi cã
ſtatus.l.ſi in poſſeſſio. & hoc uerũ eſt ſi
eo tẽpore quando fuit ordinatus erat in
poſſeſſione ſeruitutis,aliàs ſi erat ĩ poſ
ſeſſione libertatis ibi cauſa ſtatus agetẽ
ubi degit qui cõuenitur.ut.C. ubi cau.
ſta.l.3.et hoc autẽ. An ſit fugitiuus an
nõ.an erat in poſſeſſione ſeruitutis aut
libertatis qñ extitit ordinatus agetur
& finietẽ antequã cã ſtatus initiũ ſumat
ut.ff. de libe.cã.l.liberis.§.ulti. & .l. igiẽ

§.ergo poteſt. uerius puto in hoc caſu hanc cauſam de qua agitur de reuocando clerico de ſtatu clericali in ſtatũ ſeruilem in foro eccleſiæ illius in qua eſt clericus ordinatus agi debere. & puto ſyndicum eccleſiæ ei qui conuenitur debere aſſiſtere.cedit enim ad ignorantiam eccleſiæ cũ clericus reuocatur ad ſtatum ſeruilem ſicut cum reuocatur ad curialem vt.51.di.deſignata.& deponẽdus eſt reuocatus antequàm reddatur.
7 ut 54.diſtin.nulli.¶† Item quare ſeruus alienus conſecratus redditur domino & non res aliena & conſecrata.ut 14.q.ul.comperimus. Reſpondeo. quia in rebus inanimatis non perpenditur dolus, ſed in homine ſic.Itẽ quia in rebus inanimatis conſecratis conſecratio eſt in ſuperficie.& ideo nõ debet à manu prophana tractari. Sed in homine eſt anima quæ tangi non poteſt.32.q.7.licite. ¶ Nunc uidendum eſt de ſecunda parte rubricæ.ſ.quid ſit manumiſſio unde habuit originem & quis poſſit manumit-
8 tere & qualiter. ¶ † Manumiſſio eſt libertatis datio. Nam quàm diu quis in ſeruitute eſt manui & poteſtati ſuppoſitus eſt. & manumiſſus liberatus eſt à manu & poteſtate domini. ut inſti.de libertinis.in prin.habuit autẽ manumiſſio ſecundum quoſdam originem à iure gentium.ut cum anteà uno cõmuni nomine omnes homines appellarẽtur. iſto iure tria genera hominum eſſe ceperũt.ſ.liberi & his cõtrariũ ſerui.1.di. Ius autẽ naturale, ius gẽtiũ.12.q.2.cũ redẽptor. Et tertiũ genus libertini qui diſierunt eſſe ſerui. ut iſti. de liberti. in prin. Alij dicunt ꝙ ſeruitus ſumpſit originẽ ab ebrietate Noe.& ita uř. quod à iure naturali.ut.35.di.ſexto die in uer. non eſſet hodie ſeruitus,ſi ebrietas non
9 fuiſſet.¶ Manumittere poteſt † qui habet adminiſtrationem rerũ ſuarum minor autẽ 20. annorũ poteſt inter uiuos dare libertatẽ.ut.C.qui manu.nõ poſ.l. ſi minor. in ultima uerò uoluntate ex quo teſtari poteſt in 12. anno.& manumittere põt.ut 2.q.6.§.diffinitiua,ĩ uerbo.Item ſi ſententia contra ius.C.qui ma.non poſ.in aut. Sed nouo iure. Itẽ epiſcopus poteſt manumittere ſeruos eccleſiæ bene meritos,ut.12.ſi quos de ſeruis. poteſt etiam alios non bene meritos.dum tamen det eccleſiæ in compenſatione duos pro uno eiuſdem meriti & peculii.ut.12.q. 2. epiſcopus qui mancipum.Item cauſa miſerationis.ut. 12.q.2.cum redemptor.uel illud intellige in bene meritis.Item abbas poteſt manumittere ſeruũ monaſterij ſed non pleno iure, quia non habet quod compenſet.ut 54.di.abbatis &.§. hac auctoritate.& tamen hoc intelligas cum cõſenſu epiſcopi & monachorũ. ut. 12.q. 2.abbatibus.niſi conſuetudo contraria ſit.ut infrà de his quæ fi.a præl.c. Et no
10 ſcitur. ¶ † Manumiſſio fit multis modis.ut inſti. de liberti. §. multis modis. die feriato & non feriato.iudice pro tribunali ſedente uel procedẽte, eſt enim uoluntariæ iuriſdictionis manumittere.ſecus in his quæ ſunt cõtentioſæ ut. 3.q.3.§.ſpacium. ¶ In ſumma notan-
11 dum quòd ſublata hodie † eſt differentia dediticiorum qui toto tempore uitæ ſuæ erant ſerui & poſt mortem liberi & latinorum qui è conuerſo in uita ſua erant liberi in morte ſerui omnes enim liberti in manumiſſione ſua conſequebantur perpetuam libertatem. ut inſti. de liberti.§.libertinorum.&.§. ulti. C. de latina.liber.tol.l.1. Item libertus cõmunis manumitti poteſt ab uno dominorum ut cum alij domini conſeruentur indemnes.C.de cõmuni ſeruo ma.l. 1. Item libertus reuocatur in ſeruitutem propter omnes cauſas ingratitudinis propter quas reuocatur donatio. ut in auten. ut liber de cætero.§. illud.
12 collum.6. † Item ſciendum eſt quòd ſi quis naſcitur ex parte liberto & matre ancilia, ſeruus eſt. & ſi è conuerſo ex parte ſeruo & matre libera,liber eſt partus enim quo ad libertatem & ſeruitutem.ſequitur matris conditionem ut.infrà.eo.ti.c.ulti.C.de rei uen.l. partus.ff.de ſta.ho.l.ex nature &.l. cũ legitimæ.

timæ. 32. qu. 4. liberi. & in tantum hoc uerum eſt. ut ſufficiat in aliquo momento fuiſſe in libero uētre ut quis liber naſcatur. ut. ff. de ſta ho. l. & ſeruorum. in honoribus autem muneribus & municipijs partus patrem ſequitur. ut. C. de decu. l. eos, & l. exemplo, & l. nullus ſolius & ff. de ſtatu. ho. l. liberos, & in tantū hoc uerum eſt ut ſufficiat filium conceptum eſſe ex decurione. quãtum ad hoc ut patris conditionem ſequatur. quàmuis ante ipſius natiuitatem pater eiuſdem deſierit eſſe decurio. ut. ff. de decur. l. 2. §. in filijs. ¶Sed ſi quæras in quibus ſequitur conditionem patris iam à decurionatu uel à ſenatu remoti. Reſpondeo in multis ut in l. ſuperiori. ff. de decuri. l. 2. §. filius. ff. de pœ. l. moris. §. & iſte forte. C. de decurio. l. decurionē. & l. decurionum filij.

## Summarium

1 *Ratiocinia quæ dicantur.*
2 *Ratiocinia quæ impediant promoueri*
3 *Iurans ſoluere ad certum tempus, ſcribere uel aliud honeſtum opus facere, an antequam faciat quod iurauit poſſit aſſumere ordinem ſacrum, uel religionem intrare.*
4 *Iuramentum non uidat qui in melius illud mutat.*

## ¶DE OBLIGATIS AD RAtiocinia. Rub.

DIctum eſt ſupra de obnoxijs cōditioni ſeruili. nunc dicamus de obligatis ad ratiocinia ordinandis uel non. Videamus ergo quid ſunt ratiocinia & quæ ratiocinia impediunt aliquem promoueri. ¶Ratiocinia
1 ſunt † rationum redditiones ad quas aliquis obligatur ex adminiſtratione rei publice uel priuate. ¶ Impediunt pro-
2 moueri † ratiocinia, publica uel priuata. Publica ſunt illa quibus obligantur officiales curis ex adminiſtratione aliqua ad rem publicam pertinente. ut. C. de epiſcop. & cle. l. officiales. Priuata ſunt illa quibus obligantur aliqui ex adminiſtratione rerum pertinentium ad priuatos, ut tutores, & curatores, caſtaldiones, uel baliui aliquorum. ¶Circa hæc ratiocinia publica uel priuata quando impediunt promoueri ſic diſtingue. Aut promoueri uolentes perſeuerant in officio. aut non. In primo caſu ſic diſtingue. quia aut perſeuerant in officio ſecularium perſonarum non miſerabilium & tunc non poſſunt. promoueri. ut. 21. qu. 3. ca. 1. & infra ne cle. uel mona. ſecu. ne. ſe. immiſc. ca. 1. & 2. Aut officio perſonæ eccleſiaſticæ uel etiam ſecularis ſed miſerabilis & tunc poſſunt promoueri, ſi aliud non impediat ut 86. diſt. peruenit. 89. di. iudicatum 16. qu. 1. monachi. In ſecundo caſu cum non perſeuerant in officio remaneāt tamen adhuc obligati ex adminiſtratione, ſubdiſtingue. quia aut ſunt obligati reipu. aut perſonæ priuatæ. Si reipublicæ. non debent promoueri ante reddita ratiocinia ut 51. di. præterea. C. de epiſ. & cle. l. officiales. obligati enim reipublicæ ex adminiſtratione arceantur ab honoribus. ſecus ſi alias ſint debitores ex cauſa mutui uel ſimili. ut. ff. de mu. & ho. l. reſcript. §. debitores. C. de epi. & cle. l. quiſquis emenſis, Si enim remanent obligati priuatæ perſonæ ſubdiſtingue. Aut in ipſa promotione mouetur eis quæſtio, uel eſt mota, aut non. In primo caſu iterū ſubdiſtingue, quia aut mouetur quæſtio de perfidia & de dolo. aut de culpa tantum. Si de dolo uel perfidia non debent promoueri ante deciſam litem. ut 81. diſt. tantis. 23. di. illud infra de accu. omnipotēs, & in hoc caſu loquitur hæc decre. debet tamen taxari tempus infra quod quæſtio decidatur. ar. infra qui filij ſunt legi. lator. C. de ingenu. ma. l. diffamari. Si uerò moueatur ſibi quæſtio, uel prius ſit mota de culpa tantum, poſſunt promoueri non obſtante creditoris reclamatione. cum lis poſtea poſſit procedere ſicut prius, & etiam ſub eodem

dem iudice.ut.ff. de iudi. l. ubi & de iuriſd.om.in.l. cum quidam. ¶Si autem non moueatur eis quæſtio nec eſt mota, poſſunt promoueri non obſtante obligatione, niſi magni feſtum eſſet ipſos teneri de dolo.tunc enim poſſet & debet epiſcopus ipſos ex officio ſuo repellere ſicut quoslibet crimonoſos et infames.ut 2.q.7.alieni.6.q. 1.infames.ff. de poſtu.l. quos prohibet. Sed et curiales promoueri non poſſunt.quamuis ab adminiſtratione ſint iam liberati. quod inteligo in his qui ſeruat turpia nel inhoneſta exercuerunt. ut milites executores, et apparitores.ut 51.di.c. 1.& 3.46. di.clericus. de conſe.di.2. pro dilectione. Curiales autem qui non talia exercent ſed in ciuilibus & pecuniarijs cauſis officium ſuum impediunt. ut tabelliones & aduocati a promotione non excluduntur. ut 61.diſ.oſſius. Cæterum ſi in cauſa ſanguinis officium uel miniſterium ſuum præſtant contrahunt irregularitatem. Iudex.aduocatus.procurator tam actoris quàm rei. licet Ber. contrarium dixerit in procuratore rei. aſſeſſor. apparitor.notarius. ſententiam ſcribens uel actor. Item ſententiæ dictator omnes iſti contrahunt irregularitatem. ut l.di.aliquantos. & ca. ſi quis poſt ſuſceptos infra ne cle. uel mo.ſententiã.

3 ¶Quæritur † de eo qui iurat ſoluere ad certum tempus. ſcribere. uel aliud honeſtum opus facere antequam faciat quod iurauit poſſet aſſumere ordinem ſacrum uel intrare religionem. & in clerico planum eſt quòd ordines aſſumere poteſt.quia aut nihil habet. et tunc libere poteſt cedere bonis, et inanis eſt actio quam excludit inopia debitoris. ut. ff.de dolo.l.nam his.14.quæſtio.6.ſi res & eius periculo nihil eſt qui nihil habet ut.ff. de fur.l. itaque fullo. uel ſi habet non minus remanet poſt ordines obligatus. ſcribere autem uel aliud honeſtum opus poteſt facere poſt ordines ſi ſe ad hoc ante ordines obligauit, dũmodo per hoc non impediatur diuinum officium ut 21. quæſtio. 1. clericus uel alium ſubroget loco ſui. ut. C. de epiſ. & clerici. l. quiſquis cenſibus.&.l. in ecclesijs. In eo autem qui uult ingredi monaſterium dico quòd non obſtante tali obligatione intrare poteſt excuſante ipſum zelo religionis. & afflatu ſancti ſpiritus.ut 19.q.2. duæ infra de re. tranſe.ad reli.licet. monaſterium autem tenetur ſatisfacere de his quæ contulit eidem ingreſſus.ut 19.quæſtio. 3. qua mulier.C.de epiſ.& cle.l. Deo nobis.§. 1. Sed & ſi nihil contulit, ſi tamen poſt ingreſſum ipſius monaſterio aliqua quæſiuit ex perſona ipſius, puta per ſucceſſionem hæreditariam, uel alio modo, in tantũ tenetur quãtum illud eſt quod quæſiuit illi cui monachus eſt obligatus ar.19.quæ.ult. Si qua. Sed ſi non ſatisfaciat nec monachum defendat, patietur miſſionem in poſſeſſionem bonorum illorum.ut.ar.ff. de ca. minu.l.tutelas. Sed ſi libertate. inſti.de acqui. per arroga in fi.uel monachus in monaſterio faciet quod promiſit, dum tamẽ nõ impediatur obſeruantia regularis: ut in clerico dictum eſt ſupra alias ſecus, ut C.de epiſ.& cle.l. omnis, et l. generaliter. & in authenth.ſed neque uel ſaltẽ.facit per alium quod iurauit.ut. C.de caducis tol. l. una. §. ne autem. C. de epiſco. & cle.l.ad ſimilitudinem. quamuis ſit argu.contra.ff.de ſolu.l. inter artifices.C.de decu.l. nullus qui nexu infra.de offi.de.le.cap.ul.Non ob his.53. diſtin.legem.54.di.quicunque quia illa intelliguntur de perpetuo obligatis, puta de ſeruis curialibus & conſimilibus.& ex his quæ ſuperius dicta ſunt patet terminatas eſſe quæſtiones illas de poteſtate qui iurauit regimen ciuitatis, de magiſtro qui iurauit regimen ſcholarium per annum, de capellano qui iurauit ſeruire in officio capellaniæ, an iſti poſſunt religionem intrare, non enim iuramentum uiolat, qui in melius illud mutat ut infra de iureiuran. peruenit. Sunt autem rationes quare curiales de quibus dictum eſt promoueri non poſſunt. Prima, quia quidẽ

ſunt uiles perſonæ & frequenrer contra hunt irregularitatem ex officio ſuo. Secunda, quia multum moleſtatur eccleſia & incommoda multa patitur propter tales quando reuocantur ſeu repetuntur. Tertia ratio eſt quoniam præſumitur contra eos quòd non tranſeant ad clericatum uoto religionis. Sed ut fugiant ratiocinia dominorum ſuorum.l.1.di.c.1.2.&.3.54.di. leg.

## *Summarium.*

1 *Corpore uitiati qui dicantur.*

2 *Debilitatus quis dicatur, & quis mutilatus.nu.2.*

3 *Magnum membrum quod dicatur.*

4 *Mutilatus in membris an ualeat ad clerum admitti.*

5 *Digitos ſex habens in manu non impeditur ordinari.*

6 *Oculum unum alio habens groſsiorem, uel utrunque eminentem, promoueri poteſt.*

7 *Promoueri non poteſt, & promotus deijcitur, qui ſibi manus uiolentas intulit.*

8 *Virilia ſibi abſcidens an ſit ordinandus.*

### ¶DE CORPORE VITIATIS. Rubrica.

TRactauimus ſupra de impedimẽto originis & obligationis ad ratiocinia. Nunc uideamus de impedimento corporis & ideo ſubijcitur rubrica de corpor.uitia.¶ Videamus igitur qui dicantur corpore uitiati.& quare à promotione repellantur. ¶Corpo-
1 re † uitiati dicuntur debilitati. uel mutilati, debilitatum appello illũ qui mẽbrum habet ſed in efficiat, ut oculum cęcum. manum aridam, crus confractum
2 † mutilatum appello qui aliquo membro caret. Mutilantur aliqui in membris apparentibus. alij in ocultis & qui in apparentibus in magno membro.
3 alij in paruo. † Magnum membrum intelligo in quantitate ut manum. in de-
4 core. ut occulum ſiue naſum † mutilatus in membris non apparentibus per caſum uiolentiam uel tumorem ægritudinis ordinari poteſt ſed ſponte non poteſt ut. 55. diſ. ſi quis a medicis. & ca. qui partem & cap. ſi quis per egritudinem. Mutilatus in magnis & apparentibus membris etiam ſi caſu uel uiolentia hoc fiat ſeu metu morbi non promouetur. ut 55. diſti. ſi euangeliſta. Si uerò in modico, ut pote in parte digiti dummodo mutilatio illa non inducat deformitatem uel debilitatem poteſt promoueri. ut infra eo.tit. cap.1. et ult. alias ſecus. ut infra de clerico egro.
5 cap. præsbyterum † Quid ſi quis habeat ſex digitos in manu? Reſpondeo non impeditur, quia ut ait Offilius defectus membri uel augmentum non conſideratur ſed uſus impedimenti, ut.ff. de
6 ædi.edi.l. Irem Offilius.¶ † Item quid ſi quis oculum unum alio habeat groſſiorem. uel utrunque habeat eminentem. Reſpondeo. talis non impedirur. quia nec eſt morboſus. ff. de ædi. edic. l. qui clauum. §.j. Et nota quòd talia impedimenta inſpectioni oculorum ſuperioris ſubijci debent, quia in talibus ſegnius irritant animos dimiſſa per aures. quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus ut infra eod. titu. cap.2. ſicut cum agitur finium regundorum. ut. C. finium reg.l.3.ff.eo.titu.l.ſi irruptione. ſicut cũ agitur de ætate. ut .ff. de minoribus. l. minor ex aſpectu, ut cum quæritur an aliqua ſit uirgo uel corrupta. 27. quæſtio. 1. nec aliqua ſit prægnans uel non ut.ff. de uentre inſpicien.l.1. ¶In ſum-
7 ma ſciendum † eſt quòd qui ſibi manus uiolentas intulit non promouetur et promotus deijcitur. Eſt ratio, quia præſumitur ꝙ omne malum in alium ſit auſurus qui in ſeipſum ita ſæuit. ut.ff. de ædil. edic. l. cum autem. §. excipitur, qui enim ſibi non pepercit multo minus

cominus parcet alij. ut.ff. de bo. eorum qui mor. ſibi con.l.ultima, qui ſibi non parcit tibi uel mihi quomodo parcet. Eſt & alia ratio in iſto, quia ſui eſt homicida & dei conditioni inimicus ut.l. 5.diſtinctione. ſi quis abſcidit. In illo igitur qui ſibi membrum amputat eſt cauſa irregularitatis ſæuicia. ſiue magnum membrum amputet ſiue parum. ſi tamen fuerit cauſa inciſionis láguor. caro ei putrida reſecanda eſt.ut 23.quæſtio. 3 reſecandæ.In alijs uero quæ ſine culpa ſua ab alijs uel caſu fortuitu mutilantur eſt cauſa irregularitatis deformitas uel debilitas. quæ autem deformitas uel debilitas irregularitatem cõſtituat eſt in arbitrio ſuperioris. ut infra eodem.titulo capitulo 2. ¶Sed quæ
8 ritur † de illo qui ſibi uirilia amputatur ut ſit caſtus. Et eſt dicendum quod irregularis eſt tanquam ſui ſit homicida. ut 55.diſtinct.ſi quis abſciderit,&c.ſi quis à medicis. & ideo deponendus. Nec obſt. infra eo.tit. ſignificauit. ibi enim ex gratia & diſpenſatione permittitur ſacerdoti illi miniſtrare in ordinibus inferioribus ſacerdotio. illi enim ſunt enunchi. Hierony. Mihi placent quos caſtrauit non neceſſitas. ſed uoluntas ut 33.quæſtio. 5. tunc ſaluabitur. Nec eſt uerum quod ruſtici dicunt. ut ſi quis à medicis uel ab hoſtibus ſectus ſit,non aliter poſſit miſſam cantare. niſi teſtes ſuos gerat in burſa ſiccos quaſi tunc habeat omnia membra. Sed non curo utrum habeat quis teſtes uirides an ſiccos. quia defectus membri illius nec deformitatem nec debilitatem quantum ad officia diuina inducit.

## *Summarium*

1 *Bigamia quid ſit, & qualiter contrahatur, & quot ſunt ſpecies bigamiæ.*

2 *Bigami quare non poßint promoueri.*

3 *Caſtitas quare maior exigatur in fœmina quam in muſculo.*

4 *Conſecratio epiſcopi cum ſit maior & dignior quam conſecratio uirginum, quare poteſt conſecrari in epiſcopum, qui non ſolutum uxorem habuit, ſed etiam poſt uxorẽ habuit concubinam.*

5 *Promoueri an poßit ille, qui aliquam fornicariè deſlorauit, & illam poſteà in uxorem duxit.*

6 *Promouendus an ſit, credent cum trahere cum uirgine. qui eam corruptam inuenit.*

7 *Promoueri an poßit habens unam uxorem quam non cognouit, & illa mortua duxit aliam uirginem & cognoſcit. uel eo conuerſo. primam cognoſcit ſecundam non.*

8 *Sacerdos non ſit, cuius uxorem conſtat adulterium comiſiſſe.*

9 *Maritus qui uxorem de adulterio accuſauit, & pendente accuſatione. illi petenti reddit debitum, an promoueri prohibeatur.*

10 *Contrahens matrimonium cum uidua, nudatur omni priuilegio eccleſiaſticæ dignitatis.*

11 *Diſpenſari an poßit cum bigamo.*

## ¶ DE BIGAMIS. Rubrica.

AVdiuimus de quibuſdam irregularitatibus. ſed quia inter alias bigamina non nimia reputatur. Iccircò hic poſt quoſdam tractatus de irregularitatibus ſubijcitur rubrica de bigamis. Vel aliter continuabis. Dictũ eſt ſupra de quibuſdam irregularitatibus ſiue impedimentis quæ ſine peccato proueniunt. ſed quia bigamia ſine peccato contrahitur. ut 31. q. 1. aperiant. deus quòd ſi dormierit. Ideo hic ſupponitur rubr. de bigamia. ¶Videamus igitur quid ſit bigamia. quot ſunt ſpecies bigamiæ, & quare bigamus non poteſt promoueri. Et an cum bigamo ualeat diſpenſari. ¶ Bigamia
1 † eſt defectus ex ſecundis nuptijs proueniens. ¶Contrahitur autem bigamia proprio ſumpto uocabulo,cum quis ſucceſſiuè & diuerſis temporibus duas legitimas

timas habet uxores.ut 31.q.1. aperiant. quod intelligo ſi cum utraque matrimonium conſumetur alias ſecus.arg. infra eo.tit. debitum 34. diſt. Valentiniano. Largè autem & impropriè ſumpto uocabulo bigamia multis modis contrahitur. ut cum quis ſimul habet duas uxores.quod ad factum conuenit retorqueri. quia cum neutra matrimonium tenet ſi ſimul contractum eſt cum utraque ut infra eo.tit.nuper in prin.uel tenet tantum cum altera. ut 34. diſt. chriſtiano.31.q.j.quomodo infra de diuor. gaudemus. Item qui habet unam de iure, & ea mortua contrahit cum alia de facto,bigamus reputatur, non propter ſacramenti defectum, cum in ueritate bigamus non exiſtat,ſed propter intentionis affectum cum opere ſubſecuto.ut infra eo. tit.nuper in fin.Itē qui contrahit cum corrupta, ideſt ab alio cognita, ſicut bigamus repellitur. ut 32.diſt.ſeriatim.34. diſt. curandum. & c.præcipimus. Item quicunque habuerit duas uxores ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum, ſiue unam ante baptiſmum & unam poſt,bigamus eſt. ut 34. diſt. ſi quis uiduam 26. diſt.per totum. Sed in ultimo membro Hierony. aſſerit non contrahi bigamiam. ut 26.diſt. cap.1.Sed illud non tenet ut probant ſequentia.c.de eiuſdem. & idem dico in eo quæ de facto ducit ſecundam uiuēte prima.Idem in clerico qui ante ſacros ordines habuit unam & poſtea de facto duxit aliam.ut infra eod.titu.c.ulti. Idem in his qui contempta profeſſione præuaricantur promiſſionem de cōtinendo & contrahunt de facto.ut 27.q.
2 j.quot quot. ¶ Quatuor † aūt ſunt rationes propter quas bigami repelluntur à promotione. quas aſſignaui ſupra de tempo. ordi.§. monogamus.Et nota in matrimo.attenditur duplex ſacramentum propter duplicem coniunctionem quæ eſt in eo per carnis copulam conſummato.Prima eſt coniunctio animorum. Secunda corporum. Prima coniunctionem ſignificat, fidelis animæ ad deum.hoc diſſoluitur perſequēs peccatum. ſicut & illa ante carnalem copulam per religionis ingreſſum. ut infra de conuerſi. coniuga. uerum.&.c. ex publico.Secunda ſcilicet coniūctio corporum ſignificat coniunctionem chriſti & eccleſiæ, hoc fuit matrimonium initiatum in prophetis & patriarchis, ratum in tempore gratiæ ſcilicet in natiuitate Chriſti. quando in ſe lapis angularis cœpit ędificare eccleſiam unum de iudæis alterum de gentibus parietem erigens cōſummatum in cruce.uel ratum fuit in cruce conſummabitur in patria. Auguſt. ſuper locum illum nunquid qui dormit non adiiciet ut reſurgat ait. nota quod dicit qui dormit. quia ſicut de latere dormientis Adæqui erat forma futuri Chriſti aſſumpta eſt coſta de qua formata eſt Aeua. ita dormiuit Chriſtus ſomno mortis. ut de latere dormientis de quo profluxerunt ſanguis & aqua, quæ ſunt noſtræ redemptionis ſacra. formetur ſibi ſponſa eccleſia ut infra de bap. & eius effec.maiores. & infra de cele. miſ. in quædam &.c.Cum Marthæ.§. quæſiuiſti.¶Item in eadem ſecunda cōiunctione ſignificatur coniunctio deitatis & humanitatis facta in utero uirginali. ut 26. diſtinct.acutius.de con.diſtin.2. In Chriſto pater infra eod. ca. debitū. Cum ergo tam coniunctio Chriſti & eccleſiæ,quam unio deitatis & humanitatis unita ſit & reiterabilis meritò ſignificatur in primi matrimonij coniunctione carnali. Sed cum quis tranſit ad ſecundam uxorem, recedit ab unitate, tendens in pluralitatem. & ideò non poterit de cætero ſignificare dictam unitatem & reiterabilem coniunctionem. ubi enim ſignificatum eſt unitū & ſignificans unum eſſe debet. hanc rationem ponit Augu. licet obſcurè 26. diſt.acutius. in fi.& ita contrahitur ir-
3 regularitas bigamiæ. † Sed quæritur quare maior caſtitas exigatur in fœmina quam in uiro. nam maritus corruptæ uel ab alio cognitæ promoueri nō

 poteſt

poteſt.ut 34. diſt. Curandum.&.c. præcipimus.&.c. ſi cuius.& 30.qu.5.qualis. Sed ille qui ante uxorem uel poſt habuit concubinam poteſt promoueri. ut 34. di. fraternitatis dicit Hugu. Vir ſignificat eccleſiam militantem quæ in poteſtate habet ut adulterando & à fide exorbitando recedat à ſuo Chriſto. & ideo non eſt in eo ſacramenti ſignificatio. ut non obſtet quòd carnem ſuam diuiſit in plures. Vxor autem ſignificat Chriſtum qui nunquam eccleſiam ſuã dimiſit. ipſe enim eſt fons proprius cui non communicat alienus ut infra de regula.& tranſe.licet in fi. Alij dicunt & uerius ſicut puto qđ uir ſignificat Chriſtum qui ſibi copulauit ſynagogam. & poſteà eccleſiam.quæ ſemper uirgo permanſit,ſaltem mente. Vnde dicit Apoſtolus. Deſpondi uos uni uiro uirginẽ caſtam.ut 27.quæ.2. nuptiarum.& ideo exigitur quòd uxor una nõ diuiſerit carnem ſuam in plures. quod ſi fecerit deeſt ſignificatio ſacramenti unitatis.¶Itẽ
4 quæritur cum† cõſecratio epiſcopi maior ſit & dignior quam conſecratio uirginum. quare poteſt conſecrari in epiſcopum qui non ſolum uxorem habuit. ſed etiam poſt uxorem habuit concubinam ut 33.diſt. habuiſſe 34.diſ.fraternitatis. Sed ſi qua fuit corrupta ante baptiſmum uel poſt.ſponte uel ui.cum peccato uel ſine. non poteſt inter ſacras uirgines conſecrari. ut 26. diſt.acutius. Reſpondeo. Sacra uirgo ſignificat eccleſiã triumphantem, non habentem maculam ſiue rugam. ut de pœ. diſt.1.eccleſia. 21. diſt. quamuis. 32.quæ.4. recurrat. Sed epiſcopus ſignificat eccleſiam militantem in qua ſunt boni & mali uſque ad ultimam ſegregationem, quæ fieri habet in littore hoc eſt in fine ſeculi,ut 26.di. acutius. in fi.2.qu.1.mul-
5 ti circa finem. Item † quid ſi quis deflorauerit aliquam fornicariè.& poſteà ducit illam in uxorem. nunquit poterit promoueri. Dicunt quidam quòd ſic, quia unus unius.nec carnem ſuam diuiſit in plures. & illa eſt unica unici. nec carnem ſuam diuiſit in duas, quod uidetur ſufficere.ut infra eo.ca.debitum.26. diſt.acutius. & argu. infra qui fil.ſunt legi.tanta. Alij dicunt contra quòd uirgo debet eſſe eo tempore quo contrahitur matrimonium, & ducitur uxor, ad hoc ut uir non fiat irregularis.argu. 32. diſtin.nemo 34.diſtin.curandum &. ca. præcipimus. & uidetur expreſſum. 30. quæſtio.1. qualis, in uerbo uirgo caſta deſponſata in uirginitate. & cum primi exponunt uirgo, ideſt non ab alio cognita quorum opinio celebrior eſt.
6 ¶Item † quid ſi aliquis credit contrahere cum uirgine & inuenit eam corruptam. Reſpondeo non debet promoueri cum ſit maritus corruptæ. ut 51.diſtin. qui in aliquo. nam in tali caſu non excuſat error. uel uiolentia.ut 32. quæſtio.5. ille autem. Lex autem promotionis factum requirit, non uoluntatem.ut
7 15.quæſtio.1. cap ultimo.¶Item † quid ſi quis habet unam uxorem quam non cognouit. & illa mortua ducit aliam uirginem & cognoſcit, uel econuerſo primam cognoſcit. ſecundam non, nunquid repelletur. Dico quòd non, quia non diuiſit carnem ſuam in plures & ſic non deficit in eo ſacramentum. ut infra eodem titu debitum. Et idem dicas propter eandem rationem. ſi quis uxorem ducat mulierem ab alio deſpõſatam & traductam. ſed non cognitam quia primus maritus morte preuentus
8 eſt.ut 34. diſtin. cap. ulti. ¶Item † pone quòd aliquis contraxit cum uirgine & cognouit eam illa poſtmodum cognoſcitur ab alio deinde maritus ignorans hoc cognoſcit illam nunquid efficitur irregularis. Reſpondeo ſic nõ poterit, promoueri. ut 34. diſtin. ſi cuius
9 uxorem. & cap. ſequen. ¶Item † quid ſi maritus accuſet uxorem de adulterio & pendente accuſatione illa petit debitum. ipſe reddet. quia tenetur ad hoc. cum non debeat ſpoliari poſſeſſione ſui corporis uſque ad ſentẽtiam. ut 11. quæſtio.1. quia res.8. quæſtio.4.nonne. 33.quæſtio. 2. ſeculares. 35. quæſtio.6. mul-

multorum. & forte etiam præcipitur ſibi ab eccleſia reddere debitum. nunquid & iſti paratur præiudicium ut promoueri non poſſit? reſpondeo ſic. quia ut ſupra dixi irregularitas ſæpe contrahitur ſolo facto abſque peccato & abſque uoluntate. quidam tamen uoluerunt dicere contrarium. quòd iſtæ patiatur & non agat. Item notabis quod in hoc caſu plus meretur luxuria caſtitate. caſtitas enim æſti matrimonio. ut 31. diſtin. nicena. in fornicatione luxuria. ut 32. quæſtio. 4. in eo. & matrimonij repetitio inducit irregularitatem indiſpẽſabilem. repetitio fornicationis non, ut infra. eo. ti. quia reſpondeo hoc nõ contingit ratione peccati ſed propter defectum. non enim peccatur contrahẽdo ſecundum uel tertium matrimonium ut. 31. qu. 1. aperiant &. ca. quod ſi dormierit. Sed deeſt ibi ſinaculum ſacra

10 menti. ut infra eo. ti. debitum. † Itẽ notabis quod ubi quis de iure cõtrahit cũ aliqua uidua nudatur omni priuilegio eccleſiaſticæ dignitatis. ut 84. diſt. quiſquis ſi uerò matrimonium de iure non teneat non contrahitur bigamia. quia non eſt uiduæ maritus qui non eſt ſimpliciter maritus, unde retinet priuilegium clericale. Sed circa ordines cum eo tanquam bigamo diſpenſari non licet. nõ propter ſacramenti defectũ ſed propter affectum intentionis. cum opere ſubſecuto ut infra eo. ti. ca. ulti. unde cum aliquis contrahit cum illa cũ qua de iure non poteſt conſiderato opere ſiue facto. contrahens efficitur infamis. & ſi nuptiæ nullum ſorciantur effectũ. ut. ff. de his qui no. infra. l. quod ergo. §. 2. quandoque tamen magis conſideratur affectus quam effectus uel quam ipſum factum de pœ. diſt. 1. §. hæc autem uerba infra de cleri. non reſiden. relatũ. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio filiæ meæ. quandoque plus factum quam iuris effectum ut ſuperius dictum eſt. & probatur infra de conceſ. præben. ut ec. non ua. literas. ff. de condi. inſti. l. mulier. §. ſi quis ut. infra de ſponſa. iuuenis.

11 ¶Diſpenſari † cum bigamo non poteſt. ut infra. eo. c. Super eo. & c. ul. hoc enim eſſet contra Apoſtolum ut dicit illa ſuper eo. Sed contra. 34. di. lector. Solutio dixerunt quidam Papam diſpẽſare poſſe. nec eſt contra Apoſtolum, quia & ſi prohibuerit bigamum ordinari. non tamen cum eo prohibuerit diſpenſari. nã & Apoſtolus prohibuit criminoſum ꝓmoueri, ut 25. di. §. nunc autem. & tamen cum criminoſis diſpenſatur. ut infra de iudi. at ſi clerici. nec eſt contra Apoſtolum. ſed præter. uel dic. propriè non obſtat prohibitio. Pau. quia Papa maior eſt in adminiſtratione paulo. ut 21. diſ. §. j. Papa enim eſt loco Petri qui maior fuit Paulo. ut 2. q. 7. puto. 21. diſ. in nouo. unde dicitur quod Lucius Papa diſpenſauit cum Archiepiſcopo panormitan. quæ bigamus fuit. uel dic. q̃d in illo. c. lector, dicitur diſpenſari poſſe in ſubdiaconatu. qui ſecũdum præmittiuam eccleſiam non erat ſacer ordo. ut 32. diſ. eos. 60. di. nullus. hodie ſecus. ut ſupra de ſeruis non ordinan. miramur. quid autem circa hoc ſcripſerit Nicholaus furioſus nota ſupra de reſcriptis. §. contra ius.

## Summarium

1 *Peregrini qui dicantur.*

2 *Peregrini an repellantur à ſacramentis.*

3 *Peregrini quare & quando repellantur a promotione.*

4 *Clerici peregrini permittantur ſuos ordines exequi in diœceſi aliena, ſi habent literas teſtimaniales.*

5 *Sigillum capituli uel conuentus fidem facit.*

6 *Clericus peregrinus aſſerens literas teſtimoniales ſuæ canonicæ ordinationis amiſſas, & probans per teſtes ipſam ordinationem, an ſit admiſſibilis.*

7 *Inferior ab epiſcopo ius habens inſtituendi in aliqua eccleſia, peregrinum & ignotum inſtituere non debet.*

## ¶ DE CLERICIS PERE-grinis. Rubr.

INter alioſqui ab ordinibus exclu-
duntur arcentur ſunt peregrini.ideo
ſubijcitur hic rubrica de clericis pe
regrinis. ¶ Videamus igitur hic quæ
dicantur peregrini, quare à promotio-
ne repellantur,& quando admittantur.
1 †Peregrini poſsũt hic appellari omnes
qui non ſunt de epiſcopatu ordinantis
ſiue ſint clerici ſiue laici quia tales re-
cipi non debent ab epiſcopo alieno ad
ordines uel dignitates. uel eccleſiaſti-
ca ſacramenta. ut 71. diſt. per totum.
& ſpecialiter in.cap.primatus infra de
parochijs. cap.2.&.3.& quod omnes ta
les dicantur extranei eſt arg.3.quæſt.6.
peregrina.& 6 q.3.c.1.& 2.Sed & inco
læ quorum uita genus origo & irregu-
laritas ſunt ignota epiſcopo. ſimiliter
ab his quæ ſuperius dicta ſunt exclu-
duntur ut 24. diſtinct. quando epiſco-
pus.42.quieſcamus in uerbo ſi enim in
clero.& ar.2. quæſt.7. quærendum. in
uerbo quorum uita & libertas neſcitur.
2 †Repelluntur etiam tales à ſacramen
tis ut de conſecra.diſtinctione.2.tribus
ſi tamen aliquis ſit incola notus ſed in-
dignus & ſua indignitas ſoli epiſcopo
ſit cognita, ab ordinibus excludi non
poteſt. ut ſupra de tempo. ordi. ex tua
rum.nec ſacramantis. ut de conſecra.
3 diſtin.2.non prohibeat. † Repelluntur
autem iſti à promotione duabus de cau
ſis. Vna quia non licet epiſcopo fal-
cem ſuæ iuriſditionis mittere in meſ-
ſem alienam, iudicando uel ordinan-
do ſubditos alienos. ut 71. diſtin. per
totum 6. quæſtio. 3. per totum 9. quæ
ſtio. 2. per totum. Secunda cauſa eſt.
quia tales ſolent eſſe pro magna par-
te criminoſi, infames, excommuni-
cati, uel alias irregulares. Item ſæ-
pe mentiuntur habere ordines cum
non habeant. uel maiores habere
quam habeant. ut xcviij. diſtinctio.
afros 19. quæſtio. 2. due. ¶ Permit-
4 tuntur † autem clerici peregini ſuos
ordines exequi in dioceſ. alienis ſi ha-
beant literas teſtimoniales ſigillatas.
5.ſigillis epiſcoporum. ut infra eodem
titu.cap.1. 98. diſtin. c. epiſcoporum.
& infra eodem titulo.c. 1. 98. diſtinct.
c.1.&.2. Sed quare tot. cum alias ſuffi-
ciat ſigillum proprij epiſcopi. ut 71. di
ſtin.primatus 19. quæſt.2.duæ.infra de
fide inſtrument.ca.2.de teſtibus cum à
nobis. 11.queſtio. 3.curæ.&.c. debent
5 † cum ſigillum capituli fidem faciat.
ut infra de ap. ſignificauit. & ſigillum
conuentus.ut infra de proba.3. reſpon.
Vnum ſufficit ſi eſt notum. quinque re
quiruntur ſi ſunt ignota. Sed uidetur
quod mille ignota non ſufficiant. Ad
quod reſpondeo facilius falſatur ſigil-
lum unius epiſcopi quam quinq;. Nam
circa maiorem maius periculum uerti-
tur. ut 42. diſt. quieſcamus. 7. q.2.ca.
ulti.ff.ad Carbo.l 1. §. ſi quis non ab
aliquo. Io. tamen dicit quod niſi ali-
qua cognitio habeatur de ſigillis uel
de eccleſijs quarum ſigilla eſſe dicũtur.
nullatenus eſt credẽdum ſiue ſint quin
que ſiue plura. & hæc omnia uera ſunt
ſi clericus perigrinus & ignotus uelit
publicè officium ſuum exequi uel cele-
brare ſi ſe dicat ſacerdotem. cæterum
in ſecreto & ex deuotione poterit ſuſti
neri & ſi nullas habeat literas ſuper ſua
ordinatione uel teſtes. ut infra eodem
titu.tuæ Suſtineri ideo dico quia gratia
fit extraneo ſacerdoti & maximè ligno
to. ſi permittatur in alia diœceſi ce-
lebrare. Nam & prælato fit gratia ſi
permittatur celebrare in prouincia uel
diœceſi aliena. ut ſupra de uſu pal. ex
tuarum. & maximè ſi permittatur or-
dinare. ut 9. quæſtione ſecunda per to
tum. Item quod ſuperius dictum eſt
quinque ſigilla requiri, locum habet
in ultra marinis & alijs ualde remotis.
ut infra eodem titulo.cap. primo. In
alijs autem clericis non tam remotis
ſufficit ſigillum ſui epiſcopi. ut 72. &
3. diſtinctione per totum. & 71. di-
ſtinctione extraneo. & cap. hortamur.
¶ Quid ſi quis dicat ſe literas ami-
ſiſſe.

6 ſiſſe. † Reſpondeo ſi probauerit per teſtes de ſua canonica ordinatione & de proprij epiſcopi cõmendatione. quia hæc duo in literis contineri debuerunt. puto ipſum admittendum. ut infra eodem titulo inter & cap. tuæ. De commendatione epiſcopi ideo dico quia ſine licentia ſui epiſcopi non dicuntur clerici peregrini. ut de conſecra. di-
7 ſtinctione. 5. non oportet. † Si autem quis inferior ab epiſcopo ius habet inſtituendi in aliqua eccleſia. peregrinum & ignotum inſtituere non debet. ut 71. diſtinctione hortamur. Alioquin talem inſtitutum poteſt epiſcopus amouere. ut infra eodem titulo capitulo ultimo. Dantur autem peregrinantibus literæ dimiſſoriæ uel commendaticiæ. ut infra eodem titulo tuæ. 71. diſtinctione. cap. penultimo. & ultimo. 19. quæſtione 2. duæ. & uocantur literæ dimiſſoriæ uel commendaticiæ. quia per eas dimittuntur & licentiantur peregrinantes. & in eis commendantur. Has literas non faciet epiſcopus niſi poſtulatus ne pateat materia euagandi. ut. lxxij diſtinctione. cap. 1. Has literas archidiaconi concedere non poſſunt. ut infra de offic. archidiac. ſignificaſti.

## *Summarium*

1 *Archidiaconus an primus præſit in eccleſia poſt epiſcopum.*
2 *Archidiaconus an præeſſe debeat archipreſbytero.*
3 *Maioritas quotuplex ſit in eccleſia.*
4 *Officium archidiaconi quod ſit.*
5 *Pertinentia ad iuriſdictionem archidiaconi quæ ſint.*
6 *Vicaria perpetua ordinariam iuriſdictionem inducit.*
7 *Cõſuetudo inducit iuriſdictionẽ. & nu. 11.*
8 *Archidiaconus an iuriſdictionem ordinarium uel de legatam habeat.*
9 *Archidiaconus an habeat ius uiſitandi.*
10 *Archidiaconus an in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum uiſitationem faciat.*
11 *Epiſcopus omni anno ſuam diœceſim uiſitare tenetur.*
12 *Archidiaconus an poſſit uiſitare.*
13 *Plebanus an excommunicare poſſit.*
14 *Archidiaconus an habeat concedere ordinandis literas commendatitias.*

## ¶ DE OFFICIO ARCHIdiaconi. Rubr.

EXplicato tractatu ordinandorum. de dignitatum officijs ui-
1 deamus. † Et primo de officio archidiaconi. qui primus eſt in eccleſia poſt epiſcopum ut 25. diſt. perlectis & hic in c. 1. Eſt igitur uidendum quid ad officium archidiaconi pertineat. quid ad iuriſdictionem. Sed quod dixi archidiaconum primum poſt epiſcopum recepit calumniam. Nam uidetur quod archi. presbytero ſit inferior. & quaſi diaconi ſunt oculi presbyterorũ. ut 93 di. diaconi eccleſiæ & c. diaconi. qui, inferiores tamen presbyteris ſe eſſe cognoſcãt. ut 93. diſt. ab illo. §. ut igitur ex premiſſis. uſque ad. §. compagis.
2 & c. legimus & c. dominus noſter. † Sed dico quòd archidiaconus præeſt archipresbytero in dignitate. ſed in ordine ſubeſt. Poteſt autem quis diuerſis reſpectibus eſſe altero maior & minor. ut 2. quæſt. 8. quare maior, & æqualis. & 2. q. 7. puto. 17. diſt. multis. ff. quando ap. ſit. l. 1. §. ſed ſi præſis. C. de offi. uica. l. 1. In eo autem in quo quis eſt minor. debet reuerentiam maiori. 33. q. 5. Eſt ordo. 93. diſtin. a ſubdiacono 21. diſt. §. in his omnibus infra de maio. & obe.
3 ſtatuimus. eo ſaluo † quòd maioritas in eccleſia quadruplex eſt ex dignitate & ordine. ut dictum eſt. ex tempore. ut infra de maio. & obe. c. 1. 17. diſt. §. illud & §. uerum. 96. di. bonæ quidem. 75. di. c. ultimo. & ex prærogatiua ordinantis ut infra de maio. & obedien. per tuas. ff. de albo. ſcri. l. ultima. C. de aduoc. diuer. iudi. l. reſtituendæ. in fine. in auten. ut iudices ſine quo ſuffra. §. eos, circa finem & ff. de re iudi. l. quidam conſulebant.

ſulebant. Vnum tamen non omitto. quòd maior dignitate debet reuerentiam minori gerente uicem & locum maioris. ut 93. diſtinct. c. ul. ¶ Pertinent
4 † autem ad officium archidiaconi quæ hic continentur infra eodem tit. c. 2. & 3. & c. ad hæc ut 25. diſtinct. perlectis. & quæ diuerſæ conſuetudines pro loco rum uarietate inducunt. ut ar. ſupra de conſue. cum olim & infra eodem tit. c.
5 ultimo. ¶ † Ad iuriſditionem uerò ipſius pertinent hæc, corrigit. ut infra ca. 1. audit iurgia. ut 25. diſt. perlectis inſti tuit. ut 63. di. ſi in plebibus infra de inſtitu. cum ueniſſet infra de offi. dele. ſuper eo. infra de exceſ. præla. ad hæc, infligit pœnas. ut infra de pœ. licet. priuat beneficijs. ut infra de præben. referente. Percipit obſequia à ſubiectis. ut infra de exceſ. præla. ad hæc. Item habet perpetuam uicariam, ita & iuriſditionẽ
6 ordinariam, † nam & perpetua uicaria ordinariam iuriſditionem inducit. ut. C. de officio eius qui ui. alterius gerit. l. 1. ſic & perpetua uicaria ius tribuit in re. ut ſupra de reſcriptis poſtulaſti infra de offi. uic. ad hæc & c. ex parte infra de fide inſtr. G. perpetuus. Itẽ habet uiſitationem correctionem & procura tionem. ut infra eo. tit. c. ultimo. Verum tamen in his recurritur ad conſuetudinem eccleſiæ. ut ſupra in his quæ ſpectant ad officium. & probatur infra eo dem. c. ult. Inſpicitur enim conſuetudo uicinarum eccleſiarum. ut infra de cen ſi. ex parte ſupra de conſuetudi. cũ olim.
7 ¶ Nam conſuetudo iuriſditionem inducit. ut. C. de eman. li. l. 1. & 9. q. 3. cõque ſtus. Quædam tamen inducuntur. & al legantur contra archidiaconos ad eorum iuriſdictionem debilitandam. nam archidiaconus curam animarum uel præbendas conferre non poteſt. 16. q. 7. nullus infra eodem tit. c. cum ſatis. & c. archidiaconus. Item eſt uicarius ergo habet delegatam iuriſditionem hinc eſt quòd ab ipſo non ad epiſcopum ſed archiepiſcopum appellatur. ut infra de præben. referente. Itẽ de humilioribus negocijs cognoſcet. grauiores autẽ exceſſus denunciet epiſcopo. ut. 25. di. per lectis. ergo eſt pedaneus. ut. C. de pęda. iudi. l. pen. & propter hanc uarietatem iurium dicimus dum quæritur quæ ſint illa quæ ad iuriſdictionem archidiaconi ſpectant inſpiciendam conſuetudinem loci uel eccleſiæ. ut. infrà. eo. tit. c.
8 ulti. ¶ Item ſi quæratur † an archidiaconus habet iuriſditionem ordinariam uel delegatam reſpondeo ſi per electionem aſſumitur quòd uidetur. ut. 93. di. legimus. nam & decani eliguntur ut. ſuprà. de elec. cum in iure. infrà. de appel. cõſtitutis, & præpoſiti. ut. ſuprà. de elec. dudũ in prima. dudũ, infrà. de ap. conſti tutis. tũc habet ordinariã iuriſditionem ut in autẽ. de defen. ciui. §. nos igitur. ſi autẽ nõ aſſumatur ꝑ electionẽ ſed præ ter electionẽ præficiatur per epiſcopũ, ut quædã iura uelle uidẽtur. ut. infrà. de inſti. cũ ueniſſet. 74. di. epiſcoporũ. 60. di. c. 1. tũc nõ habet ordinariã ſed delegatã. Sed & in hoc puto inſpiciẽdã loci uel eccleſiæ conſuetudinẽ, utrũ per ele
9 ctionẽ archidiaconus aſſumatur. ¶ † Sed quod dixi archidiaconum habere ius uiſitandi in dubium reuocatur. nam uide tur hoc ad epiſcopum pertinere. Ad quod reſpondeo metropolitanus habet ſuam uiſitationem in prouincia quam ſingulis annis faciet ſecũdum formam quam habet infra de accu. ſicut olim.
10 ¶ Sed nunquid † in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum uiſitationem faciet. Videtur quòd ſic ar. 12. diſ. de his infra de cenſibus. cum apoſtolus. 10. q. 3. cauendum. quod intelligo morientibus epiſcopis uel negligentibus uiſitare. In his enim caſibus habet metropolitanus iuriſditionem in ſubiectis ſuffraganeorũ ſuorum ut dicemus infra de offi. ord. paſtoralis. & idem puto ſi metropolitanus uiſitat inquiret ſuper aliquo contin gente generalem ſtatum totius prouin
11 ciæ. ut 9. q. 3. archiepiſcopus. † Habet & epiſcopus ſuam uiſitationem in ſuã diœceſi quam faciet omni anno. 18. di. quoniam & pluries in anno ſi neceſſe fuit. ut

ſuit.ut 18.q.2.uiſitandi.&.c.non ſemel. Et etiam quæ fiunt in concilio prouinciali publicabit in ſua ſynodo epiſcopali ſingulis annis.ut infra de accuſa.ſicut 18.decreuimus. Habet archidiaconus ſuam uiſitationem cum epiſcopus uiſitare non poteſt. ut infra eodem cap.1. Et poterit etiam de anno in annum uiſitare & frequentius ſi opus fuerit.ut infra eod.tit.mandamus. Et nota quia quod dixi ſupra de conſuetudine determinare iuriſditionem archidiaconalem uerum eſt ſi fuerit præſcripta uel tãto tempore obſeruata, ut eius memoria non exiſtat.& ſic non obſtat in-
12 fra eodem tit.cum ſatis. ¶Sed † quæritur an archidiaconus poſſet excommunicare poſito quòd habeat iuriſdictionẽ ordinariam. uidetur quòd non.ut infra eo.ti.archidiaconi. & quia excõmunicatio mucro eſt epiſcopi.ut 16.q.2.uiſis.in fi. Sed contra ſi habet iuriſdictionem poteſt excommunicare ut infra de offi.delega ex literis, iuriſditio .n. ſine coertione nulla eſt. ut.ff. de offic. eius cui man.eſt iuriſ.l.ulti.& in præall.de-
13 cre:præterea. † Plebanus qui minor eſt archidiacono excommunicat. ut infra de offi.ordi. cum ab eccleſiarũ imò & parochialis ſacerdos. ut 2. q. 1. nemo 11.q.3.quomodo 2.q.7.§. cum infra qui fin.ſunt legi.per uenerabilem. Dico ergo quòd ſi iuriſditionem habet ordinariã quod euenit ſi ab uniuerſitate eligatur uel ſi hoc obtineat ex antiqua uel approbata conſuetudine poteſt excommunicare. Nec obſtat infra eo. tit.archidiaconis quamuis enim ibi dicatur non uidetur tamẽ non eſt ita quædam enim aliter ſunt quam prima facie uideãtur.ut infra de ſen.ex.per tuas in prin.ſupra da elec.cũ nobis olim,in pr.Ad aliud quod opponitur rñо.excõicatio dicitur muro epiſcopi, quia nullus inferior eo excõicare poteſt in ea ſolẽnitate in qua põt epiſcopus de qua ſolennitate habetur 6.q.3.debent. ¶In
14 ſumm †notandũ eſt quòd ad archidiaconũ non ſpectat literas formatas uel cõmendatitias cõcedere ordinandis.ut infra e.ti.ſignificaſti.& ſic ad epiſcopũ ſpectet examinare ordinãdos,& epiſcopo præſentare.ponere abbates & abbatiſſas in ſede.ut infra eo.ut noſtrum.

## *Summarium.*

1 *Archipresbyteri officium & in quibus ſpiritualibus ſit uicarius epiſcopi. & nu. 2.& 4.*

3 *Procurator ad negocia, ante lit conteſt.põt alium procuratorẽ ſubſtituere, procurator uerò ad lites nõ niſi poſt lit. conteſt.*

4 *Pontificibus inſirmantibus, & ſimplices ſacerdotes quæ licita ſunt explere poſſũt.*

5 *Archipresbyter an de cauſis matrimonialibus cognoſcere poſſit.*

6 *Abbas ius epiſcopale præſcribere poteſt.*

## ¶DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI. Rubri.

QVia poſt archidiaconũ archipresbyter gradũ facit. & ideò poſt officium archidiaconi ſubſequenter tractatur de officio archipre-
1 sbyteri. † qui & ſi minor ſit archidiacono iuriſditione & adminiſtratione maior tamen eſt ordine. ut not. ſuprà tit.proxi.in prin.quæ autem ſpectẽt ad officium archipresbyteri patet in decr.
2 hic ſubiectis.¶Vnum in ſumma†notandum eſt quòd cum archipresbyter ſit uicarius epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus.ut infra eo.ti.c.miniſterium. in fi. alium tamen uicarium dare poteſt ut ibidem. & 15.diſt.perlectis,in uer.archipresbyter uerò quòd in hac iuriſditione uoluntaria contingit, ſecus in cõtencioſa in qua iudex iudicem dare nõ poteſt,niſi à principe fuerit datus. ut. C.de iudi.l.à iudice infra de offic.dele-
3 gat. Super quæſtionum † nec procura. procuratorem niſi factus fuerit dominus litis per conteſta. ut. C. de procur.l.neque tutores.&.l.ꝙ ſi quis quod in procuratione ad iudicia locum habet

bet. aliud in procuratione ad negocia in qua etiam ante litem conteſta. procurator procuratorem dare poteſt. ut. ff. man. l. ſi procuratorem. §. 1. ¶ Item
4 † notandum quòd infirmãtibus epiſcopis ita ut ſacrum miniſterium exequi non poſſint nedum archipresbyteri defectum eorum ſupplere poſſunt. ſed & ſimplices ſacerdotes quæ licita ſunt expleant. ut. 7. quæſtione. 1. pontifices. licita reputo ut cantare miſſam & prædicare. 95. diſtin. ecce alia uerò quæ officium pontificale requirunt, per uicinos epiſcopos ſuppleantur, ut in præallegato. c. pontifices. cautela tamen præhabita & proteſtatione præmiſſa. quòd rogatus faciat & inuitatus accedat. non iure proprio exequatur. ut. 24. diſtinctione. presbyter. ar. ſuprà. de poſtula. bonæ memo. in ſecunda bonæ.
5 † Notabis etiam quòd ſicut archidiaconus cognoſcit de cauſis matrimonialibus. ut. infrà. de reſti. ſpo. literas, ſic & archipresbyrer. ut. infrà. de conſang. & affi. ex literis. Sed uidetur quòd hoc ſtare non poſſit. quia cognitio matrimonialis epiſcopalis eſt. ut. infrà. de exceſ. præla. accidentibus. 35. quæſtione. 6. multorum. matrimonium autem eſt magnum ſacramentum in eccleſia. ut. infrà. de ſponſa. c. primo. Archidiaconus uerò nec multo fortius archipresbiter de magnis negocijs non cognoſcit. ſed de iurgijs. ſ. de leuibus quæſtionibus. ut. ſuprà. de offi. archi. ad hoc. magnas enim cauſas officiales huiuſmodi ad epiſcopos referunt, ſicut legatus proconſulis ad proconſulem. ut. ff. de offi. procon. l. ſi quid erit. & 25. diſtinctio. perlectis. quod intelligo uerum eſſe. niſi huiuſmodi perſonis competat iuriſditio ſuper cauſis matrimonialibus ex conceſſione ſpeciali uel conſuetudine præſcripta. nam & in his caſibus abbatibus competere poteſt. ut. infrà. de ex-
6 ceſ. præla. accedẽtibus in fi. † quia abbas ius epiſcopale præſcribere poteſt. ut. infrà. de præſcrip. auditis.

## Summarium

*1 Primicerius quibus præſit.*
*2 Primicerio abſente, ea. quæ officio ipſius incumbunt is exequitur, qui ei aut ordine aut eruditione proximus eſt.*

### ¶ DE OFFICIO PRIMICERIJ. Rubrica.

PRimicerius eſt primus in choro, uel primus in cantu. ſpectant autem ad eius officiũ ea quæ hic habes. ut 15. diſ. perlectis, in uerbo ad pri
1 miceriũ. † Sed quod hic dicit primiceriũ præeſſe diaconis recipit calumniam ex eo quod alibi dicitur archi. præeſſe his. ut. ſuprà. de offi. arch. officiũ. Ad quod reſpondeo iura uariè loquuntur de huiuſmodi officijs & officialibus. & ideò determinanda ſunt ſecundum uarietatem diuerſarum cõſuetudinum quæ in eccleſijs obſeruantur. ut dixi ſuprà. de offi. archid. ¶ In ſumma notandum
2 † eſt quòd abſente primicerio ea quæ officio ipſius incumbunt is exequitur qui ei aut ordine aut eruditione proximus eſt. ut. 25. diſtin. perlectis.

## Summarium

*1 Sacriſta idem eſt quod theſaurarius.*
*2 Theſauri cuſtodia quando ad ſacriſtam pertineat.*
*3 Officio ſacriſtæ quæ alia competant.*
*4 Cuſtodis officio quæ pertineant.*
*5 Archidiaconus, archipresbyter & cuſtos. et meliores & ſanctiores ſunt aſſumendi.*
*6 Officia & dignitates melioribus danda ſunt.*

### ¶ DE OFFICIO SACRISTÆ. Rubrica.

1 SAcriſta † eſt idem quod theſaurarius. unde qui hic uocatur ſacriſta alibi uocat theſaurarius. 25. di. per
2 lectis. in fi. † Ad iſtum ſpectat theſauri cuſtodia ut hic dicitur, ſed hoc uerum eſt ſecundo loco. nam primo loco ſpe-

ctat

ſtat ad archidiaconum ut.ſuprà.de of-
fici.archid.ea quæ. Competunt & huic
officio quædam alia quæ hic & in. capi
tulo perlectis continetur. ¶ Et notan-
3 dum quod † cuſtos eſt miniſter ſacri-
ſtæ. & ideò in cuſtodia theſauri quæ ad
ſacriſtam ſpectat. ut ſupra titulum pro
ximum miniſterium præſtat.ut hic.c.1.
Item & de luminarijs curam habet
cuſtos.ut infra eodē titulo.c.2. in prin.
& nihilominus ſacriſta.ut.ſuprà.eo.tit.
proxi.c.uno. & propterea Iſidorus de
hoc officio nō curauit.25. di.perlectis.
Nec obſtat quod dicitur.infrà.eo.tit.c.
2,hi tres &c.ſ.archidiaconus archipres
byter, & cuſtos.& ſic omittitur ſacriſta.
nam hoc ideò fit. quia quod officio ſa-
criſtæ incumbit expeditur per miniſte
4 rium cuſtodis.† Per hunc cuſtodem fit
diſtributio oblationum eleemoſinarū.
decimarū abſente epiſcopo.ut. infrà. c.
2.nam ſi præſens eſſe per eum fieri de-
beret.ut.12.quæſtio.2.nobis.&.ca. Vul
teranæ. inuenio tamen in caſu quòd ca
nonici ſuo iure capiunt ſuam canonicā
portionē.ut.infrà.de teſt.relatum .niſi
epiſcopus hoc ius per indulgentiam ob
tineat ut ſibi liceat canonicis diſtribue
5 re.ut.infrà.de uerb. ſig. cum tibi. † Hij
tres officiales.ſcilicet archidiaconus.ar
chipresbyter & cuſtos. & meliores &
ſanctiores ſunt aſſumendi.ut. infrà. eo.
6 c.2.† quia officia & dignitates meliori
bus dandæ ſunt.ut.8.q. 1. licet. 63. d.c.
ult.infrà.de iure pa.quoniam.ff.ad mu-
nicip.l.honores. 1. ℞. C. de his qui ad
ec.confu.l.præſenti.§. quòd in finibus.
in auten.de ſan.epi.§.2.& §. ſi quis ora
torium. Et ſicut bonis meliores ſic me-
lioribus optimi præferuntur. ut.63. di.
metropolitano.in auten. de monachis.
§. ordinationem.& arg. ad idem. ff. de
uerb.ob.l.ubi autem non apparet.rudi-
bus enim emeriti nouis præferantur
antiqui. ut. 61. di.quid proderit.ſtatui-
mus.&.c.nec emeritis.& c.nullus.prius
ordinati poſterius ordinatis.ut 75.di.c.
ult. ¶ Ad ſolutionem omnium horum
ſic dico. ſi unus tantum de gremio ec-
cleſiæ eligatur non requiruntur hæc
omnia.ſed ſufficit quod non ſit malus.
ut.16.q.ult.monaſterium. Si uerò plu-
res eliguntur. tunc collatio de his om-
nibus habeatur quo ad hoc ut unus alte
ri præferatur ut.ſuprà.de electi. dudū,
in prima dudum. &.c. cum in concilio.
&.c. eccleſia. Sed ſi de aliena eccleſia
quis eligatur. requiritur quòd ſit opti-
mus.ſicut dicit lex in tutore. qui ſi eli-
gatur de terra de qua oriundus eſt pupil
lus, ſufficit ſi ſit bonus . ſi de aliena ter-
ra oportet ut ſit optimus.ut. ff. de tuto.
& cura.da.ab his.l.diuus. Si uerò minus
idoneus cuſtos datus fuerit denuncian-
te archidiacono per epiſcopum amoue
tur.ut.infrà. eodem titu.c.1. & eſt mira
bile aliquem deijci uel amoueri per de
nunciationem & ſimile.2.q.7.quapro-
pter.infrà.de iureiur. qui telam . infrà.
de fideiuſſo. peruenit. 81. di. Maximia
nus. Sed hoc non uidetur ſtare poſſe.
nam accuſatio inducit depoſitionem.
inquiſitio remotionem denunciatio
correctionem. ut.infrà.de accuſa.ſuper
his. &.c. qualiter & quando. Reſpon-
deo, cuſtos non idoneus & ineptus ad-
miniſtrare delinquit in adminiſtrando.
unde alio modo corrigi non poteſt niſi
remoueatur. & hoc eſt generale quòd
ubicunq; correctio alicuius criminis
aliter puniri non poteſt niſi remoto eo
qui delinquit. etiam ſi denunciatiue a-
gatur neceſſarium eſt eum amoueri.ſi-
cut in iudicio præſentali contingit. ut.
13.di.nerui.infrà.de ſimo. ex tuæ. &. c.
matthæus.in fi.

## *Summarium*

1 *Vicarius quis ſit, & quod ſit Vicarij officium.nu.6.*

2 *Officiales epiſcoporum an ſint ordinarij uel delegati.*

3 *Appellari ad quem debent ab officiali epiſcopi.*

4 *Delegatus ab alio quàm à Principe, qualiter poteſt alteri delegare.*

5 *Appellatur ad epiſcopum à delegato officialis.*

7 *Per uicarium in quibus caſibus deſeruiri poßit.*
8 *Vicarius quod ius in eccleſia habeat.*
9 *Vicarius habens unam uicariam an aliam habere poßit.*
10 *Vicarius uicarium conſtituere non poteſt. Fallit in archipresbytero.nu. 12.*
11 *Delegatus an poßit delegatum conſtituere.*

## ¶DE OFFICIO VICARII. Rubrica.

SVperius dictum eſt de his qui ſeruiunt eccleſijs nomine proprio. hic tractatur de his qui ſeruiũt nomine alieno. & ideò ſubiicitur hic rubrica de officio uicarij. ¶ Videamus ergo quis ſit uicarius. quid ſit officium uicarij in quibus caſibus poſſit per uicarium deſeruiri. quod ius habeat uicarius in eccleſia in qua ſeruit. & an poſſit quis plures uicarias habe-
1 re. ¶ Vicarius † eſt qui uices alterius gerit ſiue in officio non contentioſo. ut hic & ſupra de offic. archi. cap. 1. & ſupra de offic. archipresbyteri. cap. 1. in fin. ſiue in contentioſo. ut. C. de offic. eius qui uicem alterius ge. per totum. Sed eſt ſciendum quod illi uicarij de quibus in legibus poſitis in illa rubrica tractatur non erant legati uel ſubdelegati ſed ordinarij iudices. nam eligebantur ad certum tempus quod erat ordinarijs præfixum. ut ipſi uices ordinariorum præſentium & uiuentium ſupplerent. & erant & alij qui gerebant uices mortuorum & abſentium qui ſuffecti appellabantur, hij omnia poterant agere quæ pertinent ad iuriſditionem præter ultimum ſupplicium. & membri abſciſſionem. ut. C. eod tit. l. 2. & in auc. de coll. §. antequam uerò. Vn
2 de† de officialibus epiſcoporum plerunque in curia dubitatur an ſit ordinarij uel delegati. uidentur enim ordinarij habita ſimilitudine ad uicarios & ſuffectos. qui ſunt ordinarij ſicut dixi. ſed puto officiales fore delegatos. eo ꝙ nõ eliguntur nec ad certũ tempus inſtituũtur. ſed ſicut & quantũ epiſcopi uolunt. gerunt igitur uices eorum quandiu durant mandata deſinunt gerere cũ reuocantur mãdata. ſed ſunt delegati ad uniuerſitates cauſarum quandiu durat eorum iuriſditio. unde poſſunt alijs delegare eo quòd non eis cauſa committitur ſed iuriſditio. ut. ff. de iudi. l. cũ prætor. § iudices quidam tamen dixerunt eos ordinarios. & de talibus loqui dixerunt decre. infra de in inte. reſti. cap. in uerbo, delegati uerò ab ordinarijs qui adminiſtrationem non habẽt. ſed illud alio modo debet intelligi & exponi ſi-
3 cut alibi hoc notabo. † Item dubitari cõſueuit ad quem debeat appellari ab officiali epiſcopi. dixerunt quidam quod ad archiepiſcopum, quaſi tribunal officialis ſit ordinarium, ut perinde habeatur ac ſi ab epiſcopo appelletur. ab epiſcopo autem ad archiepiſcopum gradatim eſt appellandum. ut. C. de appella. l. præcipimus, in prin. & in auct. de appella. & l. quæ tempora. §. ultimo. 2. q. 6. anteriorum. & uidetur hoc expreſſum. ff. quis & à quo. l. 1. §. ab eo. quamuis cõtrarium innuat decre. infra eodem de appell. dilecti filij. allegabatur ad hoc & quædam ratio, nam ſi ad epiſcopum appellaretur poſſet iterũ epiſcopus alij committere. & ſic nunquam perueniret ad metropolitanũ. & per hoc fiet fraus uiri ſecundum quod cauſæ deferuntur ad metropolitanum per appellationẽ. ut 2. q. 7. metropolit. infra de offi. dele. ca. 1. Sed puto quod ab officiali. epiſcopi ad epiſcopum ſit appellandum, nam a delegato ordinarij ad epiſcopum ordinarium appellatur. ut. ff. ſi quis & à quo. l. ult. Nam hoc generale eſt quòd à delegato appelletur ad delegantem ut. C. de appel. l. præcipimus. §. hic ſi appellatio. in autẽ. de ſanctiſ. epiſco. §. ſi quis contra aliquem. C. qui pro ſua iuriſ. l. una. in fi. hoc tamen fallit in autẽ. de appel. §. ul. C. de appella. l. præcipimus. §. huic ſaluberrimæ. & l. eo caſu. Et ad obiecta ſuperius ſic reſpondeo. ad primũ iam reſponſum eſt ſupra quia officia-

officiales delegati non ſunt ordinarij ad ſecundum ſic.lex illa quis & a quo. §.ab eo,non loquitur in ordinario delegante,ſed in delegato ab alio quam à principe.qui delegatus alteri delegat. quo caſu ſi à ſubdelegato appelletur nõ ad proximum ſed ad primum appellandum eſt delegantem, ſecus ſi delegatus à principe alteri delegauerit. nam tũc non ad principem ſed ad eius appellandum eſt delegatum ut. C. qui pro ſua iuriſditio.l.prima in fine.¶ Sed ſi mouearis & dicas.† qualiter delegatus ab alio
3 quam à principe poteſt alteri delegare. Reſpondeo poteſt lite conteſta. in procuratore dicimus. C. de procurato. l.neque uel ſi ad uniuerſitatem cauſarũ fuerit delegatus. Ad tertium reſpondeo. Iura quæ dicunt cauſas deferendas ad metropolitanum per appellationem locum habent cum epiſcopus in propria perſona cognoſcat. nec puto aliquam fraudem fieri iuri ſi epiſcopus alii deleget. ſi quis tamen uelit aliam opinionem tenere ut dicat ab officiali epiſcopi ab archiepiſcopum appellandum,poteſt ad iura quæ pro mea opinione induxi taliter reſpondere. Iura ſuperius allegata quæ dicunt à delegato ordinarij ad ordinarium appellandũ locum habent cum ordinarius cauſam ſingularem committit. ubi autem cauſarum uniuerſitatem committit ut in officiali contingit. tunc non ad ordinarium qui delegauit,ſed ad illum appellabitur ad quem appellaretur ab ipſo ordinario. & ſic loqui uidetur. §. ille ab eo.ſcilicet qui committit non cauſam ſingularem ſed iuriſdictionem. id eſt cauſarũ uniuerſitatem. ſed quod prius dixi magis placet. ¶ Item quæritur
5 † à delegato officialis ad quem appellabitur. Reſpondeo ad epiſcopum. & hic eſt caſus quem primo poſui. & ſecundum quem intellexi. §. illum ab eo ſcilicet in delegato ab alio quam à
6 principe alteri delegante. ¶ † Officiũ uicarij eſt ſeruire eccleſiæ & perſonæ. ut infra eodem titulo. c. prouideas, & cum eos cura reſpiciat animarum. ut infra eodem titulo. cap. ultimo. fient ſacerdotes ut ſupra de elect.cum in cunctis ſupra de æta.& qualita.in ordi. præ
7 fi.§.ſed quare. ¶ Nunc † uidendum eſt in quibus caſibus liceat per uicarium deſeruiri. Et certè cum prælati eccleſiarum ſeu perſonæ debeant eſſe uel fieri ſacerdotes in prædicta decreta. cum in cunctis.§. minora & continuè debeant reſidere. ut infra de cleri. non reſiden. cap. relatum. quibus ſemper offerenda ſunt ſacrifica. ut 31. diſtinctione.ſi laicus. & diurnas ac nocturnas horas canere debeant.ita ut quotidie in officijs ſeptenarius numerus expleatur. infra de celebra. miſ. cap.primo. non uidetur per uicarium licere deſeruire.niſi ex indulgentia ſpeciali competat alicui non reſidere. uel conſuetudo excuſat non reſidentem. uel cum eccleſia dependeat ex præbenda.ut infra de præben.expoſuiſti & .ca. extirpandæ. uel cum perſona ſine culpa ſua incidit in debilitatem. deformitatem ſeu morborum. ita ut per ſe deſeruire non poſſet. ut ſicut in his caſibus maioribus prælatis dantur coadiutores. ut 7.quæſtione.1.cap 1. ſic & minoribus liceat per uicarium deſeruire. uel cum neceſſaria profectio imminet. ut infra de appella. peruenit, uel uoluntaria utilis tamen & honeſta. ut puta ſtudiorum uel peregrinationis cauſa. cum licentia tamen prælati. ut de conſecr.diſtinctione 5. non oportet. In his enim & conſimilibus cauſis tractatus iſte de uicarijs locum habet.
8 ¶ Habet † uicarius hoc ius in eccleſia. quia ſi de aſſenſu prælati fuerit inſtitutus remoueri non poteſt à perſona quæ ipſum inſtituit uel ſucceſſore ipſius. ut infra eodem titulo ad hoc infra de arbi. non ſine. habet curam animarum. ut infra eodem titulo cap.ultimo
9 habet ius in re † & propterea habens unam uicariam aliam habere non poteſt ut infra eodem titulo prouideas. & uicarius in una non poteſt in alia intitu

lari uicaria retenta. ut ſupra de reſcrip. poſtulaſtis. Item intitulatus in una non poteſt uicarius effici in alia. ut infra eo. titulo. c. primo. Item agere poteſt & cõuenire nomine eccleſiæ ut infra de fide instrumen. G perpetuus, quæ omnia in perpetuo uicario locum habent. Talis enim ſuo nomine poſſidet, ſicut & is qui ad non modicum tempus conducit. ut. ff. ſi ager uecti. uel emphi. l. ultima. in fi. & nihilominus per eum poſſidet perſona. quia is poſſidet cuius nomine poſſidetur infra de reſt. ſpo. cum ueniſſet.

10 ¶ † In ſumma notandum eſt quod uicarius uicarium conſtituere non poteſt. ut

11 infra eod. clericos † ſic etiam nec delegatus delegatum niſi a principe datus eſſet. C. de iudic. l. à iudice infra de offi. deleg. ſuper quæſtionum. Nec obſtat infra de ſen. & re iudic. Cum Bertoldus. ibi enim factum recitatur cum dicitur ſubdelegatum alteri, delegaſſe alias obſtaret ut infra de appel. cum cauſam. Sed obſtat. ff. manda. l. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. ubi procura. conſtituit procuratorem. ſed illud in procuratore ad negocia. ſecus in procuratore ad iudicia. cui ad hoc licet niſi lite conteſta. ut. C. de procura. l. neque. Item

12 † quod dixi uicarium uicarium dare nõ poſſe fallit in archipresbytero qui cũ ſit uicarius epiſcopi & conſtituit alium uicarium ut not. ſupra de offi. archipreſbyteri in princi.

## Summarium.

1 *Delegatus quis ſit.*

2 *Appellatione interpoſita ab executore ſententiæ, quid de fructibus fieri debeat.*

3 *Modus in exequendo quomodo excedatur.*

4 *Executor falſi exceptionẽ admittere debet*

5 *Officium delegati quid ſit.*

6 *Delegatus quam poteſtatem habeat,*

*Reſcripta quare ſtricti iuris dicantur.*

7 *Iuriſdictio delegata an extẽdatur ad alias perſonas.*

8 *Delegatus committens ſimpliciter, an totũ committere uideatur.*

*Verba cum effectu ſunt accipienda.*

9 *Iuriſdictio an poßit reuocari ante quàm eam ſubdelegatus admittat.*

10 *Delegatus an uices ſuas committere poßit & nu. 12.*

11 *Delegatus quando poßit ab eſſe.*

12 *Intellectus ad c. coram infra eo. tit.*

13 *Delegatis pluribus ſi cauſa committatur cũ illa clauſula quòd ſi non ambo &c. uel quòd ſi non omnes &c. uno ſe excuſante, an alius uel alij procedere poßint.*

14 *Et an omnes iudicare debeant.*

15 *Et quid ſi duo pronuncient tertio abſente ratum habente*

*Et quid ſi duo pronuncient tertio præſente, & non contradicente, an ualeat ſententia nu. 17.*

16 *Delegatus uel ordinarius ſi commiſerit cauſam cum illa clauſilla, quòd ſi non ambo &c. uel illa, quòd ſi non omnes &c. an ualeat commißio.*

18 *Delegatus à Papa poteſt id committere, quod iuriſdictionis eſt.*

*Et quod eſt mixti Imperij.*

19 *Delegati iuriſdictio quæ ſit, ex forma commißionis apparet.*

20 *Delegatus Papæ poteſt ſententiam ſuam exequi.*

21 *Sententiæ executio in quibus caſibus ſit differenda.*

22 *Iuriſdictio delegati uſque ad quod tempus duret.*

23 *Iuriſdictio delegati quibus modis prorogetur. & nu. 32.*

24 *Iuriſdictio delegati quando finiatur. & nu. 27*

25 *Mandatum quibus modis expiret.*

26 *Reſcriptum ſecundum impetratum, non faciens mentionem de primo, non ualet.*

28 *Intellectus ad. ca. cum ſpecialis. de appellationi.*

29 *Mandatum quare dicatur reale, & quando in ſucceſſorem transferatur.*

30 *Delegatus non debet iuriſdictionem arctare, & quomodo hoc intelligatur.*

31 *Iudex impetratus an ab impetrante recuſari poßit.*

32 *Iuriſdictio prorogata an ſit ordinaria uel delegata.*

33 *Cauſa ſi committatur alicui expreßo dignita-*

*gnitatis nomine, & is qui preeſt depo-*
*natur, transferatur, ſuſpendatur, ab ad-*
*miniſtratione, amoueatur uel excom-*
*municetur, an finita ſit iurisdictio.*

34 *Conſeruatores qui dicantur, & quid ha-*
*beant facere, & an iudices ſint.*

35 *Auditores curiæ qui dicantur.*

36 *Edicta qualiter olim fiebant, & nunc fiant & nu. 37. & 38*

38 *Perpetuatio iurisdictionis fit per citationē*

39 *Ordinarius an poßit cogere hominem non ſuæ iuriſdictionis recipere ſuam commiſſionem.*

40 *Aduocatus non cogitur exercere officium ſuum alibi quàm in foro ſuo.*

## ¶DE OFFICIO ET POTEſtate iudicis delegati. Rub.

DIctum eſt ſupra de his qui gerunt uices aliquorum in officijs diuinis, hic autem tractatur de his qui gerunt uices alienas in iuriſdictione contentioſa. & ideo ſubjicitur hic rubrica de officio & poteſtate iudicis delegati. ¶ Videamus ergo quis ſit delegatus. quid ſit officiū delegati. quæ iuriſditio. quibus modis prorogatur. & quibus modis finitur iuriſditio delegati.

1 ¶ Delegatus† eſt is cui, uel à ſummo pōtifice. uel ab ordinario uel a delegato principis cauſa cōmittitur. nam & ſubdelegatus delegatus eſt. dicitur autem ſubdelegatus reſpectu delegati. Item is cui principium cauſæ uel medium committitur, & ſi iudex propriè dici nō poſſet. ut infra eodem titu. ſuper quæſtionum. §. porrò. delegatus tamen eſt cui delegari poteſt principium, medium, uel finis. ut infra eodem titu. ſuper quæſtionum. §. intentionis. Sed & is cui executio uel miniſterium aliquod demandatur delegatus eſt. nam auctoritate delegata exequitur quod mandatur. ut infra eodem titu. cap. ult. §. penul. & ulti. infra de app. nouit. Sed quamuis executor habeat iuriſditionem delegatam. non tamen habet omnia quæ ex iuriſditione procedunt. nam de iuriſditione prouenit iudicis dandi poteſtas. ut. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. 3. in fi. quæ ſibi non competit. ut infra eo. titu. cap. ulti. Et eſt ratio. quia in talibus quæ non in cognitione. ſed in miniſterio ſolo conſiſtunt. induſtria perſonalis electa uidetur. & ideo ab ea recedendum non eſt. ut infra eodem ti. c. ulti. in fi. C. de cadu. tol. una. §. ne autem. ff. de ſolu. l. inter artifices. & ſicut hoc ei à iure tollitur ut committere nequeat. ſic et aliud ei datur ut ab illo appellari non poſſit. niſi modum in exequendo excedat. ut infra eod. ti. ſuper quæſtionum. §. nos autem infra. de app. nouit. ur. ff. de ap. l. ab executore. C. quorum app. non recipi. l. ab executore. niſi partes iudicis aſſumat. ut C. de execu. rei iudi. l. ſi ut proponis, uel niſi dolo aliquid faciat. ut. ff. de neg. ge. l. 3. §. ſi executor, uel niſi executori objiciatur excommunicatio. ut 11. quæſtio. 3. cum excommunicato. uel niſi ſuper eo de quo agatur facta ſit nouatio inter partes. tunc enim executionis ordo mutatur. ut. ff. de re iud. l. 4. §. ſi ex conuentione uel niſi in exequendo tempus quadrimeſtre præueniat executor. ut. C. de excu. rei iud. l. ſi quis prouocatione, uel niſi executor malè interprætatur ſententiam ut. ff. de ap. l. ab executore. uel niſi objiciatur exceptio per quam contendatur nullum retro fuiſſe iudicium, et eam non admittat. ut infra de pro-
2 cu. in noſtra. C. de procu. licet. † Et nota quòd ubi appellatur ab executore ſententiæ fructus rei ſuper qua iudicatum eſt ſequeſtrandi ſunt et res de qua iudicatum eſt, ſi mobilis fuerit, poſſeſſori retradatur, et idoneo collocetur. redenda eſt ei parti pro qua ſatis cognitor iudicauerit. ſi immobilis fructus in depoſito collocentur iure fundi penes eum qui appellauerit conſtituto. ut. C. quorum appel. non reci. l. ab executione nec intelligas ſicut quidam errantes dixerunt tunc locum habere hanc ſequeſtrationē de qua loquitur lex ſuperior. cum perſona poſsidens eſt ſuſpecta per. l. aliam. ff. de app. l. Imperatores. §. ult. Nā certe lex

lex illa imperatores locú habet cú poſſeſſor à ſnia appellat. tûc attẽdit̃ diſtinctio de ſuſpecto, lex autem illa ab executione, loquitur cú appellatur ab executore quando indiſtinctè facienda eſt ſequeſtratio. ut ſuperius dictum eſt. Et eſt ratio. quia tantum facit pro me ſententia quòd corá executore petam ipſam executioni mandari quantum pro
3 te poſſeſsio. ¶ † Modum autem in exequendo excedi intelligo cum executor mandati fines excedit. ſ. cum aliud exequitur quàm quod debet. uel cú in exequendo iniuriam infert. ut. C. de app. l. ſi quis pro curatione. & ſicut in his caſibus quos enumeraui ſuperius appellatur ab. executore. ſic & recuſari poterit ſi meritò ſit ſuſpectus. ut. infrà eod. ti. ſuper quæſtionum. §. porro, niſi de partium detur uel recipiatur aſſenſu ut in §. nos autem & quæ ſuperius ſeminaui locum habent in mero executore. Quis autem ſit merus. quis mixtus dixi. ſu-
4 prà. de reſcriptis. §. executorie. † Item quàmuis ſuperius dixerim executorem partes iudicis aſsumere non debere per l. C. de exe. rei. iudi. ſi ut proponis. exceptionem tamẽ falſi admittere debet, & ſi ſummaria cognitione adhibita inuenerit ſententiam de qua exequenda. mãdatum recepit interuentu falſitatis fuiſse prolatam, eam nullatenus exequitur. ut. infrà. de crimi. fal. ſuper eo. ff. de custo. & exhi. reo. l. diuus. Sed ſi inuenerit eam latam contra ius ligitatoris nihilominus exequatur. ut. infrà. e. ti. paſto. §. quia uerò. niſi apud eum qui mandauit ualeat obtinere. ut ipſum exoneret ab executione mandati. ut. infrà. eo.
5 ti. ſi quando. ¶ Officium delegati. † eſt fines mandati diligenter attendere & ſeruare. ut. infrà. eo. ti. ſuper quæſtionũ. ff. de procu. l. ſi procurator. ff. mandati. l. ſi diligenter. & formam mandati ſeruare debet. ut. ſupra. de reſcrip. cum dilecta. ff. man. ſi quis pro eo. ut prius expediatur quod prius expediri mandatur. ut. C. de app. l. 1. C. de rei uendi. l. ordinari. infrà. de cauſa poſseſso. & proprie. cum dilectus, Nec ob. de reſcrip. inter cæteras, in uerbo iudici quodcũq; illud enim locú habet in mandatis alternatiuis. Itẽ Non ob. ſuprà. de reſcrip. cãm quæ. nam illa clauſula quãtum de iure poteritis &c. ex ſui natura intelligenda & obſeruanda eſt & ante receptionem teſtiũ & poſt. & ideò non tantum erat intelligenda ubi in ordine reſcripti ponebatur. ¶ Item officium delegati eſt quædam facere per quę peruenitur ad cõſummationem negocij ſeu mandati, & ſi illa non contineantur in literis commiſſionis. ut. infrà. eo. ti. præterea, omnia enim commiſsa uidentur ſine quibus mandatum expediri non poteſt, ut ibi. & infrà. eo. ti. prudentiam. §. ſexta. & c. ex literis. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. ulti. ff. de iuriſdi. om. iu. l. 2. Item exceptiones legitimas debet admittere, & ſi hoc ex forma reſcripti non habeatur. ut. infra. eo. ti. ex parte. & infrà. de iudi. exhibita. ¶ Item officium iudicis ſiue delegati ſiue ordinarij multiplex eſt ante lit. con. & poſt litem. ut dicemus infra. de offic. iudi.
6 † Habet autem delegatus poteſtatem inter partes inter quas delegatur, & ſuper eo quod ſibi committitur. ut. infra. e. ti. p. & g. & c. cũ olim abbas. & propterea dicunt̃ reſcripta ſtricti iuris. q̃a non extendũtur ad alias res uel perſonas quã in reſcriptis contineantur. ſicut in compromiſſis dicitur id. enim uenit in compromiſsum de quo actum eſt ut ueniret. ut. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §.
7 plenum. ¶ Caſualiter † tamen iuriditio delegata extenditur ad alias perſonas ut. infra. eod. titu. c. 1. infra. de ſen. ex graue. & infra de alienatio. iud. mu. cauſa fac. c. 1. infra. de iudic. quia V. ſecundum unam lectu. Item ubicunque in reſcripto ponitur clauſula illa, amoto quolibet illicito detentore, extenditur iuriſdictio ad alium cuius nomen in reſcripto non continetur. Item cum in reſcripto ponitur clauſula illa quidam alij, uel illa uocatis qui fuerit euocandi. Item cum in reſcri

pto

pto domini Papæ ponitur contra di-
ctores &c.uel ſic moleſtatores.uel ſic ſi
quis auſu temerario &c.uel ſic cõtra ꝑ-
doné &c.Itẽ i caſu.infrà i hoc.tit.ſuper
eo.infrà.de teſtibus.ueniẽs.Itẽ ad res a
lias nõ extenditur iuriſdictio delegata
regulariter ut ſuperius dictum eſt niſi
ad acceſſorias.ut.infrà.e.ti.prudẽtiam.
§.ſexta, ad fructus & expenſas qui ue-
niunt officio iudicis ut dicemus. infrà.
de off.iud.Itẽ ad res quæ ſuccedũt in lo
cũ illorum de quibus agitur. ut. infrà.
ut lite pẽ.eccleſia in ſecunda eccleſia.&
cũ reus qui dolo deſit poſſidere ꝓ poſ
ſeſſore habetur.ut.ff.de rei uen.l.ſi qui
petitorio.ff.ad exhiben.l.iuli.C.ad ex-
hibendũ.l.ad exhiben. Item cùm con-
tra uiolentum ſit æſtimatio rerum a-
amiſſarũ.ut.infrà.de his quæ vi metuſ-
ue cauſa fi.c.ulti.C.unde ui.l.ſi quãdo.
2.q.1.in primis. Saluo eo quod dice-
mus.infrà.de iuriſdictione proroganda
ad res alias uel perſonas, tam in dele-
gato quam in ordinario. Item habet
poteſtatem alteri committendi prin-
cipium medium & finem coniunctim
uel ſeparatim. ut infra eo.ti. ſuper quæ
ſtionum.§.intentionis.& hoc ſi à prin-
cipe fuerit delegatus, ut ibidem & . C.
de iudi.l.à iudice,uni uel pluribus ut in
fra eo.tit.cum te conſulente. Nec ob-
ſtat aũt.ut defuncti ſeu fune. defuncto
§.illud, col.5.& ſignatur.C.de iudi.ſu-
per.l.à iudice. & incipit ad hæc ſi admi
niſtrator.ibi.n dicitur quod ordinarius
debet per ſe audire principium, mediũ
& finem.cœtera per conſiliarios expe
dire poteſt.delegatus uerò cauſam per
ſe audiat. nec laboro circa ſolutiones
quæ fieri poſſunt & conſueuerunt. eò
quòd litera iſtius decre. ſuper quæſtio-
num, dicit non obſtante quod dicitur
&c.quæ uerba omninò tollunt auten.
8 illud.†Et nota quod ubi delegatus ſim-
pliciter committit, totum committere
uidetur nec ſibi de iuriſdictione ali-
quid reſeruatur ut infra de iure pa. Ex
literis. infra.de dona. paſtoralis. ff. de
tute.l.3.infrà.eo.ti.uenerabili. Itẽ no-
ta quòd ubi delegatus totũ committit
deſinit eſſe iudex. ut ſecũdũ quoſdã re-
uocare cõmiſſione nõ poſſit.& ſi ſubde
legatus nõ admittit ſubdelegationẽ.al
legãt ad hoc.infrà.ſuper quæſtionum.
§.porro.Sed quod ibi dicit trãsfert.in-
telligo cũ effectu ita quòd ſubdelega-
tus admittat tranſlatã, nam uerba cum
effectu ſunt accipẽda.ut de pœ.diſ.1.§.
hoc autẽ.infrà.de cle.non re.relatũ.ff.
quod quiſq; iu.l.1. §. hic autẽ.præterea
mandatũ iuriſdictionis ſimile eſt cæte
ris mandatis.ut.ff.de iuriſ.om.iu.l.&
quia.in fi.in cæteris autẽ obtinet ut mã
datum reintegra reuocetur ut inſti.mã
9 da. §. certe. ¶ Puto † igitur reuocari
poſſe iuriſditionem antequàm eam ſub
delegatus admittat. incipiat ea uti im-
mò ſecundum Azo. etiam poſt cum.ſe-
cus ſecundũ iura canonica ut in prædi-
cto.§.porro.infrà.eo.ti. uenerabili. uel
poſſet reſponderi ad.l.illã quòd loqua-
tur in ordinario. aliud autem in delega
to. notabis quòd ubi delegatus totam
iuriſdictionem ſuam in alterum trãsfe-
rat. quàmuis totum transferat, unum
tamen quod ſibi competit non tranſmit
tit.ſ.poteſtatem alteri committendi.
quàmuis ſit in iuriſditione iudicis dan-
di poteſtas. ut. ff. de iuriſd. om. iu. l.3.
in fi. Et eſt ratio quia illa poteſtas non
habetur ex cõmiſſione ſed ex lege. ut.
C.de iudi.l.à iudice.infrà.eo.tit.paſto-
ralis,in prin.infrà.eo.ti.c.ult.1.reſpon.
Et quæ ſpecialiter.lege uel ſenatuſcon
ſulto tribuũtur mãdata iuriſditione nõ
tranſeunt.ut ff.de offi.eius cui.man.eſt
iur.l.1.¶ Itẽ & aliud nõ tranſibit in ſub
delegatũ ſecundum uetera iura.ſ.ptãs
procedẽdi. ap.re. ut.infrà.ſuꝑ quæſtio
nũ.§.ſi uero duo,præter quã in caſu. in
frà.eo.paſtoralis, in fi. Sed hodie hoc
commune eſt omnibus iudicibus or-
dinarijs delegatis & ſubdelegatis ut
procedant ap.re.ut.infrà.de ap. ut debi
tus honor.Et eſt ratio, quia hæc pote-
ſtas ꝑſonaliter habeatur ex deſcripto
hodie cõiter habetur à iure. ¶Poteſt
10 delegatus † committere uices ſuas
conjudi-

coniudici ſi coniudicem habeat. ut. infrà. eo. titu. quàmuis. nec diſtinguo ſi ſit à parte altera coniudex electus uel cõmuniter datus, ut fieri ſolet in curia romana. ut. infrà. e. ti. c. ult. in princ. Fateor tamẽ quòd ſi tres ſint iudices, unus electus ab una parte, alius ad alteram, tertius datus à curia pro cõmuni, electus ab una parte male facit ſi cõmittat cóiudi. ab altera parte electo ſed cõmittat medio uel extraneo. Itẽ medius malefacit ſi cõmittat alteri ex electis. ſed uel utriq; cõmittat uel extraneo. ex hoc tamẽ quòd ſic committiť appellari
21 non poteſt† de legatus abeſſe poteſt ſi coniudices habeat & ſe excuſabit. & tunc ſiue nolit ſiue non poſſit intereſſe qui ſe excuſat. reſidui procedere poſsũt auctoritate clauſulæ quòd ſi non omnes &c. Sed cùm poteſt & non uult intereſſe & ſe excuſat quaſi nõ poſſit, grauiſſime eſt arguendus. eo quòd ſe exonerat. ut. infrà. eo. ti. prudentiam. §. adijcimus. ibi autẽ ſiue culpa committit ut non ſit in aliquo arguendus, ubi aliquo impedimento detinetur is qui committit. ut. infrà. eo. c. ſi pro debilitate. uel cũ in reſcripto apoſtolico cótinetur. quòd ſi non omnes poteritis uel uolueritis intereſſe. ut. ſuprà. de reſcriptis. ſciſcitatus. quod tamen in literis apoſtolicis non memini me uidiſſe. Fieri autem poteſt excuſatio per certum nuncium uel incertum ſed literatorie deſtinatum, ſed & ſi aliàs legetimè conſtiterit de tertij impotentia reſidui procedere poſſunt. ut. infrà. eod. titu. prudentiam. in princi. Quidam tamen ſcripſerunt quod & ſi in reſcripto contineatur ſic quòd ſi omnes intereſſe nequiueritis &c. duo procedere poſſunt tertio nolente uel non ualente intereſſe, & hoc per d. §. adijcimus. ſed hoc non placet per decre. ſciſcitatus, quæ reſtringit illam clauſulam ad duplicem impotentiam, iuris & facti. §. autem illum adijcimus. intelligo cum tertius qui poteſt. ſed non uult intereſſe, ſe excu-
22 ſat quaſi non poſſet. ¶ † Sed quid ſi unus ex delegatis laboret impotentia iuris uel facti. ut nullo modo intereſſe poſsit ad præſens, nunquid committere poteſt? dixerunt quidam quòd ſic. ſed obſtat eis decre. infra eodem titulo. coram. Ad quam ita reſpondeo. ibi delegatus impediebatur impotentia perpetua unde deſierat eſse iudex. ut. ff. de uaca. mu. l. prætor. in princ. ſecus ſi temporali. quia tunc committere. poſset ut. infra eodem titul. quàmuis. & ſi pro debilitate. uel erat impeditus impotentia iuris, ſecus ſi impotentia facti. uel ideò Ferrarienſis, eum noluit recipere ſubdelegatum ſui collegæ. quia collega obtentus erat per ueri ſuppreſſioné, uel falſi ſuggeſtionem, uel ſubdelegatus non erat idoneus. & ideo ipſum recipere non tenebatur. ut. ff. pro ſocio l. idemque. & hoc ſcripſit Io. Lau. autẽ dixit quod ideò Ferrarienſis. noluit ibi admittere ſubdelegatum. quia in clauſula quæ in reſcripto continebatur quòd ſi non ambo &c. tu frater epiſcope &c. uidetur electa induſtria perſonalis. ut per ſe compleret epiſcopus quod mandatur ut infra eodem titulo cap. ultimo. C. de caduc. tollend. l. una §. ut autem. ff. de ſolut. l. inter artifices, ſed hæc omnia ſi colorem iuris habeát. ſubſtantiam tamen non habent: & ideò mihi non placent. ſed illam ſolam puto ueritatem. quia cum unus ex iudicibus laboraret impotétia iuris uel facti, ut in propria perſona intereſſe non poſſit. nec committere poterat, ſed auctoritate clauſulæ quod ſi non ambo &c. refuſa eſt iuriſditio tota in alterum. & puto quòd allegatio partis circa clauſulã illam quòd ſi non ambo &c. uera ſit ſecundum ius & eã approbat finis illius decre. & non obſtat illa ſi pro debilitate, quia loquitur cum uni ſcribitur & clauſula quod ſi non ambo &c. non ponitur in reſcripto, quia locum non habet. non obſtat illa decre. quamuis, quia non loquitur de laborante aliqua impotentia ſed de aliquo modico uel nullatenus

latenus impedito. tu ergo cum colle ga fueris & committere uolueris noli ſcribere te intereſſe nó poſſes, quãuis habeas aliquod impedimentum ſed ſimpliciter committas. uel dicas ſic. cum circa quædam negocia priuata & commoditates proprias ſum aliquantulum occupatus, tibi uices meas in tali cauſa committo. Nec obſtat lex quæ dicit eum intelligi facere poſſes, qui commodè facere poteſt. ff. de uerbo. ſignifi. l. nepos. nam illa loquitur cum in contractu hoc agitur tacitè uel expreſſe cum quid com
13 modè fiat. † Et eſt ſciendum quod ſi pluribus cauſa committitur non cum illa clauſulo quod ſi non ambo. uel quod ſi non omnes. uno ſe excuſante uel impotentia laborante. alius uel alij procedere non poſſunt. ut infra eodem titul. cauſam. &. cap. cum cau
14 ſam. ¶ † Item omnes iudicare debent. ut in auten. ut iudices non expec. ſacras iuſ. col. 9. & ſimile. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum in plures. Aut enim omnes pronunciabunt, aut nullus ut. ff. de arb. l. non cogendum. §. Item ſi plures. unde uno delegatorum mortuo expirat iuriſditio aliorum ut. infra eodem titu. cap. uno. Sed ſi duo præſente tertio & contradicente pronunciauerint ualet ſententia duorum. ut. ff. de arbi. l. ſicuti tribus. ſecus ſi abſente. quia præſentia illius potuit eos trahere ad ſententiam ſuam. ut. ff. de arbi. l. ſi in tres. Et in hoc caſu plus operatur abſentia ſeu contemptus quàm contradictio, ut in electione. ut. ſuprà. de elec. quod ſicut uenerabilis. bonæ me. ſupra. de poſtulat.
15 in ſecunda bonæ. ¶ † Sed ſi quid ſi duo pronuncient tertio abſente poſtmodum ratum habente. puto ratihabitionem locum non habere in ſententijs. ar. ſupra. de conſue. ad noſtram. & quia ut ſuperius dictum eſt. omnes pronunciare debent & non ſeparatim. & ubi facto eſt opus ratihabitio locum non habet ut. ff. de aucto. tu. l. obligato. §. tutor. inſti. eo. tit. tutor. ¶ Item
16 † quid ſi delegatus uel ordinarius commiſerit cauſam cum illa clauſula, quòd ſi non ambo &c. uel illa quòd ſi non omnes &c. credo quòd ualet commiſſio. nam & compromitti poteſt cum hac editione. ut. ff. de arbitr. l. non
17 diſtinguemus. §. ſi plures. ¶ † Item quid ſi duo pronuncient tertio præſente & non contradicẽte nec conſentiente ſed tacente. Reſpondeo puto ſententiam ualere. ſufficit enim tertiũ eſſe præſen-
18 tem. ut. ff. de arbi. l. ſi in tres. † Poteſt autem delegatus a Papa id committere quod iuriſdictionis eſt. ut. infra. eod. ti. ſuper quæſtionũ, & quod eſt mixti imperij: ut eſt denunciatio excommunicationis. ut. infra. eo. ti. ex literis. & in poſſeſſionem miſſio. ut. infra. eo. tit. ſi quando. hoc enim mixti imperij eſt. ut. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. 3. & ideo demãdatur. ut. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. ult. §. poſſeſſio. hodie tamen uidetur competere iure magiſtratus. C. qui admit. ad bo. poſ. l. ul. ¶ Item committit quod meri imperij eſt. ut. infra. eod. ti. uenerabili. hoc tamen ſecundum leges non committitur. ut. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. 1. §. qui mandatum. ¶ Quæ
19 † autem ſit iuriſdictio delegati ex forma commiſſionis apparet. ut. infra. de iud. exhibita. infra. de uoto & uo. re. ex multa. ſicut ex forma compromiſſi colligitur iuriſdictio arbitri. ff. de arbi. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. ſicut ex forma iudicij ſententiæ, forma dictatur. ut. infra. de accuſa. qualiter. in fi. c. ſuper his. Sed ſi ſimpliciter fuerit cauſa cõmiſſa omnia commiſſa uidẽtur ſine quibus mandatũ expediri non poteſt. ut. infra. eo. tit. præterea. & c. prudẽtiã. §. ſexta & ca. ex literis. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. l. ulti. ff. de iuriſdi. om. iud. l. 2. unde poteſt excommunicare. in poſſeſſionem mittere. & cõtra eundem utrunq; remedium exercere, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis. ut. infra. ut lite non conteſt. quoniam frequẽter. in fi. & ſi cauſa talis fuerit in qua miſſio

N locum

locum habet. ut.infra. ut lite non con-
teſt.tuæ. Poteſt interdicere & ſuſpende
re ſi propter excellētiam perſonæ non
ſtatim ad excommunicationem curren
dum eſt.ut.infra.eo. titu. ſanè. Nam in
coertionibus inferendis dignitati defe
rendum eſt & perſonæ.ut.infrà. eo. tit.
paſtoralis.in prin. 24. q. 1. qui contra
pacem.ff.de pœnis.l. in ſeruorum. 2.q.
7.quiſquis. l. diſt. contumaces. 45. diſ.
cum beatus.infra.de maio.& obed. per
tuas. Nec obſtat quod alibi dicitur.
quòd non ſit habenda acceptio perſo-
narū.ut infra de iudi. nouit. illud enim
locum habet in iuſticiæ redditione.ſe-
cus autem in pœnis inferendis.ut dictū
20 eſt. ¶†Poteſt delegatus Papæ ſentētiā
ſuam exequi.ut infrà eo. tit. quærenti.
poteſt & executionem eius ordinario
demandare.ut infrà eo.ti.ſignificaſti.&
c.ſi quando.& c.paſtoralis.§. quia uero
poteſt & per ſubdelegatum. ut infra e.
tit.ex literis . Quidam tamen dixerunt
quòd executio ſententiæ delegati pri
mo loco ſpectat ad ordinarium. arg.2.
q.6.quiſquis.ff.de re iudi.l. à diuo Pio.
in prin.ſed lex illa loquitur in delega
to alterius ordinarii.ſecus in delegato
principis.Exequi debet ſtatim delega-
tus ſententiam ſuam in realibus poſt
decendium,ut inſti.de offic. iudicis.§.
j.& idem in criminalibus. ut de pœni.
di. 1. defleat. ff de uerbo.ſigni. ſi quā
pœna.C.de pœnis.l.cum reis.2.q. 1.ſi-
21 cut † Hoc tamen fallit in quattuor caſi
bus.Primus eſt cum princeps iuſſerit a-
liquem acrius ſolito puniendum. ut.C.
de pœ.l.ſi uindicari.11.q.3. cum apud.
Secundus cum mulier prægnans danna
tur ad mortem.ut.ff.de pœ.l.prægnan-
tis.Tertius cum damnatur ſeruus ratio
ciniis obligatus.ut.C.de bonis præſcri
pto.l. 1. Quartus cum relegato inſula
eſt aſſignanda,ut.2.q.7. biduum.In his
caſibus differtur executio ex cauſis quę
per prædicta iura colligi poſſunt. In
perſonalibus autem actionibus differ-
tur executio uſq; ad quadrimeſtre tem
pus quod datur condemnatis. ut. C. de
uſu. re. iud. l.2. & 3.ff. de iud. l. ſi debi
tori. uidetur tamen quod hoc quadri-
meſtre tempus locum habet in crimi-
nibus.ut.infra.de ſenté.& re iudi. quod
ad conſultationem.Nam illa de crimi-
ne loqui uidetur dum dicit de purgatio
ne.& facit mentionem de hoc tempo-
re. purgatio frequentius ſolet indici
propter infamiam ortam ex crimine.ut
infra.de purga.canonica per totum 2.
q.5. in multis.c.ibi poſitis. licet aliquā
do iudicatur purgatio ex defectu.ut.in-
fra.de purga. cano. accedens. Sed qua-
liter illa decre. quod ad conſultatio-
nem intelligatur dicam infra. de ſenté.
22 & re iudi.† Durat autem iuriſditio de-
legati uſq; ad annum à die ſententiæ.
ita ut ſi excommunicauit nolentem pa
rere ſententiæ. eundem parentem ab-
ſoluere poſſit uſq; ad annum, ſicut ob-
ſeruatur in illo qui ante lit.conteſt.con
tumax inuenitur . ut infra eodem titu.
quærenti & ſicut contumax ante lit.cō
teſta. & ob hoc excommunicatus au-
ditur infra annum excommunicatio-
nis ſuper principali , poſt annum ue-
rò nequaquam. ut 11.quæſt. 3.rurſus &
c.quicunque . Sic & contumax in diffi-
nitiua, & proprerea excommunicatus
auditur petens abſolutionem offerens
ſe ſententiæ pariturum, ſed ante lit. cō
teſta. ideò dicit quia ſi poſt litem con-
teſta.quis contumax eſſet & liqueret
de cauſa non eſt opus excommunicari,
quia poſſet diffinitiuè pronunciari . ut
3.quæſtio. 9. decernimus . C. de iudi.
l.properandum.§. ſinautem. uel ſi non
liqueret miſſio fieret in poſſeſſionem
irreuocabilem . ut.C.quomodo & quā
do iudex.l. conſentaneum . & tunc in
neutro caſu eſſet locus ut contumax au
diretur ſuper excommunicatione uel
miſſione reuocanda . uel ſic ſicut con-
tumax paſſus miſſionem in poſſeſſio-
nem cautionem ponit infra annum &
recuperat poſſeſſionem. ut infra ut lite
non conteſta. quoniam frequenter . ſic
excommunicatus petit abſolutionem,
& iudex delegatus infra annum inter-
ponit

ponit iuriſditionem ſuam & excommu nicatum abſoluit. poſt annum uerò ſicut nec recuperatur poſſeſſio per cautionem, ſic non impetratur abſolutio per delegati iuriſditionem quaſi temporalis ſit in hoc & tempore limitata iuriſditio de legati. ¶ Proroga-
23 tur † iuriſditio de tempore ad tempus ut infra de offic. iudi. delega. de cauſis. ff. de iudi. l. 2. §. & ſi iudex de re ad rem. ff. de iu. l. de qua re. §. 1. de perſona ad perſonam. ut. C. de iuriſdi. omn. iudic. l. 1. ff. de iudi. l. 1. Iſtæ prorogationes fieri habent de conſenſu partium & iudicis. ut. ff. de iudi. l. 2. §. ſi iudex. & cum ordinarius eſt iudex de cuius iuriſditione proroganda agitur. ut. C. de iuriſdi. om. iudi. l. priuatorum. delegati uerò iuriſditionem non puto prorogari poſſe ad res alias ut infra eodem titulo cum olim abbas. uel perſonas litigare uolentes ut infra eod. titu. p. & g. etiam de conſenſu partium. Saluo eo quod nota ſupra eod. titu. caſualiter. & ſaluo eo quod ad ſucceſſorem delegati deuoluitur iuriſditio ſi expreſſo nomine dignitatis alicui prælato fuerit demandata. ut infra eodem titu. quoniam abbas. Sed his quæ dicta ſunt obſtat lex. ff. de iudi. l. 1. quæ dicit poſſe prorogari ad perſonas alias iuriſditionem eius qui pro tribunali præeſt. uel aliam iuriſditionem habet. & ſic uidetur quòd tam iuriſditio ordinarij quam delegati ualeat prorogari. ſed ſic reſpondeo qui pro tribunali præeſt, ideſt ordinariæ iuriſditioni cum adminiſtrationem uel aliam iuriſditionẽ habeat. ſ. ſine adminiſtratione uel ordinariam. ſed tamen hæc diſtinctio ordinariorum habentium adminiſtrationẽ uel non habentiũ colligitur infra de in inte. reſt. Cã. Veruntamen de tempore ad tẽpus prorogari poteſt iuriſditio delegati. ut infra eo. tit. de cauſis. ff. de iudi. l. 2. §. ſi iudex. & eodem modo poteſt prorogari ad rem. non tamen prorſus aliam puta ad maiorem quantitatem. ut. ff. de iudi. de qua re. §. 1. cauſa uero non finita durat iuriſditio tam ordinarij quàm delegati. quandiu durat inſtantia iudicij dicam infra de iudi. ¶ Fi-
24 nitur † iuriſditio delegati multis modis per lapſum temporis cum infra certum tempus cauſa committitur decidẽda. ut. infrà. eo. tit. de cauſis. & c. conſuluit. Finitur per appellationem interpoſitam à diffinitiua. Nam is ad quem fuerit appellatum habet infirmare uel cõfirmare. & ſi confirmauerit executioni mandabit. ut in aut. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi quis contra aliquem. C. de epiſ. audi. in aut. ſi quis litigantium. & quia dubium eſt utrum confirmetur uel infirmetur. ſententia dicitur medio tempore ſuſpenſa. ut. C. de re. cre. & iu. iur l. generaliter. in princ. C. de appel. l. præcipimus. §. hoc ſi. Vnde quod alibi dicitur extinguitur pronunciatum appellationis remedio. exponitur, id eſt ſuſpenditur. ut. ff. ad ſena. conſul. Trebel. l. 1. in fi. decre. tamen uelle uidetur quod cum appellatur ad diffinitiua ſi eam confirmari cõtingit. primus iudex habet executioni mandare. Nam dicit quòd interim dum appellationis merita plenius ſunt diſcuſſa. ſuſpenſa eſt iuriſditio iudicis à quo fuerat appellatum. ut neq; per ſe neq; per alios exequatur. ut. infrà. eo. titu. paſtoralis. §. præterea. Sed ſi citra diffinitiuam ſententiam fuerit appellatum ſuſpenditur iuriſdictio eius à quo fuerat appellatum. nam ſuperior ſi inuenerit minus legitimè appellatum appellantem in expenſis alteri parti condemnatum ad prioris iudicis remittet examen. alioquin ipſe de cauſa cognoſcet. ut. infra. de app. ut debitus honor ¶ Per conſultationem autem ſuſpenditur iuriſdictio non finitur. ut infra. ti. proxi. licet. C. de appella. l. ex illo. 2. q. 1. notum. 3. q. 6. multum. C. de rela. l. 2. expectari enim debet ſuperioris reſponſum. ut. 6. q. 3. denique.
25 ¶ † Item finitur iuriſdictio ſoluto mandato. ſoluitur autem mandatum morte mandatoris re integra exiſtente. ut. infra eo. ti. licet. & c. gratum. ff. de iuriſd.

om.iudi.l. & quia.C. manda. l. mandatum, niſi in caſu. ff. mandati. l. ſi uerò non remunerandi. §.ulti. ¶Item ſoluitur mandatum morte mandatarij id eſt, eius qui mandatum recepit. ut inſti. manda.§. rectè.ff.eo.titu.l.inter cauſas.in prin.& hoc fallit in caſu infra eo. ti.quoniam abbas.¶ Item ſoluitur morte eius pro quo mandatum dirigitur.ut ff.quæ ſen.ſine ap. reſcin.l.penul.ff. qui ſatiſd.coguntur.l.ſi deceſſerit.& hoc fallit.ff.de fideicommiſ. liber.l.cum quaſi. in prin. ¶Item ſoluitur reuocatione mãdantis.ut.ff.de iud.l.iudicium. inſtit.mãda.§.rectè ſupra de elec. in cauſis. Item ſoluitur per receſſum delegantis ut infra titu. proxi. ca.ulti.ſed quòd dixi mãdatum iuriſdictionis ſola morte mandatoris finire intelligendum uidetur non ipſo iure ſed ope exceptionis. ut infra de teſti. cum ueniſſet. ¶Sed opponitur. nonne omne mandatum finitur morte mandatoris re integra exiſtente. ut inſtitu.mãda.§. rectè.& mandatum iuriſdictionis.ut infra eo.titu.gratum. &.c.licet mandatum etiam iuriſdictionis ſimile eſt cæteris mandatis. ut.ff. de iuriſdi. om.iudi.l.& quia in fi.Nec referre uidetur ſi non excipiatur. nam & ſi expreſsè partes conſentiant ut talis delegatus procedat nullus uidetur conſenſus.ut. C. de iuriſdi. om.iudi.l.priuatorum infra de foro compe. ſignificaſti. Ad quod reſpondeo uerum eſt quòd in hoc caſu mandatum ſoluitur. Sed nihilominus opus eſt exceptione. ut dictum eſt. ſicut dicitur quòd ſentẽtia lata poſt primam non ualet. ut 2.quæſt.6.§.diffinitiua. ſed uerum eſt ſi excipiatur.ut infra de ſeu.& re iudi.inter monaſterium.

26 Sicut etiam dicimus reſcriptum ſecundum impetratum non faciens mentionem de primo non ualet. uerum eſt ſi excipiatur.ut no.ſupra de reſcrip.§.tol-

27 litur. ¶† Item finitur iuriſditio delegati ſententia lata & executioni mandata. ut infra eo.ti.in literis. ff. de re iudi. l.Paulus. ¶Item finitur ſi iudex incidat in impoſſibilitatem iuris uel facti. ſi collegas habeat cum clauſula quòd ſi non omnes uel quòd ſi non ambo. ut ſupra de reſcri. ſciſcitatus infra de ſenté. & re iudi. ad probandum. ¶ Item finitur ſecundum plures recuſato iudice delegato. & cauſa recuſationis legitimè coram arbitris cõprobata & in tantum ut nec per ſe cognoſcere ualeat recuſatus. nec cauſam alteri delegare probãt hæc Io. & Tan.& multi ſequaces per decre. infra de appel. ſecundo requiris, in fi.ubi dicitur quòd ſi cauſa ſuſpitionis probata fuerit, cauſæ cognitioni ſuperſedere tenebitur recuſatus per aliam decre. infra de foro competen.licet, quæ ſimiliter dicit quòd ſi cauſa ſuſpicionis probata fuerit, ad te uel ad nos pro iuſticia recurratur.ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et ſi opponebatur eis decre. infra de appel.cum ſpeciali.ubi dicitur quòd iudex recuſatus probata cauſa ſuſpicionis de recuſatoris aſſenſu perſone idoneæ cõmittat negocium. uel ad ſuperiorem reſpondebant illam loqui in ordinario. qui & ſi fuerit legitimè recuſatus prætexu tamen ordinariæ iuriſditionis quã retinet, poteſt commitere uel tranſmittere, ſicut dictum eſt. et ſi in propria perſona cognoſcere non poſſit propter ſuſpicionem. & eodem modo reſpondebant ad alias decre.quæ dicunt iudicem recuſatum cõmitere poſſe. infra de ap. ad hæc.ca.cum a te infra de foro compe. ſi quis clericorum. ſed quamuis ſic ad decre. reſpondeant. ad leges tamen reſpondere non poſſunt quæ dicunt expreſſe delegatos recuſatos poſſe committere negocium principale. ut. C.de iudi.l. cum ſpecialis. & l. apertiſſimi. Vnde in reſpõſione deficiẽtes omnino dicebant leges illas fore currectas. ſed quia promptum eſt iura iuribus concor

28 dare. ut. C. de inoffi.do.l. una. † Dico illam decre. cum ſpeciali, locum habere tam in ordinario quam in delegato. ut in eo quod loquitur in ordinario concordet cum decre. ſuperius allegatis. In eo autem quòd loquitur in delegato conſonet legibus ſupradictis & ad

decre.

decre. illam ſecundo requiris, ſic reſpondeo cauſæ cognitioni ſuperſedere tenetur uerum eſt. ut in propria perſona nõ cognoſcat. ſuſpectus enim iudex eſſe non debet. ut ibidem ſequitur. & 3. quæſtio. 5. quia ſuſpecti. periculoſum eſt enim coram ſuſpecto iudice litigare ut ſupra de excep.cum inter. & hoc tamen non negatur recuſarum committere poſſe. Ad aliam decre.licet quam allegant ſic reſpondeo ad te uel ad nos pro iuſticia recurratur ſcilicet per appellationem ſi exceptio recuſationis nõ fuerit admiſſa. & hunc intellectum indicat quod ibidem ſequitur ſicut ſuperius eſt expreſſũ hoc enim in ſuperiori parte decre. illius exprimitur manifeſte. quis iudex quando & ex quibus cauſis poſſit & debeat excuſari dicam infra de
29 app.& recu.§.recuſatur. ¶Sed† quæritur quare dicatur mandatum reale cum ſcribitur alicui expreſſo nomine dignitatis.ut infra eo.quoniam abbas.reſpondeo quia magis uidetur haberi reſpectus ad dignitatem quam ad perſonam, ut quicunque præſit illi dignitati mandatum apoſtolicum exequatur. accedũt ad hoc.ff.de pac.l. tale §. ulti.ff. de condi. & demon. l. filiusfami.ff. de annuis leg. l. annua.§.1. C. de iu. deleg.l.cum aliquis. Transfertur autem mandatum in ſucceſſorem, quia dignitas non perit decedente perſona. unde imperium im perpetuũ eſt. ut in aut.quomodo oportet.§.ult. col.1.in auth.de quæſtore.§. ſi uerò aliquis, col.6. & hoc uerum eſt quòd dignitas non perit niſi per eum qui poteſt depreſſa fuerit uel delata. ut
30 ſupra de conſti. cum acceſiſſet. † Hoc autem notandum eſt quòd delegatus non debet iuriſdictionem ſuam artare. dando terminum ad id tempus in quo iuriſdictio ſua expiret ut infra eo. ti. ca. conſuluit. &.ff.ſi quis cauſ.l. 2.l. ſi quis tamen.ff.de dam. infec.l. cum poſtulaſſem.in prin. C. de diuiden. tu.l.2. ¶Itẽ obſeruandum eſt ne is iudex detur quẽ altera pars petit.niſi Papa dederit ad uitandam uerecundiam petiti.ut. ff.de iudic.l.obſeruandum.quod intelligo cum utraque pars hoc eſt his qui impetrat & is contra quem impetratur præſens eſt in curia per ſe uel procuratotem. & ideo impetratio iudicis in audientia locum habet. Cæterum ſi impetrator tantum ſit præſens iudex petitus dari debet.ut.C. de lit.cont.in auth. offeratur. in auth. de exhiben.& introducẽ. reis. §.ſcimus.3.quæſtio.3.§.ſpaciũ.in fi.& C. quomodo & quando iud. in auth.&
31 conſequenter. † Et eſt ſciendum quòd is qui iudicem petit ipſum recuſare non poteſt.ut infra. eod.ti.ſuper quæſtionũ. §. uerum. 3. quæſtio.3. in auth. offeratur.& 4.quæſtio.3.§. Item in criminali, in uer. ſi quis teſtibus hoc eſt uerum in iudicio. nam extra iudicium poteſt is qui impetrauit implorare a ſuperiore mutari iudicem quem obtinuit eo quòd aduerſario ſuſpicio noua poſſet oriri. fortè propter affinitatem ſeu familiaritatem quæ de nouo contracta eſt inter impetrantem & iudicem. ut infra eo.ti. inſinuante.ſed in iudicio ſicut dixi recuſare non poteſt.aduerſarius autẽ poſſet ex hac noua cauſa interueniente inter impetrantem & iudicem in iudicio recuſare, ut ff.de procu.l. poſt litem. &. ff.de arb.l.licet.ff.ut in poſſe.lega.l. planum. ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. ex cauſa. ¶Sed quid ſi aduerſarius cui oriri poteſt ſuſpicio conſentiãt talem iudicem procedere. nunquid impetrator poteſt implorare illum mutari.reſpondeo non ut infra.eo. de app.
32 interpoſita. §.ille. ¶† Quæritur de iuriſditione prorogata an ſit ordinaria uel delegata. Dixerunt quidam quòd ordinaria eſſet. eo quòd à iure habetur ut not.ſupra eo.tit.§.prorogatur, & iuriſditio quæ à iure habetur ordinaria eſt. ut.ff.de iuriſdi.om.iu.l. & quia. Alij dicunt quòd ſit delegata quaſi aſſumat naturã eius cui adijcitur.res enim quæ aggregatur & quæ unitur aſſumit naturã rei cui aggregatur & counitur.ut.ff.cõmunia dele.l.2. in fi.C. de rei uxo. ac.l. una.in prin.16.qu.1.& temporis qualis

infra de ſtatu.reg.recolentes.in fi. Ter-
tij dicunt iuriſdictionem prorogatam
eandem eſſe in numero cum prima. ſi-
cut & præcarium dicitur prorogatũ idẽ
cum primo.ut.ff.de præca.l. ſed & ſi ma
nente.ſicut & locatio prorogata eſt ea-
dem.ut.ff. de loca.& condu. Item cum
quæritur. §. qui completo. & compro-
miſſum prorogatum idem eſt. ut. ff. de
arbi.l.non ex omnibus.§.ulti.& eadem
iuriſdictio proconſulis & legati.ut.ff.de
offi.procon.l. meminiſſe, puto quod iu
riſditio delegata prorogata eadem ſit
33 cum priori. ¶Item †quid ſi committa-
tur cauſa alicui expreſſo nomine digni
tatis.& is qui preæſt deponatur,tranſ-
feratur,ſuſpendatur,ab adminiſtratione
amoueatur, excommunicetur. & puto
in tranſlato finitam eſſe iuriſditionem
quo ad tranſlatum, quia tranſlatus ni-
hil commune habet cum eccleſia à qua
transfertur.ut 21.q.2. ſi quis iam tran-
ſlatus ſupra de elec.cum in cunctis, cu-
ius contemplatione ſit commiſſio, ex-
pectabitur ergo ſucceſſor. ut infra eodẽ
titu. quoniam abbas. Idem dico in de-
poſito.depoſitio enim inſtar mortis ha
betur. Nam in eccleſia depoſitio ulti-
mũ ſupplicium reputatur quod in mor-
tem interprætamur. ut.ff.de pœ.l.ul. ad
utrunque caſum tranſlationis & mortis
facit lex. C. de peda.iudi.l.placuit. In
ſuſpenſo non dico impediri iuriſditio-
nem.Intelligo enim ſuſpenſum quo ad
iuriſdictionem ordinariam non delega
tam.ſuſpẽſus enim retinet prælaturam
cuius reſpectu facta eſt commiſſio. &
idem dico in remoto ab adminiſtratio-
ne.In excommunicato dico quòd impe
ditur iuriſdictio non finitur. & abſoluto
eo procedetur ex ueteri cõmiſſione. ar.
15.qu.7.nos ſanctorum.&. c.iuratos. &
maximè ſi cognoſcere incœpit. melius
eſt enim tantiſper expectare iudicẽ qui
ſemel cognouerit. quam de nouo rem
rurſus dijudicandã committere. ut.ff.de
34 uaca.mu.l.ul.in fi. ¶Item quid † de con
ſeruatoribus iſtis qui tota die in curia
impetrãtur, ex puto ꝙ defendere habẽt
à uiolentijs manifeſtis.nã cum ſint me-
ri executores de dubijs non cognoſcẽt.
ne partes iudicum ſibi aſſumant. ut.C.
de exe.rei iu.l.ſi ut proponis. cæterum ſi
de dubijs deberent cognoſcere ut con-
ſeruarent iura & poſſeſſiones impetran
tium.iã eſſent iudices generales in om-
nibus cauſis eorum qui eos impetraue-
runt quod eſſet contra ius. ut ſupra de
reſcriptis.ad hæc.& ſic curia tenet. Itẽ
credi nõ debet ꝙ ſit delegatus. niſi per
literas delegationis oſtendat. ut infra
eo.ca.cum in iure.& idẽ in legato.ut.C.
de man.prin. l.una. Idem in officiali-
bus Cæſarien. uolentibus capere bona
alicuius tanquam fiſcalia quibus nõ cre
ditur ſine literis ut.C. de iure fiſci.l.pro
35 hibitum.li. 10. ¶Quid † de auditoribus
curiæ quibus uiua uoce uel per nunciũ
cauſæ à ſummo pontifice committun-
tur. reſpondeo ſufficiet probari ſic eſſe
commiſſum ſcripto uel non ſcripto. ut
in auth.ut litigan.iurẽt.§.quia uerò.col.
9.in auth. de litigio §. edicta col.8. Sed
quid tenor literarum in acta publica ſit
tranſlatus nunquid peracta probabitur
iuriſdictio reſpondeo ſic.ut.C. de re iu.
l.geſta.C.de teſta. l. publicati. quod in
telligo uerum eſſe cum examinatæ lite-
ræ ſunt in iudicio præſentibus partibus
tam in filo quam in bulla et in ſtilo et
demum comprobatis omnibus aucto-
ritate iudiciali trãſlatæ ſunt. ut infra de
priuile.cum olim eſſemus.in fin. Et eſt
notandum quòd quandocunque iudici
præcisè ſcribatur rationabiles tamẽ ex
ceptiones debet admittere niſi in reſcri
pto cõtineatur ꝙ nullæ exceptiones pe
nitus admittantur, ut infra eo.c.ex par-
te. quia tunc nullæ admitti debent uel
ſaltem moratoriæ uel dilatoriæ, nõ de-
berent admitti, peremptoriæ ſic ut. C.
de præci. Impera. offe.l.quoties.uel dici
poſſet.quia tunc et dilatoriæ. et perem-
ptoriæ deberent admitti. præter illas
de quibus non admittendis in reſcripto
ſpecialiter continetur. ut.ff. ſi quis cau.
l.ſed et ſi.§. quæ ſint, Hoc tamen fallit
in perſonis quæ propter exceſſus noto-
rios

rios & euidentes ſine exceptione uel excuſatione aliqua condemnātur. ut 23.diſt. in nomine domini.2. quæ. 7. lator.21. quæſtio.2. placuit. 27.qu.2. ſed homo. C. de decu. l. exemplo.
36 † In ſumma ſciendum eſt quòd olim proponebātur edicta, ideſt in aliquo publico & eminenti uel in albo prætoris ſcribebatur. talis ueniat tali die reſponſurus tali quam ſcripturam legere poterat citatus per ſe uel per alium & certiorari. C. qui accuſa.non poſ. l. 3. ff. de iur. om. iu. l. ſi quis. id quod, & per talia edicta citabant ſoli ordinarij non delegati. ut in authē. de exhiben. aut introdu.re. §. ſi uerò quidem. C.de bo.auth. iud. poſſeſ. in auth.ei qui iurat.nam & delegati qui & pedanei dicebantur non citabant per edicta nec per executores ut quidam dicunt. Sed requirebant per ſe. ut.C.de iudi.l.ſancimus Sed hoc non placet nam & arbiter per alium citatur.ff. de arbitris. l. ſed interpellatur §. arbi. licet hoc uideatur magis eſſe imperij quam iuriſdictionis. quaſi imperioſum uideatur mittere executo-
37 rem. Sed hodie talia † edicta non ſunt ſed mittuntur edicta in epiſtolis contenta. quia delegati mittere poſſunt. ut infra eodem. ca. gratum infra de dolo & contuma.cap. ultimo ſcilicet de eo.qui.mit.in poſ.cauſa re. ſer. ca.ulti.fiunt citationes & per executores.ut.C.de præſcrip.30.uel 40.an. l.ſicut in rem.& l. cum notiſſimi. fiūt & per ipſos iudices. ut in auth. de li-
38 tigio.§. omniem. † Per hanc citationem fit iuriſditionis perpetuatio ut infra eodem titulo.gratum. & ſi citatus peremptoriè non ueniat iudex poteſt in eum procedere tāquam in cōtumacem.poteſt & gratiam facere cōtumaci & ei parcere in præiudiciū alterius partis ut infra eo.ti. Conſuluit. &.C. quomodo & quando iudex.l. 1. ff.de arbi.l. Si cum dies.§.ſi quis ex litigatoribus.nec enim quic quid iudicis poteſtati permittitur iuris neceſſitati ſubijcitur.ut.ff.de iudi.l. non quid quid, & alibi lex dicit omnibus magiſtratibus conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio, non dicit indictum uel iniunctum. ut. ff.ſi quis ius dicen.non ob.l. prima in princi.& facit ad hoc lex. C.quomodo & quando iudex. l.1. & hæc uera ſunt quāuis quædā argumenta in contrariū allegētur.nā ita debet unus audiri,ut alteri præiudicium non fiat. ut 3.qu.9.ca. ul.Item ita defendendū eſt uni perſone ut alteri debitum iuſticiæ nō ſubtrahaẽ. ut.C.de ſtatuis & ima. l.uirtutum, ad idem 2.q.7. quæritur. 16.quæſtio.7.decimas. Sed lex quædam multum obſtare uidetur quæ dicit quòd ſi iudex condemnationem prætermiſerit expenſarū, de propria ſubſtantia compellitur reſartire ſcilicet ſi non cōdemnauerit contumacē. ut.C. de iud.l. ſancimus.in fine. Sed lex illa loquitur in actore contumace.qui poſtmodum ueniens audiri nō debet. niſi reo reſtitutis expenſis. ut. C. quomodo & quādo iudex.in auth. qui ſemel.C.de bonis auth.iud.poſ.in auth.& qui iurat. Sed inſtabit.quare aliud in actore quā in re, cū æqualitas in iudicio ſit ſeruāda. ut.C.de fru. et liti.ex.l.ult. C.de proxi.ſacro ſcrinio.l.ſacris.li. 12. Ad quod reſpōdeo uerum eſt ꝙ actori non debet licere quod reo non licet.ut.ff.de. reg. iur.l. non debet. Sed quædā conceduẽ reo quę non permittuntur actori. nā plures dilationes dantur reo quā actori. ut.ff.de ſeruis.l.ult. Itē ubi obſcura sūt iura partiū pro reo pronunciaẽ.ut infra de proba.ex literis infra de fide inſtru.inter dilectos. in fi. infra de regu. iur.eſtote pōt delegatus a Papa committere uices ſuas cui uult et cōpellere quē uult recipere cōmiſſionē. nullo perſonarū cauſarū habito reſpectu. ut.C.qui pro ſua iuriſ.l.j.in fi.infra e. t.paſtoralis.ff.de mune.et hono.l.munerum.§.iudicandi.dūmodo quod committitur pertineat ad iuriſditionē cōmittentis.

mittentis.ut.C.qui pro ſua iuri.l.1. in
39 princ. † Ordinarius autem non poteſt cogere hominem non ſuæ iuriſditionis recipere ſuam commiſſionem. ut.ff. de iuriſ. om. iudi. l. ulti. compromiſſum autem non cogitur quis recipere.ut.ff.
40 de arbi.l.3. † Item aduocatus non cogitur exercere officium aduocationis alibi quam in foro ſuo. ut.C.de aduoc. diuerſorum iudi.l.ſancimus in fine.

## *Summarium.*

1 *Legatus quis ſit.*

2 *Legatorum triplex genus.*

3 *Legati qui de latere papæ mittuntur, ubi & quando poſſunt abſoluere. Et quid de legatis qui ex ipſius latere non mittuntur.*

4 *Legati officium quid ſit.*

5 *Legatus an poßit facere concilium.*

6 *Legati quæ beneficia conferre poſſunt.*

7 *Legati iuriſdictio quandiu duret.*

8 *Iuriſdictio delegati quot modis finiatur.*

9 *Legatus qualiter ſe habere debeat in legatione.*

10 *Legatus tranſmiſſus ex latere papæ in quibus excedat legatum, qui priuilegio eccleſiæ ſuæ fungitur legatione.*

11 *Legatus de latere papæ tranſmiſſus, quam prærogatiuam habeat reſpectu alterius legati tranſmißi, ſed non de latere tranſmittentis.*

## ¶DE OFFICIO LEGATI. Rubrica.

QVia officium legati ſimile eſt officio delegati quamuis illud ſit latius & generalius. ideò poſt officium delegati ſequitur hic de officio legati. ¶ Videamus ergo quis ſit legatus, quod ſit legati officium, quãto tempore durat. & qualiter finiatur.
1 ¶Legatus † eſt is cui certa patria uel prouincia gubernanda committitur ut infra de ap.nouit.per literas autem fidem de ſua legatione faciet ſi exiga-
2 tur.ut.C.de man. prin.l.una. † Officiũ legati aliud eſt ante ingreſſum in prouinciam ſibi decretam, aliud poſt ingreſſum, & aliud poſt egreſſum. Officium legati ante ingreſſum prouinciæ in uoluntaria iuriſditione conſiſtit.ſ.in prædicando. & in abſoluendo excommunicatos propter manus iniectionẽ in clericos monachos uel conuerſos. ut infra eo.ti.quod trãslationem. infrà de ſentent. excommunicat.ad eminentiam. ¶Circa hoc tamen triplex genus
3 legatorum diſtingue. † Nam legati qui de latere domini papæ mittuntur poſſunt abſoluere homines ſuæ prouinciæ & alterius cuiuſcunque in prouincia & extra prouinciam. Legati qui ex ipſius latere non mittuntur. ut cum papa non cardinalem uel alium officialẽ curiæ. ſed prælatum aliquem in legationem mittit. talis non abſoluit niſi prouinciales & in prouincia conſtitutos. alios etiam prouinciales alibi quã in prouincia non abſoluunt. Tertij generis legati qui eccleſiarum ſuarũ prætextu legatione funguntur. ut infra eodem tit.cap.1.excommunicatos huiuſmodi non abſoluunt ut infra eodem ti. excommunicatis. Primis igitur legatis ex ipſo legationis officio iam hoc licere incepit. ut in decre. quod tranſlationem. ſic & pro conſulente quam ingrediatur prouinciam utitur pro conſularibus inſignijs & uoluntariam iuriſditionẽ non contentioſam exercet. ut. ff. de offic. pro con.l.1. &.2. Rectè autem legatus faciet in præmiſſa denũciatione & per eam partem prouinciæ intret. per quam alij ingredi conſueuerunt ad inſtar pro conſulis ut.ff.de officio proconſu.l.obſeruare. in uer. rectè & in autẽ.de adminiſtr.§.illud autẽ.colla.7.Item legatus antequam intret prouinciam non poteſt iuriſditionem ſuã in prouinciam demandare. niſi neceſſitatis cauſa ut ſi moram neceſſariam in itinere patiatur. ut.ff.de offi.procon. & legati.l. obſeruare. §. poſt hæc &.§. ſed ſi antea &.l. aliquando hodie tamẽ ſemper & indiſtinctè hoc licere uidetur. ut

tur. ut in auten. de collat. §. antequam uero, colla. 9. & idem dici poteſt in prælato confirmato & in maximè conſecrato ad eccleſiam tranſmiſſo antequã diœceſim ingrediatur. In hac tamen iuriſditionis demandatione excipiuntur ultimum ſupplicium. & membri abſciſio. & eodem modo dici poſſet legatum non poſſe committere cauſam depoſitionis. uel perpetuæ amotionis. Nam amotus dicitur abſcindi ut infra de exceſ. præla. grauem, cætera poſſe antequam ingrediatur ut dictum eſt. ¶ Ingreſſus autem prouinciam exercet omnia quæ exercet ipſe qui eum tranſmiſit. præterea quæ ſpecialiter ſummo Pontifici reſeruantur. quæ quibuſdam uerſibus cõtinentur. reſtituit papa &c. ut no. ſupra de transla. præla. §. pertinet autẽ. ſunt & quædam alia quæ ſibi papa reſeruat in ſignum priuilegij ſingularis. quæ legatis non competunt: ut ſententias delegarorum iudicum reuocare. ut infra eodem tit. ſtuduiſti retractare negocia translata ad ſuperiorem per appellationem: ut ſupra de appel. conſtitutis. uel per relationem ut infra eod. tit. licet permittere non uacantes. ut infra de præben. dilectus diſpẽſare in beneficijs curam animarum habentibus & in perſonantibus ut ſupra de elect. dudum. ¶ Item diſpenſare cũ filijs ſacerdotum. ut eccleſias habeant quas partes eorum ſine medijs habuerunt. ut ſupra de filijs præsby. dilectus.

4 ¶Item† officium legati eſt audire cauſas prouinciales quæ ad ipſum referuntur per appellationem ut infra eodem ca. 1. & 2. q. 6. decreto. an autem ad eũ per quærelam deferri poſſint negocia dubitatur. Et eſt certum quod ſi quis conqueratur de alio Romanæ ſedi immediate ſubiecto. legatus eſt iudex competens. ut 11. q. 1. peruenit aliorũ uerò cauſæ habentium iudices ordinarios in prouincia deferri ad legatum non debent per quærelam ut uidetur. ut infra eod. tit. peruenit. ſicut nec ad metropolitanum deferuntur per querelam. ut 9. q. 3. conqueſtus. nec ob infra eodem tit. c. 1. illa enim loquitur in eo qui erat ordinarius & legatus priuilegio eccleſiæ ſuæ. unde cum ratione ordinariæ iuriſditionis cauſæ ad eum deferri deberent per appellationem nihil adderet legationis officium. ſi etiã per querelam non deferetur. ut ergo aliquid ex delegatione addatur hoc inductum eſt ſicut dixi ar. ad hoc. ff. de uſu. l. ſi ſtipulatus ff. dele. 1. l. ſi quando quis. in prin. ff. ad municip. l. 1. in fi. quidam tamen intelligunt illam decre. peruenit in defenſore non in legato uel in legato cogente ſubditos prælatorum conqueri coram ſe ſuis ordinarijs prætermiſſis & contemptis. conſentiunt autem de plano quod ad delegatos deferri cauſæ ualeant tam per appellationẽ quam per querelam omiſſis medijs. & in hoc hodie conſuetudo concordat. iuuatur autem conſuetudo unica ratione quia ratione fungitur uice papæ ad papam uerò recurritur omiſſis mediis per querelam. ut infra de foro competen. c. ult. Et propter hoc Roma dicitur cõmunis patria. ut. ff. ad municip. l. roma & per appellationem ſimiliter omiſſis mediis. ut 2. q. 6. ſi quis ueſtrũ &. c. ſequẽtibus infra de app. ſi duobus, quod in alijs nõ contingat ut 7. q. 6. quiſquis & q. 7. metropolitanæ. 9 q. 3. cõqueſtus infra de appel. dilectus. Sed impugnatur ex decreto peruenit. ¶ Itẽ ex legibus quæ dicunt cauſas ad principem per querelam non debere deferri omiſſis medijs ut in auten. de mandatis princi. §. ſit tibi. collatione 3. in auten. ut differen. iudi. §. ſi quis uerò æſtimans. col. 9. Et ad rationem pro parte aduerſa ſuperius allegata ſcilicet quod legatus fungitur uice domini papæ poſſet taliter reſponderi. quòd hoc non eſt uerum in his in quibus propter excellentiam dignitatis frãgitur ius commune. ut eſt in querela & appellatione per quas cauſæ deferuntur ad Papam medijs prætermiſſis. Et nota quod ſiue per appellationẽ cauſa deferatur ad papam legatus ſe

intromittere non poteſt niſi forte cauſam examinet. ut eam magis inſtructā ad ſuperiorem tranſmittat.ut.infra. de appel. conſtitutus.ſiue per relationem. ut.infra.eo.ti. licet. C. de appel.l. ex eo.& idem ſi per quærelam transferatur] aliquod negocium ad audientiam Papæ.ut.2.q.6.quoties & c. anteriorū. §. ad hoc. & idem eſt in poſtulatione porrecta ut ſupra. de poſtu. in ſecunda bonæ. In his enim omnibus expectanda eſt ſuperioris iuſſio deciſio eſt reſpōſio. ut.3.q 6.multum.2.q.6. dec. C. de rela.l.2.3.q.6.deniq; ¶ Item officiū legati eſt transferre abbates eccleſiæ,romanæ immediatè ſubiectos.ut. ff.de cō
5 ſue.cum uenerabilis.† Sed nunquid legatus concilium facere poteſt.Et uidetur quòd ſic particulare non generale. ut.3.di.§.porro.&.7.diſtin.regula.multa enim concilia particularia inueniuntur celebrata ſine pœnitētia domini papæ præſente legato Romanæ ſedis. ut 16.di.6.63.di.c.2.& 1.q.7.conuenientibus.Sed Hug.Io.& Lau. ſcripſerunt cōtrariū dicentes legatū Romanæ ec.concilium celebrare non poſſe niſi ad hoc ſpecialiter deſtineē uel niſi hoc ei ſpecialiter cōmittatur. & ſecūdum hæc intelligūt omnia iura innuentia legatum concilium facere poſſe. talis enim legatus facere poteſt concilium generale.ſi de generali ei ſpecialiter fuerit iniunctū uel particulare ſi de particulari. & hæc opinio duplici ratione munitur. Vna quia priuilegiū de concilio cōgregādo ſibi romanus pontifex ſpecialiter reſeruauit.ut. 2.q.6. Ideo , & alia quia mandata iuriſditione generali non trāſit poteſtas cōcilij faciendi. ut.ff.de officio eius cui mā.eſt iuriſdi.l.2. Sed impugnatur unica & urgēti ratione.nam metropolitanus & primas faciūt ſua cōcilia prouincialia & particularia proprio iure.ut.18.di.c.1.& diſti.12.ſiquis epiſcopus.uocatis ſuffraganeis.ut. 18.di.in multis.c.ibi poſitis.& infra. de accuſa. & inquiſi.ſicut olim. & epiſcopus facit ſuā ſynodū epiſcopalē cū ſuis clericis. ut.38.di.quādo.& 12.q.2. placuit.&.c. epiſcopus. nunquid ergo his omnibus inferior erit legatus. Romanæ , eccleſiæ in poteſtate concilij celebrandi certè non.poterit igitur legatus cōcilium facere particulare uel prouinciale cum epiſcopis prouinciæ ſibi decretæ. & in eo conſtitutiones edere et ſtatuta quæ perpetua erunt.ut.infra. eodem.c.ultimo. Non obſtat. c. ſuperius alleg. 2.q. 6.ideo,nā illud intelligo in cōcilio generali uel uniuerſali quod fieri habet uocatis epiſcopis diuerſarū prouinciarū.Similiter nō obſtat lex alleg.ff.de officio eius cui mā.eſt iuriſdi.nā illa loquitur in alio cōcilio uel in cōcilio ī quo.ſ. agitur de auctoritate manumittēdi quæ non tranſit mandata iuriſditione a præſide ut ibi dicit. quia nec mandāte præſide alius tutorē dare ut inſti.de Atilia. tuto.& cura.l.nec mandāte,ſecus in iubente.ut inſti.de Atilia. tuto.§.ſed hoc iure. differt enim iuſſus à mandato. ut C.quod cum eo.l.etiam.&.l.ſi mandator. Iuſſus enim importat neceſſitatē. ut in auten.ut nullis iudi. §. & hic uero iubemus.col.9. mandatum. liberam obſequij præſtationem.ut inſti. manda.§. mandatum. Nam mandatum ex officio & amicitia traxit originem.ut.ff.manda.l.1.§.1. uel loquitur de conſilio uel concilio in quo agitur de approbanda uel reprobanda cauſa manumiſſionis faciendæ à minore.20.annorū.ut inſti. ex quib. ca. ma. poſ. uel non poſ.§.ea-
6 dem.† Item poſſunt legati conferre beneficia qui inueniūt uacātia in prouincia.& eccleſias uocantes de rectoribus ordinare ſiue illi ad quos ius pertinet conferendi iā illud admiſerint.ut.ſupra de ſupplen.neg.præla.literis. ſiue nōdū nec impedit legati collationem ius patronatus clerico pertinens clericatus ratione.quia cum plus iuris habeat in conferendo prælatus & hoc non impediat legatū conferre uolentē quàm patronus in præſentādo hoc minus impediet.ut.infra.eodē ti.dilectus.ſecus autē ſi ius patronatus ſpectet ad clericum ſiue lai-

ue laicum patrimonij iure. ut. infra. de iure patro.cũ dilectus. Minus enim poteſt abſorbere legatus ius patrimoniale alicuius quàm eccleſiaſticũ. Hæc ob.his quæ dicta ſunt.infra.de appel.c. 1.illa enim decre. nõ loquitur in legato transmiſſo ex latere domini papæ. ſed in eo qui priuilegio eccleſiæ ſuæ fungitur legatione,qui liberam collationem non habeat eccleſiarũ illarũ,in quibus inſtituẽdi ius uel præſentãdi ab alijs poſſidetur tẽpore faciẽdi alterutrũ
7 à iure indulto nondũ elapſo.¶ † Durat autẽ iuriſditio legatorũ quàm diu durat tempus eis à ſuperiore præfixũ uel quandiu non fuerint reuocati.¶ Finitur
8 autem † iuriſditio quattuor modis. Tẽpore ſi tẽpore fuerit legatio limitata reuocatione.ſed tũc finitur legatio nõ iuriſditio in cauſis iam cæptis quas etiã poſt reuocationẽ potuerũt ꝑ alios terminare.ut.infra.eod.ti.c.ult. Item morte alterutrius.ſ.mittentis uel eius qui miſſus eſt. Sed in hoc caſu mortuo mittente & ſi delegatio finiatur. iuriſdictio tamen non finitur in negocijs inchoatis. & idem puto cum tempore legatio terminetur. Nec obſtat.ſupra.tit. proximo conſuluit, illa enim loquitur cum cauſæ cognitio tempore limitatur: ſecus ubi legatio ut dictum eſt. ¶ Item finitur legatio per egreſſum quod intelligo cum legatus fines legationis egreditur non egreſſurus.nam ſi egreditur ut ſtatim regrediatur iuriſditio intermittitur non finitur.quia nec egredi uidetur.ut.ff.de diuor.l. diuortium. ff. de in rem uerſo.ſi pro parte.§.uerſum.Sed & ſi per egreſſum legatio finiatur durat tamen iuriſditio demandata in cauſis iã ceptis ante egreſſum cæptas autem cauſas, & per hoc iuriſditionem perpetuã intelligo.ſ. per ſolam citationem.ut.infra.eo.ti.c.ulti.& ſuprà.titu.proxi.gra-
9 tum.¶ In ſumma † notandum eſt quòd legatus dum legatione fungitur, inuigilare debet nõ his quæ ſua ſunt ſed quæ Ieſu chriſti ſaluti & ædificationi clericali ac populi inſiſtere, nec in procurationibus grauare ſubiectos, ne longi temporis quæſtum breuis hora conſumat.ut.infra.de cenſibus. cum apoſtolus. Prandia ipſius nõ ſint enormia, ſed ſecundum mediocritatem uniuſcuiuſq; loci.ut.10.q.3.c.ulti. Si agens ut nulla eccleſia ſeu latus ſe indebite prægrauari rationibiliter conqueratur. ut. infra. de cenſibus cum inſtantia. §. ſanè. patiatur coniungi. eccleſias in procurando quæ per ſe ſingulariter non ſufficiunt procurare.ut eo.decre.cum inſtãtia.§.ſi uerò.infrà.de præſcrip.accedentes. de talibus quidem contributis licet uiuere non de ſymbolis uel confertis. ut.44. di. non oportet. & cap. non liceat pro. & ut breuiter tranſeam ſi in Apoſtolorum loco ſunt legati non ſolem ſermonem eorum imitantur. ſed conuerſationem & abſtinentiam. ut. 35.diſtin.eccleſiæ principes, in fi. Alia quæ circa materiam iſtam dicenda uidentur.dicam competentius. infra. de
10 cenſibus.¶ Item notandum † eſt quòd legatus tranſmiſſus ex latere domini papæ,in quattuor excedit legatum qui priuilegio eccleſiæ ſuæ fungitur legatione. Primo quia præſente tranſmiſſo alius ob reuerentiam maioris non exercet legationem. ut.infra. capi. uolentes. Secũdò in abſolutione excõmunicatorũ.ut no.ſupra.eo.ti.§.officiũ. Tertiò in collatione eccleſiarũ uacãtiũ. ut. no.ſupra.eo.ti.§. Item poſſunt legati. Quarto in ꝓcurationibus. Nõ enim ita procuratur ille qui ordinarius eſt & in domo ſua cõſiſtit ſicut trãſmiſſus. Qualiter autem ordinarius procurandus ſit
11 dicã.infra.de cenſibus. † Item legatus qui de latere domini papæ tranſmittitur excedit legatũ qui trãſmittitur ſed nõ de latere qui trãſmittentis in uno.ſ. in abſolutiones excommunicatorũ ſ ut ſuperius dictũ eſt. §. officium. & forte in alio.quia non inuenio quòd legatus priuilegio eccleſiæ ſuæ nõ exerceat legationem ſuã.niſi præſente legato ex latere domini papæ tranſmiſſo. de tali enim loquitur.infra.eo.tit. uolentes.

## *Summarium.*

1 *Iudex ordinarius quis ſit.*
2 *Iuriſdictionem ordinariam confert conſuetudo.*
3 *Iuriſdictionem ordinariam confert Papa uel princeps.*
4 *Qualitates in iudice ordinario cõſiderãdæ.*
5 *Epiſcopi an ſint ordinarij iudices monachorum.*
6 *Metropolitanus an ſit iudex ordinarius in tota ſua prouincia.*
7 *Epiſcopus an inter ſubditos ſuorum prælatorum in ſua diœceſi ſit ordinarius iudex.*
8 *Prælati uel ordinarij iudicis officium quale ſit.*
9 *Aduocato licet uendere iuſtum patrociniũ, & aſſeſſori, iuſtum conſilium.*
10 *Iudex expenſas habere debet, & nu.* 11.
12 *Iudicis ordinarij iuriſdictio circa quæ uerſetur.*
13 *Iuriſdictio iudicis ordinarij qualiter impediatur.*
14 *Iuriſdictio prædicta qualiter finiatur.*
15 *Iudici ordinario ſi ſuperior mandet id faciat, quod alia, ex officio ſuo facere poſſet, quando illud exequitur ut delegatus.*
16 *Iuriſdictioni ordinariæ quæ pertineant.*
17 *Diœceſani annuis uicibus ſuas diœceſes uiſitare debent, & pluries ſi neceſſitas uel utilitas exigit.*
18 *Abſolutio ab excommunicatione propter iniectionẽ manuum in clericos, cõpetens ordinario, quãdo poſſit alteri delegari.*

### ¶DE OFFICIO ORDINARII. Rubrica.

DIximus ſupra de officio delegati & legati reſtat dicendum de officio ordinarij. & ideo ſubijcitur hic Rubrica de officio iudicis ordinarij. ¶Videamus igitur primo quis ſit iudex ordinarius, quod ſit officium iudicis ordinarij. quæ poteſtas. & quibus modis impediatur ordinaria iuriſditio uel finiatur. ¶ Ordinarius iudex
1 † eſt qui à collegio eligitur & à ſuperiore confirmatur. ut electus in epiſcopum, qui per confirmationem ſortitur iuriſditionẽ in omnibus præter ea quæ maiorem diſcuſſionem exquirũt. & munus conſecrationis exquitunt. ut ſupra de electio. transmiſſam. Sunt igitur ordinarij prælati eccleſiarum. ut infra eo. ti. cum ab eccleſiarum prælatis. qui à collegijs eliguntur, & à ſuperioribus confirmantur: ut ſupradictum eſt. Hoc enim fallit in duobus caſibus in quibus electus ante confirmationem adminiſtrat & iuriſditionem exercet. In electo in ſummum pontificem qui ſtatim admiaiſtrat. & hoc ideo quia ſuperiorem, imò parem non habet ut 23. diſt. in nomine Domini ſupra de elec. licet. Item fallit in electo concorditer ultra Italiam conſtituto & romanæ eccleſiæ immediatè ſubiecto. in quo hæc tria faciunt quod in alijs operatur confirmatio. præter actum alienandi ut ſupra de elect. nihil in fi. & ſecundum hoc intelligo infra de iudi. decernimus. 15. quæſtio 4. c. 1. ſunt ordinarij electi ab uniuerſitatibus uel corporibus laicorum. ut in auten. de defen. ciui. §. nos igitur colla. 4. C. de iuriſ. om. iu. l. ul. ¶Ordi-
2 nariam † iuriſditionem confert conſuetudo. ut. C. de emancipa l. 1. argu. 9. q. 3. conqueſtus. quod intelligo in conſuetudine præſcripta, uel in ea cuius memoria non exiſtit. ut no. ſupra de offic.
3 archi. circa fin. illius. † Confert etiam ordinariam papa uel princeps qui eſt lex animata. ut in auten. de conſul. in fi. unde quo ad iuriſditionem ordinariã conferendam æquipollent lex animata & inanimata. & ſic intelligo. ff. de de iuriſ. om. iudi. l. & quia. quod uerum eſt cum papa uel princeps non unam uel duas uel. 10. cauſas alicui committit. ſed uniuerſitatem cauſarum. unde camerarium. uicecanzellarium, auditorem contradictarum. & auditorem
4 cameræ ordinarios puto. ¶ † Hæc autẽ in qualitate iudicis ordinarij attendũtur. Conditio. ſexus ætas. diſcretio, fama.

ma. Conditione ſit ſeruus ut.3.q.7.§. tria.Sexus ne ſit fœmina ut 33.q.ul.mulierem. Aetas requiritur. ut ſit maior 20.annis.ut.ff.de arbitris.l. cum lege, uel ad minus 18.ut.ff.de re iudi.l. quidam conſulebant. & hoc locum habet etiam in delegato. ut ſupra de officio delega.cum uiceſimum. Diſcretio. ne careat iudicio,id eſt diſcretione ut 3.q.7.§. tria. Fama ne ſit criminoſus,id eſt, infamis. ut 3.q.7.infamis.§.tria. Infamia tamen licet faciat ne ordinarius poſſit iudicare de merito uitæ. ſententia tamen infamis iudicis uel criminoſi tenet. nec repelli poteſt ordinarius propter talia à iudicando donec tolleratur in officio ſuo.ut 8.q.3.nõne. Sed delegatus poteſt repelli per exceptionem. ut ſupra de reſcript. ſciſcitatus.

5 ¶†De epiſcopis dubitatur an ſint ordinari iudices & immediatè monachorũ uel monachi medios habeant.ſ. abbates quibus demum negligentibus iuriſditionem ſuam poſſint in monachos exercere. Et eſt dicendum quod & ſi ad abbates ſpectet clauſtralis correctio. ad epiſcopos tamen pertinet iudicium tribunale.C. de emen. propin.l. una. C. de patria poteſta.l.3.& infra eo.quanto.& 11.q.1.de perſona. C. de epiſ. & cler.in auten.cauſa quæ ſit cum monacho. in auten. apud quos oportet mo.cauſam dicere.§.1.colla.6.uel dici poteſt ꝙ prima correctio monachorũ pertineat ad abbates.quia hoc eſt generale,ut quilibet prælatus in ſuos ſubditos ſua iuriſditione utatur.ſiue ſit abbas ſiue ſit prior.ut infra de immuni. ec.nõ minus infra de maio.& obe. cum in eccleſijs.Sed eis nõ corrigentibus uel fortè cerrigere non ualentibus ſuccedunt epiſcopi.ut infra eo.tit.quanto,nihilominus dico quòd epiſcopi ſunt ordinarij monachorum & ſi habeant medios coadiutores. ¶ Item quæritur etiam de

6 metropolitano † an ſit iudex ordinarius in tota prouincia & quo ad epiſcopos ſuffraganeos & quo ad ſuffraganeorum ſubiectos.Sed habet medios.ſ.epiſcopos per quos quaſi per gradum cauſæ deferuntur ad eum ab audientia ſuffraganeorum ſuorum. quandoque per appellationem quandoq; per quereĩã uel per alios modos ut 9. q.3.c.2 &.4. Ea uero quæ ſtatum prouinciæ contingunt ad metropolitanum pertinent. ut 9.q.3.archiepiſcopus.Eſt igitur ordinarius competens iudex epiſcoporum ſuffraganeorum. ut 2.q.7.metropolitano 10.q.3.quia cognouimus. In auten. de ſanctiſ.epiſc.§.ſi autem. Eorum autem qui ſuffraganeis ſubſunt eſt iudex ordinarius ſed non competens. niſi in certis caſibus. ut infra eo.ti. paſtoralis, in prin.ſ.in 8.caſibus. Primus eſt cum per appellationem defertur ad eũ aliquod negocium. ut infra eo. paſtoralis. Secundus cum per conſulationem. ut 17. diſt.multis. Tertius cum per negligentiam epiſcopi. ut 9.q.3.cum ſimus infra eod.ti. c.ad reprimendum infra de ſentent.exc.per tuas ſupra de offi. delega. prudentiam.§.ſextam. Quartus cũ per diſcrepationem in officijs.ut 12.di. de his. Quintus per quæſtionem inter epiſcopum & ſubiectum ipſius. ut ſuperius dictum eſt.Sextus per epiſcopalis eccleſiæ uacationem.ut 11.q. 2.non liceat alicui metropolitano. Septimus per duorum contentioſam electionem. ut 63.di.c.ultimo. Octauus & generalis.ſ.ſi priſca conſuetudo plus ei contulit in antiqua. ut.9.q. 3.conqueſtus infra eo.ti.duo. ¶†Sed quæritur an epiſco

7 pus eodem modo ſe habeat circa ſubditos ſuorum prælatorum quos habet ſub ſe in ſua diœceſi. ut cauſæ ſubditorum per illos prælatos medios quaſi per gradum transferantur ad eum ſicut dictum eſt ſupra in metropolitano. reſpectu ſuffraganeorũ.Reſpondeo non omnes enim cauſæ clericorum apud epiſcopum quaſi apud maius tribunal tractari debent.ut.ff.de iud.l.iudicium 11.q.3.qui reſiſtit & q.1.de perſona.25.di. perlectis ſupra de offi. archi. cum ſatis in auten.ut clerici apud proprios epiſcopos prius conueniantur coll. 6. ſed

Ioannes & quidam alij dixerunt. ꝙ ſi
prælati inferiores ab epiſcopis per ele
ctionem & confirmationem ſeu per cō
ſuetudinem habeant ordinariam iuriſ-
ditionem epiſcopus non poteſt cogno
ſcere de cauſis ſubditorum ſuorum niſi
per appellationem uel alio legitimo
modo transferantur ad eum. ut in me-
tropolitano ſuperius dictum eſt. ſed cir-
ca hoc conſuetudinem antiquam & ap
probatam attendo ſicut plerunq; in cō
ſimilibus dico. Saluo tamē eo quod no
taui ſupra de abbatibus circa mona-
8 chos. ¶ Officium prælati † uel ordina
rij iudicis eſt curam habere ſubdito-
rū. ut 8. q. 1. qui epiſcopatum. ſingulos
pro poſſe iuuare. ſingulos releuare. ut.
8. q. 1. clemens. Item largam manum
habeat neceſſitatem patientibus. cū cu
rat alienam inopiam ſuam credat. ut.
86. diſtin. fratrem noſtrum. Aulteria &
ſcelera inquirat. & ulciſcatur. ut. infra.
eo. titu. c. 1. ſi fuerint iudiciario ordine
cōprobata. alioquin occultos delinquē
tes non nominatim ſed indeterminatè
arguet. ut. infra. eo. ti. ſi ſacerdos. Con-
dolebit eis quos puniet. nam uera iuſti-
tia compaſſionem habet. falſa autem
de dignationem. ut. 46. di. uera iuſticia.
46. di. hoc habet proprium. manus ſuas
debet ſeruare mundas. nullumq; cōtin
gere lucrum: ut. in aut. de man. princ. §.
oportet. col. 3. iuxta illud. Si inciderit
te iudice dirige libram. Iudicij. nec fle-
ctat amor. nec munera palpēt. Munus.
enim à norma recti diſtorquet acumen
iudicis. & terra inuoluit caligne men-
tem. Et alibi. Quod non mortalia co-
gis auri ſacra fames. Immo & qui re-
ctè iudicat & præmium remuneratio-
nis expectat fraudem in deo perpetrat,
quia iuſticiam quàm gratis impartiri
debuit, acceptione pecuniæ uendit. ut.
9 11. q. 3. qui recte † Licet tamen aduo-
cato uendere iuſtū patrociniū & aſſeſ-
ſori iuſtū conſiliū. ut. 11. q. 3. non licet.
14. q. 5. nō ſane & ſpe præmiorū inuitā
dus eſt aſſeſſor. ut. C. de aſſeſſo. l. 1. ſalla
riū debet habere. ut. ff. de off. aſſeſ. l. diē
functo. ¶ Sed de expēſis iudicū uidea-
10 mus. † & eſt certū quòd legati exigunt
ſuas procurationes ut diximus. ſupra. ti.
proxi. Delegati licitè petūt expenſas.
neceſſario minus gratis iudicāt. nam &
teſtibus prouidet in expēſis. nec ex hoc
minus gratis teſtificātur. ut. 4. q. 3. §. Itē
in criminalibus in uerſi. uēturis. Nemo
enim tenetur proprijs ſtipēdijs milita-
re ut. infrà. de ſimo. cū ſit romana. 28.
q. 1. iā nūc, in fine. Munera autē prohi-
bētur nō ſumptus ut. 1. q. 1. iudices. Vn-
de licite ſumitur eſculētū & poculētū.
ut. ff. de off. præſi. l. plebiſcito. & modi-
ca encenia nō ſūt lucra. ita ut neq; oīa
neq; ſemper neq; nulla. neq; nunquā.
neq; à quolibet neque à nemine acci-
piat. ſed hoc totū cum moderamine &
diſcretione faciat. ut. ff. de offi. proconſ.
l. non ſolent. §. penul. & ulti. ut litiganti
bus damna grauia non infligant. ut 10.
11 q. 3. illud. ¶ De ordinario † autem ui-
detur quòd non debeat habere expen-
ſas. cū certa ſint ei ſtipendia conſtitu-
ta. ut 23. q. 1. militare Immo cum profi
ciſcitur illa expendere debet quæ do-
mi expenderet. ut in aūt. de man. prin.
§. illud. Sit igitur cōtentus his quæ à fi
ſco præſtātur. ut in auten. iuſiuran. quod
præſta. ab his coll. 2. Certi tamen caſus
ſunt in iure expreſſi in quibus ordina-
rius licitè petit ſumptus, ut in conſecra
tionibus eccleſiarum, & in uiſitationib.
ut infra de ſimo. cū ſit Romana &. infra
de cenſibus ſopite. & infra de præſcrip.
cū ex officio, alias nihil petet. niſi quod
à iure expreſſum eſt. ut 18. q. 2. hoc tan
tū. De conſuetudine tamen tā prælati
quàm priuati cū pro cauſis commiſſis
proficiſcuntur exigūt oēs expenſas. nec
contradicit infra de uita & ho. cle. cum
ab omni. Illa. n. non interdicit ſumptus
ſed cōuentionē de certa parte litis. quæ
interdicitur procuratori ut. ff. de pact. l.
ſumptus. ff. mā. l. ſalariū. C. de procu. l.
man. l. ſi contra licitū. quæ interdicitur
& fideiuſſori promittendi iudicatū ſol-
ui. ut. ff. mā. l. ſi remunerādi. §. ult. ¶ Pote
12 ſtas † ordinarij potiſſime circa tria uer
ſatur

ſatur.correctioné.iudiciú & animaduer ſioné & his uerbis ſatis cóueniunt uer ba canonis. coherce. corripe.excóica. de grada.ut 23.q.4.forte in fin.coherce monendo corripe ſuſpendendo. & habet locú hic ordo cú quis puniédus eſt pro contumacia. ſecus ſi pro crimine. tunc.n.pena incipit in de gradatione & finitur in excóicatione. ut 81. di. dictu. infra de iudi.cú nó ab hoie, in cótuma cia uero incipit ab excóicatione.& finitur in depoſitione ut 83.di.quorundá & 83 di.honoratus aliis tamen uerbis utitur apoſtolis.Argue.obſecra.increpa.in oí patientia & doctrina. Argue de peccato.obſecra pro iuſtitia ſeruáda increpa timoré diuini iudicis cóminádo. ſed hæc locú habent in occultis peccatis & in iudicio aíæ ut 2.q.j.Si peccauerit, in fine. Debet aút iudex in correctione beniuolus eſſe ut 45.di.licet. in iudicio iuſtus.ut 3.q.7.iudicet.inanimaduerſione

13 miſericors.ut 45.di.uera. ¶†Impeditur autem iureditio ordinarij per ſuſpetioné ordinarij ſi ab officio ſuſpédatur. ité per excóicationé quia ſuſpenſum ab officio intelligo ſuſpenſum ab ordinaria poteſtate.& excóicatus excóicare non poteſt ut 24.q.1. audiuimus. nec alias iudicare.ut infra de ſen.& re iud.ad probandum. Si uerò ordinarius ſit alias in mortali crimine conſtitutus.& ſi de merito uitæ iudicare nó poſſit.ut 3.q.7.qui ſine peccato iudicet &.c. ſequétibus de poteſtate tamen iuriſditionis poteſt quandiu fuerit tolleratus iudicare. ut 9.q.4.nonne.In his auté caſibus.impeditur iuriſditio ordinaria uniuerſaliter. In ſpecialibus uerò negocijs impeditur per alios modos præter ſuſpenſioné & excommunicationem.ſ.per appellationem recuſationé & relationem ad ſuperioré,negocij reuocationem. per alij factam commiſſioné.& per alios modos quis notare poteſt quilibet ſtudioſus.

14 ¶ Finitur autem iuriſditio † ordinaria quo ad perſonam quatuor modis.morte,diſpoſitione, translatione,dignitatis renunciatione.quo ad perſoná, ideò dicit quia uacante eccleſia localiter & caſualiter de conſuetudine reſidet iuriſditio ordinaria penes collegium.ut infra de ma.& obe.cum olim infra de hære.ad abolendam 7.q.1.pótifices & ar. ſupra de conſuetu.cum inter uos. & infra eo.irrefragabili.non tamen in omnibus,quia non in collationibus præbédarum.ut infra ne ſede ua.illa. bene auté dixi de conſuetudine.nam alias de iure communi ſoli prelati qui per electionem aſſumuntur iuriſditioné habent. ut nota ſupra eo.ti.in prin. ¶In ſumma

15 notandum † eſt quod & ſi ſuperior mádet ordinario. ut id faciat quod alias ex officio ſuo facere poſſet ordinatius non ſemper id exequitur ut delegatus ratione mandati.ſed plerunq; ut ordinarius iure ordinariæ poteſtatis. ut infra eo.ti.licet &.c.graue ſæpe.n.ordinarij procurant ſibi mandari ea quæ ipſi ſuo iure facere poſſunt ut cú maiori libertate & excuſatione eadé exequátur ut 11.di.qs neſciat. ¶Ité ſæpe ſuperior non intendit cómittere.unde ei cui ſcribitur non imponitur neceſſitas ſuſcipiédæ cognitionis ſed poteſt ſi uult cognoſcere poteſt etiam alteri delegare.ut.ff. de offi.præſi.l.ſæpe. ſicut & cauſæ appellationú cum remittntur ad examé priorum iudicum non committuntur. ut infra de appella. ut debitus honor.

16 †Quæ autem ad ordinariam iuriſditionem pertineant legitur infra eo. tit.có querente.Solent tamen diſtingui duæ leges quibus eccleſiæ ſubſunt epiſcopalis lex iuriſditionis. Lex diœceſana in his conſiſtit.in cathedratico exigendo. Item in tertia uel in quarta oblationum. huic legi ſubſunt omnes eccleſiæ præter monaſteria. ut 11.q.3. cum pro utilitate 10.q.3. inter cætera. 18.q.2.quam ſit. Capellæ tamé monachorú ſubſunt huic legi.ut infra eo.ti. conquerente.16.q.2.ſtatuendum niſi monaſteria eſſent exempta cum capellis ſuis ut infra de priuile.quoniam & .c.cum capella.& ar.16.q.2. uiſis infra de capel. mo.eccleſijs.Lex iuriſditionis eſt quodam

dam ius ex quo epiſcopus habet conferre omnia ſacramenta. cognoſcere de cauſis, coercere delicta. Huic legi ſubſunt & ſeculares, eccleſiæ & monaſteria. ut. l. diſt. accedens 18. q. 2. hoc tãtum. 16. q. 1. interdicimus & eorum capellæ. ut infra eo. conquerente & omnes eccleſiæ ſitæ in diœce. ut 16. quæ. 1. omnes baſilicæ. quamuis autem dixerim monaſteria exempta à lege diœceſana. ſeruitia tamẽ quæ ab antiquo præſtare cõſueuerunt præſtabunt. ut 18. q. 2. ſeruitium. & cenſum ſtatutum. ut 18. q. 2. Eleutherius. hoc etiam notabis ꝙ licet diſtinguam duas leges diœceſanã & iuriſdictionis frequenter tamen una ponitur pro altera. ut infra de reſcrip. auditis infra de regul. & tranſeunt. ad reli. ex parte infra de in integ. re. auditis, exigit igitur epiſcopus eccleſijs ſiue diœce. præter monaſteria ſicut dictum eſt cathedraticum ſiue ſynodaticum. Vocatur autem cathedraticum eo quòd ob honorem cathedræ ſoluitur. ſynodaticum quia frequenter uenientes ad ſynodum ſoluunt. quantitas cathedratici uel ſynodatici erit de iure duorum ſolidorum. ut x. q. 3. placuit infra eo. ti. conquerente. & erunt uſualis monetæ. ut. ff. de legi. l. nummis. uerius puto. ut tam in quantitate quam in qualitate pecuniæ inſpiciatur conſuetudo.

17 ¶ † Diœceſani annuis uicibus ſuas diœceſes uiſitent. ut 10. q. 1. decernimus. uel pluries ſi neceſſitas uel utilitas exegerit. ut 18. qu. 2. uiſitandi & non ſemel & in uiſitatione ſua faciẽt quod docetur 10. quæ. 1. placuit. Sed & ſi uiderint aliquos admouendos poterunt amouere. ut ſupra de reſcri. dilectus ſed cum in monaſterijs officium uiſitationis impẽdunt non introducent ſecum clericos ſeculares niſi duos uel tres. & illos in decenti habitu. ut infra eo. ti. ut iuſta.

18 ¶ Item notabis † quòd poteſtatem abſoluendi excommunicatos propter iniectionem manum in clericos uiolentas qui ex officio competitur ordinario in ſpecialibus caſibus poteſt alteri delegati. ut infra eo. ti. c. ulti. hoc ideò dico quia poteſtas abſoluendi tales ex commiſſione competens alteri committi non poteſt. ut ſupra de officio dele. ca. ulti.

## *Summarium*

1 *Officium iudicis quid ſit. & in quibus locum habeat,*
*Et quando actioni deſeruiat, & loco actionis intentetur. nu. 2. & 3.*
4 *Officium iudicis latiſſimum eſt.*

## ¶ DE OFFICIO IVDICIS Rubrica.

TRactatum eſt ſupra ſingulariter de officijs dignitatũ. & de off. iudicũ. & quid ad ſingulos pertineat ratione officiorum. quid ratione iuriſdictionis delegate uel ordinariæ. hic autem indiſtinctè & indeterminatè tractatur de officio iudicis. nec exprimitur cuius. delegati uel ordinarij. eo ꝙ quædam de quibus ſub rub. tractatur communia ſunt cuilibet iudici tam delegato quam ordinario. ut dare aduocatum non habẽti ut infra eo. ti. cap. 1. reſtituere leſos quod commune eſt ordinario & delegato ut infra de in inte. reſti. ca. pen. C. ubi & apud quem in inte. reſti. poſtu. l. ult. & propterea ſic ſimpliciter intitulatur Rubr. de officio iudicis. ¶ Videamus igitur quid ſit officiũ iudicis. in quibus locum habeat. Item quando deſeruiat actioni. & quãdo imploretur & intentetur loco actionis.

1 ¶ Officiũ † iudicis eſt poteſtas iudicis a iure ſumpta. Habet autem locum officium iudicis tam in his quæ ante iudicium fiunt ſunt tamen iudicij præparatoria, quam in his quæ in iudicio faciẽda occurũt. ¶ Ante iudicium ut habeat publicam perſonam ſi poteſt. aut duos uiros idoneos qui fideliter uniuerſa iudicij acta conſcribant ualet citationes &c. ut infra de proba. quoniam contra falſam. Circa edicta mittenda ad loca in quibus rei moriantur ut infra de appel.

pel.cùm parati infra de dolo & cõtu. cum olim. ſubueniri poſſunt. ut infra qui ma.accu.poſ.relatum. alioquin mittitur ad domos uel eccleſias eorum. ut infra de dolo. & contu.cauſam.ff.de li. agno.l.1.in prin.ff.de dan.infect.l. 3.§. prætor 16.qu.3.§. poteſt in uer.is autẽ infra de dol.& contu.contingit.& c.ultj.infra de cle. non re. ex tuæ denunciabit cognatis & amicis ut abſentem defendãt uel uenire procurent. ff.ex quib. cau. ma.l.ergo.ff. quib. ex ca. in poſſeſ. eat.l.hic autem infra qui fi.ſint le.prælatum. Circa dilationes indulgendas pro cõditione cauſæ temporis uel perſonæ ut his conſideratis iudex ordinẽ edictorum uel compendium moderetur. ut. ff. de iudi.l. nonnunquam. & ut per eas delegati iuriſdictio nimium nõ arctetur.ut ſupra de officio.delega.cõſuluit. Vt principales perſonæ in iudicio comparentes nõ per aduocatos ſed per ſeipſos factum proponant.niſi forte adeo fuerint indiſcreti. ut eorum defectus de iudicis licentia per alios ſuppleatur. ut infra de iudicijs paſtoralis. Vt porrigantur libelli apti & conuenientes rei de qua agitur. alioquin. iudex ex officio ſuo repudiet uel aſſeſſor. ut infra de iud.examinata. ff.ſi meſ.fal. mo. dixe.l.1. §.ſin autem. C. ut nemo priua.prædijs ſuis uel alie. titu. impo.l. 2.in fi.&.ff. de aſſeſ. l. 1. uel quod ſine ſcriptis agatur in ſpecialibus caſibus quos notabo infra de libel. obl. Item ut per narrationem actoris & reſponſionem rei fiat conteſt.lit. ut dicam infra de lit. conteſt.ca.1.C.eo. tit.l.una. niſi agatur cauſa denunciationis uel inquiſitionis in quibus nec libellus porrigitur niſi ſit conteſtatio litis. ut dicã infra de accu.inqui.& denun. Item ut iuretur de calumnia & de ueritate dicẽda.ut infra de iuramẽ.calum. Item ut fiant poſitiones partium & interrogationes iudiciales. Item ut patienter audiatur aduocatus. ut.ff.de offi.procon.l.
2 nec quicquam. §. circa. † Vt ſuppleat defectus aduocatorum in iure.ut. C.ut quæ de ſunt aduoc. par.iu. ſup.non autẽ in facto ſuppleat niſi de facto iudici liqueat ut iudici & poſt lit.conteſta.Exẽpla.C.de appel. l. ampliorem. C.de tẽpo.appel.l.2.§.ultimo. Ideo autem ante lit. conteſ. iudex de facto ſupplere non poteſt. quia ante lit. conte. omnia conſtant iudici. non ut iudici.ſed ut priuato.& ideo dici cõſueuit quod ea quæ ante lit.conteſt. contingunt non pertinent ad officium iudicis. ut.ff. de ædil. edic.l.ædiles.§.itẽ ſciendũ. Fallit in caſu. Nã iudex ex officio ſuo repellit procuratorem militem. etiam aduerſario ſuo tacente.ut. ff. de procura.l. filius.§. ueterani. C. de procu.l.militem.Sed illud contingit propter publicam utilitatem. Nec obſtat his quæ dicta ſunt lex quæ uidetur uelle quod iudex ſuppleat de facto & ante lit.conte. ut. ff. de pet. hære.l.ulti. nam quod ibi dicitur & ſi non excipiatur. exponendũ eſt ſic, id eſt,ſi non habeat locum doli exceptio. ſatis tamen conſuluitur officio iudicis. & ſic intelligo ſuppleri de facto & poſt lit.conteſ.ſupra de conſue.c.ul.infra de ſen.& re iu. cum bertoldus infra de cõceſ.præ.c.ex parte, ſuppler autem iudex & ante ſententiam opponendo aduocatis & quærendo, a partibus. & ſicut melius poteſt uerum inueſtigando. ut 30.q.ulti.c.ult.ſupplet etiam & poſt ſententiam. ut in fructibus. ut.ff. de re
3 iudi.l. Paulus. ¶†Item locum habet iudicis officium in omnibus quæ poſt lit. conteſt. accidunt circa rem petitã uel contingunt. uel ſi fructus ex ea percipiantur, uel damnum in ea detur. ſiue prætium rei petitæ ad poſſeſſorem perueniat uel aliquid loco prætij.quæ poſt lit. conte. accidunt ualdæ pertinent ad officium iudicis. ut.ff.de rei uen.l.non ſolum. & l. Item ſi uerberatum. §.j. &. C. de rei.uen. certum eſt, inſti. de offi. iudi.§. poſt inchoatam. &. §. eo quoq; nomine.ff.de ædi.edic.l.ædiles.§. ſciendum.ff.de aqua plu. ar.l. ſi tertius.§. officium. &.ff. de uſu.l. 2. Idem in dolo uel culpa ſeu negligentia admiſſa poſt

lit. conteſt. ſicut multis probatur exem plis.ut.ff.de rei uen.l. qui petitorio. §. 1.¶ Item iudicis officio ſit delatio iura menti circa quantitatem expenſarum. ut in aut. de iudi.§. oportet, colla.6.in quantitate damnorum. ut. infrà. de his quæui. me. ue cauſa fi.c. ult.C.unde ui. l. ſi quando. 2. quæſtione. 1. in primis. ¶ Item ex officio iudicis defertur iura-mentum. quandoq; actori, quandoq; reo.inſpectis perſonarum & cauſæ cir-cunſtantijs.ut infrà. de iureiuran.c.ult. de qua materia plenius tractauimus. ¶ Item ut certam ferat ſententiam pro ut poteſt.ut.ff.de iudi.l.de qua re. & in-ſtitu.de actio.§. curare.¶ Item ut ſenté tiam executioni demandet ſi egeat exe cutione.nam ſi in rei uendicatione, pro nunciatur pro poſſeſſore contra petito rem abſoluetur poſſeſſor nec eſt opus alia executione.ſi autem contra poſſeſ-ſorem pronunciauerit. iubebit eum ré reſtituere cum fructibus.ut.ff.de rei ué. l.ut ex d uerſo.§ ubi alienum.Sed ſi poſ ſeſſor neget ſe in præſéti reſtituere poſ ſe & ſine fruſtatione uidebitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum eſt ei.ut tamen caueat de litis æſtima-tione cum fideiuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt nó reſtituat. ut inſti. de offi iudi.§.1. In perſonali autem a-ctione debet pronunciare abſoluendo uel condemnando.ut.C. de ſen.& inter lo.om.iu.l.præſens. Non refert quibus uerbis utatur.ná ſiue dicat abſoluo, ſiue dicat, mihi uidetur ticium nihil debere Seio. Item ſiue dicat condemno in de cem, ſiue dicat, præcipio Seium dare de cé.uel æquipollentia uerba ualet ſenté tia.ut.ff.de re iu.l. in ſententia. de arbi. l. quid tamen.§.ſed arbiter.infrà.de uer bo.ſigni.in his.In his igitur & cóſimi-libus de quibus exépli gratia aliqua ſu per litera ipſa notaui.iudicis officiú an te lité cóteſt.actioni deſeruit ſicut mer cénarius & miniſter. & in tali implora-tione officij non eſt facienda litis cóte ſtatio.eo quòd facta uel facienda eſt in principali cui per implorationem offi-cij deſeruitur.ſicut aliàs dicitur non eſ-ſe facienda litis cóteſtationem in cauſa appellationis ſi facta eſt in principali. ut.infrà.de appel . per tuas. Aliquando deficiente actione cum nulla competat actio ad hoc quod intenditur implora-tur iudicis officium. & tunc ſuccedit lo co actionis licet non ſit actio. ut, cum petitur in integrum reſtitutio a maiori uel minori non diſtinguo. ut. ff. de mi-no.l.quod ſi minor. §. ulti. In hac igi-tur imploratione officij quæ loco a-ctionis ſuccedit & procedit, ut dictum eſt, erit facienda litis conteſtatio. ut.in frà.eo.ti.c.2.in prin. Item imploratur officium iudicis principaliter ad inter-ponendum cautionem, id eſt, hoc ſo-lum agitur & petitur ut caueatur.ut cú petat legatarius ſibi caueri de legato præſtando.ut.C. ut in poſ. lega. l. 1. ut cum uicinus petit ſibi caueri de damno infecto ab eo cuius domus minatur rui nam.ut. ff. de damno infecto. l. prætor ait.§.ei.&.l.dies §.hoc autem Inciden ter autem agitur de cautione interpo-nenda iudicis officio. ut ecce agebatur rei uen. coram iudice & re uſucapta poſt lit. conteſta. iubet iudex caueri a reo quod non impignorauerit uel non manu miſerit ſi ſeruus uendicabatur.ut. ff.de rei uendi.l.ſi poſt ſuſceptum, uel agitur pigno. acti. iudex incidenter iu bet creditorem cauere de dolo. ut.ff.de pigno.act.l. creditor, ubi ergo iudicis of ficium principaliter intentatur nec de alio agitur niſi de eo quod per officiú iudicis poſtulatur.libellus porrigendus eſt.& litis conteſtatio facienda.ubi au-tem de aliquo principaliter agitur & incidenter imploratur officiú iudicis ſu per aliquo faciédo ſuper hoc q̃d per of ficiú petitur, litis cóteſtatio locú nó ha bet.ut infrà.eo.tit.c.2. & ꝓpterea locú officij imploratio nó habebat.infrà.de appel.ſignificáte. quia cú canonici con ueniſſent epiſcopú intelligo porrecto libello.& agerét cótra eú petitorio di-cétes ꝙ in macellis eorú carnes uédi de berét.unde epiſcopus iniurioſe faciebat

uendi

uendi in ſuis ut dicebant non poterunt quaſi incidéter & per officium iudicis poſtulare quod petebant principaliter per libellnm.ſ.ius uendendi reduci ad ſtatum antiquum, nec mouet quod dicit ante lit.conteſta. nam idem eſſet & poſt lit.conteſt. & ideo ponitur in litera præſertim. Multa alia exempla poni poſſent in quibus iudicis officium imploratur principaliter tam in ciuilibus quæſtionibus, quàm in extraordinarijs criminibus puniendis. & in quibus incidenter ſiue ante lit.conteſta.ſiue poſt ſed ſufficiat ſuperiora poſuiſſe cauſa
4 breuis & ſummariæ doctrinæ. † unde alibi dicitur officium iudicis latiſſimũ eſt.ut.ff.de iuriſd.om.iudic.l.j. eo quod ita late patet ut exempla quæ ponenda concurreret numerari non poſſent.

## *Summarium.*

1 *Maioritas quibus ex cauſis inter clericos conſideratur.*
2 *Obedientia in quibus conſiſtat.*
3 *Superiori quando & à quibus ſit obadiendum.*
4 *Subditus an in dubio obedire teneatur ſuperioris mandato.*
5 *Habens duos iudices quorum unus præcipit unum.& alter oontrarium, cui magis obedire teneatur.*
6 *Monachus an potius abbati quam epiſcopo obedire debeat. & nu.9.*
7 *Mandato oneroſo ſuperioris an ſit parendum.*
8 *Vxor an peccet mortaliter frangendo uotũ abſtinentie, ad mandatum mariti.*
10 *Monachi regulares magis ſunt aſtricti obedire ſuo abbati uel priori, quàm clerici ſeculares ſuo epiſcopo.*

## ¶ DE MAIORITATE ET obedientia. Rubr.

TRactauimus ſupra de miniſtris. Sed quia miniſtrorũ. quidã ſunt maiores, quidam minores, ad hoc.n. diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos & ordines conſtituit eſſe diſtinctos. ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, uera concordia fieret ex diuerſitate contexio.non enim eccleſia aliàs ſubſiſtere poterat niſi huius magnus eam ordo ſeruaret quod celeſtium malitiarũ exemplar nos inſtruit. quia dum ſunt angeli, ſunt & archangeli in poteſtate & ordine differentes. ut 89. diſtin. ad hoc. & ſicut membrorum uarietas per diuerſa officia & robur corporis ſeruat & pulchritudinem repreſentat. ita uarietas perſonarum per diuerſa nihilominus officia diſtributa & fortitudinẽ & uenuſtatem ſanctæ dei eccleſiæ manifeſtat. ut 89.diſt.c.1. Ideò poſt tractatum miniſtrorum ponitur hic rubrica de maiori. & obedientia. In hac igitur rubrica tractatur de maioritate & minoritate miniſtrorum, & de obedientia maioribus à minoribus impendenda. ¶ Videamus ergo quibus ex cauſis maioritas inter clericos attendatur. & in quibus obedientia conſtat. ¶ Maioritas conſideratur ex quinque cauſis.
1 † Poteſtate ſiue iuriſdictione. ordine conſecratione. antiquitate, prærogatiua ordinantis. Poteſtate ſuæ iuriſd.qua præeſt archidiaconus archipresbytero. ut ſupra de offi.archid.c.1. Ordine quæ, præeſt presbyter diacono ut 93. diſt. legitimus in fin. diaconus, ſubdiaconus & ſic deinceps. ut 93. diſtinct. à ſubdiacono. & hæc duo membra probantur in cap. lxxxix. diſtinct. ad hoc in fi. Conſecratione quia præeſt epiſcopus presbytero. ut 95.diſt.olim epiſcopus.& epiſcopus cunctis in eccleſia cõſtitutis.ut 25. diſt.perlectis. Antiquitate. ut prior habeatur qui prius fuerit ordinatus. ut infra eod.tit. c.1.75.diſt. ordinationes ſupra de elect.dudum ad audientiam.ff.de albo ſcri.l.j. Prærogatiua ordinantis. ut maior habeatur qui à maiore fuerit ordinatus. ut infra eo. ti. per tuas.ff.de albo ſcrib.l.2. & hæc omnia no.ſupra de offi.arch.in prin.ſed

ibi omiſſum eſt unum membrum ſcilicet conſecrationis quod hic additur.

2 ¶Obedientia † uerò conſiſtit in tribus. in reuerentia. iudicio & præcepto. Reuerentia debetur ei qui præcedit in ordine uel antiquitate ut 93. di. a ſubdiacono. ff. de albo ſcriben. l. 1. Vt minor aſſurgat maiori. nec ſedeat ſtante maiore ut. 93. diſt. non oportet. Vt maior præcedat, minor ſequatur in ſedendo, ſcribendo. ut 17. di. §. ulti. 96. diſt. bene quidem. ff. de albo ſcri. l. j. In incedendo. quamuis in hoc conſuetudo Romanæ curiæ contrarium ſeruet. nam minor præcedit & maior ſequitur. Item in conſuetis & honeſtis ſeruitijs faciendis ut infra eo. ti. ſtatuimus ſupra de cõſti. quoniam, fallit in duobus caſibus. ut cum minor ordine & poſterior tempore maior eſt poteſtate uel iuriſdictione. ut archidiaconus. qui & ſi inferior ſit archipræsbytero, tempore, & ordine, maior tamen illo cenſetur, & ei ab illo eſt obediendum. ut 25. diſtin. perlectis. Item fallit cum minor gerit uicem & locum maioris. ut 93. diſtin. ca. ulti. ¶Obedientia iudicij & precepti debetur ei qui præ eſt iuriſdictione uel conſecratione. nã alias ſententia a nõ iudice lata nullius eſt momenti. ut infra de iudi. at ſi clerici. C. ſi a non compe. iudi. per totum. & idem in præcepto ut. 7. q. 1. quia frater. Virtus autem ſiue efficacia præcepti eſt quòd ſubditus tenetur obedire præcepto prælati ſui ex neceſſitate, aliter peccat mortaliter immo ariolus & idolatria iudicatur. Obedientia uerò uictimis iure præponitur. quia per uictimas aliena caro. per obedientiam propria caro mactatur. ut 8. q. 1. ſciendum quod intelligo cum ſuperior præcipit licitum & honeſtum.

3 ¶Obediendum † eſt ſuperiori à clericis in omnibus quæ ad diuini cultus obſequium pertinent, uel quæ eccleſiaſticæ utilitatis cura per agere ſuaſerit. ut in præalleg. ca. 7. q. 1. quia frater. unde ſi præcipiat ſuperior aliquid contra Deum, non eſt ei obediẽdum. quia tũc Deo magis quam homini obediẽdum eſt. Vnde non ſemper malum eſt non obedire. & obedientia non eſt ſeruanda in rebus illicitis. ut 11. q. 3. ſi dominus. Nunquam enim propter obedientiam malum committendum eſt. ſed aliquãdo debet bonum quod agitur intermitti. 2. q. 3. quid ergo. ¶Sed quid ſi ſubdi-

4 tus † dubitet an ſit licitum uel nõ quod a ſuperiore mandatur. Reſpõdeo in dubio obediat. nam & ſi fortaſſe reum faciat ſuperiore iniquitas imperandi. Innocentem inferiorem oſtẽdit ordo ſeruiendi. ut 23. quæſtio. 1. quid culpatur. in. fi. nec mireris. ſi circa idem mandatum peccet idem præcipiendo. nõ autem inferior obediendo. nam & hoc alias contingit. ut 24. quæ. 5. manifeſta & c. noluit & infra de iureiur. debitores. Item & ſi oneroſum ſit quod mandatur obediendum eſt. ut 19. diſtinctione. in memoriã. & ſi iniuſta correctio ſit tolleranda eſt. ut. ca. diſtinctione cõtra morem. & quod dixi in dubio obediendum intelligo niſi dubitatio eſſet craſſa. & ſupina. quæ non excuſaret. ut ſi ſuperior mandet aliquid quod ſit cõtra articulos fidei, contra præcepta & prohibitiones, contra generale ſtatutũ eccleſiæ. In talibus non excuſaret dubitatio. quia nec ignorantia. ut 16. qu. 1. ſi cupis. Qui enim quæ Dei ſunt neſcierint à domino neſciuntur. unde ſi quis ignorat ignorabitur. ut 38. diſt. qui ea.

5 ¶Sed pone † quòd aliquis duos habeat iudices, unus præcipiat unum alter contrarium iubeat cui erit magis obediendum uidetur Auguſtinus pro regula tradere quòd maiori ſit obediẽdum. ut 11. q. 3. qui reſiſtit. Sed obijcitur de clericis ſubiectis epiſcopo qui magis tenentur obedire epiſcopo. quam metropolitano.

6 ut 9. qu. 2. per totum. † Obijcitur & de monachis qui magis tenẽtur obedire abbati quam epiſcopo. ut 58. diſt. ca. 1. & 2. Nec epiſcopus debet relaxare ſententiam excommunicationis latam à plebano. ut ſupra de offic. ordina. cum ab eccleſiarum. Ad quæ reſpõdeo.

deo. Canon ille loquitur quoniam negotium ſuper quo mandatur tranſlatũ eſt ad ſuperiorem iudicem per appellationem. tunc ad eum ſpectat negotium principale. arg. ſupra de offi. deleg. prudentiam. in fine. & ideo maiori eſt obediendum. uel loquitur quando minor habet iuriſdictioné à maiori. & maior reuocat in eo caſu in quo poteſt. ut. ff. de iudi. l. iudicium. & arg. ad idem. C. de offi. recto. prouin. l. potioris. uel ſi bene intelligatur litera illius canonis ceſſabunt obiectiones. nam in primo exẽplo loquitur de curatore qui nullam habet iuriſdictionem, & ſi habeat adminiſtrationem, loquitur de proconſule, qui habet iuriſdictioné. & ideo ei obediendum. In ſecundo exemplo ponit de procóſule & principe. Item de principe & de Deo in quibus caſibus indubitanter principi contra mandatum proconſulis, & deo contra mandatum principis. eſt parentum. ut 8. di. quæ contra mores. in fin.

7 † Vnum non obmitto quòd mandato ſuperioris onero ſo eſt parendum. ut 19. in memoriam, & patientiſſimè tolleráda eſt etiá iniuſta correctio. ut. c. di. contra morem. Et hæc omnia locũ habent in duobus ordinarijs iudicibus. Cæterum ſi duo ſint dele. contraria alicui mandantes. tunc locum habet decre. de reſcriptis. cũ contingat.

8 ¶Quid † de uxore an peccet mortaliter frangendo uotum abſtinentiæ ad mandatum mariti. cum maiori poteſtati potius parere debeat quã marito, ut ſuperius dictum eſt. Reſpondeo. Deo obedit in hoc quòd marito obedit. quia hoc facit iuris auctoritate. ut 33. qu. 5. manifeſtum & c. noluit.

9 ¶Quid ſi epiſcopus † uelit monachũ inſtituere prelatum in eccleſia ſeculari. Abbas nolit. cui magis obediendũ eſt. Reſpondeo abbati. ut 16. q. 1. cum pro utilitate. & c. monachi. 58. diſ. c. 1. & 2. Nec obſt. 16. qu. 1. qui uere. quod enim ibi dicit niſi iubeatur ab epiſcopo. ſuppleo cum licentia abbatis. Sed fateor quòd ſi epiſcopus uelit cauſa neceſſitatis ſecundũ uetera iura & ſtatutum antiquum eccleſiæ. ut 50. diſt. priſcis. ſiue hodie cauſa utilitatis. ut in. ca. cum pro utilitate. cogendus eſt abbas conſentire & monachum licentiare uel ſuperiorem agendum. ut no. in eo qui poſtulatur in epiſcopũ. ſi à ſuo prȩlato non cõceditur ſupra de poſtula. circa princip. ¶Itẽ ſi epiſcopus uocet monachum ad ſe ad miniſterium cubiculariatus nunquid poteſt inuitum inuito abbate abſtrahere uidetur quod ſic ut 2. qu. 7. cũ paſtoris. Sed puto cõtrarium, quia hoc eſt priuilegium ſolius papæ quemlibet ad ſe uocare clericum uel monachum. ut 9. qu. 3. per principalem, ſed ſi uocet ad ſe monachum. & abbas cõtradicat. monachus debet obedire Papæ ut 8. diſtinc. quæ contra mores. & 11. quæ. 3. qui reſiſtit. ¶Itẽ quid ſi prælatus uocet aliquem religioſum ad ſuum coniunctum ubi religioſus generalia ſtatuta ſui ordinis obſeruare non poteſt. puta prælatus frequenter equitat & fratrem prædicatorem ſecum frequenter equitem ducit, cum ſit de generali ſtatuto ordinis ut nullus equitet niſi infirmus. & certè conſulo ut ad caſtrum propriũ reuertatur, nec periculum ſuum exponat commodis alienis. ut 40. diſtinctione. ſicut non ſuo. & idem dico in fratre minore prælati alicuius camerario conſtituto cum ſit de generali ipſorum ſtatuto uel denarios non contingant. Satis enim abſurdum reputo talium manus ex contractu pecuniæ rubiginoſas fieri & frequenter inſiſtere calculo rationum. quem enim ſenſeris aut ſemper aut crebro de nummis loquentem inſtitorem potius habeto quam monachum. ut 16. quæſtione prima ſi cupis.

10 † Et nota quod monachi & regulares magis ſunt aſtricti obedire ſuo abbati uel priori tanquã qui renunciauerunt proprię uoluntati quam clerici ſeculares ſuo epiſcopo. ut 12. qu. 2. nõ dicatis ſupra de offi. ordi. quanto. Item clerici ſunt magis aſtricti quam laici. arg. 71 diſtin. primatus.

SVM

# Summarium

1 *Treuga quid ſit, & quid ſit pax.*
*Treugarum quot ſpecies ſint.*
2 *Fides an ſit ſeruãda eo tempore, quo treuga conuentionalis finitur.*
3 *Treuga canonica quando ſit ſeruanda, & quando bellum ceſſare debeat.*
4 *Treugæ canonicæ quibus perſonis perpetuò debeantur.*
5 *Prælati & maximè epiſcopi tenentur diſcordantes ad concordiam reuocare.*
6 *Epiſcopus propriam iniuriam nõ uindicat.*
7 *Epiſcopus an poßit iniuriam eccleſiæ remittere.*
8 *Pater iniuriam illatum filio remittere põt.*

## DE TREVGA ET PACE. Rubrica.

QVia ad officium iudicis ſpectat pacificare diſcordes. ut. 90. diſtinctione per totum & maxime in capitulo diſcordantes, capitu. diffidẽtes. Ideò poſt tractatum de offitio iudicis ponitur rub. de treug. & pace. Videamus igitur quid ſit treug a. quid pax. & quibus temporibus potiſſimè pax & treuga debeant obſeruari.
1 † Treuga eſt ſecuritas præſtita perſonis & rebus ad tempus diſcordia nondum finita. Pax eſt diſcordie finis. Item treugarum duæ ſunt ſpecies. Nam alia conuentionalis alia canonica. Conuentionalis ex conuentione recipit formam. ſicut & contractus ex conuentione legem ideſt formam accipiunt, ut. ff. de poſiti. l. j. §. ſi conueniat. ff. de re iu. l. cõtractus. ſicut ex ultimis uolũtatibus uoluntas eſt lex. ut in auten. de nup. §. di-
2 ſponat colla. 4. † Eo autẽ tempore quod ex conuẽtione finitur etiam hoſti fides ſeruanda eſt. ut 23. q. 1. noli. 22. q. 4. Innocens, quod intelligo ſi & infidelis ſeruat fideli alias non. ut infra de iureiur. peruenit. 27. quæſtio. 1. ſed infidelis. C. de trãſac. l. ſi diuerſa pars & l. cum proponis. ff. loca. & conduc. l. quæro. §. interlocatorem. 95. di. eſto ſubiectus licet ſit ar. contrarium. 11. quæſtio. 3. inter uerba in fine. 33. quæſtio. 5. quod Deo.
3 & 22. quæ. 2. utilem. ¶ † Eſt & treuga canonica quæ præter omnem conuentionem certis diebus & temporibus ſeruanda eſt ut infra eo. ti. cap. 1. ¶ Sed contra hoc opponitur. aut loquitur de iuſto bello aut de iniuſto. Si de iuſto. a tali etiam his diebus de quibus hæc decre. loquitur ceſſandum non eſt. ut 18. qu. ulti. ſi nulla. Si autem de iniuſto. hoc nullo tempore faciendum. ut. 11. qu. 3. Iulianus. & c. ſi. dominus 23. quæ. 2. c. 1. & 2. Solutio, poteſt hoc intelligi de iuſto bello à quo & ſi nullo tempore ſit ceſſandum. minus tamen ei uacandum eſt his diebus & temporibus de quibus hæc decre. ſupponit & hoc idem innuit illud decretum ſi nulla. cum dicit ſi ineuitabilis urget neceſſitas uel importunitas Item poteſt intelligi & de iniuſto bello. quod ſi nullo tempore ſit faciendum minus tamen his diebus. & temporibus quam alijs. Ad has treugas canonicas obſeruandas tres funiculi colligantur. excommunicato diœceſanorum. confirmatio uicinorum epiſcoporum. & mutuum conſilium & auxilium a coepiſcopis impendendum. ut infra c. 1. & 90. di. præcipimus & c. prælatum. ¶ Sed quæritur an epiſcopi conſtituantur tranſgreſſores ſi hoc non ſeruãt. Et poteſt dici quòd nõ eo quòd nõ ſunt hæc moribus utentium approbata
4 ut 4. diſt. §. leges. † Quare autem his diebus & temporibus de quibus loquitur hæc decreta. treugæ canonicæ potius ſint ſeruandæ ſuper litera ipſa notaui. Et eſt ſciendũ quòd certæ ſunt perſonæ quibus perpetuò canonicæ treugæ debentur ut ſunt præsbyteri, monachi. conuerſi. peregrini, mercatores ruſtici euntes & redeuntes & in agricultura exiſtẽtes. Itẽ & animalibus quæ arant ſemina & quæ portant ad agrum. ut infra eod. ti. ca. 2. ¶ Item romipetæ & oratoria uiſitantes. ut 24. quæſtio.

3. ſi

§. ſi quis romi petas, habent autẽ hoc priuilegium ruſtici quandiu fuerint in agricultura ſicut milites donec pugnãt. ut. C. de reſti.mili.l. ulti. &. C. quibus non ob.lon.tem.præſcr.l.ul. ſic clerici. monachi, & conuerſi donec in eccleſijs canonice ac regulariter uiuunt.ut.C.de epi.& cle.l.generaliter.& ſic legati gaudent priuilegio donec in legatione cõſiſtunt. ut.ff. de iudi. l. 2. §. planè. ſic animalia quæ ad culturam agri pertinent.ut.C.quæ res pigno. ob. poſ. l.pignorum. In ſumma hoc ſciendum eſt
5 quòd † quilibet prælatus et maximè epiſcopus prius de plano & abſq; coactione poſtmodum autem iuriſditione & poteſtate debet diſcordantes ad concordiam reuocare 90. diſt. c. 1. & 5.q.2. primates. & litigantes reconciliare. ut. ff. de uſur. l. ſi uſufructus. §. æquiſſimum.ff. de offi.præſi. l. illicitas §. ne potentiores. ¶ Sed obijcitur ſi ſic inter litigantes componatur remanebunt crimina impunita quod eſt contra legem.ut.ff.ad le. Aquil. l. ita uulneratus. ¶ Item expedit crimina nocentium eſſe nota. ut. ff. de iniur.l.eum qui infrà de collu.c.1.& 2. ad quod reſpondeo quod dixi ſuperius locum habet in cauſis ciuilibus in actione iniuriarum quàm quilibet remittere poteſt ſi iniuria non contingat eccleſiam.ut.23.quæſtione.4. ſi is qui. & ſi ſit facta non facienda ut. ff. de pac. l. ſi unus. § pacta. ¶ Item hoc intelligo in ciuilibus actionibus.eo ſaluo quòd in quibuſdam caſibus cõpoſitionis remediũ locũ non habet.ut.infrà.eo.ti.proximo.c.ulti. Item hoc intelligo. ubi de crimine ciuiliter agitur.nã & ſi crimen quis remittere nequeant poteſt nedũ à ciuili actione ſed ab actione deſiſtere.ut.infrà.de accu.& inquiſitio.ueniens.quando autẽ ab accuſatione impune poſſit deſiſti & quando non, & quando crimẽ in abolitione ueniat.ſuo loco dicemus. ¶ Itẽ notandum
6 † quòd epiſcopus propriam iniuriã uindicare non poteſt.ut.23. quæſtio.4.inter quærelas.Sed eam debet remittere, quia ei ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit.ut. C. de epiſco. & cleri.l. ſi quis in hoc genus. ſed non facile dimittere din. Nam reipublicæ intereſt pœnas facile non dimitti. ne ad maleficia temerè quiſquam proſiliat.ut.C. de pœ
7 nis.l.ſi operis.¶ † Quòd autẽ iniuriam eccleſiæ poſſit remittere,quibuſdam argumentis ſuaderi poteſt. Nam epiſcopus eſt pater eccleſiæ.ut 95.di. eſto, ſed
8 † pater iniuriam illatam filio remittere poteſt. ut.ff.de iniuri. l. ſed ſi unius. §.filiusfa. Item actio iniuriarum nõ eſt in bonis eccleſiæ antequam intẽtetur. & lis ſuper ea conteſtetur.ut.ff. de iniu. l.iniuriarum actio. unde cum non ſit in bonis eccleſiæ poteſt eam remittere ſine cõſenſu capituli.ut.infrà.de his quæ fi.à præ.cum in apoſtolica.Sed hoc nõ puto fore uerũ.nec obſtant argumenta ſuperiora. Nam & ſi dicatur epiſcopus pater eſt tamen eccleſiæ procurator.ut. infrà.de dona.c.2.10. q.2. caſellas. 12, q.1.c.ult. 12. quæſt.2. ſine exceptione. In illa cũ apoſtolica,fauor religionis attenditur. ſumma autem eſt ratio quæ pro religione facit. ut. ff. de religio.l. ſunt perſonæ.

## *Summarium*

1 *Pactum quid ſit.*
2 *Pactum unde dicitur.*
3 *Pactorum quot ſpecies ſint,*
4 *Pactorum diuiſiones duæ ſunt.*
5 *Pactorum uires an porrigantur ad alias perſonas.*
6 *Pactorum effectus quis ſit.*
7 *Pactum nudum quod ſit, & quot modis ueſtiatur.*
8 *Pœna non ſeruantis pactum, quæ ſit.*
9 *Pactum omne an ſit ſeruandum.*

## ¶DE PACTIS. Rubrica.

EXplicito tractatu ordinãdorum & officiorũ. Accedimus, ad præparatoria iudiciorum, ſed quia homines ut iudicia euitẽt pacta ineũt & transactio-

tranſactiones. Iccirco de his præmittitur. Et primo de pactis eo quod decē tius & honeſtius gratis à lite diſcetur quam pecuniæ interuentu. & quia pacta generaliora ſunt quam tranſactiones. Videamus igitur quid ſit pactum & unde dicatur. quot ſint ſpecies pactorum. & quot diuiſiones. & ad quos uires pactorum porrigantur. de quibus rebus paciſci poſſit. & quis ſit effectus pactorum. & quæ pœna ſit non ſeruan-
1 tis pactum. ¶ Pactum † eſt duorum pluriumve conſenſus in idem. ſ. dandū uel faciendum, non autem in eodem uero uel falſo. Nam ſi duo uel plures conſentiant in hoc uero ſcilicet Titium eſſe hominem. uel in hoc falſo Titium eſſe aſinum. non erit pactum. quia non erit obligatorium talis enim conſenſus neutrum alteri obligat. & quia dixi dandū uel faciendum. intellige alteri paciſcētium ab altero. Quid enim ſi paciſcar tecum inuito Titio quod Titius det ſeio pactum nullum erit. Sed ſi paciſcar tecum ut des Titio. pactum erit quandoque utile. quandoq; inutile ad agendum. ff. de uerbo. oblig. l. ſtipulatio iſta §. alteri. &. §. ſi ſtipuler. Nec mireris ſi pactum inutile ad agendum pactum uocetur nam ſic à iure uocatur ut. C. eod. tit. l. debitorum. &. l. pacto. & infra eodem ti. cap. ultimo. & per hoc quod dixi pactum duorum pluriumve, differt à pollicitatione, quia pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio ut. ff. de polli. l. pactum. promiſſio autem referri poteſt nedum ad pollicitationem. ſed ad nudum pactum. Item ad ſtipulationem. ut. ff. de ædil. edic. l. ſciendum. §.
2 1. ¶ Dicitur autem † pactum à pactione. ut. ff. eodem titulo. l. 1. pactio uero à pace & actu, quaſi pacis actus. Nam qui paciſcuntur ex diuerſis & contrarijs motibus animorum poſt multa uaria certamina in unam conſonantem ſententiam conuenire dicuntur ut. C. de reſcinden. uendi. l. ſi uoluntate. & ff. eo. titu. l. 1. §. conuentionis. Et hoc nomen pactum generale eſt ad omnia quæ aguntur inter partes cauſa contrahendæ uel tollendæ obligationis. ſed nomen conuentionis generaliſſimum eſt Nam & ſcholares in ſcholis, & clerici in capitulo, & populus in foro conuenire dicuntur. ut in prædicto. §. conuentionis. Vel dicitur pactum à percuſſione palmarum. Veteres enim cum ſe obligabant palmas percutiebant in ſignum non uiolande fidei. unde pactum quæ ſi palmæ ictus. ¶ Pactorum ſpe-
3 cies duæ ſunt. † Quædam in rem. quædam in perſonam. In rem ſunt quotiēs generaliter paciſcor ne petam. In perſonam quotiens ne à perſona petam. In primo autem in caſu nec ab illo cui ſit pactum peti poteſt nec ab hæredibus eius ſed nec is qui paciſcitur, nec eius hæres petere poteſt. In ſecundo uerò caſu pactum perſonale ad alterutrum non pertinet. nec etiam ad hæredem. ut. ff. eod. tit. l. idem. §. pactum. utrum autem in rem an in perſonam pactum factum ſit non minus ex uerbis quàm ex mente contrahentium æſtimandum eſt. Plerunq; enim perſona pacto inſeritur non ut perſonale ſit pactum. ſed ut demonſtraretur cum quo factum ſit. ut. ff. eod. titu. l. 1. § pa-
4 ctorum ¶ Diuiſiones † pactorum ſimiliter ſunt duæ. Quædam enim ſunt utilia. quædam inuilia. utilia ſunt ea omnia quæ non inutilia. Inutilium uero exempla multa ponuntur ponam tamen de multis aliqua cauſa breuis inſtructionis. ¶ Sunt igitur pacta inutilia ratione perſonarum ut ſi paciſcatur furioſus qui nec expreſsè conſentire poteſt ut. ff. de actio. & ob. l. 1. §. furioſum nec tacitè. ut. ff. loca. & condu. l. qui ad certum. niſi in caſu. ut. ff. ſolu. ma. l. 2. §. olim. unde furioſi matrimo. contrahere non poſſunt. ut. 32. quæſtione. 7. neq;. ut. ff. de ſponſa. l. furor. ff. de ritu nupt. l. oratione. §. furor. nec etiam ſe ad religionem obligare. ut. 22. q. 1. Conſaldus. infrà. de regula. ſicut tenor. quod intellige in continuo furioſo, ſecus ſe habeat dilucida interualla.

ualla.ut 7.quæſtione.1.quamuis.C.qui
teſta. fa. poſ. l. furioſus. inſtitu.eodem
titulo. §. furioſus. quomodo enim reus
cõſtituitur qui neſcit quid faciat.ut 15.
quæſtione. 1. aliquantos . Item inutile
redditur pactum ratione perſonæ in pu
pillo qui nondum eſt doli capax. ut. ff.
de accu.& ob.l. prima.§.furioſum.ff.de
noua.l.1.in fi.ff.de condi. inde.l. quòd
pupillus, uult obligari . ſecus ſi ſibi ue-
lit alium obligare quod poteſt etiam ſi
ne tutore.ut.ff. de auc.tu.l.obligari . &
idem omnino in prodigo.ut.ff.de uerb.
obliga.l.is cui bonis. & idem intelligo
ut obligari uel alios ſibi obligare non
poſſunt in monachis regularibus & cõ
uerſis profeſſis . qui perſonaliter paci-
ſcuntur.ut ar. infra de confir.uti.uel inu
ti.ad noſtram.&.c. porrecta. ſecus ſi cõ
templatione monaſterii cui per tales
acquiritur.ut. C.de epiſco.& cle.l.Deo
nobis.§.hoc etiam.18.q.2.abbates. 16.
q.1. monachi.Itẽ deficiunt pacta & inu
tilia fiunt ratione perſonarum, ut in ui
ro & uxore qui ſibi donare non poſſunt
ſeu uendere. ut. ff.de dona. inter uir. &
uxo.l.1.&.l.ſi ſponſus.§.circa.Item.ra-
tione poteſtatis.ut.C.de contracti.iud.
l.1.& idem intelligo in legatis dum le
gatione funguntur. ne per impreſſionẽ
contrahere uideantur in prouincia in
qua legationem exercent. ut.C. de his
quæ ui me. uecan.ſi.l.ſi per impreſſio-
nem . Irem inter patrem & filium niſi
de caſtrenſi peculio uel quaſi : ut inſti.
de inuti.ſti. §. item inutilis.ff. de iudi l.
lis nulla,inter ſeruum & dominum.ut.
C.de tranſac.l. interpoſitas.Item defi-
cit pactum ſi res quæ in pactum deduci
tur non exſtet in rerum natura.ut.ff. de
contrahen. emp. l. domum , niſi mora
præceſſerit.ut ff.de uer.ob.l.inter ſtipu
lantem.§.pe.Item ſi homo liber, res ſa
cra uel religioſa deducantur in pactum
ut inſti.de inuti.ſti.§.idem iuris . Item
ſunt uel fiunt inutilia pacta ex alijs cau
ſis quæ connumerantur in eo.ti.inſt. de
inuti. ſti. Item ceſſat pactum in colla-
tione rerum ſpiritualium.ut.1.quæſt.1.
quam pio , cum ſuis concordan. Item
ceſſat in rebus prohibitis etiam ſi iura-
mentum fuerit appoſitum . ut infra de
foro compe. Si diligẽti, infra de iu. iur.
tua C. de legibus & cõſti.l. non dubiũ.
Item ceſſat in his quæ obſeruata uer-
gunt in animæ detrimentum. Item pa-
ctum turpe uel rei turpis aut impoſſibi-
lis de iure uel de facto nullam obliga-
tionem inducit ut infra eo.titu.ultimo.
Sunt & aliæ diuiſiones pactorum quas
omitto eo quod ſunt mere legales .
5 ¶Porrigũtur † uires pactorum ad alias
perſonas ut probatur hoc.ff.eo.titu.l.ſi
tibi.cum legibus ſequentibus uſque ad
le. ſi unus. ¶Item pactum prædeceſſo-
ris obligat ſucceſſorem ſicut patris filiũ
ſi pactum fuerit in utilitatem eccleſiæ
contractum.ut infra de ſolu.ca.1. alias
ſecus.ut infra de præca.c.2.¶Paciſci nõ
poſſumus de rebus ſpiritualibus. de pro
hibitis. & de his quorum non eſt com-
mercium. ut ſuperius dictum eſt intra-
ctatu de pacto inutili ratione rei.¶Effe
6 ctus † pactorum eſt.ut quod inpactũ de
ducitur obſeruetur,ut infra eo.c.1.& 3.
& quamuis ſecũdum leges ex nudo pa-
cto non oriatur actio.ut.ff.eo.titu.l.iu-
re gẽtium.§.ſed cum nullam.C. de rer.
permuta.ex placito permutationis.præ
ter quã in quibuſdam caſibus quos non
proſequor cũ ſint prorſus legales,tamẽ
ſecundum canones ex nudo pacto & ex
ſimplici uerbo aliquis efficaciter obli-
gatur, ita ut detur actio contra eum ut
hic in ca. qualiter.12. qu.2.quicunque
ſuffragia.& q. 5.quia Ioannes. Et eſt ra
tio canonum,quia dum quis uenit con-
tra ſimplex uerbum mortaliter peccat.
ut 22.q.1. prædicandum . Et ideó quæ
procedunt de labijs meis non faciã ir-
rita. Cor enim loquentis conuenire de
bet ori quod loquitur. ut 23. di.pſalmi
ſta. Nec Deus uult aliquam differentiã
fieri inter ſimplex uerbum & iuramen
7 tum.ut 22.quæ.5.iuramenti.¶† Dicitur
autem pactum nudum quod nõ ueſti-
tur aliquo genere ueſtimenti . Sex au-
tem modis ueſtitur pactum.Re uerbis,

literis, conſenſu, contractus conhærentia, rei interuentu ut inſti. de uerbo. obli. &. ff. de pac. l. iuris gentium. §. quin
8 imò & §. ſequentibus. ¶ Pœna† non ſeruantis pactum eſt. ne alius teneatur ſtare pacto. & pœna appoſita committatur. ut infra de pœ. conſtitutis infra de iureiuran. peruenit. C. de pactis cũ proponas infra de cenſibus. cum olim. C. de tranſac. cum mota. & hoc ſi alius pactum ſeruauit. alias neutra partium cõmittitur. ut in eadem decre. dicitur. ¶ In
9 ſumma notandum eſt quòd † omne pactum quod ſeruatum nõ exigit animæ detrimentum ſeruãdum eſt. ut dicimus in iuramento. ut infra de iureiuran. ſi uerò. & 22. quæſtio. 4. ſi aliquid. nec fit in damnum alterius quamuis ſit in damnum non paciſcentis. ut infra de iureiuran. cum contingat. Sed obſtat in eod. titu. debitores, ubi pactum de ſoluendis uſuris non ſeruatur. Sed iuramentũ ſeruatur Ad quod reſpondeo. ibi pactũ nõ ſeruatur. non iuris auctoritate ſeu permiſſione & eodem modo iuramentum ſeruatur per aliam decre. eodem titulo ex adminiſtratione. ¶ Item no. quòd poſterius pactum præiudicat priori. C. eo. titulo pacta nouiſſima. ar. infra de cenſibus cum olim.

## Summarium

1 *Tranſactio quid ſit.*
2 *Tranſactio unde dicatur.*
*Tranſigere qui poſſint.*
3 *Transactio an in criminalibus locum habeat.*
4 *Tranſactio an ceſſet in actionibus famoſis.*
5 *Generali in remiſſione quæ non ueniant, & quæ ueniant.*
6 *Prælatus an tranſigere ualeat cauſa eccleſiæ ſine conſenſu capituli & nu. 7*
8 *Tranſigi an poſſit ſi agatur ſuper eccleſia.*
9 *Caſus in quibus tranſactio locum non habet.*
10 *Tranſactionis effectus qui ſint.*

## ¶ DE TRANSACTIONIbus. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de pactis in genere. nunc autem tractatur de pactis in ſpecie ſcilicet de tranſactionibus quæ ſunt quædam pacta. Videamus igitur quid ſit trãſactio, Vnde dicatur, quis poſſit tranſigere, de quibus rebus. & ĩ quibus rebus ceſſet trãſactio, & quis ſit tranſactionis effectus.
1 ¶ Tranſactio † eſt de re dubia & lite incerta necdum finita non gratuita pactio. Licet autem intelligo præſentem uel futuram. quia & ante litis conteſta. fieri poteſt tranſactio. ut. ff. de cõdi. inde. l. eleganter. §. ſi quis poſt, Item litẽ exaudio iuſtam ſiue iniuſtam. ut. C. eodem titulo. l. 2. Si tamen is qui agit certet ſe fouere iuſtã cauſam. alioquin cõtra. ut. ff. de condi. indebi. l. in ſumma. cũ diſtinguatur inter inſiſtentẽ ut ſi actor per calumniam inſiſtat nulla ſit tranſactio. Sed ſi reus per calumniam reſiſtat ualeat tranſactio quo ad eum. ut. C. eo. titulo. l. ſub prætextu licet per aliam uiam hoc eſt per actionem de dolo. uel replicationem doli conſulatur actori, ut ibidem dicitur. quando reus dolo induxit actorem ad tranſigendum. Non gratuita ideò dicitur. quia tranſactio nullo dato uel promiſſo uel retento nõ procedit. ut infra eodem titu. ſuper eo. C. eodem titulo l. tranſactio, Non finita uerò dicitur, quia ſi iudicatum eſſet, non appellari poſſet. nec aliquo remedio attentari. Nec de ſententia dubitatur, ſi fiat tranſactio nulla erit. ut. ff. eodem titulo. l. poſt rem. & de condi. inde. l. eleganter. §. ſi poſt rẽ. Poteſt enim eſſe quòd is qui cõuenitur dicit uerum, eſt me eſſe condemnatum tibi ad decẽ & uerum eſt quòd debeo, ſed ſi uis eſſe contentus quinque dabo tibi incontinenti quinque. tunc tranſactio nulla. ſed ſi negaret iudicatum adeò tamen liquida foret probatio ut non ſufficeret negare adhuc idem eſt. ut. C. de pœnis.

nis.l. qui ſententiam. ¶Dicitur autem
2 tranſactio † quaſi actionis tranſitio, eo quòd qui tranſigit tranſit & diſcedit ab actione. & ita propria dicitur traſigere is qui agit. ut. C. eodem titulo. l. 2. ¶ Poſſunt autem traſigere domini. rerum uel actionum tutores & curatores habentes liberam adminiſtrationem. ut.ff. de procurato. l. procurator. prælati eccleſiarum. Item procuratores habentes ſpeciale mandatum. ut.ff. de procura.l. mandato.& l. procura.tutorum. Item dati in rem ſuam qui dominis præferuntur. ut. ff. de procurato. l. procuratore. ¶Poteſt tranſigi in omnibus ciuilibus.ut.C. eodem titulo.cauſas. non tamen in ſpiritualibus ut infra eodem titulo. conſtitutus. Poteſt in eis interuenire amicabilis compoſitio. ut infra eodem titulo.cap.2.& cap. de cetero infra de decimis,ſuggeſtum. & ca. ex multiplicij infra de confirma. uti. uel inuti. uenerabilis niſi dicatur tranſactionem fieri poſſe in ſpiritualibus, ut detur ſpirituale pro ſpirituali. ſicut in permutatione dicimus ut infra de re.permu.cap.ad quæſtiones. uel niſi interueniat ſuperioris auctoritas pro bono pacis. ut infra de præben. niſi & ar. ff.de his qui no. infa. l.furtim accipe.§.
3 qui iuſſu. †In criminibus autem interuenire poteſt tranſactio in his quæ irrogant pœna ſanguinis.ut.C.eo.tit.l.trãſigere.2.quæ.3.§.notandum.in uerſi. in omnibus. Sed & tunc acccuſator incidit in Turpilianum ut. ff.ad Turpi.l.ab actione.ſed hoc nihil ad reum cui ignoſcitur ſi quoquomodo ſanguinem ſuũ redimit.ut.ff. de bo. eorũ qui ante ſen. mor. ſibi conſciue.l.1.hoc tamen fallit in adulterio.ut.l.tranſigere.ca.eod.titu. Sed hodie in adulterio uidetur correctum ut in auth.ut nulli iudi.§. adulteram uel forte ſpecialiter obtinet in marito,uel uerius ibi non tranſigitur de re dubia & lite incerta. ſed reconciliatur coniuncta. In criminibus autem quæ ſanguinis pœnam non ingerunt tranſactio fieri non põt. ſed gratuita pactio ſeu remiſſio ſic.ut ff.de iure fiſci.l.in fiſci & ad le.Iul.de ui.publi.l.qui cœtu.§. qui uacantem. & idem in adulterio dicerem. Si autem data pecunia reus trãſigat cum actore tranſactio nulla eſt, & reus pro confeſſo habetur, ut de præuari.l. in omnibus. & in prædicto.§.notãdum.in uerſi.in omnibus. Et hoc fallit in crimine falſi. ut. C. eodem titulo. l. tranſigere.Vnde uerſus.Sanguinis & capitis metuens de crimine pœnam. Trãſige ſi placeat non tranſigit ullus adulter. In reliquis nulli liceat niſi crimine falſi. Dat cenſura tamen noua mechonite leuamen. Sed cum ſecundum canones nullum crimen irroget pœnã ſanguinis.ut 23.quæſtione.8.his à quibus infra ne cle.uel mona. ſententiam. in nullo tranſigitur. Item in.alimentis non tranſigitur ſine præſidis auctoritate. ut. ff. eodem titulo. l. cum hi uſque ad.§.qui tranſigit.&. §.ſi prætor.&.C. eo titu.l.de alimentis. Item in quæſtionibus quæ ex teſtamento proficiſcuntur non tranſigitur niſi inſpectis cognitiſque uerbis teſtamenti. ut.ff. eodem
4 titu. l. de his. ¶Item ceſſat † tranſactio in actionibus famoſis deſcentibus ex maleficio. ut in actione furti. ui bono. rap. iniuriarum. ut. ff. de his qui no. infa l. furti.§. pactuſue. ſecus eſt in actionibus famoſis deſcẽdẽtibus ex cõtractu, ut in actio. mandati, tutelæ, & depoſiti. ut. ff. de his qui no. infa. l. in actionibus. Item ceſſat tranſactio in iure ſubiectionis. ut infra eodem titulo. præterea. ſubiectio enim eſt ſpiritualis, & ideo aliquo dato uel promiſſo remitti non, poteſt ſed gratis poteſt. ut infra de religio. domi. conſtitutus infra de priuile. cum olim. ſed poteſt epiſcopus in remiſſionem conſtituere cenſum ſibi ſoluendum in recognitione dominij ut infra de cen. omnis anima. uel ad iudicium perceptæ libertatis ut infra de priuile. reci-
5 pimus. ¶Et notabis † quòd in generalem remiſſionem non uenit iuriſditio. ut 16.quæſtio.2.uiſis in fine. Item

nec uiſitatio nec procuratio. ut infra de donatio. paſtoralis. infra de cenſi. cum uenerabilis. nec reuerẽtia. ut. C. de bonis liber. l. ulti. Nec cathedraticum. ut infra de dona. paſtoralis. Quid ergo uenit in generalem remiſſionem ſeu conceſſionem ſiue exemptionem. Reſpondeo. remiſſionum omnium temporaliũ ut in prædicta decr. paſtoralis. ¶ Sed
6 quæritur † an prælatus poſſit tranſigere in cauſa eccleſiæ ſine conſenſu capituli. Reſpondeo non ut infra eod. titu. contingit, ſicut nec alienare ut 12. q. 2. ſine exceptione, & 10. quæ. 2. §. hoc ius porrectum. Sed agere poteſt cauſam eccleſiæ cum ſit maritus & legitimus adminiſtrator. præſtita tamẽ ſatiſdatione quòd capitulũ ratũ habeat: ut uides in marito in cauſa uxoris. ut. C. de procur. l. maritus. uel cum cauſa ſit communis inter prælatum & capitulũ. admittetur prælatus ad agendum cũ ſatisfactione de rato. ſicut conſors in cauſa ſui cõſortis. ut. C. de conſor. eiuſdem li. l. 2. defendere autẽ eccleſiam ex ſuo officio tenetur ſupra de reſcript. edoceri. Sed ad primum opponitur. Prælatus habet liberam & generalem adminiſtrationẽ ergo tranſigere poteſt. ut. ff. de procu. l. procurator cui. & l. procurator tutorũ. & ꝙ prælatus ſit procurator eccleſiæ probatur infra de don. fraternitatis. 12. q. 1. c. 1. Item tutor tranſigit. ut. ff. de furtis. l. interdum. §. qui tutelam & prælatus tutor eſt. ut 16. q. 1. in canonibus. Item tranſigit adminiſtrator ciuitatis. ut. C. eo. tit. l. preces. & prælatus adminiſtrator eſt ſeu diſpenſator. 10. q. 2. præcariæ. Ad primam obiectionem reſpon
7 deo. † Prælatus habet generalem adminiſtrationem ſed non liberam. & ideo tranſigere non poteſt ut. ff. de procur. l. mandato. Vel dic quòd prælatus tranſigere non poteſt alienando rem de qua agitur. plerunq;. n. per tranſactionẽ fit alienatio. ut. C. de litig. l. ult. & ſecũdũ hoc prælatus poteſt agere ſed non alienare. quamuis lex reputet hoc abſurdũ. ut. ff. de iure deli. l. ait prætor. Sed illud eſt generale. Fallit tamen iñ prælato. Item in tutore & procuratore. Item nõ obſtat obiectio ſuperius facta de tutore qui trãſigit. nã alio modo requiri ur conſenſus capituli quam pupilli. Itẽ nõ obſtat ſupior obiectio de præſide. quia
8 præſes habet liberã & generalẽ. ¶ † Itẽ quæritur an ſi ſuper eccleſia agatur trãſigi poſſit. Reſpondeo non. ut infra eo. ti. conſtitutus. quod intelligo cum de eccleſia agitur tanquã de titulo ſeu de beneficio eccleſiaſtico. ut infra eo. ti. ſuper eo. Cæterũ ſi duo epiſcopi uel duo monaſteria agant de eccleſia contendẽtes de proprietate illius de proprietate prædij alicuius. ut 16. q. 3. inter memoratos. tunc tranſactio locũ habet & permutatio dũ tamen non detur tẽporale pro ſpirituali. ut infra de re. permu. c. ad quæſtiones. ¶ In ſumma notandum eſt
9 † ꝙ quædã ſunt in quibus nec cõpoſitio nec diſpenſatio nec tranſactio locũ habet. Qũo. n. poſſet fieri per amicabilem cõpoſitionẽ uel per diſpẽſationem ſeu tranſactionẽ ut uir dimiſſa uxore aliam ſuperinduceret ut monachus exiſtens monachus haberet propriũ. ut infra de ſtatu reg. cum ad monaſteriũ. ut ſubiectus in ſubiectione perdurãs ſuperiori nõ obediat in licitis & honeſtis. In his ergo & conſimilibus tranſactio locum non habet. ut infra eo. titu. c. ult. ¶ Effe-
10 ctus † trãſactionis eſt ut omnia inſtrumenta ad cauſam ſpectantia ſuper qua tranſactũ eſt, & quicquid aliud quod opẽ partibus ferre poterat ſit uacuũ & oĩ uirtute caſſatũ & ſola tranſactio ualidũ perpetuũq; robur obtineat ut infra eo. t. c. 1. ¶ Itẽ ex ea datur exceptio in oĩ eo quo factũ fuerat & tranſactũ. unde ſi generalis fuit petito & generalis tranſactio in oĩbus obſtabit exceptio. ut. C. eo. ti. l. ſub prætextu & ff. eo. t. l. non eſt niſi reus dolo occultauerit ſpeciem de qua deceptus eſt actor. ut. ff. de pact. l. tres. ſi uerò generalis eſt petitio & de ſpecie facta trãſactio nocet exceptio in ea ſpecie tantũ. & idẽ eſt ſi ſpecialis ſit petitio & generalis quãtũ ad uerbũ trã

ſactionis

ſactionis.ut.C.eo.tit.l. ſi de certa &.l. age.&.ff.eo.t.l.cum acquiliana.&.l.qui cū tutoribus.§.ul.& multo fortius idē ſi utrunq; fuit ſpeciale.ut.ff. de pactis.l.ſi unus.§.pacta.& hic eſt effectus tranſactionis ex parte rei.Ex parte uerò actoris non datur actio ex tranſactione, ſcilicet ut id detur uel fiat quòd conuenit dari uel fieri ut recederet à lite. Et eſt ratio quia actori ſupereſt uera actio ad quam redire poteſt.& ſi opponatur exceptio ex tranſactione replicabitur nō debet ei fides ſeruari qui uult cōtra pacta uerſari.ut.C.eo.ti.l. ſiue apud acta ut.C.de pac.l.cum proponas infra de iureiuran. peruenit. & ſi actori non ſupereſt uetus actio.detur ei conditio ab cauſam contra reum. ut ſe reponat in priſtinam obligationem. ut.ff.de cond. cauſa da.l.ſi quis accepto. uel datur actori actio ex præſcriptis uerbis ad intereſſe,quia eſt contractus do ut des. ut hic remittere ſit dare.ut.ff.de cond. cauſa da.l.ſi.mulier.& .ff.de iure dot.l.ſi pater &.l.quemadmodū.§.1.& de præſcr. uerbis.l.ob eam.de dolo autem nō agit actor, quia non fuit dolo inductus ut tranſigeret. licet ex poſt facto reus dolo fecerit quòd non ſeruauerit fidem.ut ff.de dolo.l.2.§.ſi quis. ſi autem tranſigendo dolo fuiſſet inductus actor ageret de dolo. ut.C.eod.tit.l.actione &.l. ſub prætextu.

## *Summarium.*

1 *Poſtulare quid ſit, & qui poſtulare poßint.*
2 *Clerici an poßint poſtulare curaui iudice ſeculari & nu. 9.*
3 *Monachi quando poßint aduocare, & canonici regulares.*
4 *Epiſcopi an poßint aduocare.*
*Sacerdotes an poſtulare poßint.*
5 *Qui à poſtulando repellantur.*
6 *Aduocati non debent aſſumere cauſas deſperatas.*
7 *Aduocatus quando teneatur ſi cauſam amiſerit. & num. 7.*
8 *Aduocatus quæ in ſuis aduocationibus obſeruare teneatur.*

## ¶ DE POSTVLANDO. Rubrica.

PRæmiſſo tractatu de pactis. & de tranſactionibus ad præparatoria iudiciorum,accedimus & quia litigare uolens indiget poſtulante. ideſt aduocato ſeu patrono, ideò ſubijcitur hic tractatus de poſtulādo. ¶ Videamus igitur quid ſit poſtulare, & qui poſſint poſtulare, qui & quibus modis repellātur à poſtulando. Et an clerici pro impēſis patrocinijs ſallaria percipere poſ-
1 ſint.¶Et quidem poſtulare eſt† deſiderium ſuum uel amici ſui in iure apud eum qui iuriſditioni præeſt exponere. uel alterius deſiderio contradicere. ut ff.eo.ti.l.poſtulare & 3.q.7.§.tria.¶Poſſunt poſtulare ingenui & libertini habentes peritiam literarum uel experiētiam cauſarum.ut.C.eo.ti.l. prouidendum. in prin. C.de iudi.l.certi, & in auten.de iudi.in prin. &.1 reſpon. coll.6. Poſtulat autem quis aliquando uolens aliquando à iudice coactus.ut ſupra de offi.iu. c.1.unde & prætor inquit ei qui non habet aduocatum ego dabo. ut.ff. eo.ti.l.1.§.ait prætor. Et eſt ſciendum quòd ſi aduocatus iuſſus à iudice alicui patrocinium denegauerit.cum excuſatione quod nequeat cōprobari careat foro,ideſt,nō aduocet ut. C.eo.ti.l.pro uidendum & 3.q.7.§.item. dabit inquā iudex aduocatum fœminis, pupillis,debilibus,& his qui ſuæ mentis non ſunt uel qui propter potentiā ſuorum aduerſariorū aduocatos inuenire nō poſſunt ut.ff.de.offi.procōſ.l.nec quicquā.§.ul. nec tunc gratis dare debet imò conuento à parte uel à iudice ſtatuto ſallario. pro facundia aduocati. pro modo litis & fori conſuetudine.dummodo quātitatē debitam non excedat.ut.ff. de ua. & extraor.cog.l.1.§.in honorarijs alijs autem perſonis non puto aduocatum dari poſſe cū per ſe & ſua pecunia poſſit quilibet aduocatum habere.ff. de rebus eorum qui ſub tu.uel cura.l. magi. §.in

§. in primis, ergo unde illud quod dicitur ei qui non habet aduocatum ego dabo ſic exponitur, id eſt, ſi habere non poteſt. ſicut & in actione aquæ pluuiæ arcendæ dicitur ſi aqua pluuiæ nocet. id eſt nocere poterit ut. ff. de ſtatu li. l. La
2 beo. ¶ Repelluntur † ab aduocatione coram iudice ſeculari Clerici in maioribus ordinibus conſtituti. etiam ſi eccleſiaſtica beneficia non habeant, quia ſi ſine titulo ſunt ordinati tenetur eis epiſcopus prouidere. ut. infrà. de præben. epiſcopus &. c. cum ſecundum apoſtolum. Item & in minoribus conſtituti ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſubſtententur niſi aduocent pro ſe & pro miſerabilibus perſonis. ut. infra. eo. ti. c. I. Si uerò beneficia eccleſiaſtica non habeant poſſunt aduocare etiam in foro ſeculari. quia iuſta negotiatio non eſt clericis pauperibus interdicta ut. infra. ne cle. uel mo. c. I. Aduocare autem & ſallariũ recipere licitum eſt pro aduocando. ut, II. q. 3. non licet. ſed in foro eccleſiaſti
3 co licet utriſq;. † Monachi autem & canonici regulares nec in eccleſiaſtico foro poſſunt aduocare niſi forte id monaſterij expoſcat utilitas abbate nihilo minus imperante. ut. infra. eo. c. 2. infra ne cle. uel mo. non magnopere. &. c. ſuper ſpecula 16 q. I. alia &. c. placuit. &
4 15. q. 2. c. I. ¶ Quid de epiſcopis. † Dico quòd nec in cauſa propria nec in cauſa eccleſię poſſunt aduocare, ſed aduocatũ habebunt non malæ famæ ſuſpectum. ut. 5. q. 3. quia epiſcopus. Sacerdotibus autem non niſi pro ſeipſis. pro eccleſijs ſuis. pro perſonis coniunctis ac miſerabilibus licitũ eſt poſtulare. ut, infra. eo. ti. c. ulti. 14. q. 5. deniq;. & 16. q. I. te quidem. Opprobrium eſt enim ſacerdotibus ſi ſe peritos forenſium cauſarũ uelint oſtendere ut. C. de teſta l. conſulta diualia. C. de epiſ. & cle. l. repetita. ¶ Itẽ
5 repellitur † quis à poſtulãdo quandoq; iudicis officio. fortè quia aduocati & aſſeſſoris officio ſimul utitur. ut. C. de aſſeſ. l. ulti. Item repelitur quia iudex uidens ex una parte rudes & nouicios aduocatos. ex altera parte peritos & antiquos. uult æquam facere diſtributionẽ. & unum dare parti alteri indigenti cui aduocatus negat ſuum patrocinium. ut. C. eo. titu. l. prouidendum. & 3. q. 7. §. tria, in uer. ſin uerò. ¶ Item repellitur qui pactus eſt de ſallario cum graui dan no litigatoris & maximè de quotta portione litis. ut. C. eo. titu. l. ſi qui aduocatorum. & 3. q. 7. §. arcentur. Item non catholicus. ut. C. eo. titu. l. nemo. de pœni. di. I nemo. infra. de hæreti. excõmunicamus. §. præterea. Item repellitur quis per legem. Iuliam repet. ſi pecuniam ob non iudicandum accepit. ut. ff. ad le. Iul. repe. l. ea. Item prohibetur quis à iudice, ne apud ſe aduocet, uel ne in prouincia illa aduocet, uel ne im perpetuum aduocet, quod ex forma decreti iudicis apparebit. ut. ff. eo. titu. l. puto, cum. l. ſe. Item prohibentur aliqui poſtulare per edictum prætoris. cuius edicti ſunt ordines. qui autem in iſtis ordinibus comprehendantur his uerſibus continetur. Non cuicunq; datur ut poſtulet. immò uetatur additus pœnæ ſeruus, puer, actor arenæ. Luminibus caſſus. mulier muliebria paſſus. Et hæc omnia probantur. 3. q. 7. §. tria. &. ff. eo. ti. l. I. Pro impenſis autem patrocinij clerici ſallaria recipere poſſunt. ut. II. q. 3. non licet. nec enim tenentur proprijs ſtipendijs militare. ut. 13. q. I. §. quia uerò. nec de ſuo facere beneficiũ ut. 10. q. 2. præcariæ. Et Greg. dicit. iuſtum nãq; eſt ut illi conſequantur ſtipẽdium qui pro tempore ſuũ commodare reperiuntur obſequium. 12. q. 2. charitatẽ. Sed contra. 15. q. 2. obſeruandũ. Ad quod reſpõdeo cũ Gratiano. quòd illud decretũ loquitur de profeſſis. uel derogatũ eſt ei per cõtrariã cõſuetudinẽ. ¶ Caueãt † autẽ aduocati ne cauſas
6 deſperatas aſſumãt & ſi forte à principio aſſumpſerint ignorãter. cũ de uitio cauſæ patuerit ceſſent. & ſallaria iã recepta reſtituant. ut. C. de iudi. l. rem nõ nouã, nã & tutor cauſam defendere debet pupilli ſi eſt iuſta. ut. C. de adminiſtra. tu.

ſtra.tu.l. ſi bonam. alioquin bonam fidem agnoſcere debet ut.ff. de adminiſtra.tu.l. quoties.§. ſicuti.& idem in fideiuſſore. ut.ff. man.l. quintus & ſi neque aduocatus clientulum ſuum inducat ſcienter ad mouendum uel defendendum cauſam iniquàm tenetur ei ad danna & expenſas. ar. C. de adminiſtra. tu.l. non eſt ignotum. Item tenetur ſi propter ſuam imprudentiam uel negligentiam cauſam amiſerit uel infirmitatem ut.ar. ff. ad le. Acqui. l. idem iuris &.ff. loca. & conduc.l.cum in plures.§.locator.&.ff de offi.præſi.l.illicitas.§.ſicuti.& multo fortius ſi per infidelitatem & proditionem. Nam tunc maiori pœna dignus eſt. ut. ff. de pœnis.l. ſi quis aliquid.§.non quis inſtrumenta. ff. ad le. Cor.de falſ.l.1.§. is qui. & ff.
7 de extraor.crimi.ſaccularij.§.1.† Item tenetur qualitercunq; ſuo uitio cauſam amiſerit ut.ff.de euict.l.ſi ideo. &. C.de euic.l.emptor.&.ff.de tabu.exhi.l.locũ. §.condẽnatio.ſecus ſi ex qualitate cauſæ uel defectu probationũ. quia uitium eſt materiæ non artificis ut.ff. ad le.Aqui.l.ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem. & ff.loca.& cond.l.item quæritur.§.ſi gẽ-
8 ma.† Vnde aduocati in ſuis aduocationibus quattuor obſeruare tenentur.Primo ut cauſæ qualitatem examinent. & iuſtam ſi uoluerint aſſumant & iniuſtã repudient ſicut dictum eſt. Secundo ut in aduocando modeſtiam,ueritatem,& legalitatem obſeruent. modeſtiam ut non procaciter nec conuiciando proponant niſi quatenus litium expoſcat utilitas ut.C.eo. tit.l. quoniam. ueritatem ut non mentiantur , uel falſa iura allegant. ſeu falſas rationes non inducant. falſas probationes , cauillationes non utantur. nec dilationes non neceſſarias petent ut.2.q.7.§. tria. in uerſi. ſiquis autem ex litigatoribus.C. de iudi. l. properandum. §. illo proculdubio. legalitatem. ut de contingentibus nihil omittant. ¶ Tertio ut ſallarium petant conueniens pro magnitudine cauſæ & laboris & pro ſui facundia & fori conſuetudine.ut.C.eo.titu. l. quiſquis. 3.q. 7. §. tria. in uerſi. apud urbẽ. & argu. 12.q. 2. conceſſo Vulterane. infrà. de præben.de multa,in fi.in uerbo circa ſublimes tamen & literatas perſonas ut. C.de off. ma.l. nemo,in uerbo ut is gradu cæteros antecedat quem ſtipendia longiora & labor prolixior fecerint anteire & ar.ad idem. 59 di. ſi officia. & 61.di miramur.&.ff.de ua.& extra ord. cogni.l.1.§.in honorarijs.¶ Quarto ut neque a principio conueniant de certa parte litis,uel cum graui danno litigatoris ut ſuperius not.in §. Item repellitur qui pactus eſt.nec poſt cæptam litem , pactum ineant cum eo quem in propria fide receperunt. ut.C.eo.titu.quiſquis.§. præterea.& 3.q.7.§.tria in uerſ. præterea.niſi forte nomine palmarij idem palmæ ſeu uictoriæ caueatur. ſed & poſt peractam cauſam poteſt de ſallario caueri. ut.ff.de ua.& extraor. co-
9 gni.l.1.§. ſi cui.¶ † In ſumma notandũ eſt quòd clerici in criminali cauſa coram iudice ſeculari allegare non poſſunt.ut.51.diſt.aliquantos. 23. q.8. his à quibus. niſi ad hoc ut pro reis ſupplicent.ut.14.q. 3.ſi res aliena.23.q.5.c.1. & 2.capitulo.reos.

## *Summarium*

1 *Procurator quis dicatur.*
2 *Differentia quæ ſit inter procuratorem ad iudicia & procuratorem ad negotia.*
3 *Procurator qualiter conſtituatur.*
4 *Mandatum procuratorium ut legaliter fiat quæ requirantur.*
5 *Procuratorem quis conſtituere poßit. & qui non & nu.6.& 7.& 8.*
9 *Procurator quando non admittatur.*
10 *Mandatum ſpeciale in quibus negocijs requiritur.*
11 *Procuratores dantur in cauſis ciuilibus. & quando in criminalibus.nu.22.*
12 *Procurator an in cauſa denuntiationis uel in cauſa inquiſitionis interuenire poſſit.*
13 *Procuratorem conſtituere an quis compellatur in cauſis grauibus , & quæ cauſæ*

grаues

*graues ſint. in quibus quis ſi uult poteſt conſtituere procuratorem.*

14 *Procuratores an & quando poßint conſtitui. præſente uel abſente aduerſario, & qui conſtitui poßint.*

14 *Cautioque & quando à procuratore exigatur, & nu. 16.*

17 *Exceptio contra procuratorem quod non habeat mandatum, poteſt quandocunq; proponi.*

18 *Procuratoris officium quale ſit.*

19 *Procurator appellans an teneatur proſequi appellationem.*

20 *Mandatum procuratorium quãdo finiatur.*

21 *Procurationis effectus quis ſit.*

22 *Cauſas abſentiæ procurator & quilibet alius inhabilis poteſt allegare in criminalibus.*

## ¶ DE PROCVRATORIBUS. Rubrica.

IN ſuperioribus rubrica dictum eſt de aduocatis qui litigantibus patrocinia præſtant & glorioſæ uocis confiſi munimine laborantium ſpetiæ uitam & poſteros defendunt. ut. C. de aduo. diuer. in l. aduocati. ¶ Sed quia procuratores ſupplent uices & plerunque. defectus litigantium. Ideò ſub ſequenter ſubijcitur hic tractatus de pro curatoribus. ¶ Videndum eſt igitur quis dicatur procurator, & qualiter cõſtituatur, quis inſtituat, & quis inſtituatur, & in qua re, quæ & quando exigatur cautio a procuratore qualiter procuratoris officium explicetur. & quis ſit procuratoris effectus. ¶ Procurator
1 † eſt is qui negocia aliena mandato ſibi á domino facto gerenda gratuitè ſuſcipit. negocia plura uel unum ut. ff. de ne. ge. l. 3. §. negotia. ff. ui bo. rap. l. 2. §. quod ait. Ideò autem adijcitur mandato domini ut excludatur tutores curatores. collegia & prælati eccleſiarum qui procuratores conſtituere non poſſunt. ſed ſyndicum uel actorem. ut. ff. e. ti. l. nec ciuitas. C. eo. ti. l. neq; tutores. infrà. ti. proxi. de ſyndico, c. uno ni ſi forte prælati ſuo nomine non eccleſiarum conueniantur. tunc enim per procuratores agent & defendent. in au tem. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi quando. quod autem ibi dicitur cauſam monaſterij agi per procuratorem. impropriè ponitur procurator. ideſt ſyndicus. ſic intelligo. infrà. de iura. cal. cum cauſam. infrà. eo. titu. quia. Vel dici poteſt quòd cauſæ corporum uel collegiorum agantur per procuratores. ſ. cum lite iam cõteſt. ſyndici uel actores conſtituunt pro
2 curatores quod licet. † Et eſt in hoc differentia inter procuratorem ad iudicias & procuratorem ad negotia. nam procurator ad iudicia non conſtituit procuratorem niſi lite conteſta. cum iam dominus litis eſt effectus. ut in l. præalle. §. tutores. niſi ſit procurator in rem ſuam, qui ante lit. conteſta. conſtituere poteſt. ut. C. de dona. l. illam. Sed procurator ad negotia procuratorem inſtituit quandocunq;. ut. ff. man. l. ſi procuratorem. §. 1. Gratuitè autem ideò dicitur in deſcriptione. quia ſi interueniat merces locator dicitur operarum non procurator. & locatio contracta uidebitur non mandatum contrarium porro eſt officio merces. ut. ff. manda. l. 1. §. 2. Sed ſi procurator mandatum gratis ſuſcipiat & poſtea dominus remunerandi laboris cauſa aliquid ei donauerit nihilominus erit mandati actio. ut. C. eo. titu. l. litem. ff. man. l. 1. §. ult. & l. ſi remunerandi in prin. Suſcipit autem ircircò ſubijcitur quia procurator tenetur non ideo quia gerit. ſed quia gerendum ſuſcepit. ut. ff. man. l. ſi
3 remunerandi. §. 1. ¶ Conſtituitur † autem procurator mandato generali uel ſpeciali. ut. ff. eo. ti. l. 1. & ff. man. l. ſi re munerandi. §. 1. Sunt tamen quædam perſonæ quæ ſine mandato admittuntur ad agendum. ut. ff. eo. ti. l. ſed & hæ perſonæ. ſicut & ad impetrandum. ut ſu prà. de reſcriptis nonnulli in fi. quod intelligo in coniunctis cognatione carnali uſq; ad quartum gradum ut. infra. de conſan. & aff. non debet. & arg. C. de epiſ. &

epiſ.& cle.in auten.licentiam. & ſi for te auten .loquatur de gradu legali.¶Poteſt autem conſtitui procurator ad unũ negotium uel plura, ad litem præſenté uel futuram, in diem uel ad diem, uel in perpetuum,purè uel ſub conditione. præſens uel abſens ut .ff.eo.ti.l.1. cum ſequentibus.¶Item ſi conſtituitur unus uel plures ſimul & inſolidum. occupantis conditio melior eſt, ſi uerò diuerſis temporibus. poſteriore dato primus reuocatus uidetur.ut.ff.eod.tit.l. ſi quis eum.§.ult.&.l.pluribus & infra eo.ti.c. non iniuſtè.¶Quid ſi duo dati ſint & in ſolidum,& neuter occupet uel concurrant? dico iudicem eligere poſſe idoneorum. ut.ff.de popula.actio.l.2.ff.de actio.l.ſi plures.ff.de collu. dete.l. ulti. ff.de liberali.cauſa.l.5. &.ff. de libero ho.exhi.l.3.§.hoc interdictũ. niſi unus procurator uelit alteri cedere. ar.ſupra de officio delega. paſtoralis.¶Sed quid ſi duo ſimul conſtituantur non hoc adiecto inſolidum. puteo quod pro parte quilibet poſſit & debeat eam exequi procurationem licet in tutoribus benignè aliud ſit receptũ.ut.ff.de nego. ge. l.cum alicui.&.ff.de adminiſtra.tuto.l. de cæte.§.ult.&.l.Lucius.§.1. Nec obſtat quod legitur.ff. man.l. creditor. §. duobus. quia illud intelligitur cũ inſolidum cuilibet mandatur & . eo. modo intelligitur.ff.eo.ti.l.qui proprio.§.ult.

4 &.l.qui duos.¶Mandatum † procuratorium legaliter fieri debet. ut infra eod. tit.cap.1.& ut legaliter fiat quatuor cõtinere oportet.Primum ut dirigatur aduerſario.ut.ff.eo.tit.l.ſi procuratorem. nam & mandati reuocatio eidem eſt inſinuanda.ut infra eod.ti.c.mandato,uel ſaltem dirigatur iudici.ut arg. infra eo. ti. mandato. iudici enim facienda eſt fides.ut.ff.de proba.l.quinquaginta.2.q. 7.plerique.C.de condi.ob. tur. cau.l.1. Secundum nomen inſtituentis & inſtituti. Tertium nomen iudicis coram quo procurator experiri debet. Quartum cauſam in qua ſi tamen coram eodem iudice plures cauſas habeat inſtituens.Sed & ſi quis ita inſcribat.Ego talis inſtituo mihi procuratorem talem in cauſa tali. coram iudice tali. quamuis literæ quæ mandatũ continent non dirigantur aduerſario uel iudici puto ſufficere. ¶ Conſtituit

5 † procuratorem paterfa.filius autem fami. conſtituit quandoque ut ſi habeat peculium caſtrenſe uel quaſi, aduentitium & pater eius ſit abſens, ac patris procurator.ut.ff.eo.titu.l.filius.ff. de iudi.l.ſi longius &.ff.de iniu.l.ſed ſi unius §.filio.Item liber homo. Seruus enim non conſtituit procuratorem. niſi ipſe ſit in quaſi poſſeſſione libertatis & moueatur ei quæſtio ſtatus uel ipſe moueat alijs alias cauſas,quia interim pro libero ſe gerit.ut.ff.eod ti.l.ſeruum.1. & 2. reſponſo.&.ff.de libera.cau.l. ordinata &.C.de aſſertio.tol.l.1.Item maior.25

6 annis, † nam minor non cõſtituit pro pro ſe ſed cum auctoritate, tutoris uel tutor ſeu procurator dat ei actorem uel poſt litem a ſe conteſta. procuratorem. ut.C.eod.titu.l.neque. Hoc tamen fallit in his quibus minor pro maiore habetur, ut in matrimonio contrahendo in quo minor 25.annis maior. 12. uel 14 pro maiore habetur. ut infra de deſpon.impub.ex literis. unde & per ſe cauſam matrimonialem agere poteſt & procuratorem. ut infra de reſti.ſpo. ex parte. Item in religione aſſumenda ut 20.q.1.illud.Item in ſacro ordine aſſumendo. ut 77. diſtin.c.1.2.& 3.Item cum mortem parentis exequitur. uel cum agit de teſtamento patris ..ut 15. q.3.de crimine,in uerſi.Item pupillæ. Item cum agit de recuperanda poſſeſſione.ut.C.qui leg.perſo. ha.l.ult.Item cum agit de thoro uiolato, ut.ff.ad legem Iulia.de adul.l. ſi maritus. §. lex Iuli. Item cum agit de interdicto de libero homine exhibendo, ut.ff.de libero ho. exhi.l.3.§. ſi mulier. Item cum agit de mandato alterius ut.ff. de mino.l.cum mandato. Item cum ſecundũ canones agit contra patrem. ut 2.q.7 quare cum enim pro maiore habeatur

in prædictis, & ad agendum admitte-
tur ſi cauſam de his fieri contingat, &
per conſequens ad procuratorem inſti
tuendum. Conſtituunt prælati in pro-
priis negociis ut infra eod.ti.c.petitio.
In communibus uerò quæ contingunt
ipſos & capitula & conuentus cum ip-
ſorum conſenſu. ut infra eo.ti.c.1.ſicut
è conuerſo infra de iudi.cauſam & hoc
tam in agendo quam in defendēdo. Et
ſi opponas & dicas prælatus ex ſuo offi
cio tenetur & poteſt defendere eccleſiā
in cauſa communi.ut ſupra de reſcriptis
edoceri.& no.ſupra de tranſa.§. ſed qua
re, ergo poteſt dare procuratorem in
cauſa eadem ſine conſenſu capituli uel
conuentus non inſtabit procurator ad
agendum qui mandatum ſuſcepit tene-
tur & poteſt agere ex ſuo officio. non
tamen poteſt conſtituere procuratorē
ante litem conte. ut. C.eo.tit.l.neq;.ff.
manda.ſi procuratorem niſi eſſet datus
in rem ſuam.ut.C.de don.l.illam. ¶Poſ
ſunt conſtituere non excommunicati.
7 †excōicati.n. nec cōſtituere poſſunt. ut
infra eo.ti.c.ul.nec cōſtitui. ut infra de
proba.poſt ceſſionem.Et ut breuius di-
cam conſtituere poteſt omnis ille qui
non prohibetur. Et.n.edictum de con
ſtituendo procuratorem prohibitoriū.
8 ut.ff.eo.ti.l.mutus. ¶Sunt † autem quæ
dam perſonæ quæ in proprijs perſonis
non admittuntur ad agendum. Ad de-
fendendum autem coguntur conſtitue
re procuratores ut excommunicatus ut
infra de iudi.intelleximus. Illuſtris per
ſona. ut.C.eo.quicunq; in autē.ibi: ſi-
gnato quod ius.& in auten. ut ab illuſt.
& quæ ſuper illuſtres ſunt. eo quòd ter
ribiles aduerſarij ſunt ut ibi. Itē & epi-
ſcopus ut 5.q.3. quia epiſcopus, Quod
contingit triplici ratione. Vna quia ſe
cundū apoſtolū.Seruos dei nō oportet
litigioſos eſſe ut 2.q.7.ſicut ſacerdotes.
Secunda ne cogantur recedere à diui-
nis obſequijs.ut.C.de epiſ.& cler. om-
nis qui.Tertia.quia cauſæ materiā cri-
minibus creare ſolebant.ut.C.de iud.l.
properādū.in pr.& quod dixi in epiſco
pis locū habet in prælatis maioribus &
etiam in minoribus & in collegijs quo
rum ſingula ſingulos ſyndicos habere
dicunt.ut 9.q.3.cum ſimus. & dicemus
9 infra tit.proxi.¶Illud autē ſciendū † eſt
quòd ubi is qui inſtituit procuratorem
nouit ueritatē negocij procurator autē
ignorat.Itē dominus iuſtus & legalis
procurator ne quam & perfidus nō age
tur cauſa per talē procuratorē. ut.ff. eo.
ti.l.ſi actor.&.C.e.ti.l.ul.& ar. infra de
iur.calum.in pertractandis. ¶ Eſt etiam
10 ſciendū ꝙ in quibuſdam negocijs† re-
quiritur ſpeciale mādatū, ut cū agitur
de ſuſpitione ut.ff.de procura.l.non ſo-
lum.§.ulti. Item in cauſa reſtitutionis
in integrum ut.ff. de mino.l. illud.§ ſi
talis, In interdicto de liberis deducen-
dis uel exhibendis ut.ff eo.ti.l. Pōpo-
nius,& in literis apoſtolicis impetran-
dis ut ſupra de reſcrip. nonnulli. Item
in iuramento calumniæ uel alio iura-
mento in animam alicuius præſtando.
Item cum petitur abſolutio in forma
iuris in perſonam alterius. aliàs autem
ſecundum regulā ſufficit generale man
datum.ut infra eo.ti.petitio.ff. pro ſo-
cio.l.actione.§. renunciare. ¶ Dantur
11 procuratores in † cauſis ciuilibus, non
autē in criminalibus.ut 5.q.3.in crimi-
nalibus.ff.de pub.iudi.l.penult.§. ad cri
men.Fallit hoc in crimine iniuriarum
in quo illuſtris perſona agit & defen-
dit per procuratorem. ut 3.q 9.§.niſi &
ſi criminaliter agatur.C. de iniur.l.ult.
& tunc ſententia cōcipietur in perſona
illuſtris nō procu.ut in.l. eadē ciuiliter
agendo liceret cuilibet agere iniuriarū
per procuratorē.ut.ff.de iniur.l.nō ſolū
§.agere. Fallit in cā ingratitudinis qua
patronus libertū per procutatorē accu
ſare poteſt.& ille defendere.ut.ff.e.ti.l.
ſed & ethæ.§.1.Item in popularibus a-
ctionibus non interuenit procurator.
12 ut.ff.eo.tit.l.licet.† Et idem uidetur in
cauſa denunciationis cum & illa ſit po
pularis. ſed ſecus in cauſa inquiſitio-
nis ut infra de ſen. & re iudi. cum I,
& A, Nam & ſi inquiſitio fiat de cri-
mine

mine.nō tamen eſt criminalis ꝑꝑ modum.ut.infrà.eo.ti.tuæ.& maximè cum ſit inquiſitio tam in capite quàm in mẽbris ubi de plano inquiritur.ut.infrà.de accuſa.olim.ſed cum ſententia concipi debeat in perſona procuratoris. ut. C. de ſen.& interlo.om. iu.l.1. qualiter in cauſa inquiſitionis cōcipiētur uerba ſẽtentiæ,in perſona procuratoris circa remotionem ab adminiſtratione quæ, ex inquiſitione procedit.ut.infrà. de ſimo. licet Hely.Reſpondeo in caſu iſto cōcipietur ſentētia in perſona principali.ſicut & in crimine iniuriarū.cum illuſtris per procuratorem defendit.ut.C.de iniur.l.ul. ſic fiet in cauſa criminali cum agitur ex defenditur per procuratores. nō enim pronūciabitur matrimoniū inter procuratores ſed inter principales.
13 & idē puto in cauſa electionis.† In grauibus autē cauſis nō cōpellitur quis cōſtituere procuratorē. unde ſi citatus ſit quis ut cōpareat & in propria perſona comparere non poſſit.non tenetur & ſi ſic non uenerit quia non potuit nec miſerit quia noluit contumax nō habetur ut.infrà.e.ti.querelā. Sed obijcit uidetꝰ citatus teneat cōſtituere procuratorē ſi uenire non poſſit.nā poteſtatē intelligitur experiendi habere qui per procuratorē agere poteſt.ut.ff.de diuer. & tēpo.præſcrip.l.1.Rñdeo uerū eſt ſi non agat ſaltem per procuratorem tēpora cedant non tamen ut quis contumax reputetur. Item opponitur ex eo quod legitur.infrà.de dolo & contuma. cum dilectus.infrà.de appella. conſtitutus.in quibus contumax reputatur qui nō miſit ſufficientem procuratorem & agebantur ibi cauſæ electionum. Ad quas reſpondeo decreta. illæ locum habēt cum quis citatur ut compareat per ſe uel per procuratorem aliàs locum habet decreta. querelam. unde illud quod in illis dicitur magis procedit ex forma citationis quàm ex cenſura iuris. Cauſas graues in quibus poteſt quis ſi uelit procuratorem inſtituere ſed non cogitur.puto has & conſimiles, cauſam ſtatus cum quis uendicatur in ſeruum. ut. C.de aſſer.tol.l.una.in prin. 54. diſtinctione frequens,ſecus cum quis proclamat in libertatem.ut.2.q. 6. ſi quando. Item ubi agitur ad remotionem. ut.infrà.de accu.qualiter & quando.Item ubi de toto beneficio uel de toto patrimonio ſeu maiori parte ipſius ut.ff. de
14 excuſ. tuto.l.propter litem. † Conſtituitur procurator paterſami. uel filius ut. ff.eo. tit.l.filius. §. ipſe quoq;.infrà. eo.non iniuſte.Itē maior.25.annis non minor.ut.ff.eo.tit.l.minor. ſed ſi minor ſua ſponte interueniat pro abſente ſanctius eſt talem admittere. quam abſentem graui condemnatione afficere ut. C.eo.ti. l.exigendi. quàmuis quod ibi dicitur quidam exaudierint cum minor allegat cauſam abſentiæ nō cauſam cauſæ.Item conſtituitur cāpos mentis non furioſus.ut.ff.eod.ti.l.2.§.furioſus.¶ Itē homo bonæ famæ.non infamis. ut.3. q.7.c.1.quidam tamen exponūt ibi procurator id eſt,aduocatus, uel intelligūt iſtud in procuratore epiſcopi uel collegij ꝑ id quod legitur.5.q.3. quia epiſcopus:ſecus in procuratore priuati & hoc propter.l.inſti.de excep.in fin.Sed dici pōt ꝙ aliud ſit ſecūdum leges. & aliud ſecundū canones. ¶ Itē nec ſeruus inſtitui pōt procurator. quia iudicio intereſſe nō pōt.ut.C.de iudi.l.ſeruus. Et uidetur ꝙ circa procuratorē generalis regu-
15 la tradi poſſit † ut quilibet poſſit cōſtitui procurator præſente uel abſente aduerſario niſi certa lege prohibeatur. ut inſti. de his per quos agere poſ. §. ult. ¶ Item & alia ſubijci pōt quòd procurator uolēs tantū & expreſsè cōſentiēs conſtituitur.ut.ff.eo. tit.l. filius. §.inuitus.&.C.eo.ti. inuitus. Sed hæc ultima regula fallit in conſtituente. nam quidam compelluntur cōſtituere procuratorem ut excommunicati conuenti & illuſtres agentes uel reſpondentes in pecuniarijs cauſis. prælati & collegia.ut no.ſuprà.eo.§. ſunt autem quædam perſonæ.¶ Circa cautionē quæ à procura-
16 tore † exigitur ſic breuiter nota. licet

materia ſit diffuſa. nam ſi procurator datus ſit ad agendum & de mandato conſtiterit ſine cautione admittitur. ut ff. eo.tit.l.ſi procuratorem. ſi de mandato dubitetur tenetur probare mandatũ uel de rato cauere.ut.C.de procu.l.1.& idem eſt in actore uniuerſitatis. ut.ff. ꝙ cuiuſq; uniuer.no.l.itẽ eorum.§.actor. utrum autem uelit mandatum probare uel de rato cauere quidã dicunt eſſe in poteſtate procuratoris.ut.ff.de iure do. l.plerunq;.C.de cond.inde.l. ſi quis ſeruum.ff.de dam.infe.l.inter quos.l.aliena.Alii autẽ dicunt eſſe in poteſtate rei an uelit probari ab illo.quia ſine mãdato nullus admittitur ad agendum.ut.C. de proc l.licet.niſi ſit coniuncta perſona.ut.ff.de procu.l ſed & hæ. quæ perſonæ poſſunt ſine mandato experiri. ſed non cõtra mandatum.ut.C.eo.ti.l. exigendi.ff eo.ti.l.Pompo.§.ult. Quæ autẽ perſonæ & uſq; ad quẽ gradũ ſine mandato ad agendum admittantur. dixi ſupra eo §.conſtituitur.Quidã tamen inter coniunctas perſonas connumerant clericos.arg.12.q.2.non liceat papa.Et no a quòd licet prædictæ perſonæ non caueant de rato.cauere tamẽ debent de defendendo.ut.C.de ſatiſd.l. una.ff. de proc.l.omniũ,hoc in procuratore actoris.ſed procurator rei etiã ſi conſtet de mandato cauere debet iudicatum ſolui. ut C.de ſatiſ.l.una.ff.de procur.l.ſed & hæ.§.defendere.inſti.de ſatiſd.§.ſed hodie.An autẽ procurator actoris habeat mandatum dubium efficitur ex ſola negatione rei.quælibet enim res efficitur dubia per negationem.ut.C.quibus ad liber.procla.non licet.l.ul.C.de acqui. poſſ l.nemo.&.ff.de tranſac.l.1.¶Et eſt
16 ſciendum † quod cautio quam exponit procurator rei.ſ.iudicatum ſolui tria cõtinet. ſcilicet defenſionẽ cauſæ faciendam.& ſine dolo & quod ipſum uerbũ ſonat ut.ff.iudi.ſol.l. iudicatũ ſolui pro hac ſatiſdatione fideiubebit dominus cum hypotheca rerũ ſuarum pro ipſo procuratore ſi præſens procuratorẽ cõſtituit ut præſentem intelligas dominũ & ſi ſit in urbe.& ſi in ortis. & ſi in continẽtibus ædificijs.ut.ff.eo.ti.l.præſens &.l.qui in foro & . l. & ideo.Si uero procurator dominum defendit abſentem exponitur ab ipſo procuratore cautio. etiam ſi ſit locupletiſſimus.ut.ff.iudica. ſolui.l.ad defendendum.inſti.de ſatiſd. §.ſi uerò aliquis &.ff.eod.tit.l. ſi minor
17 §.ultimo. ¶ †Et nota quod aliquando excipitur contra procuratorem quod non habeat mãdatum & hæc exceptio eſt exceptio falſi. nam falſus eſt procurator qui dicit ſe procuratorem cũ non ſit.ff.de uerbor.ſignifica.l.Paulus.Cum igitur iudicium nullum & controuerſiæ nullæ ut.ff. de iudi.l. licet. & ff.rem ra.habe.l 3.ſupra de offic. delega. cum olim. ¶ Hanc exceptionem ſi omiſerit fideiuſſor & ſoluerit non liberat debitorem.ff.manda.l.inter cauſas.§. mandato.ff.de condi.cauſa da.l.ſi procuratori. aliquando excipitur quòd deſiert eſſe procurator utpote reuocato mandato ut infra eo. tit.ex inſinuatione. & c.in præſentia. quod intelligo ſiue reuocetur mandatum ante litem conteſt. ſiue poſt & ex cauſa. ut.ff.eo.tit.l.ante litem &.l.poſt litem, cum ſequentibus cum tali. ſimiliter iudicium nullum. ut in præmiſſis decre. & ideo hæc exceptio proponi poteſt quandocunque, id eſt,in qualibet parte iudicij ſi iudicium dici poteſt. eo ſaluo quòd id quod præceſſit reuocationem mandati uel notitiam iudicis ualet & tenet ut in eod. ti. mandato. Aliquando excipitur quòd non poſſit eſſe procurator quia miles. & hæc exceptio eſt dilatoria.proponitur uſq; ad litis conteſt.ut.ff eo.tit.l. filiusfamilias.§.ueterani. Et hanc exceptionem poteſt omittere ſi fideiuſſor. ut.ff.manda.l. ſi fideiuſſor. §. quædam. Aliquando excipitur quòd ſit excõmunicatus uel fuerit tempore mandati. ut infra de proba.poſt ceſſionẽ,& hæc exceptio proponi poteſt quandocunq; & poſt ſententiã ut infra de ſen.& re iudi. ad probandũ.& hæc exceptio proprie non poteſt dici dilatoria quia proponi poteſt

pōt poſt lit.cōte. ꝑemptoria,quia ꝓpo ni pōt poſt ſentētiā.ut dictū eſt.& ideò anormala appellatur,id eſt,irregularis, quia nec dilatoriarum nec peremptoriarū naturam imitatur.

18 † Officiū procuratoris eſt litem peragere ex quo mā datum ſuſcepit. nam a principio liberum & uoluntarium eſt mandatum recipere.ſed poſtquam ſuſceperit neceſſitatis eſt cōſummare. Vnde uerſus. Spernere mandatum licet & finire neceſſe eſt.ut probatur.ff.eod.titu.l.filius.§.inuitus &.C.eod.ti.l. inuitus. Incumbit etiam procuratori finita cauſa appellare.ut in.l. inuitus. uel ſaltem domino conteſtari ut ſi uelit appellet ut infra eod.tit. non iniuſtè.& hoc uetum eſt niſi iuſta cauſa procuratorē excuſet quare appellare non poſſit, puta infirmitatis. uel paupertatis. ut .ff. manda.l. ſi procuratorem.§.ſi ignorantes. & tunc denunciabit domino ſuo ſicut dictū eſt. niſi præſens ſit ut.ff.de euic.Herēnius. ¶ Sed obijcitur quomodo procurator poterit excuſari prætextu paupertatis cum lata ſententia ſufficiat uoce illicò appellare ut.2.q.6. in fi.ut.ff. de appel. l.2. quæ ergo expenſe requiruntur in dicendo appello.Reſpondeo forte aberat procurator in die ſentētiæ. & ideo opus erat in libello appellare. ut.ff.de appel.l.1.in fi.in quo formando & concipiendo oportet haberi conſiliū quod non ſine expenſis expeditur.

19 ¶Sed † nunquid procurator appellans tenetur proſequi appellationem,non ut.C.eod. ti. l.inuitus.C.de appella.l. ſi actor. Nec obſtat lex.ff.an per alium cau.ap.l. una. nam illa loquitur cum quis inſtituitur procurator ſpecialiter ad appellandum & proſequendum. Item non obſtat.ff. eod.ti.l.qui proprio.§. item quæritur. ubi finito negotio principali tenetur procurator ſuſcipere negotium reſtitutorium, quia ibi fuerat procurator ad hoc ſpecialiter conſtitutus. Sed adhuc inſtatur eo quod eadem ſit cauſa appellationis cum principali. ut. C. ne in una eademque cauſa in rubrica. & in.l.1.& 2.quæſtione 6. ſi quis in quacunque lite.ſed puto quòd non ſit eadem, unde nouæ probationes locum habent in cauſa appellationis. ut.C.de appell.l.eos & C.de tempo. appel. per hanc infra de teſtib. fraternitatis. & noua litis conteſtatio.ut in.l. ſi quis in quacunque & infra de appell. interpoſita.§.ul.quod intelligo in articulo appellationis ut ibi, non in principali ſi iam facta eſt coram primis iudicibus. ut infra de appel. per tuas.

20 † His pactis finitur mandatum procuratorium. Itē finitur reuocatione mandantis ſiue re integra reuocetur. ut ſupra de elect. in cauſis, nam hoc generaliter obtinet in quolibet mandato. ut inſtit. man. §. rectè ſiue re non integra ſed ante lit. conteſta. ut.ff.eodem titu.l. ante litem ſed & poſt litem conteſta. ex cauſa ut.ff.eodem titulo.l. poſt litem cum legibus ſequentibus. Sed ſi procurator in hoc uelit reſiſtere ſi ſolus eſt audiri non debet. quia operas ſuas ingerit inuito niſi ad hoc faciat ut pudorem ſuum defendat, uolens probare falſam eſſe cauſam ſuſpitionis quam dominus prætendit. eatenus igitur eſt audiendus ut extimationem ſuam defendat non ut procuratione uti uelit.Item & is contra quem procurator inſtitutus eſt auditur in hoc. intereſt enim eius diuerſis procuratoribus non impugnari. ut.ff.eodem titulo.l.quæ omnia. Item finitur mandatum renunciatione procuratoris quæ ſit re integra, poſteà uerò non niſi ex cauſa ut eadem intelligas in renūciatione quæ dixi reuocatione. ut .ff. eodem titulo l.imitari & le. Item finitur mandatum morte mandatoris uel mandatarij re integra exiſtente. inſti. man. §. item ſi adhuc. & . C. mand.l. mandatum. ſecus ſi res non ſit integra. ut. C. eod. titulo.l.nulla.

21 ¶ † Effectus procuratoris ſeu procurationis eſt. ut ratum ſit quod cum procuratore geritur ac ſi cum Domino geſtum eſſet ut infra e.t. c.1. niſi poſtmodū appareat procuratorem

rem falſum uel reuocatum ut ſuperius dictum eſt, uel eum cuius nomine actū eſt ſeruum fuiſſe. ut. ff. de iudi. l. non iccirco. §. cū poſtea. uel aliquid aliud propter quod reddatur iudicium retro nul
22 lum. ¶In ſumma † notandum eſt ꝙ in pecuniarijs cauſis procurator interuenit. & in criminalibus ſecundum leges in quibus agitur ad pœnam relegationis uel minorem. Nam pœna relegationis imponitur abſenti ſicut in pecuniarijs cauſis. ut. ff. de pę. l. abſentem. & idē dico ubi agitur ad remotionem ſcilicet ut quis ab adminiſtratione remoueatur & propterea in cauſa inquiſitionis admittitur procurator ut dixi ſupra eo. ti. §. dantur. nec obſtat lex. ff. an per alium cauſa appella. l. una. quæ dicit cauſas criminales ex quibus ſequi ſolet pœna uſque ad relegationem nō poſſe agi niſi per principales. nā illud ibi ponitur excluſiue. Sed in præmiſſa. l. de pœnis ponitur excluſiue. & ſimile.
23 32. di. de illo. ¶Item notabis † quòd in criminalibus interuenit procurator. & minor & fœmina. & qui alias non admittitur. non ut allegent cauſas principales negotij. ſed cauſas abſentiæ accuſati. ut. ff. eodem ti. l. ſeruum. §. publice. & l. abſens. & C. de accu. l. reos.

## Summarium

1 *Syndicus quis ſit.*
2 *Syndicus unde dicitur.*
3 *Syndicus quis poſſit conſtitui.*
4 *Syndici officium quid ſit.*
5 *Procurator, ſyndicus, œconomus, actor, defenſor & uicedominus in quo inter ſe differant.*

¶De ſyndico. Rubrica.

TRactauimus de ꝓcuratore quæ agit uel defendit cauſam domini, Nunc tractemus de ſyndico qui agit & defendit cauſam uniuerſitatis. ¶Videamus igitur quid ſit ſyndicus unde dicatur. quid ſit eius officium. & in quo inter ſe differāt procurator. ſyndicus œconomus, actor, defenſor &
1 uicedominus. ¶Sindicus † eſt procurator uniuerſitatis ad iudicia conſtitutus. ut infra eodē ti. c. uno. ff. quod cuiuſq;
2 uniuer. no. l. 1. §. quibus. ¶Dicitur autem ſyndicus ſingulorum cauſam dicēs ut ex interpretatione nominis patet. Cui deſeruire debemus. ut. C. de epiſco. & cleri. l. decernimus inſti. qui mo. teſt. infirma. §. alio quidam. C. de ferijs l. à nullo. C. de epiſ. & cleri. l. ſi quis ad declinandam. § licentia. 16. quæ. 1. ſi cu
3 pis. † Poteſt autem conſtitui ſyndicus qui non ſit de collegio ut infra eo. ti. c. uno. Poteſt & de ipſo collegio conſtitui. Nam & monachus conſtitui poteſt qui monachorum cauſas agat & defendat abbatis Imperio. ut 16. q. 1. monachi à monaſterio & c. qui uere. & ſi alicubi inuenis cauſam uniuerſitatis agi per procuratorem expone ibi procuratorem, id eſt ſyndicum uel actorem. ut ſupra. ti. proxi. quia in cauſis infra de iu. ca. cum cauſam. in auth. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi quando. ¶Officium ſyndici
4 † eſt agere uel defendere cauſas præſentes uel quandocunque emergentes. ut. ff. quòd cuiuſque uniuer. l. item eorū. §. ſi decuriones. & hoc eſt quod hic dicitur cōſtitui debere ſyndicum alienum à collegio. ſalarij conſtitutio conſilium eſt. quod patet ex eo quod hic dicitur in fine. Expedit enim pro paruo incommodo à ſtrepitu cauſarum ſeruos Dei eſſe quietos, & hoc conſilium eſt ſalubre dummodo ſufficiat monaſterium ad ſumptus ſicut alias dicitur una quæq; eccleſia debet habere ſuū præsbyterum. ut 22. qu. 2. ſicut, & tamen intelligendum eſt ſi ſufficiat ut. 21. qu. 2. præcipimus, alioquin duæ eccleſiæ uno præsbytero coniunguntur ut 10. quæ. 3. unio. Ideo autem dico fore conſilium quod hic continetur. quia poteſt unus de collegio agere cauſas monaſterij abbatis imperio ut ſuperius dictum eſt. & probatur optimè in auth. de ſancti. epi.
5 §. ſi quādo col. 9. ¶† Differunt aūt inter ſe

ſe procurator. ſyndicus & reliqui de quibus ſupra poſitum eſt. ¶Nam procurator eſt priuatæ perſonæ.ut ſupra ti. prox. in deſcriptione. Syndicus uniuerſitatis. ſiue eccleſiæ ſecularis qui & ab ipſa uniuerſitate conſtituitur. œconomus uerò eſt is, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur ut. C. de ſacroſan. ec. l. iubemus in prin.unde œconomus in rebus eccſeſiaſticis tantum & quem epiſcopi tractatus elegerit.ut.C.de epi. & cle. l. omnes qui ubicunq;.§.hoc nihilominus Syndicus in rebus & negotijs cuiuslibet corporis uel collegij. Actor pro uno ut inſti. de cura.in fi.uel pro uniuerſitate ſed ad unam cauſam tā tum. & præſentem & cum decreto ſyndicus ad omnes ut.ff.quòd cuiuſque uniuer. no.l. Item eorum Inter ſyndicum autem & defenſorem lex non uidetur facere differentiam. Nam ſyndicum defenſorem appellat.ut.ff.de mune.& hono.l. munerum.§. defenſores.& ad idē. infra eod. ti.ca.1.in prin. eſt & uicedominus qui adminiſtrat res epiſcopales ut hoſpitibus & cauſis quæ ueniunt paratus exiſtat. ut 81. diſtin. nolumus. Sed œconomus adminiſtrat res eccleſiæ ut dictū eſt & probatur. 89.di.quia in quibuſdam 16. q. 7. quoniā quibuſdam.9.q.3.cum ſimus 88. di.c.1.10.qu. 2.hoc ius porrectum. Aliquando œconomus defendit in cauſa. ut in.l.præalleg. omnes. qui. § hoc nihilominus. Sed propriè ad cauſas actor uel ſyndicus ut dictum eſt. Item quandoq; œconomus ponitur in aliqua eccleſia uacāte ad percipiendos prouentus & conſerdos ad opus futuri prælati, & hoc cum propter diſcordiam patronorum eccleſia ordinari non poteſt.ut ſupra de offi. ordina.cum nos plerumque.

## *Summarium*

1 *Vis quinque ſunt genera.*

2 *Metus quid ſit, & qualiter diſtinguatur.*

3 *Metus an & quando excuſet,*
*Graue damnum quod dicatur.*

4 *Comminatio excommunicationis an excuſationem inducat.*

5 *Metu geſta quæ ſint, quæ ipſo iure non ualent.*

6 *Metum paſſas quæ actio detur pro rebus traditis.*

## ¶DE HIS QVE VI METVSue cauſa fiunt. Rubrica.

Diximus ſupra de his quæ ſpōte facimus tā circa negocia quā circa iudicia. Nūc dicamus de his quæ in uiti agimus & coacti. Et ideo ſubijcitur hic Rubr. de his quæ ui metus cauſa fiunt. ¶Videndum eſt igitur quid ſit metus. qualiter diſtinguatur. Item quis metus ſeu quæ actio excuſet uel irritum faciet quod geritur. ¶In primis autem notandum eſt quòd rubr. quæ hic ponitur reſpicit intitulationē antiquam quæ ſic ponebatur in antiquo edicto prætoris. qđ ui metuſve cauſa factum eſt &c. Vis autem fiebat mētio propter neceſſitatem impoſitam contrariam uoluntati. ſed poſteà detracta eſt uis mentio.ideo quia quod cunque ui atroci ſit id quoque metu fieri uidetur.ut.ff.eo.ti.l.1.¶Quinque au-
1 tem † ſunt genera uis. Eſt enim uis cōpulſiua per quam compellitur quis ad id faciendum quod non faceret ſi eſſet liberi arbitrij nec compelletur. & ex hac ui oritur actio quod met. cauſa. Eſt uis expulſiua quæ inducit interdictum unde ui. Eſt uis ablatiua, & hæc inducit interdictum ui bonorū raptorū in rebus mobilibus. ut. ff. ui. bo.rap. §. ſed nedum talia. Eſt uis turbatiua quæ introducit interdictum uti poſſidetis in rebus ſoli.ſed in rebus mobilibus interdictum utrobi. cū duo ſe poſſidere contendunt. Eſt uis inquietatiua, hæc inducit interdictū quod ui aut clā.ut ſi quis à me ꝓhibitus uel putās ſe prohibendū quid ī eo faciat. ſiue ius faciēdi habeat ſiue non.ut.ff. ꝙ ui aut clā.

2 l. 1. ¶ Metus† eſt inſtantis uel futuri periculi cauſa mentis trepidatio. ut. ff. eo. tit. l. 1. Metum autem accipiendum nō quemlibet timorem ſed maioris mali. ut. ff. eod. titu. l. metum. Item non uani hominis ſed qui in uirum conſtantem cadere poſſet. ut. ff. eod. titu. l. metum. &. infrà. eo. titu. ad audaciam. &. c. cum dilecti. Et propterea metus diſtinguitur aut eſt probabilis aut non probabilis. Probabilis qui caderet in uirum animoſum & conſtantem. Improbabilis qui caderet in uirum pusillanimem & formidoloſum. ut. ff. eo. titu. l. 5. & 6. Probabilis excuſat & reſcindit quod factum eſt. eo inſtāte per actionem quod metus cauſa. Improbabilis nec excuſat

3 nec reſcindit. ¶ Et notandum † quòd metus damni & amiſſionis rerum excuſat. ut infra. eo. abbas. & ſimile. l. di. preſbyteros, Sed contra. 32. q. 7. omnes accuſationes. ubi damna rei familiaris nō excuſant. Solutio. graue damnum excuſat. non graue non excuſat. Graue autem damnum appello damnum omniū rerum uel maioris partis. ar. ff. de excuſa. tu. l. propter litem. Vel melius metus damni excuſat in dato uel promiſſo ſiue remiſſo. quia & datum repetitur & promiſſum non ſoluitur, remiſſum petitur, ſed non excuſat in commiſſo. non enim ob metum damni debet mortale peccatum committi. quia potius deberemus omnia mala tollerare quā in peccatum mortale conſentire. ut. 37. q. 5. ita ne. Cadit autem in conſtantem uirum. & per hoc excuſat metus mortis & cruciatus corporis. Item metus ſtupri & ſeruitutis. ut. ff. quod me. cauſa. l. iſti quidem. C. eo. ti. l. interpoſitas. infrà eo. ti. cum dilectus. & ſic intelligo. infrà. de ſpon. cúm locum. &. c. ueniens. Et hæc uera ſunt niſi quis ſua culpa ſe ingerat in hunc metum. ut. ff. eo. tit. l. ſi mulier. in prin. & l. nec timorem. Inuenio etiam quòd metus uerborum excuſat. ut. ff. de acquir. hære. l. ui. & ui. diſtin. c. 1. Sed quod dixi metum non excuſare in quem quis incidit ſua culpa. recipit contrarium. infra. de ſpon. ueniens. Ad quod reſpondeo. metus ex culpa meticuloſi proueniens non excuſat ſi ſit legitimus & à iure ſumat initium. Si autem iniurioſus, id eſt, iniuriam timēs excuſat. Sed non legitimus ibi erat metus de iure enim mori timere poterat cum in hoc caſu liceat patri occidere adulterum ſimul & filiam. ut. ff. ad le. Iul. de adul. l. quod ait. Sed quàmuis lex hoc dicat canones non admittunt. ut. 33. q. 2. inter hæc. uel prærogatiua matrimonij de quo ibi tractatur hoc habet, ut metus quàmuis legitimus efficaciam matrimonij impediat. Sed ſi per coactione aliquid fiat tunc diſtinguitur breuiter. quia aut coactio eſt abſoluta. aut conditionalis. Abſoluta. ſ. cum quis uiolenter trahitur ad quid faciendum. quo caſu quis uiolenter trahitur excuſatur omnino. ut. l. diſt. præsbyteros. 1. q. 1. conſtat. 32. q. 5. fere per totū. 15. q. 6. ca. 1. & ar. de conſe. di. 4. eos. l. 1. Conditionalis autem qui metum uel cruciatum ſeu aliquid graue minatur. & ſi excuſet à tanto non tamen à toto. ut. infrà. eo. titu. ſacris. in uerbo culpam attenuet. Quidam tamen dixerunt inter iuramenta promiſſoria & aſſertoria. ut in promiſſorijs metus uel coactio conditionalis excuſet, in aſſertorijs non, quia potius debemus omnia mala abſtinere &c. ut. 33. q. 5. ita ne. 11 q. 3. quattuor & c. quiſquis. & c. nolite. Permiſſoria uocamus illa ſacramenta. ſ. cum quis iurat de aliquo dando ſeu faciendo, uel non dando uel non faciendo. aſſertoria cum quis aſſerit per uero falſum & ma-

4 ximè contra fidem. ¶ Sed quæritur † an comminatio excommunicationis excuſationem inducat. Et uidetur quòd ſic. nam continet corporis & animæ detrimentum. ut. 2. q. 1. de manifeſta. 11. q. 3. audi. Item per excommunicationē ſubuertitur ſtatus alicuius. Tranſit enim de corpore uel poteſtate eccleſiæ in poteſtatem dyaboli. ut in prædicto. c. audi. & ideò iuſtus eſt metus. ut. ff. eo. ti. l. iſti quidem. Item excommunicatio eſt e-

ternæ

ternæ mortis dānatio ut 11.q.3.neceſſa
rio qui ergo timet excōicationē timet
mortem,timenda eſt igitur ut 11.q.2.c.
1.Sed contra excōicatio medicinalis ē
nō mortalis.ut 2.q 1.multi.Itē ſi eſt in
iuſta uacua eſt de ea non eſt curandum.
ut 11.q.3.cui eſt illata nec ligat dūmo
do non contemnatur.ut 23.q.3.¦notan-
dum in fi.Puto ꝙ metus excōicationis
non excuſet.aut.n.eſt iniuſta, & illa nō
liget quo ad deum.Aut eſt iuſta.& tunc
ſibi imputet qui ſe ita conſtituit. ut me
reatur excommunicari ut.ff.eod.tit.l.ſi
5 mulier.¶Eſt notandum †quòd quædam
fiunt per metum quæ ipſo iure non ua
lent ut contractus matrimonij ut infra
de ſponſa.cum locum & 30.q.2.ubi nō
eſt.Item dotis promiſſio ut.ff.eo.ti.l.ſi
mulier.§.ſi dos.Item iudicis additio. ut
ff.de iu.l.2.℞.1.in fi.Item auctoritatis
præſtatio.ut.ff.de auct. tu.l.2.Item ec-
cleſiaſticæ rei alienatio.ut 15.q.6.c.1.
Item ſententiæ pronūciatio. ut 11.q.3.
iniuſtum. aliàs autem quæ per metum
fiunt tenent.ſed reſcinduntur per actio
nem quod metus cauſa. ſi ſunt perfe-
cta.ſi uerò ſunt imperfecta,tunc per ex
ceptionē.ut.ff.quod metus. cauſa.l. me
tum.§.ſed quod prætor.¶In ſumma no
6 tandum † eſt quòd ſi per metum rem
meam corporalem tradā. poſſum age-
re utili rei uendicatione. & contra me
tum inferentem & contra quemlibet
poſſeſſorem ad quem res peruenit. ſuf-
ficit enim hoc docere metum illatum à
quocunque nec aſtringor probare quis
metum intulerit. cum metus habeat in
ſe ignorantiam.ideſt iuſte poſſum igno
rare quis metum intulerit. maximè ſi
erat nox. uel dies ſed in multitudine
hominum. ut maleficum comprehen-
dere uel dignoſcere nō potuerim ut.ff.
eod.titu.l.metum.§.uiolenti &.§. licet
enim & .l.ſi cum exceptione.§. in hac.
Vtilis in rem actio ideo datur metum
paſſo & non directa pro rebus traditis.
quia per traditionem deſinit eſſe domi
nus. nam traditionibus & uſucapioni-
bus dominia transferuntur.ut.C.de pa
ctis.l.traditionibus inſti. de rerum di-
ui.§. per traditionem. ſed de æquitate
prætoria fingitur rē in bonis meis per-
manſiſſe. ideò poſſum eam uendicare
ut dictum eſt. Nec obſtat his quia in-
uitus tradidi. quia coacta uoluntas:
uoluntas eſt. ut 15. q. 1. merito. Non
enim uidetur re excluſus quem prætor
reſtituturum pollicetur.ut.ff. de in in-
tegr.reſtitutio.l.nemo. Sed nec uidetur
poſſeſſionem adeptus eſt. ut eam reti-
nere non poſſit.ut.ff.de acquiren. poſ-
ſeſſ.l.non uidebitur. poſſum etiam age-
re actione quod metus cauſa. Et eſt ſciē
dum quòd rei uendicatio nunquam cō
petit niſi in ſimplum. Actio uero quod
metus cauſa à principio eſt in ſimplum
& in ſimplum condemnatur reus,ideſt,
in rem ipſam ſi exſtet. uel in æſtimatio
nem ipſius ſi non extet.cui ſententiæ ſi
pareat is qui metum intulit ſoluendo
liberatur,quod ſi non pareat damnatur
in quadruplum in quadrupletur omne
quod erat ſoluendum in ſimplum. & in
quadruplum contineatur res ſi poteſt
reſtitui uel rei æſtimatio.ut.ff de rei uē.
l. quod ſi poſſeſſor. quod locum habet
ſiue agatur contra metum inferentem
ſiue contra illum ad quem res peruenit
ut.ff.eod.ti.l. ſi cum exceptione.§.1. &
in hac.&.§.quadruplatur &. §. quate-
nus. & ſic circa eandem rem duæ fe-
runtur ſententiæ & utraque diffinitiua.
Sed prima circa rem ipſam reſtituen-
dam quæ diffinitiua eſt. quia negocio
finem imponit.ut.ff.de re iud.l.1. ſecun
da circa rei æſtimationem quadruplan-
dam & poterunt hæc nomina locum
habere ſecundum iura canonica. Nam
ſi animal tuum damnum dederit pote-
ris deliberare dando animal pro noxa,
alioqui ad omnia damna teneris.ut in-
fra de iniuri. & dam. dato. ſi culpa.da-
tur etiam in quadruplum ſecundum iu-
ra canonica. ut 12.quæſt.2.cum deuo-
tiſsimam & cap. in legibus. et ſi per
uiolentiam à domo mea expellar te-
netur uiolentus ad reſtitutionem do-
mus & omnium rerum in uiolentia per

ditarum. & ſi ad uiolentum non peruenerunt. ut. infrà. eo. ti. c. ultimo. In quadruplatione autem conſiderabitur aut metum paſſus ſiue in re mea ſiue in poſſeſſione mea. nam aliud eſt precium rei & aliud eſt poſſeſſionis. ut. ff. eo. ti. l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem. Dantur igitur metum paſſo hæc duo remedia de quibus ſuperius dictum eſt. ſcilicet utilis rei uendicatio. & actio quod metus cauſa. Datur ad tertium auxilium. ſ. actio de dolo. nam eum qui metum fecit, & de dolo teneri certum eſt. & tollitur una actio per alteram ipſo iure. facta exactione. Electione tollitur exceptio in factum oppoſita. ut. ff. eodem tit. l. ſicut excep. §. eum. qui.

## *Summarium*

1 *Reſtitutio in integrum quibus & quando competat. & nu. 2. 3. & 4.*
3 *Eccleſia læſa an poßit reſtitui ſicut minor. & nume. 4.*
5 *Eccleſia uel minor an reſtitutionem à ſententia petere poßit.*
6 *Reſtitutio à ſententia an alia ſit quàm reſtitutio ad appellandum.*
7 *Reſtitutio qualiter fieri debeat.*
8 *Reſtituere qui poßint. & nu. 9.*
10 *Iuriſdictio ordinaria quibus conferatur.*
11 *Delegatus an cauſas reſtitutionis audire poßit. & quid de arbitro.*
12 *Reſtitutio in integrum quid ſit.*

¶ DE RESTITVTIONE in integrum. Rubrica.

DIximus ſupra de reſtitutionibus quæ ratione metus indulgentur maioribus. Nunc uidemus de in integrum reſtitutione quæ tã eccleſijs quàm maioribus ætatis ratiõe donantur. ¶ Videamus itaq; quibus per reſtitutionis auxilium ſuccurratur. Cur quomodo, quando, & à quo poſſit reſtitutio indulgeri. & quid ſit in integrum
1 reſtitut. ¶ Succurritur † per reſtitutionem in integrum minoribus. 25. annis. Dicuntur autem minores. 25. annis qui nondum compleuerunt. 25. annos, facta computatione de momento ad momentũ. Non enim ſufficit tetigiſſe ultimũ diem ut quis ab hoc auxilio excludatur. ſed oportet pertranſire ultimum momentum. ut cum ſi quis natus ſit in biſexto duo dies computẽtur pro uno, nam poſterior dies interſcidatur, id eſt, de medio eximitur uel non computatur pro die. ut. ff. eodem titu. l. 3. §. minoré. & de uerb. ſigni. l. cum biſextus. Cõtingit autem biſextus in ſingulis quadriennijs. Nam annus habet tricẽtos. & 65. dies. & 6. horas ut. ff. de ſtatu liber. l. cũ hæres. §. ſtichus. Illæ autem ſex horæ in quattuor annis faciunt. 24. horas & ſic diem integram. ¶ Item computatio
2 † de momento ad momentum ubi agitur de reſtitutione minores fit in fauorem ipſius. Expedit enim minori ſic fieri. ſcilicet prorogari tempora reſtitutionis potius quàm artari. Aliquando ob fauorem non fit computatio de momento ad momentum. ſed ſufficit dié inchoari, ut in uſucapione trienni contingit. Fauor enim eſt poſſeſſoris ſufficere ultimum diem uſucapionis attingi ut completa ſit uſucapio, & hoc propter titulum & bonam fidem. ut. ff. de uſucap. l. in uſucapionibus. & . ff. de diuerſis & tempora. præ. l. in uſucapionibus. primo, reſponſo. & idem eſt cum tractatur de libertate præſtanda a minore. 25. annis. ut. ff. ma. l. prima. Item cum tractatur de teſtamentis faciendis a maiore. 14. annis. ut. ff. de teſta. l. in qua ætate. ſic quandoque ob fauorem ſufficit annum inchoari. ut. ff. de mu. & ho. l. ad rem. & . ff. ad Trebel. l. qui filium. & ſupra de elec. cum in cunctis. ſecus in præſcriptione. 30. uel. 40. annorum quę odioſa eſt ubi requiritur ultimum annum finiri. ut. ff. de actio. & obliga. l. in
3 omnibus. ¶ Succurritur † & eccleſijs quæ minorum iure cenſentur. ut infra. eodem ti. requiſiuit. Semper enim

eccleſia

eccleſia iure minoris debet illæſa ſeruari, ut ibi dicit, quidam tamen expoſuerunt illud uerbum ſemper, id eſt, in quolibet contractu, reſtringentes illud ſemper, ad quadriennium tantum numerandum a tempore contractus in quo eccleſia læſa eſt poſſe reſtitui & non ultra. Eccleſia enim maior eſt & reſtituitur ſicut minor factus maior. ſ. infra quadriennium numerandum a tempore cõtractus. ut. C. de tem. in integ. reſti. l. ul. Nam ut ibi hæres minor factus maior reſtituitur infra quadriennium in his in quibus fuit captus, tempore minoris ætatis. unde qui ſic dicunt ponunt eccleſiam in 25. anno. Alij autem aliter dicunt & alio modo exponunt illud uerbum ſemper, ſic uidelicet quandocũq; ſine tẽporis præfinitione. Vnde ponunt eam in primo die natiuitatis ſuæ, & dicunt eam ſuper in minori ætate cõſiſtere. nec enim creſcit uel decreſcit eius ætas. Tu dicas quòd eccleſia fungitur iure & uice minoris. quod ſic probatur, eccleſia enim cõparatur reipublicæ. ut. C. de ſacroſan. ec. ut inter diuinum. Et respublica comparatur minori. ut. infrà. eodem. c. requiſiuit. non tamen eſt minor immò maior. ſed reſtituitur ſicut minor ut reſpublica. ut. C. de offi. eius qui uicem alte. gerit. l. 1. Si enim minor eſſet ut dictum eſt. non fuiſſet deſponſata ut. 26. di. ſupra. de biga. c. debitum. Et puto eccleſiam reſtitui quandocũq; in contractibus ſine temporis præfinitione & in iudicijs etiam poſt ſententiã ut infrà. eo. c. ſuſcitata. &. c. tum ex literis. Sed hoc nõ niſi própter graue dãnũ. ut. ff. de mino. l. ſi ex cã. Et in his duobus differt eccleſia a minore. qui non reſtituitur niſi in minori ætate. Et hoc intelligo eſſe uerum niſi poſt contractũ uel poſt ſentẽtiam cõtra eccleſiã præſcribatur. Nã in tẽporibus ut in uſucapione & præſcriptione nõ inuenio eccleſiã reſtitui. quãuis inueniam quædã tempora de præſcriptione ſubduci. ut notabo. infra. de præſcrip. præſcribit enim eccleſia & præſcribitur cõtra eã. Et in hoc similiter differt eccleſia a minore qui in tẽporibus ipſo iure ſeruatur illæſus præterquã in longiſſima præſcriptione qui quidẽ currit, ſed minor reſtituiť. ut. C. in qui. cau. nõ eſt neceſ. in integ. reſti. l. ul. Alij autẽ dicũt quòd eccleſia reſtituiť a 25. annis uſq; ad quadrienniũ. ſic & eccleſia recte iure utiť minoris hæc enim tempora habet minor ad petendam in integrum reſtitutionẽ. ut. C. de temp. in inte. reſti. pe. per totum. ¶ Item reſtitui

4 tur † maior uel eccleſia ſi lædatur ſiue decipiatur ipſe minor ſiue tutor eius uel curator eius interuenerit legitimus. ut. C. ſi tutor uel cura. interue. l. etiã. Et idem dico in eccleſia ſi prælatus eius, ſyndicus vel æconomus decipiatur. Delictum enim perſonæ non debet redundare in damnum eccleſiæ, ut. 16. q. 6. ſi epiſcopus. ſecus eſt ſi decipiatur ſimplex procurator minoris uel eccleſiæ. tunc enim minori uel eccleſiæ non ſubuenitur niſi procurator ſit non ſoluendo. ut. ff. eod. titu. l. cum mandato. magis enim fuit prouidendum ſuperioribus perſonis quæ gerunt ex neceſſitate quàm procuratori qui ex voluntate gerit. ¶ Et quod dixi eccleſiam reſtitui ſi prælatus decipiatur. Et eſt ratio quia prælatus conditionem eccleſiæ, deteriorem facere non poteſt. ut. infra cap. 1. quod intelligo in faciendo. ſecus in omittendo. ut. 16. q. 3. placuit. infra. de præſcrip. cap. 1. Aliquando tamen poteſt etiam in faciendo conditionem eccleſiæ deteriorem facere. vt pote modicam rem donando. ut. infra. de dona. cæterum 12. q. 2. terrulas. Et idem in quinquageſima & centeſima. ut. infra. de dona. apoſtolicæ. & infra. de his quæ fi. a præla. ſine conſenſu ca. paſtoralis. 12. q. 2. bonæ rei. Et in hoc differt prælatus a procuratore. quia procurator liberam habens & generalem adminiſtratione non poteſt donare. ut. ff. de procu. l. procurator tutorum. &. l. procurator. cui quãmuis aliquotiens prælatus appelletur procurator ut. 10. q. 2. ꝑcariæ. 12. quæ. 1. c. ult.

&.quæ.2.ſine exceptione.10.q. 2. caſel las infra de dona. fraternitaté. Et quod dico conditionem eccleſiæ deteriorem fieri poſſe per prælatum in omittendo. uerum eſt legitimo tempore interueniente non ſtatim. hoc eſt ſi ex omiſſione prælati. præſcriptio inducatur contra eccleſiam. Aliter ſi prælatus omittat in iudicio legittimam exceptionem ſeu defenſionem reſtituitur eccleſia ut infra eodem.c. auditis.&.c. cum ueniſſent. niſi ſuper hoc eodem petita eſſet reſtitutio & denegata.ut infra eod.titu. c.ult. ¶Iuuatur etiam minor & eccleſia in allegationibus omiſſis dum ea quæ ſunt pro cauſa non allegata uel allegata nõ probat.uel ſi ſe proditum ſeu proditam ab aduocatis conqueratur. ut. ff. eo.ti.l. minor autem.§.1.& l. minor annis.25.omiſſis.¶Item ſuccurritur minori & eccleſiæ ſi ſe negotijs alienis immiſcuerit ſine mandato uel ſaltem neceſſe habet cedere domino negociorũ beneficium reſtitutionis.ut.ff.eo.tit.q̄d ſi minor. Et ut breuiter dicam reſtituitur minor & eccleſia in cõtractibus uel quaſi contractibus in delictis uel quaſi. ut ſuper his rubricæ ſpeciales in Codice ponuntur. & quod dixi reſtitui in cõtractibus uel quaſi locum habet cum cõtractus tenet ut pote celebratus in caſu conceſſo & in forma iuris ut 10 q.2. hoc ius porrectum. & 12. q. 2. ſine exceptione. Aliter ſi in caſu non conceſſo uel non ſecundum formam iuris nullus eſt contractus ipſo iure.ut. 10.qu.2. quia rem homini.& 12.quæ.2. ſine exceptione. apoſtolicos. alienationes. & tunc cum ius commune competat. non eſt neceſſaria in integrum reſtitutio ut. ff. eo.ti.l.in cauſæ.¶Item ſuccuritur eccleſiæ & minori ſi quaſi cõtumax ad iudicium non uenit culpa non dolo.ut.ff. eod.ti.l. minor.ſecus ſi ex dolo ut.ff.de mino.l.ſi ex cauſa.§.nunc uidendũ. tũc enim non reſtituetur eccleſia, quia nec minor reſtituitur in delictis atrocibus, niſi quatenus miſeratio ad minoré pœnam iudicem perduxerit ut.ff.e.ti.l.auxilium. Quod intelligo cum tota eccleſia delinquit. ut. C. de ſacroſan.eccle.l.iubemus nullam nauem. alias delictum perſonæ &c ut no.ſupra eo.ti.§. reſtituitur. ¶Item ſubuenitur & ſi nouæ defenſiones appareát eccleſiæ quibus ante uſa non fuit.ut. C. ſi ſæpius in inte. reſti. poſtu. l. 2. quamuis de iure communi prætextu nouorũ inſtrumẽtorum lites ſopitæ non debeant inſtaurari.ut infra de ſen. & re iudi.inter monaſterium.&.C.eo.tit.l.ſub ſpecie.¶Itẽ ſi deferat iuramentum.ut.ff.de iureiu.l. nam poſtea.§.ſi minor.Et qualitercunque in iudicijs minor uel eccleſia capiatur ſiue agat uel conueniatur. ut.ff.eod. tit.l.ait prętor.§.ſed & in iudicis. ¶Sed
5 dubitatur † an eccleſia uel minor poſſit petere reſtitutionem a ſententia eo q̄d eccleſia tuta eſt communi iure & communi auxilio, poteſt enim appellare.& ideò ad extraordinarium auxilium recurrere nõ debet.ut.ff. de mino.l.in cauſæ.Sed hæc obiectio in ſententia domini Pa. pæ locum non habet, quoniam ſuperior non inuenitur ad quem per appellationum recurſus haberi poſſit. ut ſupra de elec. licet in fi.&.9 qu. 3.cuncta.Sed ſi inſtes & dicas. poterit ſupplicari.ergo reſtitutio ſuperuacua eſt ut ſuperius dictum eſt. Reſpondeo utrunq; remedium ſupplicationis, & reſtitutionis eſt extraordinarium auxilium & eadem æquitate inductum unde unum reliquum non excludit. Vt dicitur. aliter actio de dolo non datur ſi alia competat eadem æquitate inducta ut actio q̄d metus cauſa. quæ & ſi competat, datur tamen actio de dolo. nam ſi eũ qui metum fecit & de dolo teneri certum eſt. ut.ff. quod metus. cauſa.l. ſi cum exceptione.§.eum qui.¶Sed nunquid à ſententijs aliorum poteſt quis petere reſtitutionem. Videtur quòd nõ quia poteſt appellare, & ſic ad extraordinariũ auxilium non recurret per. l. in cauſæ. & ſi tempus appellandi exceſſerit reſtituetur ad appellandum.ut. C. ſi ſæpius in integ. reſti. poſtu. l. 1. Reſpondeo,

poteſt

poteſt eccleſia reſtitui a ſententia. Nec obſtant ſuper ora iura. Nam lex illa in cauſæ, loquitur cum minor eſt tutus ipſo iure. & ideo non debet recurrere ad auxilium reſtitutionis. Itē alia lex nō obſtat. loquitur cum minor petijt reſtitutionem. & fuit ei denegata iterum petere non poteſt niſi noue defenſiones allegentur. ſed poterit appetere non poteſt niſi nouæ defenſiones allegentur. ſed poterit appellare. ut infra eod. ti. ca. ult. & . C. ſi ſæpius in integr. reſti. po-
6 ſtuletur. l. 2. & 3. ¶ † Si tu quæras an ſit aliud reſtitui a ſententia quam reſtitui ad appellandum à ſententia. Reſpondeo ſic. cum enim reſtitutio fit à ſententia perinde eſt ac ſi ſententia lata non eſſet ar. ad hoc infra eo. cum ex literis ubi dicit. non obſtante ſententia: ſed ubi fit reſtitutio ad appellandum. ſentētia ſalua manet. quamuis poſtea ſuſpendatur per appellationem. ut. C. de iureiuran. l. generaliter, in princi. C. de appella. l. præcipimus. §. hoc fin. ſupra de off. delega. paſtoralis. §. præterea infra de ſenten. & re iudi. cum inter uos. Licet alibi dicatur extingui pronunciatū per appellationem. ut. ff. ad ſe. con. Turpil. l. 1. §. ulti. Sed exponitur ibi extin-
7 guitur. id eſt, ſuſpenditur. ¶ † Fieri autē debet reſtitutio iudice ſedente pro tribunali præsēte aduerſario, uocari enim debent is contra quem petitur reſtitutio alioquin ipſe iure non tenet reſtitutio. ut. ff. de mino. l. uerum. §. ſciendum & l. in cauſæ. §. cauſa & . l. etiam ſi patre. §. ulti. Nā negotiorum merita partium aſſertione panduntur. ut. C. ſi per uim uel alio modo. l. ulti. Quia & ſi minori uel eccleſiæ pro reſtitutione non detur actio ſed iudicis officium ut. ff. de mino. l. quòd ſi minor. §. ul. & . l. illud. §. 1. l. quod ſi de ſpeciali. oportet tamen libellum porrigi, litis conteſtationem fieri, & omnia ſolemniter & ritem procedere ut ſupra de offi. iudi. c. ult. in caſu tamen ſi is contra quem reſtitutio petitur, uocatus infra triemnium non ueniat reſtitutio indulgetur ut in auth. ut ſponſali. largi. §. ad hoc. colla 9. Debet etiam eccleſia ſiue minor probare læſionem ſiue deceptionem non enim ex hoc ſolo quòd minor eſt quis ſequitur quòd ſit deceptus. & idem in eccleſia. ut. ff. de mino. l. non omnia de iureiu. l. nam poſtea. §. ſi minor. ¶ Poſſunt
8 † reſtituere iudices delegati à Papa uel a principe. Item ordinarij. Item delegati ordinariorum habētium adminiſtrationem. ſiue cauſæ reſtitutionū fuerint ſpecialiter cōmiſſæ huiuſmodi delegatis. ſiue alijs cauſis commiſſis corā eis reſtitutionum inciderint quæſtiones. Item ordinarij non habentes adminiſtrationem, ſed delegati ab eis nō poſſunt, ſi cauſæ reſtitutionum committantur eiſdem. ſed ſi alijs cauſis commiſſis quæſtiones reſtitutionum incidant coram ipſis. & cauſas audire poſſunt & reſtitutiones indulgere. Et idem dico in arbitris. nam ſuper reſtitutionis quæſtione cōpromitti non poteſt. ſed ſi ſuper alio compromittatur ſuper quo compromitti poteſt. & coram arbitro incidat quæſtio reſtitutionis. & audire & reſtituere poteſt ut infra eo. ti. decre. cauſam. quæ ſumpta eſt ex lege, ut. C. ubi & apud quem. l. ulti. Sed certè ſi rectè inſpiciatur lex illa colligitur ex illa quòd nec delegati ordinariorum non habentium adminiſtrationem. nec arbitri cognoſcere poſſunt de huiuſmodi quæſtione etiam incidenter & ſic legebant & intelligebant legem illam domini mei Azo. & Aug. Sed hæc decre. contrarium dicit & poteſt eſſe huiuſmodi decre. ratio quia in incidēti quæſtione etiam minus competens iudex iuriſditionem ſortitur ut ſupra de offi. de leg. prudentiam. §. ulti. C. de iudi. l. quoties. et. C. de ord. iudicio. l. adite.
9 ¶ Dubitatur aūt † qui ſunt ordinarij adminiſtrationem non habentes. ſed facultatem tantum modo iudicandi. Et ſecundum iura ciuilia dici poteſt quòd ſunt illi qui honorem et dignitatē habent. ſed non adminiſtrationem unde ratione honoris dignitatis iudicare poſſunt.

poſſunt. ſi qui in eos cōſenſerint. & de
his loqͤ lex de iudi.l.j.C.e.t.ré non no
uá.Reſpō.1.Sed ſecundū iura canonica
poſſet poni exēplū in epiſcopo qui re-
nunciauit loco epiſcopali. non dignita
ti.qui honoré retinet adminiſtratione.
ut ſupra de ordi.ab epiſcopo quæ reſig.
epiſcopa. c.1.& ſupra de renunci.niſi cū
pridé.§.ult.&.c.poſt tranſlationé circa
fi.Ité poni poteſt exemplū in epiſcopo
cuius epiſcopatus omnino deſtructus é.
populus effectus. hic .n. epiſcopus eſt
nullus tamen epiſcopatus hic honoré
habet ſine adminiſtratione. Quidā ta-
men ponunt, exēplū in officialibus epi
ſcoporū & male quia officiales nō ſunt
ordinarij ſed delegati ad uniuerſitates
cauſarum ut nota ſupra de offi. uica.cir
10 ca prin.¶A quibus aūt † cōferatur iuriſ
ditio ordinaria no.ſupra de offi.or.§.or
dinariā.Et eſt ſciendum ꝙ ubicunq; ec
cleſia uel minor reſtituitur reſtituēdus
eſt & eius aduerſarius ét maior. ſed in
eodé tantū caſu.ſed non in alio ut.ff.de
mino.l.quòd ſi minor.§.reſt. &.l. pater
§.2.&.l.etiā.§.1.C.de repu.l. una.C.de
prædijs mino.l.ſi prædiū, in fi.12 q.2.
Vulteranæ infra de rebus eccl.nō alie.
ad audientiā.Non.n.eccleſia ditari de-
bet cum aliena iactura ut 54. di.genera
lis infra de pœnis ſuā.ff. de condi. inde
l.nā hoc natura.¶Item licet minor uel
eccleſia impetrauerit reſtitutioné. pōt
renunciare ſi uelit.ut.ff.de mino.l. ſi iu
dex.¶Quando auté eccleſia reſtituatur
dixi ſupra e.ti.§.ſit cōputatio.quia ſem
per & ſine temporis præfinitione. ut in
fra.c.1.&.c.tum ex literis. niſi cōtra eā
legitimè præſcribatur. nam ut ex litera
illius decre. tum ex literis. colligitur
tempore Eugenij papæ & in primo mē
ſe ſui pontificatus interuenit læſio & té
pore Celeſtini indulta eſt reſtitutio.
qui cauſam commiſit ſententia Euge-
nij non obſtante. Quidā tamen dicunt
quòd ibi interrupta fuit quadriēnij præ
ſcriptio per petitionem reſtitutionis.
fuit enim petita reſtitutio tempore
Eugenij & temporibus aliorum ſum-
morum pontificum ei ſuccedentium ea
dem petitio innouata.& ſic eccleſia pe-
tens non fuit quadriennio excluſa. Sed
errant qui ſic dicunt. quia reſtitutionis
quæſtione dum petitione ſed nec lit.
conteſt.perpetuat.ut.ff.de mino.l. papi
nian §.ul.&.C.de tempo.in integ.reſt.
l.ul.Si quis tamen uellet illorum ſen-
tentiam ſuſtinere poſſet dicere quòd
ibi per iudices ſtetit quo minus in quæ
ſtione illa proceſſum fuiſſet.& ideo ec-
cleſiæ petenti nullum potuit præiudi-
cium generari,ut in auten.ut ſpon. lar-
gi.§.hoc quoq;,colla.9.&.2. q.6.ante-
riorum.§.ſed lis.&.l.biduum. ¶ Vnum
non omitto. quia quod dixi ſupra.§.pro
11 xi.† delegatus cauſas reſtitutionis audi
re poſſe recipit dubitationem. Videtur
enim quòd cauſæ huiuſmodi delegare
non poſſunt, quia ex edicto reſtituto-
rio nulla propria proficiſcitur actio ſed
cōdependet ex officio iudicis.ut. ff. de
mino.l. quod ſi minor.§.ul.Ea uero qui
iudicis officio expediuntur non dele-
gantur.ut.ff.de off.procon.l. nec quic-
quam.§ ubi.ff.de reg. iur.l.omnia.ff. ad
municip.l.ea quæ. Ad quod reſpondeo
ſpeciale eſt hic fauore reſtitutionis qui
ampliandus eſt non reſtringēdus ut.ff.
de lib.& poſtu.l. cum quidā.Sic & aliud
ſpeciale in hac reſtitutione contingit.
ut cum cauſa reſtitutionis ſit excellens
ita ut in ea requiratur ſpeciale manda-
tum,ut.ff.de mino.l.illud, ut in ea com
promitti non poſſit.nec delegari ab or
dinario iureditionem ſine adminiſtra-
tione habente.tantum tam coram arbi
tro quam coram delegato huius ordina
rij tractari poterit incidenter ut infra
12 eo.ti.cauſa.¶†Eſt autem in integrū re-
ſtitutio prioris ſtatus uel iuris reinte-
gratio per quam ſubuenitur minoribus.
Subuenitur & eccleſijs iure minoris ſi-
cut dictum eſt. Subuenitur quandoq; &
maioribus ex iuſta & legitima cauſa ut
ff.ex quibus cau.ma per totum.& ſic in
telligo infra eod. tit. ex literis infra de
ſenten.& re iudi. cum Bertoldus infra
de pigno.ſignificante.

SVM-

*Summarium*

1 *Edictum de alienatione iudicij mutãdi cau ſa facta quando locum habeat.*

2 *Edictum de litigioſis contractibus, & hoc edictum non concurrunt, ſed diuerſis reſpectibus locum habent.*

3 *Actio ex hoc edicto cui & contra quem & in quantum detur.*

¶DE ALIENATIONE IVdicij mutandi cauſa facta. Rubr.

IN ſuperiori rubrica proſpectum eſt & prouiſum per in integrum reſtit. eccleſijs ut ſupra ti. proxi. c. 1. Et minoribus ut ſupra in. cap. conſtitutus. Et maioribus. ut ſupra in. c. ex literis. Et non æquitate proſpicitur hic omnibus in quorum damnum & præiudicium aliqui res & poſſeſſiones de quibus agendum eſſe credunt & timent in alios transferũt cauſa mutandi iudicij. ¶Surgunt autem ex hoc edicto duo ſpecialia beneficia. Vnum quia agitur cõtra alienantes actione in factũ. ad id quod intereſt agentium res non fuiſſe tranſlatas. ſaluis nihilominis priſtinis actionibus aduerſus nouos poſſeſſores quos potius parat uel paris nouos aduerſarios. ut. ff. eod. ti. l. 1. Et aliud quia literæ commiſſionum contra ueteres poſſeſſores obtentæ extenduntur ad nouos. de quibus nullam faciunt mentionem. ut infra eod. ti. c. 1. In titulatur hic igitur rubrica de alienatione iudi-

1 cij mu. cauſa fac. ¶Vnde uidendum † eſt quando locum habeat hoc edictum, & cui, & contra quem & in quantũ detur actio ex hoc dicto. Habet locum hoc edictum cum quis credens ſe conueniendum ſuper re aliqua actione reali uel perſonali in rem. tamen ſcripta ut pote aliquo interdicto. Interdicta. n. licet in rem uideantur concepta ui tamẽ ipſa perſonalia ſunt. ut. ff. de interdi. l. 1. §. interdicta alienat, rem dolo malo cauſa mutandi iudicij à ſe. & ſuſcipiendi ab illo in quem transfert poſſeſſionem nec refert an transferat dominiũ uel nudam poſſeſſionem. ut. ff. eod. tit. l. non ſolum & l. ex hoc. §. alienare. Do lo malo ideo dixi quia ſi alienat rem redibendo uenditori. non ut iudicium euitet ſed alias redibiturus uel ſi ex alia neceſſaria cauſa alienat. locum non habet edictum. ut. ff. eodem titulo. l. ex hoc, & ll. ſequentibus. Et idem dico ſi ideò alienat. quia timet ſibi moueri quæſtionem & lites execratur. ut. ff. eodem tit. l. item ſi res. §. ult. Item locum habet hoc edictum cum alienatio ſit cauſa futuri iudicij mutandi. ut in l. ex hoc. §. pri. quia ſi iudicium eſſet inchoatum inter petitorem & poſſeſſorẽ conuentione iudiciaria. aut per præces principi oblatas & iudici inſinuatas ac per indicem aduerſario cognitas. cũ res eſſet litigioſa. ſi de dominio ipſius uel quaſi quæſtio erat. tunc commiſſo uitio litigioſi. locum haberet edictum de litigioſis. ut. C. de litigio. l. ulti. in autem de litigio. in princ. col. 7. quia prohibita eſt talis rei alienatio ut ibi. & 11. q. 3. quia res. ſed res ſuper qua futurum ſperatur iudicium non prohibetur alienari ante motam cauſam. Et ideo iſtud edictum & edictũ de litigioſis cõtractibus nõ concurrunt ſed diuerſis re

2 ſpectibus locum habent. ¶Datur † autem actio in factum ex hoc edicto ei. in cuius fraudem & eluſionem facta eſt alienatio, & ſuis hæredibus, & contra hæredes eius ad quem res trãslata eſt. Et datur infra annum. ut. ff. eo. ti. l. non ſolum. §. ult. & ll. ſequentibus. Datur enim inquam aduerſus eum qui alienauit quem ad intereſſe conueniat coram ordinario. & ut puto coram delegato per literas contra eum obtentas. ut dolus repræſentet eum poſſeſſorem. ut. ff. de rei uend. l. qui petitorio. C. ad exhiben. l. ad exhibendum. in quo intereſſe conſiderabitur quanti intereſt agentis rem non fuiſſe translatam in hominem alterius diœceſis forte uel prouinciæ contra quem illum agere oportet ad poſſeſſionem aduocandam

per priſtinam actionem. Item quanti intereſt ipſius non habere duriorem, uel potentiorem aduerſarium, ſi in potentiorem tranſlata fuit: quia potentioribus pares eſſe non poſſumus, ut. ff. eo.ti.l. 1. Item aget contra poſſeſſorem actione in rem, uel alia actione ſibi cō petente ad rem aduocandam ſiue corā ordinario poſſeſſoris ſiue coram delegato, quem obtinuit contra alienantē. quod eſt hic ſpeciale. cum alias generaliter literæ commiſſionis ſint perſonales. nec ad alios extendantur quorū nomina in literis non habentur. ut ſuprà de offi. deleg. cum olim abbas. &. c. ſuper eo de reſcrip. ſignificauit. Sed fallit illud generale hic & in aliis caſibus quos not. ſuprà de reſcrip. §. ſed priuilegium, & ſuprà de offi. dele. §. caſualiter. Veruntamen ſi ab eo qui rem alienauerit conſequatur actor rei æſtimationē dolo poſſunt ante ipſum poſſeſſorem, ut ſuperius ut dictum eſt. non aduocabit poſtea rem a poſſeſſore. nec enim habere poteſt & rem & pretium, ſed alterū ut. ff. de peti. hære. l. ſi & rem & pretiū. & rem a poſſeſſore & intereſſe ab alienante conſequi poteſt ut ſuperius dictum eſt. ¶ Item alienator poteſt conueniri priſtina actione, non tātum ad rei æſtimationem ratione doli, ut dictum eſt, ſed ratione pretii quod ex rei uenditione recepit quia pretium loco rei ſuccedit, ut. ff. de pecu. l. ſed ſi quis, & in l. prædicta ſi & rem & pretium. ff. de le. 2. l. Imperator. & l. ſe. infrà. de uſu. cum tu. in ſi. ff. deleg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. & infra. ut lite pen. eccleſia ſanctæ Mariæ. Sed & ſi clerico cedatur actio contra laicum. ut ſi clericus trahat laicum ad forum eccleſiaſticum & ſi non fiat contra uerba edicti. ſit tamen contra mentem. ut. infra. eo. ti. c. 2. Nam ille incidit in uerba huius edicti qui credens ſe conueniendum ſuper re aliqua transfert rem illam in alium cauſa futuri iudicij mutandi à ſe. & ſuſcipendi ab illo in quem transfert rem. ſed in mentem huius edicti incidit non in uerba qui dum credit uel ſcit ſibi aduerſus alium competere actionem lilam priuilegiato uel potentiori homini cedit cauſa futuri iudicij non mouendi a ſe. ſed ab illo inchoandi & perficiendi cui cedit. & in hoc caſu ceſſio eſt nulla. & is qui cedit amittit actionem ut hic. ca. 2. &. C. ne lice po. l. nulla. Clericus autem dicitur potentior laico ratione officij cuius contemplatione ſortitur priuilegium quo ad forum. Nam alias ratione officij cenſetur durior aduerſarius & potentior. ut. C. quod metus cauſa. l. ſi per impreſſionem. C. ſi quacunq; prædi. poteſta. l. 1. &. C. ſi rector prouin. l. una. Sic & tutor ratione officij cenſetur potentior pupillo. & ideo ceſſio ei facta contra pupillum non ualet. ut. C. qui dari tuto. uel cu. poſ. in auten. minoris. Sed hoc qualiter eſſe poteſt. ut actione ceſſa clerico contra laicum. clericus trahat laicum ad forum eccleſiaſticum. cuius actor forum rei ſequi debeat ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones. ut infra de foro compe. ſi clericus. & capitulo cum ſit generale. 11. quæſt. prima relatum & capitulo experiētiæ. &. C. de iuriſditi. omni. iudi. l. iuris ordinem. Reſpondeo hoc locum poſſet habere in locis illis in quibus conſuetudo eſt quod clericus trahat laicum etiā reum ad forum eccleſiaſticum. ut. infra de foro compe. ſi clericus. Vel aliter poſſet clericus moleſtare laicus ſuper qua ceſſa eſt cum ſuper re illa quam laicus poſſidet ſuper qua ceſſa eſt clerico actio. laicus cogetur agere contra laicum ſuper moleſtia quam clericus etiā infert. Et tunc clericus conuentus in foro eccleſiaſtico intentabit actionem ſibi ceſſam permodum reconuentionis. Ceſſat autem hæc actio ex hoc edicto in quibuſdam caſibus. l. ut. ff. eodem titu. 3. §. ultimo. & l. ex hoc. §. ſi quis alienauit.

## *Summarium*

1 *Arbitrium quid ſit.*

2 *Arbiter eſſe quis poſſit, et qui prohibeatur.*

*Compromitti*

3 *Compromitti an poſſit in cauſa matrimoniali.*
4 *Compromitti debet in imparem numerum, & quare.*
5 *Compromiſſum factum in duos an ualeat.*
6 *Compromiſſum an ualeat, ſi duobus arbitris poteſtas aſſumendi tertium incertum tribuatur.*
7 *Compromitti ſuper quibus cauſis poſſit.*
8 *Arbiter an diebus feriatis pronunciare poſſit. & nu. 11.*
9 *Arbitriorum effectus qui ſint.*
10 *Pœna in compromiſſo appoſita, an poſſit contra portem non ſtante in arbitrio peti.*
11 *Compromiſſum & iudicium in quibus conueniant. & in quibus differant. nu. 12.*
13 *Compromiſſum qualiter finiatur.*
14 *Pœna ſoluta ab eo qui non paret. an peti poſſit & iudicatum.*

## ¶DE ARBITRIS.

### Rubrica.

EXpeditis præparatorijs iudiciorũ ad iudicis ueniamus. Sed quoniam ad inſtar iudiciorum arbitria ſunt redacta. ut. ff. eod. titu. l. 1. Nam arbiter partes iudicis aſſumit. ut. ff. eod. titu. l. ſi de meis. alias Pomponius. §. recepiſſe. Ideo prius de arbitris eſt uidendum. ¶ Videamus igitur quid ſit arbitrium. Item in quot debeat compromitti. quis poſſit eſſe arbiter. de quibus rebus ualeat compromitti. & quis ſit effectus arbitrorum. In quibus differant iudicium & compromiſſum. & qualiter finiatur compromiſ-
1 ſum. ¶ Arbitrium † eſt trinus actus perſonarum ſuper ciuili quæſtione in quaſi iudicio contendentium. Nam & iudex laborare debet ad inueſtigandam ueritatem. ut. 30. q. 5. iudicantem. actor ad intentionem & ad amplicandam cauſam. Reus ad extenuationem ad cauſam diminuendam. ut. 4. q. 4. c. 1. Vel ſic diffinitur arbitrium ſecundum Azo. Arbitrium eſt cauſa in dicendo iure uoluntarie poſita cum certarum perſonarum inter poſitione. ſcilicet arbitri actoris rei. ¶ Arbi-
2 ter † eſſe poteſt qui non prohibetur à iure ut pura liber homo, paterfami. ſed & filiusfami. arbiter eſſe poteſt. etiam iure patris. ff. eod. titu. l. ſed & filius. & l. quin etiam. Item libertus ſed non ſeruus. ut. ff. eod. titu. l. Pædius. in princip. &. §. in ſeruum. Item non refert an arbiter ſit integræ famæ, uel infamis, ut. 3. q. 7. §. tria, in uerſicu. cognitores. &. ff. eo. tit. l. Pædius. Sed ſecus in iudice. ut. C. de dig. l. neque famoſis. C. de infamibus. l. una lib. 11. & infra. de exceſ. præla. inter dilectos. ¶ Prohibetur autem eſſe arbiter ſeruus. ut dictum eſt. Item mulier. ut. infrà. eo. tit. dilecti. C. eod. tit. l. ultima. quia nec iudicare poſſunt. ut. 3. q. 7. §. tria. ff. de iudi. l. cum prætor. §. 1. & 33. quæſtione. 5. mulierem. hoc tamen fallit in quibuſdam excellentibus fæminis quæ ratione ſuæ excellentiæ & conſuetudinis iuriſditione ordinaria & arbitraria utuntur. ut prædicta decreta. infra. eod. titul. dilecti. & aliquoties delegata. ut. 12. q. 2. cum deuotiſſimam. 8. q. 1. uereor. Item in laicum compromitti non poteſt ſuper rebus ſpiritualibus. ut. infra. eod. titu. contingit. quia nec de rebus eccleſiaſticis laici iudicare ualent directè uel etiam incidenter. ut. infra. titul. proxi. decernimus. infra. qui fil. ſint legi. lator. niſi auctoritate ſuperioris ſuſcipiant compromiſſum. ut. infra. eod. titu. per tuas. ſeu iudicium. ut. 32. diſtinct. §. uerum. uel niſi hoc humilitas ſuperioris inducat. ut. 2. q. 7. nos ſi competenter. uel niſi hoc fiat ad tollendam omnem ſuſpicionem contra clericum exortam. ut. 2. q. 5. habet. & c.
3 Mẽnam. ¶ Et notabis † quòd in cauſa matrimoniali nec in laicum nec in clericum compromitti poteſt ut. ſupra. de in integ. reſtitu. cauſam. Et hoc eſt uerum in cauſa matrimonij carnalis. nam in cauſa matrimonij ſpiritualis compromitti poteſt in clericum. ut infra. eod. titu. ex parte. ſupra. de elec. cum inter dilectos. Item probetur compromitti in furioſum ſurdum aut mutum ſeruum. Item minor. 25. annus. maior autem

ior autem.20 ſed minor.25. annis poteſt ſumi in arbitrum. ſed reſtituitur ſi temerè auditorium recepit cum intetſit eius litibus non uexari.ut.ff.eod.titu.l. ſed ſi in ſeruum.§.1.&.l. cum lege.&.ff. de minoribus.l. minoribus. 25. annis ſubuenitur. Item prohibetur compromitti in iudicē ordinarium.dicente lege ſi quis iudex ſit: arbitrium recipere eiuſdem rei de qua iudex eſt. in ſe ue compromitti iubere prohibetur lege iulia.& ſi ſententiam dixerit non eſt danda pœnæ perſecutio. ut. ff. eo.ti.l.ſed & ſi in ſeruum.§.2.&.3.qu.8.§. tria uer. ſi quis iudex,& eſt triplex ratio quare in ordinarium compromitti non poſſit. Prima. quia ſi nollet pronunciare non eſſet qui eum cogeret.cum per ordinariū cogi debeat arbiter ad pronunciādum.ut.ff. eo.ti.l.3.Secunda. quia ſi contingeret ſententiam quam ipſe tulerit impugnari timendum eſſet ne eam defenderet animosè.ut.C. de aſſeſ. l. nemo. Tertia, quia lex dicit arbitrum ſimilem eſſe iudici.ut.ff.eo.titu.l.1.&.C.de iudi.l.rem non nouam. ergo eſt alius à iudice. cum inter utrunque ſimilitudo notetur. nihil enim eſt id cui eſt ſimile. & ſecundū hoc intelliges.l. illam ſi quis iudex. ſicut ſonat ut ſint duo dicta ſcilicet quòd iudex non poſſit compromiſſum recipere. nec in ſe compromitti iubere. Contra hanc ſententiam facit conſuetudo, frequenter enim in ordinarios cōpromittitur & ualet quod fit. faciunt & multa iura ad hoc ſupra de electio cauſam.&.cap.cum inter dilectos infra eo. titu. dilecti.&.c.cum tēpore.& ca.ex parte. Similiter & in delegatos compromittitur ut infra de præben. niſi infra de præſup. literas infra de rerū permu.exhibita.tu. dicas quòd prohibitio legalis non habet locum ſecundum iura canonica. Vel ſi uelis ſuſtinere legem illam ſi quis iudex. dicas unum eſſe dictum.l.illius & ſit ſenſus.iudex prohibetur recipere compromiſſum iubēdo in ſe compromitti.ut illa uerba in ſe ut compromitti iubere. ſint expoſitio uerborum priorum legis. Quidam tamen dicunt etiam ſecundum leges poſſe in ordinariū compromitti per auth. ut diffe.iu.§. ſi uerò contigerit.colla.9. Sed certè auth. illud loquitur in arbitratore. hoc eſt in amicabili compoſitore. Poteſt enim ordinarius per amicabilem compoſitionem diſſoluere quæ dubia ſunt inter partes. ut
4 ibi dicit. ¶ Debent † autem compromitti in imparem numerum. quia in numero impari Deus gaudet ſcilicet in unum aut tres.ut infra eo.titu. c.1. Et ideò ſtatutum eſt propter hominum facilitatem ad diſſentiendum.ut.ff. eod.titu.l. item ſi unus.§. principaliter & ſi cōtingeret tres non concordare in eandem ſententiā obtineat ſentētia duorum.ut hic.ca.1.Quod intelligo tertio præſente & contradicente. ſecus ſi abſente. tunc enim ſententia duorum nō teneret.ut.ff. eo.ti. l.ſi in tres &.l. ſicuti. ¶ Quid ſi duo pronuncient. tertio præſente & tacente. ut nec cōtradicat nec conſentiat. perinde habendum
5 eſt ac ſi contradicat. Sed † quæritur an ualeat compromiſſum ſi compromittatur in duos. Et uidetur quòd non, nam ſi diſſentiant res ſine exitu futura eſt. Sed certè ſolitum eſt compromitti in duos & ualet compromiſſum. & ſi non conſentiūt, tunc ordinarius uel delegatus qui iuriſdictionem ſibi retinuit poteſt cogere duos certā eligere & tertiam perſonam. ut in d.l.item ſi unus. §. principaliter.& ſupra de offi. deleg. ſuſpicionis. quamuis aliud obſeruetur in duobus iudicibus diſcordātibus ac diuerſas ſententias ferentibus. quia illa ſententia ualebit quæ à ſuperiore confirmabitur.ut. ff. de re iudi.duo iu-
6 dices infra de re iud.c.ul. ¶ † Sed ſi in duos compromittatur ſic ut ſi diſſentiant tertium aſſumant. nec exprimatur is qui eſt aſſumendus. non ualet compromiſſum quia poſſunt in aſſumendo diſſentire. ut in ea.l.§. ſi in duos.infra eod.ti.innotuit. Sed contra infra eodem tit. cum à nobis. Ad quod reſponderi poterit quòd ibi actum fuit de certis perſonis aſſumendis quamuis non fuiſſent expreſſæ. Vel illud locum habet in mediatoribus ſeu ordinatoribus aſſumendis: ſecus in arbitris. Vel illud obtinuit ob reuerentiam legati. & ſimile

ſimile infra de actu. & inquiſi. ad petitionem. Vel dic quòd illa eſt ratio quare nõ ualet compromiſſum factum in duos ita ut ſi diſcordes fuerint tertium aſſumant. quia & in aſſumendo poterunt eſſe diſcordes & ſic ſine exitu res futura eſſet. quæ ratio ceſsat cum in unum compromittitur & datur ei poteſtas alium uel alios aſſumendi. & ſic loquitur contraria decre. ¶Poteſt compromitti † ſuperpæcuniarijs cauſis & temporalibus. poteſt et ſuper ſpiritualibus. ut infra eodem titu. non ſanè. cum olim. & ex parte. non tamen in laicum ut infra eod. titu. contingit. Sed in matrimoniali, liberali uel criminali non compromittitur. ut ſupra de in integ. reſti. cauſam. §. in matrimoniali. Et eſt ratio in cauſa matrimoniali excellentia ſacramenti. In liberali uerò fauor libertatis quæ maiores iudices requirit. ut. ff. eod. titu. l. non diſtinguemus. §. de liberali. C. de peda. iudi. l. 2. C. ubi cauſa ſta. l. iam dudum. C. ne inſta. defec. l. ſi pater. Arbiter autem non eſt magnus iudex ſed paruus. unde ipſius ſententia non eſt per omnia ſententia. ut. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. §. ex compromiſſis. nec & paretur niſi metu pœnæ. ut C. de arb. l. 1. Et hæc eadem ratio locum habet. quare in criminali non cõpromittitur. ut ff. eo. ti. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. & in. l. præallegata quid ergo. §. ex compromiſſo. & ſupra de in integ. reſti. cap. cauſam. Et eſt ſciendum quòd poteſt agi inter partes. ut pronuncietur uno litigatorum præſente & altero abſente. ut. ff. eod. titu. l. diem. §. ſtari. Item ut unus ex arbitris pronunciet abſentibus alijs. ut. ff. eodem titu. l. non diſtinguemus. §. cum in plures. Item agi poteſt ut compromittatur in Titium uel in Seium ſed is cogetur pronunciare in quem litigatores conſenſerunt. ut. ff. eod. ti. l. item ſi unus. §. item Pompo. Itẽ agi poteſt ut certo loco pronuncietur. alioquin ibi pronunciabitur ubi compromiſſum. eſt. ut ff. eo. ti. l. ſi cum dies §. ſi arbiter. Item agi poteſt ut arbiter pronũciet. quod ſibi uidetur dummodo ei uideatur ſecundum leges. ut in auth. de iudi. §. antepe. Sed ſi actum eſt ut certã ſententiam dicat nullum eſt arbitriũ. ut. ff. eo. l. qualẽ.

8 †Item arbiter feriatis diebus pronũciare nõ põt niſi in tribus caſibus. ſ. prætore cogente ut. ff. eo. ti. l. ſi feriatis. uel de cõſenſu partiũ. nam hoc inuenio in iudice. ff. de iudi. l. ſi feriatis. Item ſi dies compromiſſi ſit exitura. ut. ff. eod. ti. l. ſi de meis. alias Pomp. §. arbiter. Item agi poteſt ut arbiter certo loco pronunciet alioquin ſi certus locus non eſt adiectus in quo pronuncietur. ibi pronunciabitur ubi compromiſſum eſt. ut. ff. eo. ti. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter.

9 ¶Effectus † arbitriorum eſt ut ſententiæ arbitri ſtetur ſiue æqua ſit ſiue iniqua. ut. ff. eo. ti. l. diem. §. ſtari dummodo non ſit contra leges & ſacras conſtitutiones & ſit ſolemniter lata & dolo arbitri careat. Et ſic non ob. C. eo. ti. l. arbitrorum. ff. eo. ti. l. ita demum. Stabitur inquã ſentẽtiæ arbitri metu pœnæ ſi pœna fuit compromiſſum uallatum. quia tunc non emologabitur arbitrium id eſt, non confirmabitur ſententia per ſillentiũ 10. dierum ſi partes nõ contradicãt. nec ſñia trãſit in rẽ iudicatã. ſed ſi ſñiæ non ſtetur agetur ex ſtipulatione ad pœnã. ut. C. eo. ti. l. 1. infra eo. ti. per tuas. Sed ſi compromiſſum nõ ſit pœna uallatũ ſed iuramẽto ſecundũ canones ualet. ut infra eo. tit. cũ tẽpore. & cõpelluntur partes ad obſeruãtiã iuramẽti ratione. ut infra e. ti. nõ fine. Sed ſecundũ leges non tenet. ut. C. e. ti. in auth. decernimus. Si neutrũ interuenit & infra 10. dies contradicat ſñiæ. agi põt ad inter eſſe. ut infra e. ti. per tuas. ſi ſimpliciter ſit cõpromiſſum ſñiæ ſtari. ut. ff. et. i. l. diẽ. §. ul. Sed ſi nullo remedio cõpromiſſum ualletur. & ſñiæ infra. 10. dies nõ fuerit cõtradictũ. emologat arbitriũ ideſt confirmatur ſilentio 10. dierũ tacite uel expreſſe. ſi cõſenſerint manifeſte tũc tranſit in rem iudicatam agitur & excipitur ex ea & mandatur executioni. ut. C. eo. ti c. cum antea infra eo. ti. per tuas. Et quod dico compromiſſum uallari pœna intelligo ſiue pœna nummaria ſiue res alia fuerit uicè pœnæ promiſſa. ut. ff. eod.

ti l.litigatores.§. & quod ait. Itē hoc intelligo ſiue partes inter ſe pœnā adinuicem fuerint ſtipulatæ. ſiue arbitro pœna fuerit promiſſa. nam tunc arbiter pęnam exactam præſtare uel actionē cedere cōpelletur ei qui ſentētiæ ſtabit, contra eū qui non ſtabit, quaſi inter partes & arbitrū hoc tacitè actū uideatur. & ideo pro tanto debet haberi.ut.ff. de præſcri.uer.l. ſi gratuita.§. 1. ſed ſi unus litigatorū pœnam promiſerit. alter non, compromiſſum non ualet ut.ff.eod.titu. l. ſi de meis.

10 † Sed quid ſi inter litigioſos compromittatur & cum pœnæ interpoſitione & altera pars non ſtet arbitrio nunquid altera pars poteſt petere. Videtur quòd ſic. ut infra eo.ti. dilecti.in fi. Nam & alias auctoritate iudicis pœna petitur. ut 12.quæ. 2. epiſcopus qui mancipium.23.di.quanquā 16 q. 1. ſtatuimus.12.q. 2. cum deuotiſſimam.&.c.in legibus.17.q.4.ſi quis contumax.& c. quiſquis. & c. ſi quis domum. &.c. qui ſubdiaco. Sed contra.12.q.2.fraternitas. & quia religioſi nedum pœnam. ſed forte ſeu capitale petere non debent cum ſcandalo aliorum.ut.11.q.1. aliud de pœ. diſ.1. aliud infra de pœnis. ſententia. Sed puto qđ religioſi pœnā petere poſſunt. ſiue in pecunia pœna conſiſtat ſiue in alio. ut.1.qu.7. quotiens ſupra de elec. cum dilectus. æquum enim eſt ut quis pœnam ſuæ cōtumaciæ reportet.ut.ff. de colla. bo.l.2. §. ſi cum duobus ff. de tab.exhiben.l.locum. Puto quòd a quocunque pœna exigi poteſt ſiue ſit cōditionalis ſiue ſit à iure inducta. Vel tunc tantum cōuentionalis poteſt peti ſecundum Canones cum petitur loco intereſſe. ut infra de fideiuſſo.peruenit.&. ca.conſtitutus. ff.de ac.emp.& uen.l. prædia. Et ſic non obſtat decretum illud fraternitas. Vel illud loquitur in foro pænitentiali. Pœna uerò adiecta in fraudem uſurarum ſecundum utrunque ius peti non poteſt.ut.ff. de act. & emp. & uēd.l. Iulianus.§.idem Papinianus. Vbi autem duæ eccleſiæ incidunt in pœnam conuentionalem neutra ab altera petere poteſt. ſed fit compenſatio. ut infra de pœ.conſtitutus. ¶Compromiſſū

11 † autē & iudicium habent ſimilia & diſſimilia Similia ſunt in his. quia in utroque libellus porrigitur. & in utroque per libelli oblationem fit præſcriptionis interruptio.ut. C. eo. ti.l. penul. Item quo ad iuramentum calumniæ.ut.C. de iura. calum.l.1. Item quo ad teſtes qui recepti in uno ualent in alio.ut. C.eod titu.l.penul. Item in utroque ferenda eſt ſententia in ſcriptis.ut. C. de ſenten. ex breuicu. reci. l.una.C. eodē ti. l. penulti. Item in utroque fit citatio per nuncium uel epiſtolā. ut.ff. eodem titulo. l. ſed & interpellatur §. arbiter. Item tam arbiter quam iudex pronunciat diebus feriatis. ut.ff. eodem titu. l. ſi feriatis &.ff. de ferijs.l. ſi feriatis. Item ſi arbiter non ueniat ad locum deſtinatum cognitioni cōpromiſſi cauſa pars illa quæ non uenit contumax non habetur.ut.ff. eodem titu.l.arbiter. Item ſicut iudex ſic & arbiter litem ſuam facit ſi malè pronunciat.ut.C.de epiſcopis & clericis.l.ſi quis in conſcribendo.in fi. ¶Diffe-

12 runt † autem in his quia coram arbitro locum non habet ſatiſdatio de lite proſequēda. ſeu deſiſtendo in iudicio, quia pro his ſufficit pœnæ promiſſio.arg.ad hoc in authē. de litigioſis. §. ad excludendas.in fine. quæ coram iudice locum habent. ut. 3.quæſtione. 3. in.c. offeratur. & in ca.qđ fieri. ¶Item reconuentio coram iudice locum habet.ut infra de mutu. petitio.c.1. & 2. Sed coram arbitro non. ut infra eo. titu. cum dilectus. Item iudex poteſt punire contumacem. ut infra ut lite non cōteſta. quoniā frequenter. ff. ſi quis ius dicen non obten.l. 1. Sed arbiter non, quia hoc ſolis iudicibus permiſſum eſt.ut.ff.de iudi.l.2.§.ulti. Nec obſtat lex. ff. eo.ti.nō ex omnibus, quæ dicit arbitrum poſſe punire contumaciam litigatoris. ibi enim loquitur in contumacia commiſſa non in non ueniendo uel non reſpondendo. ſed in non ſoluendo quæ per arbitrum ſic punietur. quia deferetur alteri parti iuramētum in litem.ff.de app.l.creditor.§.iuſſus. Vel loquitur lex illa non ex omnibus, quando hoc in compromiſſo cōuenit de puniendo contumace. ¶Item in arbitris

mora

mora nõ purgatur ubi dies præfigetur ab homine.ut.ff.eo.titu.l. Celſus.ſecus in iudicibus. ut.ff.ſi quis cau.l.& ſi poſt tres.

13 ¶Finitur autem † compromiſſum lapſo tempore in quo exiſtit compromiſſum.ut ff.eo.tit.l. ſi cũ dies.§. ſi intra.&.l.ſi quis. §. arbitrer. Item ſi unus ex litigatoribus bonis ſuis cedat.ut. ff. eo.tit.l. itẽ ſi unus. Item ſoluitur compromiſſum die,morte, acceptilatione. iudicio, pacto,ut.ff.e.ti l. non diſtinguemus.§. ſumma.&.§. ſequentibus. Et quod dixi de morte intellige iudicis.ut.ff. eod. titu.l. item ſi unus.§.item ſi plures. &.l. arbiter. Morte litigatorũ uel litigatoris niſi in compromiſſo hæredum uel hæredis mentio habeatur. ut. ff.

14 eo.ti.l.ſed interpellatur. ¶ † Sed quæritur an pœna ſoluta ab eo qui nõ paret petipeſſet & iudicatum. Reſpondeo nõ duabus rationibus. Primo qui ſic ageret contraria poſtularet. pœna enim petitur quia non paretur. iudicatum uerò quia ſententiæ ſtatur. & ideo tanquam petens contraria non auditur. ut infra de app.ſollicitudinem. C. de furt.l.1 ff.quando appel. ſit.l.2.C. de mu. patrimo.l. profeſſio.Secundo quia ſententia arbitri cum pœna aſſumpti non agitur quia non trãſit in rẽ iudicatam ut ſuperius dictum eſt & probatur.C.eo.ti.l.1.

¶Finitur liber primus. ¶Incipit liber ſecundus.

## Summarium

1 *Iudiciorum ſpecies quot ſunt.*
2 *Iudicium unde dicitur, & quæ ſint iudicij partes.*
3 *Iudicium quibus requiſitis conſtituatur.*
4 *Miſſio in poſſeſſionem non fit cùm agitur inter duos de prælatura,licet contra electũ contumacem procedatur. & quare.*
5 *Contumax & quando puniatur in expenſis.*
*Miſſus in poſſeſſionem quid iuris conſequatur tum in perſonali quàm in reali. & nu. 5.& 6.*
7 *Quæ repentino animo accidunt de facili ueniam merentur.*
8 *Iuramẽtum calumniæ in quibus cauſis præſtari debet.*
9 *Poſitiones quando & à quo fieri debeant.*
10 *Offerens ſe probaturum per teſtes uel inſtrumenta an ad poſitiones redire poſſit.*
11 *Interrogationes iudiciales, quando fieri debeant.*
12 *Iudicis officium quale eſſe debeat.*
13 *Sententia quando non ſit ſtatim executioni mittenda.*
14 *Iudicium qualiter finiatur.*
*Cauſæ criminales terminari debẽt triennio, cæteræ uerò triennio. & nu. 15.*
16 *Iudex eccleſiaſticus ſupplet defectum iudicis laici. ſed non è contra.*

## ¶DE IVDICIIS. RVB.

EXPLICITIS quibuſdam iudiciorum præparatorijs. ad tractatum de iudicijs accedamus. ¶Loquitur aũt hæc rubrica de iudicijs in plurali & non de iudicio in ſingulari.qa plura ſunt iudicia.

1 ¶ † Iudiciorum enim. Aliud criminale. Aliud ciuile. Aliud ordinarium. Aliud extraordinarium.Aliud ſpirituale.Aliud temporale. De criminale loquitur infra eo.ca.at ſi clerici. &.c.cum non ab homine. De ciuili infra eodem cæterum.& ca. quia.Vu.de ordinario infra eod.c.dilecti & cap. examinata. De extraordinario infra eodem nouit. De ſpirituali infra eodem exhibita. De temporali infra eodẽ uenerabilis. Poteſt & ſeptima ſpecies adijci ut dicatur. Aliud ſpirituali annexum. ut infra eodem quanto. Sed certè non puto neceſſarium hãc ſpeciem addi. Nã cauſa iuriſpatronatus quæ dicitur ſpirituali annexa. uerè ſpiritualis eſt. id eſt, de re ſpirituali. Vnde iuſpatronatus uendi non poteſt. ut infra de iure patrona. quia clerici, niſi cum uniuerſitate tranſeat. ut infra de iure patrona.cum ſecundum. Dicitur autẽ cauſa iuriſpatronatus annexa

annexa ſpirituali propter quoddam acci-
dens iuris patronatus. quia cadit in lai-
cum.& poſſidetur ſeu quaſi poſſidetur ab
eo cum nullum ius ſpirituale poſſidetur a
laico præter iſtud.Et præter ius funeran-
di. ut. ff. de mortuo infe. l. 1. Et præter
ius eligendi ſi ex priuilegio competat.ut.
infra. de iure patrona. nobis. ¶ Videa-
mus igitur quid ſit iudicium. Vnde dica-
tur. Quæ ſunt partes iudicij. quæ ſint ne-
ceſſaria ad conſtituendum iudicium.Qua
liter & quando iudicium perducatur ad
effectum. & qualiter finiatur. Iudicium
deſcribitur. ſicut & ſupra deſcripſimus ar
bitrium in proxima rubrica. eo excepto
quòd iudicium eſt de re ciuili & de cri-
minali. arbitrium autem de ciuili. Item
eo excepto quòd iudicium neceſſario. ar-
bitrium uoluntariè ſubijcitur. ¶ Dici-
2 tur. † autem iudicium quaſi iuriſditio.
prius uero inquiſitio uocabatur. ut. infra.
de uer.ſigni.forus.§.conſtat. Quæ autem
ſint partes iudicij legitur. infra.de proba.
3 quoniam contra falſam. ¶ † Ad conſti-
tuendi iudicium neceſſaria eſt libelli o-
blatio & litis conteſtatio de quibus dice
mus. infra in ſpecialibus rubricis. Item
ad conſtituendum iudicium conſideran-
da eſt perſona illius qui pro iudice reſi-
det. an ſit iudex. & ſi ſit. an ius eum iuri-
ſditionem exercere præmittat. Si enim
non ſit iudex coram eo non ordinatur
iudicium, & ſi conſenſus partium inter-
cedat. ut. C. de iuriſdi. om. iudi. l.priua-
torum. Namq; pactis priuatorum iuri pu-
blico non derogatur. ut. infra. de foro
compe. ſi diligenti. ff.de pactis. l. ius pu-
blicum. Et ideo dico ſi ſit iudex ſed ius iu
riſditionis eius exercitium non admittat.
Hoc dico propter excommunicatum co-
ram quo iudicium nullum & ſententia
nulla uel ſaltem annullanda. ut. infra. de
ſen. & re iudi. ad probandum. Hoc di-
co propter iudices ſeculares qui cleri-
cos etiam uolentes & conſentientes iu-
dicare non poſſunt.ut. infra. de foro com
pe. ſi diligenti. & infra. eod. cap. quali-
ter. 11. q. 1. inolita. & cap. placuit. & i-
deo iudicium nullum. ut infra.eodem ti-
tul. at ſi clerici.. Item nec coram hære
tico iudicium conſtituitur. ut. infra de
hæreti. excommunicamus. in uerſi. quod
ſi forte. Item ſunt quidam alij qui iudi-
ces eſſe non poſſunt. & ideò coram eis
non ordinatur iudicium. Legibus enim
prohibentur eſſe iudices infames & tur-
pitudine notati.ut. ff. eodem titu. l. cum
prætor.§. non autem. ff. de ſena. l. 2. C.
ad.le. Iul. repetun. l.ulti. C. de dignita.
l.1.&.2.C.de infa.l.1. &.infra. de exceſ.
præla.inter dilectos. Natura impediun-
tur ſurdus & mutus & perpetuo furioſus.
Moribus ut fœminæ & ſerui ut in l. præ-
dicta cum prætor. ff. de re.iuris.l.2.ſupra.
de arbi.dilecti.&.1.de pæ.& re.noua quæ
dam. 3.q.7.§. tria. in princ. 33.q. 6.mu-
lierem. Item coram epiſcopo non conſti
tuitur iudicium in diœceſi aliena. ut. 9.q.
2. non inuitati.& c.1.&.2.ff. de iuriſ.om.
iudi.l. extra territorium. Item non con-
ſtituitur iudicium maioris coram iudice
minori. ut.21. di. inferior. ff. de arbi.l. 3.
in fi. & l.4. Immò nec par in parem ha-
bet imperium ut. ff. ad Trebel. l. ille a
quo.§. tempeſtiuum. niſi maior ſubijciat
ſe iudicio minoris.ut.11.q.1.peruenit. &
2.q. 5. mandaſtis.&.c.audiſtis.Vel ſi ma-
ior delinqnat in territorio minoris. ut.C.
ubi de crimin.agi.opor. in auten. qua in
prouincia. ¶ Item non conſtituitur iu-
dicium cum quis in ſua cauſa iudicat.
ut. C. ne quis in cauſa ſua iudex ſit uel
ius ſibi dicat. l. una. Nec cauſa filij con-
ſtituitur coram patre. ut. ff. de iuriſ. om.
iu.l. qui iuriſditioni. niſi caſualiter cum
parciſſimè ius pro quibuſdam dicitur.
ut. ff. de offi. præfi. l. ſenatus conſulit.
¶ Item non conſtituitur iudicium coram
uno ex duobus iudicibus delegatis. uel
coram duobus ex tribus. ut. ſuprà. de
of. deleg. cauſam. & cap. cum cauſa. &
cap.prudentiam. in princip. ¶ Item non
conſtituitur iudicium coram eo qui præſi
det auctoritate falſarum literarum ut. in-
fra. de crimi. fal. ſuper eo. ff. de iudi. l. ſi
prætor.uel uerarum.ſ. quæ iam per mor-
tem deligantis re integra expirarunt
ſi de hoc fuerit exceptũ. ut. ſupra.de offi.

deleg. relatum. Item coram legato uel delegatis ipſius poſt egreſſum de prouincia ut.ſupra de offi.lega.c.ulti. & alios caſus poterit ſtudioſus quilibet cogitare ubi ex defectu præſidentis non conſtituitur iudicium. ¶ Item ex defectu actoris. ut ſi ſit excommunicatus. ut.infra. de exceptio. exceptioné. ¶ Item ſi ſit ſeruus niſi in certis caſibus ut. ff. de iudi. l. uix certis ex cauſis. ¶ Item ſi monachi ſine iuſſu ſuorum abbatum ſeu priorum.ut.16. q.1. monachi. mortua eſt enim in talibus uox eorum.ut.2.q.7. placuit. &. cap. nullus. Item ſi minos.25. annis ſine tutorum auctoritate. ut. C. qui legi. perſo. ha. in iudicio.l.1. &.C. de iudi.l. properandum, in fi. Item pater & filius generaliter inter ſe agere non poſſunt.ut.ff.eo. titu.l. lis nulla.¶ Item & defectu rei non conſtituitur iudicium, ut ſi agatur contra pupillum indefenſum.ut. ff. de re iud. l. contumacia. In his igitur & ſimilibus in quibus defectus fuerit uel ex parte iudicis uel ex parte actoris uel rei. cum per iſtas habeat iudicium ordinari non conſtituitur iudicium,ut ſuperius dictum eſt. Nam in omni negocio hæ perſonæ quæruntur. iudex actor ſeu accuſator & reus. Sunt etiam neceſſarij teſtes. ut.infra. de uerb. ſig. forus. §. in omni. Quod uerum eſt in omni negocio dubio ne ſit obiecto de notorio ubi teſtes non ſunt neceſſarij.ut. ſuprà. de filijs præsbyte. quoniam.nec accuſator ut ſupra.de accu.euidentia.¶ Item hoc intelligo in omni negocio in figura iudicij tractando ne ſit obiectio de iudicio inquiſitionis in quo fama habetur loco actoris uel denunciatoris. ut. infra. de accu. qualiter. Nomine autem teſtium intelligo triplex genus probationis. teſtium inſtrumentorum & argumentorum. ut in prædicta decre. forus §.cauſa. Iudicio igitur ritè ordinato ut dictum eſt ſic perducitur ad effectum. ſi contingat actorem adeſſe, reum uerò abeſſe citatur per nuncium uel epiſtolam. ut de hoc plenius no. ſupra. de offi. dele. §. in ſumma.citatur in quam tribus edictis hoc eſt tribus uicibus ſeu tribus denunciationibus uel una pro omnibus peremptoria, prout iudex ordinem uel compendiũ edictorum duxerit moderandum.ut.ff. eo.ti. l.ad peremptorium. & legibus ſequentibus.24.q.3.de illicita.C.quomodo & quãdo iudex.l.tres denunciationes. Quælibet autem denunciatio cõtinet.30. dies ut in auten.de litig.§.omné,colla.8.C.quomodo & quando iudex in auté.qui ſemel, quidam tamen dixerunt ꝙ cum auten. illud loquatur in actore,certè lex uetus. C. eo.ti.proponebatur. qui dicit quamlibet citationem continere debet decem dies. non corrigitur in reo. ſtabit ergo. quod enim non mutatur quare ſtare prohibetur.ut. C.de teſta.l. ſcimus. Sed putamus & in reo correctam,ut quod dicit auté.in actore locum habeat & in reo. quia non debet licere actori quod reo non licet.ut.

4 ff.de reg.iur.l.non debet. † Poteſt tamen iudex neceſſitate ingruente peremptoriũ maturare.ut. infra.de appel.c. 1. ſupra de offi.dele.cõſuluit.& in prædicta l. ad peremptorium,cum ſequentibus legibus. Si non uenerit mittetur actor in poſſeſſionem rei petitæ ſi realiter agebatur. uel in poſſeſſionem rerum ipſius rei iuxta menſuram debiti declarati ſacramento actoris ut in auten. de exhiben. §. ſi uerò etiã quidam iurent colla. 5. & hoc ſi perſonaliter agatur. ut diſtinguitur hæc materia. infrà.ut lite non conteſt. quoniam frequẽter. Sed ſi locum non habeat miſſio tunc in locum miſſionis ſuccedit excommunicatio. ſic intelligo.infra.ut lite non conteſta. tuæ. Sunt quædam in quibus non habet locum miſſio, uerbi gratia cum agitur inter duos de prælatura.licet enim procedatur contra electum contumacem.ut.infrà.ut.lit.non conteſt.quoniam frequenter. non tamen alter in poſſeſſionem mittatur ſi duo de prælatura contendant. ne ſi ex ſecundo decret. poſtmodum fieret miſſio ageret ut prælatus. & ſi forte ius in electione non habeat deciperet fortè animas ſubiectorum, quod eſſet abſurdum.ut. ſupra.de ele. dudum Et idem dico in cauſa matrimoniali nam in ea timendum eſſet ut miſſus in poſſeſſionem

poſſeſſionem ex ſecundo decreto. ageret ut maritus. cum in ueritate maritus non ſit. Vbi tamen non de prælatura eccleſiæ. ſed de eccleſia agitur inter duos epiſcopos uel inter duo collegia tanquam de proprietate non de titulo ſicut dictum eſt. & probatur. ut 16. quæſt. 3. inter memoratos. locum habet miſſio. infra de eo qui mitti. in poſſeſ. c. 1. & . 2. Nam & de duabus eccleſijs tanquam de proprietate locum habet permutatio. ut tamen temporale non detur pro ſpirituali uel è conuerſo. ut infra de rerum permu. ad quæſtiones, ſed ſi contumax uenerit infra annum præſtita cautione de iudicio ſiſti. ut in decre. quoniam frequenter. §. in alijs. & infra de eo qui mit. in poſſeſſ. cum ueniſſet. & . C. de bonis auto. iu. po. in autē. & qui iurat ac exhibita ſatisfactione cōgrua expenſarum ut in prædicto. §. in alijs. & . C. de iudi. ſancimus. C. quomodo & quando iudex in auten. qui ſemel recuperat poſſeſſionem reſtitutis expenſis factis circa inter circa ingreſſum litis & ſallaria aduocatorū. ut. C. de accu. l. quæ
5 crimen & de iudi. l. ſancimus. † Inuenio etiam contumacem teneri ad expenſas faciendas. ut ſupra de in integ. reſt. auditis. Si non uenerit infra annum fiet miſſio ex ſecundo decreto. De natura primi & ſecundi decreti dicam infra de eo qui mitti. in poſſ. Facta igitur miſſione ex ſecundo decre. non reſtabit reo quæſtio de proprietate. ut in decre. quoniam frequenter. §. in aliis. C. ubi in rem actio l. 2. in fi. Fiet enim de poſſeſſore petitor ut. C. quomodo & quando iu. l. conſentaneum infra de dol. & contu. prout in fi. Nam miſſo non daretur in rem actio. cū poſſideat. ut inſti. de accu. in princ. infra eo. tit. examinata. Vnde quod dicit illa decre. quoniam frequenter aduerſæ parti defenſione legitima reſeruata. exponitur defenſione, id eſt, impugnatione. Et ſimilis expoſitio. 8. di. quo iure defendis, id eſt, uendicas. uillas eccleſiæ. Vnde ꝙ ibi dicit de defenſione. alibi dicit allegatione in eadem decre. §. quod ſi ſuper in fi. Et hæc omnia locum cum habent in reali. Sed quid in perſonali uidetur idem. Nam illa decre. quoniam dicit in fi. quod reus paſſus miſſionem ueniens infra annum uel poſt annum audietur. iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperius annotatam. Sed certè nō uidetur quod ſuperior diſtinctio locum poſſit habere in perſonali ante annum uel poſt annum. Ante annum non, quia in reali miſſus ex primo decreto incipit poſſidere & præſcribere poſſe. habet enim iuſtum titulum. Nam iuſtè poſsidet qui auctoritate prætoris poſsidet. ut. ff. de acquirend. poſs. l. iuſtè poſsidet. Habet etiam & bonam fidem. credit enim rem petitam ſuam eſſe. & ideo præſcriptio locum habet ut infra de præſcrip. ſi diligenti. quod in hoc prætorio pignore aſsignato pro modo debiti non contingit. ut. ff. qui ſatiſd. cogan. l. ſciendum. §. creditor. ff. de uſuca. l. non ſolum. Item poſt annum non habet auxilia. l. nam in reali poſt annum miſſus in poſſeſsionem poſsidet incommutabiliter & irreuocabiliter. niſi de proprietate ab aduerſa parte conuincatur. ſed in perſonali non eſt ratio quare reus ueniēs poſt annum non recuperet poſſeſsionem præſtita cautione. & reſtitutis expenſis.
6 † Et eſt ratio iſtarum diuerſitatum ante annum & poſt annum quia in reali dico me ius habere in re unde non eſt mirum ſi incipio poſsidere ac præſcribere. & poſt annum efficiar uerus poſſeſſor. Sed in perſonali nec peto rem illam in cuius poſſeſsionem mittor nec dico me habere ius in illa. Reſpondeo ſimilitudo notari poteſt inter realem & perſonalem ante annum & poſt annum ſic. quia ſicut in reali reus ueniens infra annum recuperat poſſeſsionem præſtita cautione ac reſtitutis expenſis, ſic & in perſonali quāuis inter hæc duo quo ad præſcriptionē differentia inueniatur. Item & poſt annū poteſt ſimilitudo notari. ut ſicut in reali miſsus poſsidet donec aduerſarius probet de proprietate. ſic & in perſonali miſſus in poſſeſsionem poſsidet pignus prætorium. donec de debito liqueat. miſſo probante debitum. Et in hoc differt à reali. Vel

li. Vel ſecundum alios paſſo miſsionem non probante indebitum uel ſolutum. Eo enim ipſo quòd reus non probat indebitum uel ſolutum. conſtat de debito. & hoc propter auctoritatem ſecundi decreti. Quod tamen prius dictum eſt magis placet. Si ergo de debito conſtat tenebitur pignus prætoriũ donec ſatisfiat & res commodata tenebitur loco pignoris iuris auctoritate propter expenſas ut ff.de furtis.l.creditoris.§.dominus.ff.cõmodati.l.in rebus.§. ulti. & accedunt ad hoc.ff.de le.1.l. filiusfamilias.§. diui.ff.ſi ſeruitus uendi.l.is cuius.ff.de le.2.l.filiuſfa.§.diui.ff.de no. oper. nunci.l.ſi priuſquam.Sed ſi actor non ueniat reo ueniente.licet ſecundum curſum cauſarum reus abſoluatur ſtatim ab obſeruatione iudicij. tamen ſecundum iura actor citandus eſt tribus edictis uel uno pro omnibus edictis continentibus ſpacium trium menſium.uel forte citatio facienda eſt reo poſtulante, ideſt, ſi poſtulauit. & tũc ſi non uenerit abſoluetur reus ab obſeruatione iudicij cum non ſit de cauſa liquidum.ut.C.de iudi.l.properandum.§.1. & dabitur actori annus infra quẽ ſi cauſam proſequi detractat iudex auditis allegationibus partis præſentis pronunciabit diffinitiua ſi de cauſa liqueat. Si uero infra annum ueniens iterum cauſam deſerat. ab omni cadit actione ipſo iure. ut C.quomodo & quando in auten. qui ſemel. Nec mireris ſi durius agitur in hoc cum actore ut procedatur contra eum ad diffinitiuam lite non conteſta. & ut cadat ab actione ipſo iure. quam cum reo in quo talia non cõtingunt. Nam quicquid fauoris indulgetur actori & reo uidetur conceſſum per regulam illam.ff.de regu. iur.l.non debet.Sed hoc nõ conuertitur. ut.ff.de ferijs.l.ult.2.C.de tempo.in interest pe.l.ult. Et hæc locum habent cum lis non eſt conteſt. uel quaſi conteſt. Nã ſi ſit quaſi conteſtata ut cum agitur contra inquilinum uel colonum qui nomine poſſidet alieno, qui debet ſtatim dominum in iudicio nominare, dato certo termino infra quem ueniat uel mittat.quod ſi non fecerit ſed in ſua contumatia perdurauerit. lis intelligatur quaſi conteſtata. quantum ad interrumpendam longi temporis præſcriptionem. à die in quo inquilinus conuentus extitit uel colonus Quod contingit propter duo. Et quia colonus fuit conuentus & domino certum tempus aſsignatum ut ueniret uel ſufficiẽtem mitteret reſponſalen. quo neutrum facere procurante iudex eum legitimis edictis euocabit. qui ſi in contumacia ſua permanſerit negocium ſummatim examinans forte recepto uno de teſtibus quos actor producere intendit. uel uiſo inſtrumento per quod probare intendit. uel etiam delato iuramento actori quod non calumnioſè moueat quæſtionem ar. ff.ad exhiben.l.theſaurus.C.de fide inſtr. l.ulti.ſupra de elec.cum dilectus infra de excep. paſtoralis infra de reſti.ſpolia. literas,in auten. de teſtibus.§. quia uero. col.7.infra de teſtibus. in cauſis & . c. ſignificauerunt,mittet actorem in poſſeſſionem rei petitæ reſeruata quæſtione proprietatis abſenti. ut in decre. quoniã frequenter.§.quòd ſi ſuper rebus & . C. ubi in rem ac.l.2.Sed obſtat decre. infra de dolo & contuma. prout, nam ibi dicit quòd ſi reus uenire contempſerit. cauſam ut pote lite quæ ingeritur conteſtata diffinitiua ſententia terminetis. Ad quod reſponderi poterit ut dicatur quod ibi utpote eſt ueritatis expreſsiuum. Et ſimile quaſi modo geniti. Et alibi uidimus gloriam eius gloriam patri unigeniti à patre. Vel eſt ibi ſpeciale in odium ipſius calumnioſi qui toties litem deluſit. ſicut & ſpeciale hic diximus in illo qui interrupto anno litem deſerit. ut. C. quomodo & quando,in auten. qui ſemel. & diximus ſupra hoc in eodem.§. ¶ Si uerò lis ſit uerè conteſtata.quod qualiter fieri habeat dicam infra de litis conteſta.tunc ſi reus contumax fuerit & liquet de cauſa uel liquere poſsit, procedetur ad diffinitiuam. ut 3.q.9.decernimus.C.de iudi. l.properandum.§.ſinautem & geſtis. ſed ſi liquere non poſset fiet miſsio in poſſeſsionem quæ non recuperatur per cau-

V tionem

tionem.ut. C. quomodo & quando iudi. l.conſentaneum. & idem fiet actore per contumaciam abſente. Nam autem illud qui ſemel quod in actore loquitur locum habet lite conteſta. & etiam ſi lis cæpta non ſit. Hæc omnia locum habent cum alter litigantium contumax eſt in cauſa ciuili. Cæterum ſi in criminali reus contumax fuerit excommunicatus. qui ſi infra annum ab excommunicatione non uenerit in principali negotio non auditur. ſed interpretatione iuris pro conuicto habetur. ut 11.q.3.rurſus. Et idem dico in cauſa ciuili in qua miſſio locum non habet. ut eod.c. &.q. quicunque. Si actor non uenerit excommunicatur. ut 5.q.1.quidem. Sed ſi poſtmodum ueniat & ſi penitere proponat audietur. ut infra de accuſa. licet. & 2.q.3. ſi aliquem pœnituerit &. cap. ſi quis iratus. Nam poſt libelli oblationem licet deſiſtere ſine pœna ut.ff. ad Turpil.l. quæſitum.ff. de in ius uo.l.libertus. tenebitur tamen iniuriarum pro eo quòd infamauit. ut.ff. de iniuriam.l.item apud Labeonem.§.ſi quis libellus. Sed ſi poſt litem conteſta. contumax fuerit accuſator uel non probauerit. de calumnia tenetur. ut 2.q.3. per totum. niſi iudex inueniat eum promiſſione teſtium deceptum. ut. 2. quæſt. 3.Paulum uel ex temeritate. ſeu calore

7 iracundiæ accuſaſſe. † Temeritas enim facilitatem ueniæ continet. & inconſultus calor calumniæ uitio caret. Et ob hoc nullam huic pœnam irrogari oportet. ut 2.q.3.§. notandum in ſi. Partibus autem ſic in iudicio conſtitutis & ſic ordinato iudicio.de perſonis ab actore reo libellus eſt porrigendus. niſi talis ſit cauſa in qua ſine ſcriptis agatur. de quo notabo infra de libel. obla.Fiet etiam conteſtatio litis. ſi eſt talis naturæ cauſa, ut in ea locum habeat conteſtatio litis. & de hoc plenius dicam infra de litis cont.

8 Item †præſtabitur iuramentum de calumnia ſi non ſit cauſa ſpiritualis. uel ſi ſit ſpiritualis tunc præſtabitur iuramentum de ueritate dicenda. ut dicam infra de iu

9 ra.ca.† Fient poſitiones ut ſupra de elec. dudum infra de lit. conteſt.cap.uno. quæ fieri debent poſt iuramẽtum.eo quòd fieri habent per iuramentum. Vnde & poſitio actoris fit per ſacramentum.& reſpõſio rei per ſacramentum. & expoſitione actoris ſi contra ſe ponat, actor excluditur,& ex reſponſione rei reus conuincitur & pro confeſſo habetur. Propterea autem fieri habent poſitiones poſt litem conteſt.& poſt iuramentum de calumnia uel de ueritate dicenda.quia loco probationum ſuccedunt probationes autem in principali locum non habent niſi lite conteſt. Vnde cum in locum probationum ſuccedunt & inuentæ ſint ad releuationem oneris probationum. ſciendum eſt quòd id ſolum uenit in poſitionem quod uenit in probationem & ideo non uenit negatiua quæ non poteſt probari. ut 6.quæſt.5.actor.infra de cauſa poſſ. cũ eccleſia.Quod uerum eſt directe. ut infra de proba. quoniam,in prin. Et ſic nõ obſtat. infra eodem ti. de proba.ex literis. &.c.tertio ſupra de renuncia. ſuper hoc nec poteſt poni. Item ſicut id quod probatum non releuat probatem probari non poteſt ut. C. de proba. l.ad probationem, ſic & id quod poſitum nõ releuat ponentem poni non poteſt. Itẽ ſimilia & contraria & impertinentia poni non poſſunt. quia nec probari. Veruntamen cautus & ſubtilis aduocatus contraria & diuerſa ſimilia ad diſſimilia. impertinentia ad pertinentia reducit mutatis uerbis ſed ſententia retenta niſi prudentia iudicis prudentiam

10 aduocati præcellat. † Sed quid ſi pars aliqua offerat ſe probaturam per teſtes uel inſtrumenta nunquid ad poſitiones redire poteſt. Reſpõdeo non puto enim cum potuerit reuelari & grauari elegerit mos ei gerẽdus eſt.ut.ff.de prob. l.certa.Et ſibi imputet qui pro nouo beneficio uetus grauamen elegit. ut. C.de

11 iure delibe.l.ult.§.ſin autẽ. † Item fient interrogationes iudiciales quæ locum habent uſq; ad ſententiam.ut.ff. de inter

12 rogati.acti.l.ubicunq;. †.Et ſic iudex per poſitiones partium & per interrogationes

nes iudiciales, per probationes, præſumptiones. iudicia & argumenta ueritatem. inueſtigabit. ut. 30. q. ulti. iudicantem. ut tamen iudex non ſuggerere. ſed requirere uideatur. ut. ff. de quæſtionibus. l. 1. §. qui quæſtioni. ¶ Item patienter audiat ad aduocatos differentes hincinde. ut. ff. de offi. pro conſulis. l. nec quicquàm. §. circa. ſic tamen ut non naſcatur contemptio dignitatis. ut. ff. de offi. præſidi. l. obſeruandum. ¶ Facta igitur diſputatione a partibus & concluſione ſecuta iudex communicato concilio peritorum ſententiam dictabit ponderabit & emendabit & ſic in ſcriptis rediget. ut. C. de ſenten. ex. breui. reci. l. 2. in fi. niſi ſit cauſa in qua pronunciandum ſine ſcriptis. quod in quibus caſibus contingat notabo. infra de libel. ob. Et tandem præſentibus partibus uel altera per contumaciam abſente ſententiam recitabit, poſt recitationem non licebit aliquid detrahere. ſed nec addere niſi de fructibus, ſumptibus, & ſimilibus quæ pertinent ad conſequentiam priorum ſtatutorum & hoc eodem die. ut. ff. de re iudi. l. Paulus. Sed ſi pars illa quæ non interfuit recitationi ſententiæ uenerit iudice adhuc pro tribunali ſedente audietur. ut. ff. de in inte. reſti. l. diuus. Sententiam uerò latam non mandabit executioni uſque ad 10. dies eo quòd infra illos poterit appellari. ut. ff. de uerb. ſigni. l. ſi qua pœna, Infra hos autem dies connumerabitur dies ille in quo ſententia recitata eſt. Nam ſecundum antiqua iura ille dies computabitur in biduo uel triduo. in cuius locum ſuccedit dicendum. ut. 2. q. 6. biduum. ¶ Item computabitur in num. 5. dierum ſecundum legem Theodoſianam. ut. 2. q. 6. propter ſuperfluam. Lapſis igitur. 10. diebus non interpoſita
13 appellatione iudex exequi debet † ſententiam in criminali cauſa ſtatim. ut. 2. q. 1. ſicut. &. C. de pœnis. l. cum reis. niſi in quattuor caſibus. Primus eſt cum princeps iracundia motus ſeuerius iudicauit. ut. C. de pœnis. l. ſi iudicari. 11. q. 3. cum apud. Secundus eſt cum ſententia capitalis fertur in mulierem pregnantem differtur executio uſque ad tempus partus ut. ff. de pœnis. l. prægnantis. Tertius cum ſententia fertur in ſeruum ratiociniis obligatum differtur enim ſententia donec domino ratiocinia reddat. ut. C. de bo. preſcrip. l. 1. Quartus cum inſula eſt a principe aſſignanda. ut. 2. q. 6. biduum. In his ergo caſibus iudicibus inmodice ſeruientibus freni temperies adhibetur. ut. C. de cuſto. reo. l. 2. Si autem fuerit cauſa ciuilis & actio perſonalis differtur executio uſque ad quattuor menſes. ut ſupra. de offi. dele. querenti. ſi actio eſt realis tunc ſtatim ſententia executioni mandatur. ut inſti. de offi. iudi. §. 1. ¶ Verum ſi a diffinitiua fuerit. appellatum iudex patienter admittat, nec putet ſibi iniuriam fieri ut. C. de. appel. l. & in maioribus. Nec debet appellanti conuiciari ut. ff. de app. l. illud ſciēdū. ſed nec iudici appellato. ut. ff. de iniurijs. l. iudici licet talis iniuria per appellationem fieri uideatur iudici à quo fuerit appellatum. ut. C. de epiſc. audien. l. 3. propter quam iudices prouocari ſolent & uelle ulciſci. ſicut & cum recuſantur. ut ſupra. de offic. delega. ſuſpitionis. & pendente appellatione poſſunt recuſari in alijs cauſis ab his qui eos taliter prouocarunt. ut infra. de appel. ad hæc. & cap. propoſuit. & ſic iudicium producitur ad effectum. ¶ Nunc
14 † autem reſtat uidere qualiter iudicium finiatur. Finitur autem iudicium pluribus modis. Tempore. Sententia. Prohibitione. Status mutatione. Tempore ut criminales cauſæ biennio. ut. C. ut intra cert. tem. crimi. cau. termi. per totum. cætere triennio. ut. C. eod. titu. l. properandæ. Sententia quia iudicium finem accipit ex re iudicata. ut. infra. de ſen. & re iud. iurgantium. Prohibitione ac ſtatus mutatione. quia iudicium ſoluitur uetante eo qui iudicare iuſſit. uel eo qui maius imperium in eadem iuriſditione habet. uel ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cæperit. cuius eſt qui iudicare iuſſit. ut. ff. eo. ti. l. iudicium. Sal-

uis his quæ notauimus alias quibus modis iuriſditio finiatur. ut ſupra de offic.
15 ord.§.finitur. † Et quod dixi criminales cauſas biennio terminari uerum eſt. ſed aliquando certiori tempore reſtringuntur. ut.C.ut omnes tam ciui. quam mili. l.2. in fin.in auten.ut clerici apud proprios epiſcopos. §.ſi tamen, colla.6. C. de naufr.l.de ſubmerſis, lib.11.C.de dolo.l.ult. Sunt etiam quædam ciuiles quæ uſque ad triennium non perducuntur. ut.C. de cu.l.generali. lib. 10. C. de ædifi. priua.l.ult. in quibuſdam enim mora periculoſa eſt. ut ſupra de elect. cum inter infra ut lite non conteſta. quoniam frequenter. c.diſtinct.quoniam ſupra de transla.præl.inter corporalia.ff. de dam. infect.l.1. Sed uidetur quòd lex illa quæ loquitur de triennio corrigatur per decre.infra eod titu.uenerabilis, quæ dicit non obſtare exceptionem de triennio. Ad quod reſpondeo lex illa non eſt correcta. quia illa excipit cauſas ſpectantes ad publicam functionem. ſpectat & cauſa eccleſiæ de qua loquitur decre.ad publicam functionem. eo quòd ius publicum in ſacris & ſacerdotibus conſiſtit. ut 1.diſt.ius publicum. Vel ſicut lex excipit cauſam fiſci ut in ea locum non habeat lapſus trienniј. ſic decret. excipit cauſam Chriſti, id eſt eccleſiæ. Vel decret. illa loquitur cũ cauſa protrahitur ultra triennium per cauillationes & ſubterfugia rei ut in ipſa litera continetur. Si ergo triennium tranſeat perit inſtantia iudicij perit proceſſus. ſed non pereunt geſta redacta in ſcriptis per manum publicam auctoritate iudicis. ut. C.de re iudica.l. geſta. in auten.ut fratrum fin.§. illud quo
16 que coll. 9. ¶ In ſumma notandum† eſt quod quamuis deficiente iudice ſeculari ſuccedat eccleſiaſticus.ut infra ti.proxi. cum ſit generale. & cap.licet, in fin. non tamen hoc conuertitur. ut infra eodem tit. qualiter. Nec ob.auten. ut clerici apud proprios epiſcopos. in princ. colla.6.& 11.quæſt.1.ſi quis cum clerico. Nam puto illis iuribus derogatum. Nec de diuerſitate ſuperioris mireris. Nam olim omnes cauſæ clericorum & laicorum differebantur ad ſacerdotes. ut infra qui fil. ſunt legitimi per uenerabilem 11.q.1.ſacerdotibus. & cap. relatum 2. q.5.ſi quis præsbyter. Et ideo ſi laicus redeat ad ſuum primarium forum non uidetur eius conditio deterior fieri. ſicut nec dotis conditio fit ſi ad ſuam naturam redeat. ut.ff. de pactis. l.ſi unus.§. idem dicemus. Sed clericus priuilegiatus eſt circa forum & tali priuilegio cui renunciare non poteſt. ut infra ti. prox. ſi diligenti.

## Summarium

1 *Forum quid ſit, & quid forus. & unde dicatur ac ex quibus conſtet.*

2 *Forum quot modis quis ſortiatur, & de iuriſditione alterius efficiatur. & num.3. 4.5.6. & 9.*

3 *Contractus & crimen in quo pariſicentur.*

4 *Domicilium quid ſit, & quot modis haberi poſſit, & num.5.*

7 *Cauſæ in quibus iuriſditio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, etiã ſi inter ſeculares uertantur, uel quamuis ſeculares conueniantur.*

8 *Crimina quæ ſunt eccleſiaſtica de quibus iudex eccleſiaſticus tam clericos quam laicos punire poteſt.*

10 *Iuri introductio in fauorem alicuius an poſſit renunciari.*

11 *Clericus an foro eccleſiaſtico renunciare, ualeat & adire ſecularem & nu.15.*

12 *Diſpoſitio auten. abita.C.de fili pro pat. in quibus ſcolaribus locum habeat.*

13 *Feudalis queſtio coram quo agere debeat.*

14 *Priuilegiatus quando eximatur à foro, & quando non obſtante ſuo priuilegio poſſit conueniri.*

16 *Clericus ut iuriſditionem non ſui iudicis prorogare poſſit, quæ requirantur.*

17 *Domicilium clerici in quo loco exiſtat.*

18 *Miles delinquens an ad magiſtrum ſuum remitti debeat.*

## ¶DE FORO COMPETEN-
## ti. Rubrica.

QVia rei ad iudicia uocati frequen
ter de foro excipiunt. ſolet ple-
runq; dubitari quod forum reus
ſic excipiens ſequi debeat. Et ideo poſt
tractatum de iudicijs ſequitur rubrica de
foro cōpetenti. ¶ Videamus igitur quid
ſit forum. unde dicatur. Et ex quibus cau
ſis forum metiamur uel ſortiamur. Et an
quis poſſit proprio foro renunciare & al
1 terius adire.† ¶ Forum eſt idem quod tri-
bunal. Sed forus eſt exercendarum litum
locus a fando dictus. ſiue à Foroneo re-
ge qui primus Grecis legem dedit. ut in
fra de uerbo.ſig.forus,in princ. & 7. diſt.
moyſes. Conſtat autem forum ex tri-
bus. Ex cauſa, ex lege,ex iudicio ut in ea
dem decre. §. conſtat. Aliquando dici-
tur forum locus in quo ius redditur. ap-
pellatione collata ab eo quod fit in eo
ubi fit. quē locum determinare hoc mo-
do poſſumus ubicunque iudex ſalua maie
ſtate in primi ſui,ſaluoq; more maiorum
ius dicere conſtituit ut. ff.de iuſti.& iure
l. penult. ¶Et fortè locus in quo ius red-
ditur dicitur forum ſimilitudinariè. quia
ſicut forum uocatur locus in quo multi
conueniunt inferentes res uenales. & de
ferentes res emptas. ſic & in foro iudi-
ciali multi ueniunt inferentes lites &
quæſtiones & diffinitiones inde deferen-
2 tes. ¶ Sortimur† forum quatuor mo-
dis uel cauſis quæ ſingulariter in ſingu-
lis attenduntur. ¶ Ratione delicti: quia
delinquens nedum in loco domicilij
ſed ubi reperitur & ubi delinquit pote-
rit conueniri. C.ubi de crimine agi opor
tet. in auten. qua in prouincia. in auten.
ut nulli iudicium.§.ſi uero quis compre-
henſorum. colla.9.& 6. quæſt.3. placuit
& 4.q.6.c.1.Item ratione contractus, ut
nomen contractus ponatur pro omni pa
cto uel quaſi contractu. ut ſi quis geſſerit
alterius negocia uel tutelam.ut.ff.de iu-
di.l.hæres abſens &.l.omnem obligatio-
nem. Poterit igitur qui contraxit con-
ueniri & ubi contraxit, & ubi domiciliū
habet,& ubi facienda eſt ſolutio. ſi alibi
quam ubi contractum eſt, uel ubi do-
micilium quis habet ſoluere conuenit.ff.
de actio. & obligatio.l. contraxiſſe.ff. de
bonis auc. iudi.poſſ.l. 3.& infra eod. titu.
dilecti.Sed hoc uerum eſt ut quidam di-
cunt ſi in loco contractus ut in princ.l.il
lius hæres abſens. Sed putat dominus
meus Azo.idem, & ſi alibi inueniatur la
titandi cauſa. Nam & alibi inuento po-
terit mandari ut ueniat & ad locum con-
tractus poterit remitti. ſicut & crimi-
nibus obtinet ut in auten. ut nulli iudi.§.
ſi quis uero compræhenſorum,coll.9.Nā
hæc duo.ſ.contractus puta in loco contra
3 ctus & crimen quo ad legē† cōueniendi
parificantur in aūt.ut oēs obe. iud.§. hæc
conſiderantes col.5.ſi uero alibi inuenia
tur ꝙ in loco domicili non latitandi cau
ſa citabitur à iudice loci contractus.ſi ci-
tatus non ueniat.index loci in quo con-
tractum eſt mittet actorem in poſſeſſio-
nē rerū quas ibi citatus habet.ut in.l. hæ-
res abſens.§.1.uel ſi ibi non habet tunc
mittet in poſſeſſionē rerum quas habet
in loco domicilij,& iudex loci domicilij
4 exequatur ut infra eo.ti.poſtulati.¶ † Itē
ſortitur quis forum ratione domicilij.
Eſt autem domicilium ubi quis ſummam
rerum ſuarum & fortunarum conſtituit.
unde rurſum diſceſſurus non ſit. unde cū
profectus fuerit peregrinari. uidetur &
ad quē cum redierit peregrinari definit.
ut.C.de in col.l.ciues. Poteſt autem quis
duobus locis domicilium habere uel plu
ribus ut cum quis diuerſis locis ſe ita in-
ſtruxerit ut non minus in uno quam in
alio ſe collocaſſe uideatur.ut.ff.ad muni.
l.Labeo &.l.aſſumptio.§.iuris prudenti-
bus & l.eius.§ Celſus. Poteſt etiā & ſine
domicilio quis eſſe ut ſi relicto domicilio
nauiget uel inter faciet quærens quo ſe
conferat & ubi ſe conſtituat ut in d.l.La
5 beo.&.l.eius. §. Celſus. ¶ † Item ſorti-
tur quis forum ratione rei de qua a-
gitur. ut ibi reali actione conuenia-
tur ubi eſt res propter quam agitur.
ut. C.ubi in rem actio. l. ulti. ſupra de
reſcriptis. cap. dilectus filius. I. ſarace-
nus.

nus. Quod quibuſdam placuit admitere circa immobilia tantum, lex tamen prædicta loquitur indiſtinctè & alia. ff. de iudi. l. quod legatur. §. ſi autem. Vnum tamen notabis quòd ſi agatur actione reali cogitur reus reſpondere ubi domiciliũ habet. & hoc innuit rubrica. ubi in rem actio exerceri debeat. Sed ſi agatur ubi res eſt, poteſt reus ſi uult reſpondere ibidem. ſed non cogitur, & hoc innuit rubrica ubi in rẽ act. exerceri debeat uel exequeat. Exerceri enim debet neceſſario ubi reus domiciliũ habet. ſed poteſt ubi
5 reus eſt. ¶Item domiciliũ † uoco ſiue quis domum ſiue tabernam ſiue pergulam ſiue horreum uel armarium habet. ut. ff. de iudi. l. hæres abſens. Ex his igitur quattuor cauſis. ut dictũ eſt forũ ſortitur. quæ in ſingulis ſingulariter attenduntur. Sed ex una & uniuerſali conſideratione quæ in omnibus locum habet ſortitur quis forũ in curia Romana. eo quòd curia illa communis eſt omnibus & eccleſia roma. omnium eccleſiarum mater eſt & magiſtra. ut infra eo. cap. ulti. & Roma. communis patria eſt. ut. ff. ad munici. l. Roma. Quod uerum eſt niſi quis habeat ius reuocandi domum. ut cum aliquis ad curiam uenit pro aliqua iuſta & neceſſaria cauſa, puta legationis uel cauſa appellationis exercẽdæ. uel teſtimonij prohibendi, uel cauſa promouẽdi poſtulationem uel electionem iam factam. nõ ſic ſi quis ueniat pro priuilegijs uel immunitatibus impetrandis uel alijs nouis negocijs ſuis. uel ſuæ eccleſiæ procurandis, talibus enim non competit ius reuocandi domum. Sed & primis quibus ius cõpetit tollitur ſi perfecto eo propter quod uenerant uoluntariè in curia moram trahant. uel alia aggrediantur negotia, uel ſi ibidem contraxerint. ut. ff. de iud. l. 2. §. legatis. & §. om-
6 nes. ¶† Item ſortitur quis forum ex alijs cauſis. ut mulier quæ ſortitur forum mariti propter matrimonium. ut. ff. de iuriſd. om. in. l. cum quædam puella. ff. de iudic. l. exigere. Sed aliud in concubina. ut. ff. ad municip. l. de iure. §. ult. ¶Item per manumiſſionem ut. ff. ad municip. l. eius, in prin. ſed hoc quo ad tutelam locũ habet non quo ad conuentionem ideſt, ut manumiſſus ibi conueniatur ubi manumiſſus eſt. ¶Item per natiuitatem & adoptionem. ut. ff. eod. titu. l. 1. in prin. Itẽ ratione militiæ ut. ff. eodem titul. l. municipes. Item ratione dignitatis ut. C. de
7 incolis. l. ſenatores. lib. 10. ¶ Sunt † autem quædam cauſæ in quibus iuriſditio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum etiã ſi cauſæ inter ſeculares uertantur. uel quãuis ſeculares conueniantur. ut ſunt cauſæ ſeruorum & ruſticorum eccleſiæ. ut 89. di. iudicatum. & 12. quæſtio. 2. eccleſiarum ſeruos. ¶Item cauſæ pœnitentium. ut 11. quæ. 1. aliud de pœni. diſt. 1. aliud. ¶Item cauſæ miſerabilium perſonarum ut 87. diſt. cap. 1. & 2. Item cum agitur de feudo eccleſiæ ut infra eod. cap. uerum. ¶Item cauſe uiatorum & peregrinorum. ut 24. quæſt. 3. ſi quis de potentibus. & ca. ſequenti. ¶Item cum agitur cõtra raptores rerum eccleſiæ ut infra eod. c. cum ſit. ¶Item cum agitur cauſa ſpiritualis uel ſpirituali annexa. ut. ſupra tit. proxi. decernimus. & ca. quanto infra de deci. quoniam infra de conſangui. & affini. ex literis. Item propter negligentiã iudicis ſecularis ut infra e. ti. ex trãſmiſſa. & ca. ex tenore. ¶Item ſi ſecularis iudex ſit ſuſpenctus, ut in auten. ut differen. iudi. §. 1. & 2. & §. penul. col. 9. ¶Item cũ uacat imperium. ut infra eo. licet. ¶Item ratione temporalis iuriſdictionis quam habet eccleſia inter ſeculares, uel ratione cõſuetudinis. ut infra de appel. ſi duobus. ¶ Item in cauſa dotis cum accedit cauſæ matrimoniali ut infra de dote poſt diuor. pe. de prudentia. Item cum agitur de crimine eccleſiaſtico. ut. 11. q. 1. ſi quis cũ clerico. in auten. ut clerici apud propri. epiſcopos, §. ſi quis colum. 6. C. de epiſco. & cle. in authenti. clericus quoque.
8 ¶ † Sunt autem crimina eccleſiaſtica de quibus iudex eccleſiaſticus punire poteſt tam clericos quam laicos. ut crimen periurij. ut ſupra de elec. uenerabilem. Item crimen hæreſeos ut infra de hæreti. ad abolendam. & ca. uergentis. Item crimen

uſurarũ

uſurarum ut infra de uſur. cum tu. &. cap.
quia in omnibus . Item crimen adulterij
cum agitur ad thori ſeparationem. ut ſu-
pra de procu. tuæ. Item crimen ſimoniæ.
ut infra de ſimo. per totum. In his dire-
ctè iudicia ſpectant ad eccleſiam. In alijs
indirectè. ut ſi agatur de aliquo crimine
per modum denunciationis ut ſupra titu.
proxi. nouit. ſed opponitur fere in omni
bus his criminibus leges puniũt ut. C. de
tranſac. l. ſi quis maior. C. de hæreti. per
totum. C. de epi. & cle. l. ſi quenquam. Ad
quod reſpõdeo. leges docent quas pœnas
eccleſia imponere debeat ſicut econtra-
rio contingit ut 5. q. 6. delatori. Vel le-
ges puniunt poſtquam eccleſia puniuit ut
ita ſit fori accumulatio. & hoc innuit lex
quæ dicit, poſt debitę ultionis acrimo-
niam quæ erga ſacrilegos iure pro men-
da eſt exilio perpetuo deportationis ſub
datur ut. C. de ſacroſan. ec. l. placet in ſi.
Sed hoc recipit calumniã ex eo quod le-
gitur ſupra ti. proxi. at ſi clerici quia nõ
debet quis duplici contritione conteri ut
81. diſ. præsbyter aut diaconus. ut. 33. q.
5. quid ergo. Propterea dici poteſt quòd
in criminibus memoratis laici coram ſe
cularibus iudicibus, clerici coram eccle-
ſiaſticis iudicibus impetuntur & puniun-
tur. Veruntamen in ſacrilegio in fauo-
rẽ eccleſiæ inductum eſt ut eccleſia poſ-
ſit conuenire laicos ſacrilegos corã quo
cunque maluerit iudice. ut infra eod. titu.
cum ſit generale. Vnde propriè & uerè
loquendo crimen eccleſiaſticum dici po-
teſt illud quod eſt crimen ſecundum ec-
cleſiam non ſecundum leges. ut crimen
uſurarum. crimen fornicationis. quod ſe
cundum leges non eſt crimen ut. ff. de cõ
cubi. l. in concubinatu. in ſi. hæc crimi-
9 na ſecundum eccleſiam puniuntur. ¶ † Itẽ
ſortitur aliquis forum per appellationẽ.
ut. 3. quæſtio. 6. peregrina. Item per
delegationem. ut 3. quæſtio. 6. unaque-
que. Item per priuilegij conceſſionem.
ut infra eod. titu. dilecti. Item per cauſæ
maioritatem. ut infra de appel. ut debitus
in fin. ut contingit in cauſa fidei. ut 23.
quæſtio. 1. quoties. 2. quæſtio. 6. ſi quis.

uos. Item in cauſa dubitabili quę niſi in
concilio expediri non poteſt. ut 17. di-
ſtin. multis. Item in cauſa criminali e-
piſcopi. cum uideatur epiſcopus in cau-
ſa depoſitionis eſſe. ut 3. quæſtio. 6. mul-
tum & cap. quamuis. Nam cauſa crimi-
nalis epiſcopi audiri poteſt ab alijs. ut. 3.
quæſtio. 7. cap. 1. & 2. & 5. quæſtio. 4. cap.
1. & abſolui. ut 6. quæſtio. 4. per totum.
ſed non condemnari. ut 3. quæſtio. 4. duo-
decim. Item per recuſationem. ut ſupra
de off. delega. ſuſpicionis infra de appel
la. cum ſpecialis & ca. 2. infra eodem ti. ſi
quis contra aliquem. & cap. licet. Item
per compromiſſum, ut ſupra de arbi. per
totum. Nunc reſtat uidere an clericus
poſſit renunciare foro. Et eſt certum ꝙ
non poteſt renunciare foro eccleſiaſtico
ut adeat ſeculare infra eo. ſi diligẽti. 11.
quæſtio. 1. inolita. & cap. placuit. Nam
hoc ius inductum eſt in fauorem totius
colegij. & ſic tanquam iuri publico re-
nunciari non poteſt. ut. ff. de pactis. l. ius
publicum infra de ſen. excom. cap. con-
tingit. Sed hoc recipit multa contraria.
ut. C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo.
7. quæſtio. 1. quam periculoſum. ff. de
ædili. edic. l. quæritur. §. ſi uenditor in-
fra de priuile. ſi de terra. & cap. acceden-
tibus infra de regula. ad apoſtolicam. ff.
de pactis. l. paciſci. ff. de mino. l. ſi iu-
dex. ff. de ferijs. l. 2. ff. à quibus appel.
non licet. l. 1. C. de tempo. appel. l. ult.
in fine. de renunc. per totum per hæc
omnia colligitur quòd quis poteſt re-
10 nunciare iuri ſuo † Ad quæ omnia re-
ſpondeo. iuri introducto in fauorem ali-
cuius renunciari poteſt, in fauorem om-
nium introducto non, poteſt renuncia-
ri. Vel alias iuri fauorabili tantum re-
nunciari poteſt fauorabili & odioſo non
poteſt hoc autem ius inductum eſt in fa-
uorem clericorum & in odium laico-
rum. qui opido infeſti ſunt clericis ut
ſecun. quæſtio. ſepti. laicos. Et ſimi-
le aliud. quia auxilio Velleyani re-
nunciatur ut. ff. ad Velleya. l. ultima.
C. quando mulier tute. offic. fun. po-
teſt in authenti. mater. Sed ſecus

in

in Macedoniano. Vnde poſt ſententiam datur exceptio ex Macedoniano ut. ff.ad Maced l.tamen ſiue. Et eſt diuerſitatis ratio.quia Velleianum eſt fauorabile tantum. ideſt in fauorem mulierum inductũ. Sed Macedonianum in fauorem filiorum familias.& in odium creditorum.ff.de con
11 di. indebi. l. qui exceptionem. † Vel ideò clericus non poteſt renunciare foro. quia ex hoc præiudiciaretur epiſcopo ut. 11.q. 1. clericum. 3.q. 6. non liceat. A quo enim ordinem & iudicium recipere debet. ut. 9.q.2. nullus primas. Iudicium inquàm manifeſtum & ſecretum. ut de pœni. di. 6. placuit. infrà. de pœni.& re. omnis. Præterea ſi iuri fori clerici renunciare poſſent. iam clerici unius epiſcopatus poſſent ſibi conſtituere iudicem in alio epiſcopatu. ff. de iudi.l. 1. Et eodem modo clericus non poteſt renunciare priuilegio quod toti collegio indulgetur ut. 17.q.4. ſi quis ſuadente. Nam & ſi actionem iniuriarum ſibi competentem clericus remittere poſſit. ut. 23. q. 4. ſi is qui. & c. ſi illic iniuriam tamen factam ordini abolere non poteſt.& ideo excommunicatio durat.ut. infra. de ſenten. excom. contigit. Quidam tamen dicunt quòd clericus & ſi foro clericali renunciare non poſſet expreſsè, tacitè tamen poteſt.ut.ff. de procura. l. filiusfamilias. §. ueterani. &. C. de iuramen. calum.l. 2. quod non
12 puto uerum. ¶ † Dubitari autem conſueuit de clericis exiſtentibes in ſcolis qui forum adeunt poteſtatis uel iuſticiarij ciuitatis in qua ſtudium uiget cum ſit laicus & hoc fiet ex priuilegio Frederici indulto ſcolaribus in illa conſtitutione quæ incipit. habita, Reſpondeo Illud locum haberi in ſcolaribus laicis qui ex priuilegio habent optionem an uelint conueniri coram epiſcopo , uel coram poteſtate , uel magiſtro.Vel habet locum in ſcolaribus clericis qui ibi proprium non habent epiſcopum. Vnde ſcolares clerici & ciues non habent illam electionem ut poterint eligere poteſtatem ſeu iuſticiarium ciuitatis. uel magiſtrum uel epiſcopum. imò præciſe ab epiſcopo debent iudicari & ab ipſo ordinari , ut dictum eſt. nec locũ ha
13 bet electio de qua dixi. ¶ Et nota † q̃ quæſtio feudalis agitanda eſt coram domino feudi ut.infra.eod. ti. uerum.Quod intelligo uerum cum agitur inter duos uaſallos, nec reuocatur in dubium quin res ſit feudalis illa de qua agitur. ſed dubitatur quis ſit uaſallus, & ad quem pertineat iure feudi. tunc quia intereſt domini feudi quis ſit eius uaſallus. & ad eum cognitio ſpectat. & ſic intelligo illam decre. uerum. & capi. ex teneore.& ſupra.tit.proxi. cæterum.& infra eodem titu. ex tranſmiſſa. Sic loquitur conſtitutio de feudis. §.præterea. ſupra titul.proxi. nouit. Sed ſi quæſtio ſit inter dominum feudi & uaſallum.an uaſallus debeat feudum perdere uel habere. per patres curiæ hæc quæſtio finietur. Si uerò quis ſe aſſerat dominum feudi & petat in dominum recognoſci,poſſeſſor autem negat illum dominum hæc quæſtio coram ordinario loci , non coram illo qui ſe dominum feudi contendit agitanda eſt ne in ſua cauſa ſit iudex. ut. C. ne quis in ſua cauſa iudicet. Sed ſi inter duos uaſallos agatur. non de iure rei : ſed de iure poſſeſſionis. ut pote quis aut ad quem ueniat poſſidentem. tunc coram ordinario loci. uel delegato tractanda eſt hæc quæſtio. non coram domino feudi. & ſic loquitur decre. infra. eo. c.ex
14 parte. ¶ Item † per priuilegium eximitur quis a foro ut ſuperius dixi. & probatur. 16.q.1.frater. infra.de priuile.cum capella.ff.de excuſa.mu.l. penul. §. ſi poſt.ff. de excu.tu.l.ſi ſpadonem.§.ſcire. & de alimen.& ciba.lega.l.is cui. Quod intelligo niſi priuilegiatus ſit in priuilegio ſuo præuentus ſaltem per citationem. ut infra eo. titu. propoſuiſti.ff. de iudici l. ſi quis poſteà. Sed uidetur quòd & ſi priuilegium locum non habeat in præcedentibus, locum tamen obtinet in ſequentibus. ut. ff. de uſur.l.cum quidam.§.fiſcus.C.de tempo. in integ.reſti.l. ea quæ & in auten.ibi ſignato ſi minor. Sed leges illæ locum habent in rebus diuiſibilibus non in iuriſditione quæ perpetuatur per citationem.ut. ſupra.de offi.delega. gratum, unde ibi iudicium

dicium accipere debet ubi cæptum eſt.ff. de iudi.l.ubi. ¶ In ſumma † notandum
15 eſt quòd clericus foro eccleſiaſtico renunciare non poteſt & adire ſecularem: ut dictum eſt ſupra. Sed poteſt renunciare proprio & adire alium eccleſiaſticum uoluntate ſui ordinarij accedente. ut. infra. eo.
16 ſignificaſti. † Vnde tria requiruntur ad hoc ut clericus non ſuum iudicem facere poteſt ſuem.ſ. ut conſentiat in alium habentem ordinariam iuriſditionem. delegata enim iuriſditio non extenditur ad alias perſonas quàm in reſcripto commiſſionis continentur. ut ſupra de offic. deleg. cum olim abbas. & cap. P. & G. præterquàm in ſpecialibus caſibus ut de hac materia nota. ſupra. de offi. delega. §. caſualiter. &. §. prorogatur. Item ut conſentiat in perſonam eccleſiaſticam. ut infra. eod. titu. ſi diligenti. & ca. ſignificaſti. aliter nihil agitur. ut ſupra. titul. proxi. at ſi clerici. Item oportet ut diœceſani uoluntas accedat. ut in prædicta. ſigniacaſti.&.11.q.1. clericum nullus. & 3.q.6. non liceat. Et ſecundum hoc non obſtant iura illa quæ dicunt aliquem poſſe ſubijcere iuriſditioni illius qui habet ordinariam. ut. ff. de iudic. l.1. &.l. priuatorum. Quia illa in clericis locum non habent. ut dictum eſt. Et eodem modo non obſtat arg. a contrario ſenſu. 3. q.6. pulſatus. Item non ob.2.q.5. mandaſtis. & cap.auditum. Nam illud facit papa ex nimia humilitate. nec habet ſuperiorem cuius conſenſum requirat arg. ſupra. de
17 elec. licet. ¶ † Item quod dixi. ſupra. de domicilio, ſic intellige. quia ibi intelligitur clericus domicilium habere ubi larem ſibi conſtituit, non ubi eccleſiam habet uel beneficium. ut. ſupra. de reſcriptis. dilectus. infra. eod. tit. poſtulaſti. Vnde ſi contingat clericum delinquere ubi domicilium habet. ibi punietur. ſed ſi crimen exigit priuationem a beneficio. pronunciabitur a iudice domicilij. mandabitur autem executioni ſententia a iudice loci in quo beneficium uel eccleſia conſiſtit. ut in prædicta decret. poſtulaſti. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. 1. Sed ſi alibi quàm ubi domicilium habet delinquat. tunc diſtinguitur inter graue delictum & leue. ut ſi grauiter deliquerit, tunc iudex loci in quo deliquitur puniet. ut. ff. de re mili. l. deſertorem. in princ. & adeò ut ſi alio ſe contulerit delinquens remittatur ad illum. ut in auten. ut nulli iudi. §. ſi uero quis comprehenſorum. colla. 9. Et hoc prætextu remiſit Chriſtum ad Herodem pylatus. ¶ Itē
18 † remittitur quis honoris cauſa ut cum miles delinquens remittitur ad magiſtrum militum ſub quo deliquit. ut. ff. de cuſto. & exhi. reorum. l.de militibus. Et hoc uerum eſt cum miles leue delictum commiſit. ff. eod. tit. l. non dubium eſt, ſecns ſi graue. ut. ff. de accuſa. l. ulti.

## Summarium

1 *Libellus quid ſit. & quotuplex.*
*Libellum quis porrigere debet.*
2 *Libellus an in omnibus cauſis requiratur.*
3 *Libellus conuentionalis quid continere debeat.*
4 *Actio an ſit exprimenda in libello.*
5 *Reus ab inſtantia iudicij abſoluitur, ſi actio inepta proponitur.*
6 *Iudicium uniuerſale quid ſit, & quid generale.*
7 *Libellus effectus.*
8 *Libellus accuſatoris reuocari poteſt.*
9 *Libellus diem dati libelli continuere debet.*
10 *Libellus accuſationis qualiter debeat concipi.*
11 *Reſcriptum incitatorijs literis inſertum quo ad inducias denegandas pro libello habetur.*

### ¶ DE LIBELLI OBLAtione. Rubrica.

QVia rei ad iudicia uocati ſolent poſtulare libellos ut ſciant quid petatur & qualiter & ſuper quo debeant reſpondere. ideo poſt tractatus de iudi. & de foro cõpe. ſubijcitur hic rubrica de libelli oblatione. ¶ Videamus igitur quid ſit libellus, quis libellum porrigere debeat, in quibus cauſis locum habeat

beat libelli. porrectio, quæ in libello de beant contineri, & de libellorum effe-
1 ctu. ¶ Libellus † eſt paruus liber. id eſt modica ſcriptura. Et eſt duplex libellus. conuentionalis & accuſationis. Primus in ciuilibus. ſecundus in criminalibus locum habet. ¶ Libellum autem porrigit actor. ut. 3. quæſtio. 3. §. ſpatium. & §. libellum. Porrigit inquàm & offert reo. ut in eo. §. ſpatium, in auten. offeratur. C. de lit. cont. porrectus transfertur in acta. ut. infrà. de proba. quoniam contra falſam.
2 ¶ Libellus exigitur † in omni cauſa in qua ordinariè agitur. niſi in quattuor caſibus. Primus eſt, cum cauſa uel lis ſit breuiſſima. & maximè uilium rerum ſeu perſonarum. ut. C. de ſen. ex breuicu. reci. in auten. niſi. Secundus cum epiſcopus cognoſcit inter ſuos familiares, ut in prædicto auten. & 11. q. 1. ſi quis cum clerico. Tertius cum hoc fit ex conſenſu partium. ut. C. de priuil. ſcola. l. quoties, in fin. libro. 12. Quartus cum rector prouinciæ infra quinquaginta dies conuenitur. ut in auten. ut iudices ſine quoquo ſuffr. arg. §. neceſſitatem, colla. 2. ¶ Ideò autem dixi ordinariè agitur, ſecus erit, ut in cauſa denunciationis & inquiſitionis. quàmuis in cauſa inquiſitionis capitula ſint edenda uel potius exponenda de quibus fuerit inquirendum. ut infra de accuſ. qualiter & quando. §. debet igitur. Aliàs autem generaliter libellus dandus eſt, ſiue in ciuilibus ut. infrà. eo. cap. 1. ſiue in criminalibus. ut. 2. q. 8. libellorum.
3 ¶ † In libello conuentionali debent contineri hæc. Nomen actoris. nomen rei. & nomen iudicis coram quo agitur. Item res quæ petitur. ut. infra. eod. titu. cap. 2. infra. de appel. ſignificantibus. Cum enim libellus ad hoc detur ut reus deliberet, cedat an contendat, ut. 3. q. 3. §. offeratur. quomodo poterit deliberare niſi res quæ petitur exprimatur. Item quomodo ſcire poteſt reus an poſſideat uel non poſſideat rem quæ petitur, & periculoſum eſt ſubire defenſionem eius rei quam forte non poſſidet. ut. ff. de rei uendica. l. is. qui. propterea res exprimenda eſt & indicia rei. ut. ff. de rei uendi. l. in rem. & ſi res quæ petitur ſit immobilis exprimi debent confines. ut. ff. de actio. empt. & uen. l. Titius. §. ult. & l. prædicta ſi in rem. §. ulti. Item ſpecies & pondus exprimi debent. ut. ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis argentum. Cauſa etiam exprimi debet. ut. C. de adop. l. 3. C. de edic. di. Adri.
4 tol. l. ult. ¶ † Sed an actio ſit edenda dubitatur. Et uidetur quod non. ut ſupra. de iudi. dilecti. Nam in iudicijs eccleſiaſticis non eſt rigor huiuſmodi obſeruandus. ut infra. de dolo & contuma. c. 1. Sed contra. infra. tit. proxi. c. 1. infra depo. grauis. ſuprà. de iudi. examinata. 11. q. 1. experientiæ. Ad quod ſic diſtinguo. Actio aliquando ſignificat formulam uerborum. ut. ff. de furtis. l. ſi ſeruus nauem. ut cum dicitur ago contra talem ad decem actionem exempto, uel certi conditione de mutuo. tales actiones, id eſt formulæ uerborum ſublatæ ſunt ſecundum utrunque ius canonicum & ciuile. ut in præallega. decre. dilecti. &. C. de formulis & impetra. ſubla. l. una. Aliquando ſignificat cauſam agendi. ut cum dico peto decem. à tali. quia uendidi ei librum. uel quia ei mutuaui. & ſecundum hoc actio ſiue cauſa agendi uel petendi proponenda eſt in iudicio tam eccleſiaſtico quàm ſeculari. Aliquando tamen cauſa petendi exprimenda non eſt, ut cum agitur rei uendicatione. Nam ſi aliquis petat. rem iure dominij uel quaſi, non habet neceſſe dicere cauſam dominij, argu. ff. de excep. rei iudi. l. ſi mater. §. 1. & 2. Item modus agendi eſt exprimendus ut cum ex eadem forma uerborum plures modi agendi reſultant. & ideò exprimendum eſt ad quid agatur. uerbi gratia. ut cum peto rem mihi furtim ſubtractam. dubitari poteſt an agatur actione ad exhibendum, uel rei uendicatione, uel conditione furtiua, uel actione furti. His enim omnibus actionibus agitur pro re furtiua. Et in his omnibus actionibus ſatis competunt illa uerba. Peto rem talem mihi ſubtractam, ſed diuerſi ſunt modi & diuerſos ſortiuntur effectus. ut.

ff. de

ff. de condi. fur. l. ſi pro fure. §. 1. & 2. & l. in re furtiua. & ff. de rei uen. l. item ſi uerberatum. §. ulti. Item ſi ago ſic, ago contra talem qui arbores mihi incidit. dubitari poteſt an agatur ex illo edicto arborum furtim cæſarum. an ex lege Aquilia. Et ideò iudex qui curare debet certam ferre ſententiam. ut inſtitu. de accu. §. curare. petere debet exprimi quomodo & ad quid agatur. Aliquando ſignificat ius agendi uel petendi. ut. inſtitu. de act. in prin. Et ſecundum hoc dicitur. Nemo ſine actione experitur. ut. ff. de adminiſt. tu. l. quotiens. §. 1. & ff. de nego.
5 geſt. l. ſi pupilli. §. uideamus. † Vnum tamen non omitto quòd ſi actio, id eſt, formula uerborum proponatur & inepta. reus abſoluitur ab inſtantia iudicij. ut ſuprà. de iudi. examinata. & ff. ſi menſor fal. mo. dixe. l. 1. §. 2. Et quæ ſuperius dicta ſunt locum habent ſecundum utrunque ius canonicum & ciuile. Omnia igitur certa debet facere is qui libellum præſentat. quia non licet ei uagari cum diſcrimine alieno. ut. ff. de iniurijs. l. prætor edixit. in prin. Et ſi hæc quæ ſuperius dicta ſunt fuerint ab actore ſeruata, ſaluum eſt reo beneficium deliberationis. Et notandum quòd in uniuerſalibus iudicijs res exprimi non debent in libello neque in ſententia. ſed in executione ſic, ut. ff. de peti. hæred. l. 4. & l. ſi quo tempore. & ff. ſi pars hære. peta. l. 1. §. ult. Et hoc idem obſeruandum puto cum petitur eccleſia cum iuribus & pertinentijs ſuis. ut infra de reſtit. ſpo. cum ad ſedem. in prin. Et cum petitur præbenda cum plenitudine iuris & honoris canonici. ut. infra. de conceſ. præben. propoſuit. in fi. Nam in talibus & ſi pertinentia iura & honores in libello & in ſententia non ueniant exprimenda. in executione tamen exprimi oportet. Nam alias executor ſententiam in illis non exequatur, niſi uictor probauerit illa in quibus executionem fieri poſtulat, eſſe de pertinentijs & de iuribus rei in libello petitæ, ut in petitione hæreditatis dictum eſt. ſi tamen actor in libello, uel reus in excipiendo hæc uoluntariè duxerit exprimenda. exprimuntur & in ſententia. ut ſupra. de offi. ordi. conquerente. in-
6 fra de præſcr. auditis. & c. cũ olim. † Sunt autem uniuerſalia iudicia hæc petitio hæreditatis, familiæ erciſcundæ. actio ex teſtamento cum uniuerſum petitur. Et ſimilitudinariè. idem poteſt dici in præmiſſis petitionibus, & cum ius epiſcopale uel archidiaconale uendicatur. Sunt & generalia iudicia ut cum agitur actione tutelæ, mandati, pro ſocio, & in talibus ac conſimilibus non ſunt res exprimendæ in libello. ſed in iudicio & in ſententia. ut. C. de iudi. l. licet. ¶ Effe-
7 ctus † libelli eſt facere rem litigioſam. ut. C. de litigio. in auten. ibi ſignato. litigioſa res eſt. & in auten. de litigio. §. primo. colla. 8. & ſecundum hoc intelligo. infra ut lite penden. eccleſia. & 11. quæſtio. 1. quia res in litigio. ¶ Item perpetuat actiones annales. ut eſt actio iniuriarum ut. C. quando libellus prin. da. li con. fa. l. 1. & 2. Item interruptionem præſcriptionis inducit. Et in tantum hoc uerum eſt ut ſi quis in libello aliquem ſibi obnoxium dixerit, & ſi libellus nullam cauſam contineat, uel fortè contineat unam ſolam omnium actionum, uel obligationum perſonalium, uidetur interruptio facta. ut. C. de annali except. l. ſi ex multis. ¶ Sed oppones. talis libellus ſic generaliter conceptus & ſine cauſæ expreſſione recipiendus non eſt unde tanquam ineptus nihil debet penitus operari. Reſpondeo hoc non ſequitur. Nam & circa libellum ſola executoris conuentio interruptionem inducit. ut. C. de præſcrip. 30. anno. l. ſicut in rem. Leuiter autem fit interruptio in odium. præſcriptionis ut innuit eadem lex ſi ex multis. in fine. ¶ Item libellus obligat porrigentem cauſam ad finem perducere. ut. C. quomodo & quando iud. in authenti. qui ſemel. Aliquando tamen licet porrigenti recuperare libellum. ne iuſtè plenitudinis humanita amputetur. ut. 2. q. 6. §. ſi quis libellos & C. de appel. l. ſi quis libellos. Quod

intelligo cũ nihil incommodi adhuc ſenſerit aduerſarius. ut. ff. de cõdi. cauſa dã. l. ſi ideo pecuniã. alias non liceret ei pœnitere cum alterius captione. ut. ff. de interroga. ac. l. de ætate. §. ulti. & arg. ff. de
8 reg. iur. l. nemo † Sed & libellus accuſatoris poteſt reuocari. ut. 2. qu. 3. ſi quem pænituerit. & cap ſi quis iratus. Et poſt libelli oblationem licet deſiſtere ſine pœna. ut. ff. ad Turpil. l. quæſitum. &. ff. de in ius uoc. l. libertus. Tenebitur tamen iniuriarum eo quòd dato libello infamauit illum cui libellum porrexit. ut. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ſi quis libello. Quod uerum eſt niſi inſcriptio ſit ſecuta libelli porrectionem, tunc enim non poſſet accuſator pænitere niſi ex cauſa. ut. C. de aboli. l. 2. & 2. quæſt. 3. Paulum. & petere abolitionem dummodo reus non ſit paſſus aliquam iniuriam carceris ſeu uinculorum. ut. C. de abolitio. l. fallaciter. Et ſecundum hoc intelligo de
9 accuſa. licet. ¶Et nota † quòd in libello continebitur dies dati libelli. ut in auth. offeratur in uerbo quòd non modo ex ipſius reſponſione. ſed ex libelli manifeſtetur ſubſcriptione. Sed ſi ſit libellus accuſationis continebitur in eo nomen iudicis coram quo agitur. accuſatoris & rei crimen de quo agitur. & quandoq; perſona cum qua crimen dicitur eſſe commiſſum. & locus in quo. Item dies inſtitutæ accuſationis. & profeſſio accuſatoris ut 2. q. ul. §. libellorum. Diem autem & horam commiſſi criminis accuſator inuitus comprehendere non tenetur. ſicut hæc omnia quibuſdam uerſibus continentur. Conſule menſe die coram prætore profeſſus. Te deferre reum crimen loca pone ſodalem. Et licet hora dies non mẽ
10 ſis prætereatur. ¶Item nota quòd † pro libello habetur reſcriptum in citatorijs literis inſertum quo ad inducias denegãdas. ut infra de dilationibns. præterea. & hoc plenius ibi dicam.

## *Summarium*

1 *Reconuentio apud quem, & quando fieri debeat. & nu. 2. & 3.*

3 *Reus non reconueniens congruo tempore an ſaluam habeat quæſtionem in alio iudicio.*

4 *Reconuentio quando ceſſet. & quoram quo iudice fiat & nu. 5.*

5 *Reconuenienti uolens reſpondere quando puniatur.*

6 *Conueniens aliquem una actione, an poſſit reconueniri pluribus.*

## ¶ DE MVTVIS PETITIONIBUS. Rub.

DIctum eſt ſupra de libel. oblatio. ſed quia plerunq; ab utraq; parte porriguntur libelli & mutuæ fiunt hinc inde petitiones. ideo ſubijcitur hic rub. de mu. pe. ¶Videamus igitur apud quem fieri debeant, quãdo & in quibus caſibus locum habeat reconuentio, & in quibus ceſſet. Et quæ ſit pœna actoris nolentis reſpondere libello reconuẽtionis. uel mutuæ petitionis. ¶Reconuẽ
1 tio † fieri debet apud eundẽ iudicẽ apud quẽ fit & conuentio. ut infra eodem titu. c. 1. & 2. 3. q. 8. c. 1. C. de ſenten. & interlocuto. om. iudi. l. cum Papinianus. & in auth. & conſequenter. Et ſi ſic in idẽ iudicium iſtæ duæ quæſtiones mutuæ cõcurrant uiciſſim tractandæ ſunt & eadem ſententia terminandæ. Si uero non concurrãt. ſed una prior & alia poſterior proponatur. tunc locũ habet regula illa qui prius appellat prius agat. ut infra de ordi. cogni. cum dilectus, &. ff. de iudi. l. qui prior. Sed quamuis dicam quòd ubi concurrũt duæ mutuę petitiones uiciſſim tractandæ ſint, tamen is qui primò ad iudicium proclamat prior erit in omnibus. ut prius fiat conteſtatio litis in cauſa ſua, prius de calumnia ſua iuretur, prius recipiantur probationes, prius in ea ſententia concipiatur & recitetur. Nec obſtat quod dictum eſt quod eadem ſentẽtia terminetur, quia ueræ duæ ſunt ſententiæ quæ feruntur circa duas quæſtiones ſeſe minimè contingentes, ſed & ſi ſe contingerent, ut cum agitur petitorio & poſſeſſorio à diuerſis partibus etiam circa eandem

deın rem. & adhuc dico fore duas ſenten
tias quæ feruntur. ut infra de cauſa poſ-
ſeſ. & propriè. cum eccleſia. Dicuntur
autem una & eadem ſententia quo ad cō
textum prolationis quia unico contextu
ambæ feruntur, ſicut plures ſtipulatio-
nes reſpectu plurium rerū dicuntur una
& eadem ſtipulatio quo ad conceptū uer
borum.ut.ff.de uerbo. obliga. l. ſi ſtichū.
§. ſtipulatio. &. ff. de dona. cauſa mor.l.
ſenatus cenſuit.§. ult. unde ſi iudex pro-
nunciaret in cauſa conuentionis & differ
ret pronunciare in cauſa reconuentionis
grauaret partem quæ reconuenit & poſ-
ſet ab eo iuſtè appellari.ut.ff. quæ ſenten
tiæ ſine app.re.l.j §.ul.¶Debet † autē fie
ri reconuentio ſtatim ut dicit auth. illud.
& conſequenter ſcilicet in ipſa litis con-
teſtatione ſiue parum ante uel poſt. quia
quæ incontinenti fiunt ineſſe uidentur.ut
ff.ſi cer. peta.l. lecta.&.C.de pac.l petēs.
Vel dici poteſt ut omnino neceſſe ſit fie-
ri reconuentionem a principio & ante li
tis conteſtationem ſi reus credat actorē
in aliquo ſibi fore obnoxium propter uer
ba quæ ſunt in corpore auctenticorū. de
executoribus. colla 7.§.illud. Non enim
ibi dicitur ſtatim. ſed ſic non apud alium
ſed apud eum mox à principio liceat con
uenire.Sed utrunq; approbo ut reus poſ-
ſit reconuenire actorem ſiue à principio
cum actor libellum porrigit, ſiue uſque
ad litem conteſt.& parum poſt,arg. C.de
procu.l. nihil intereſt. & quia principiū
cauſæ dicitur conteſtatio. ut. C. de iure-
iur.propter cap.l.2.¶Sed hoc eſt ſciendū
quandocunque libellus reconuentionis
porrigetur uſque ad lit. conteſt.& parum
poſt ut dictum eſt. reus tamen neceſſe ha
bet reſpondere ad libellum reconuentio
nis lite conteſta. in cauſa conuentionis.
ut infra.eo.tit.cap. 1. ¶ Sed quid ſi conue
niam te ad. 10. & tu reconuenias me ad
equum ego iterum reconueniam te ad bo
uem. nunquid admittetur in ea ultima re
conuentio? Nam quodammodo uideor
te reconuenire reſpectu tuæ præcedentis
reconuentionis.quæ poteſt dici conuen-
tio reſpectu ſubſequentis.ſicut & relator
dicitur delator.ut.C. de rebus credi.& iu
reiu.l. generaliter. Et puto non eſſe ad-
mittendam. ne ſic tuæ petitiones in infi-
nitum procedant. Sed fateor quòd ego a
principio potui uno libello te conuenire
ſuper. 10.& ſuper boue & ſuper omnibus
perſonalibus actionibus. ut.ff. quibus re
1 bus ad eundem iudi.ea.l.1.&. 2. & ſupra
de reſcriptis. cap. ulti. ¶Vnum tamen
3 † non omitto quòd ſi reus non reconue-
niat congruo tempore. ſalua eſt ei quæ-
ſtio in alio iudicio. ut in prædicto authen
tico.& prædicto.§. illud. Et quod ſupe-
rius dixi in duabus quæſtionibus locum
habere regulam illam. Qui prior appel-
lat prius obtinet &c. cum utraq; quæſtio
eſt ciuilis & neutra præiudicialis. Item
cum utraque eſt criminalis & neutra ma-
ior. Item cum prima maior eſt quàm ſe-
cunda. Sed & ſi ſecunda ſit maior adhuc
obtinet regula. ſi tamen accuſati nomen
uolentis accuſare accutorem receptum
fuerit inter nomina reorum. Nam tunc
prætextu maioris criminis obiecti nō dif
fertur accuſatio prioris. Ita & ſi queuis
alia exceptio proponatur.ut.ff. ad le. Iul.
de adulte.l. ſi maritus.§. præſcriptiones.
Fallit autem regula cum utraque quere-
la eſt ciuilis.& ſecūda præiudicialis.quia
de libertate uel filiatione. ut inſti. de a-
ctio.§.præiudiciales.ff. de libe. cauſa.l.or
dinara.C. ad le. Iul. de adulte.l. quoniā.
& de ordi. cogni.l.1. &.l. cum hic ſtatus.
Item fallit cum ſecunda eſt criminalis &
prima ciuilis ſed non præiudicialis.ut.C.
de ordi.iudicio.l. ulti.3.q.11.§.aliquādo.
Item fallit cum utraque eſt criminalis.
ſed ſecunda maior.ut.3. q.11. prius eſt.et
C. qui accu. non poſſeſ. l.1. Item fallit
cum utraque eſt par ſed tamen accuſatus
uult proſequi ſuam iniuriam uel ſuorum
ut ea. cauſa.&.q.ca.neganda.&.C. qui ac
cuſa. non poſſunt.l. negada. Si uerò reus
aliquam actori quæſtionem obiicit ut nō
ab eo aliquid petat, ſed ut abſoluatur ab
impetitione ipſius. ſemper eſt de exce-
ptione cognoſcendum fundata primo in
tentione actoris. ut.C. de proba.l. exce-
ptum. & de excep. l. ſi quidam infra de
ordi

ordi. cogni. cap. 1. & ſupra de renuncia. ſuper hæc. C. de præſcrip. longi tempo.
4 l. empror. ¶ Ceſſat † autem reconuentio in actione priuilegiata ut in quæſtione reſtitutoria quæ dedignantis naturæ eſt nec compatitur diſſimilem quæſtionem. ut infra de ordi. cogni. ſuper ſpoliatione. Ceſſat & in præiudicialibus quæ etiam ſecundo loco propoſitæ reijciunt alias quæſtiones ut ſuperius dictum eſt. Ceſſat ubi primo proponitur criminalis ut in præalleg. l. prius eſt. Ceſſat in excommunicatu qui conueniri poteſt non conuenire. ut infra de excep. cum inter. Ceſſat coram arbitro. ut ſupra de arbi. cum
5 dilectius. Et nota † quòd præmiſſa locum habent tam coram ordinario quam coram delegato. Nam & delegatus in cauſa conuentionis & de reconuentione cognoſcere poteſt. ut infra eodem titu. prudentiam. ¶ Pœna nolentis reſpondere reconuenienti eſt ſecundum quoſdam ut conuenienti non reſpondeatur uel præciſè compellendus eſt reſpondere. ut infra eodem titulo. cap. 1. ¶ In
6 ſumma notandum † eſt quòd ſi conueniam te una actione tu poteris me reconuenire pluribus. ut. ff. de procurat. l. omnium. Item ſi conueniam te in decé tu poteris me reconuenire in quantitate maiori. ut. ff. de iuriſdi. omn. iudic. l. ſi idem cum eodem. Et hæc omnia locum habent cum duo unus contra alium agere uolunt. Vbi autem duo pluresue & ex diuerſis cauſis contra aliquem coram ordinario agere uolunt, & diuerſis temporibus ueniant tunc locum habet regula. qui prior appellat prius agat. ut. ff. de iudic. l. qui prior. Si uerò ſimul ueniant & concurrant. tunc aut agere uolunt ciuiliter, aut criminaliter. Si ciuiliter, tunc iudex eliget quem uelit ut gratificationi ſit locus ſicut aliter ff. de religi. & ſump. fu. l. ultima & infra de iure patro. cum aduocatus. Si autem criminaliter iudex debet eligere magis idoneum. ut. ff. de accuſatio. l. ſi plures. Nec obſtat infra de accuſ. licet. Nam & ſi plures ibi detuliſſent à principio tandem nec unus apparuit. Sed & ſi plures apparuiſſent unus eligendus fuiſſet ut ſuperius dictum eſt.

## *Summarium*

1 *Litis conteſtatio quid ſit. & qualiter fiat. & nu. 2. & 3.*

3 *Plura ſi in libello ponuntur ad omnia reſpondendum eſt, ut ſit plena litis conteſtatio.*

4 *Litis conteſtatio quid operetur.*

## ¶ DE LITIS CONTESTATIO. Rubrica.

POſt libelli oblationem & poſt mutuas petitiones ſequi debet litis cóteſtatio. & ideò poſt tractatus illos ſubijcitur hic rubrica de litis conteſta. ¶ Videamus igitur quid ſit litis conteſta. qualiter fiet. & quid operetur. ¶ Eſt auté
1 † litis conteſtatio hincinde apud iudicem negocij principalis facta narratio per principales perſonas, non per aduocatos, niſi fortè principales adeò fuerint indiſcreti ut eorum defectus per alios de licentia iudicis ſuppleatur ut ſupra de iudici paſtoralis. Sic & ſi fiat interrogatio de facto principalis debet reſpondere. ut. ff. de interro. ac. l. ſi ſine quod locum habet in omnibus interrogationibus quæ fiunt ante lit. conteſt. ut infra de dolo & contu. prout & . ff. de interroga. act. l. 1. locum habet & in poſitionibus quæ fiunt poſt litis conteſt. quia probationum loco ſuccedunt. ut no. ſupra de iudi. §. partibus. per eas autem non fit cóteſtatori ut hic & ſupra de elect. dudum. Item locum habet ſi iudex æquitate motus interroget ſuper facto quod fieri poteſt ante. lit. conteſta. & poſt uſque ad ſententiam. ut. ff. de interroga. ac. l. ubicunq; In his ergo in quibus de facto quæritur quòd principalis reſpondeat ſi ætatem habeat ut de con. di. 4. cum pro paruulis. ſic & principalis per ſeipſum præſtat iuramen-

ramentum de calumnia. ut. C. de iura. cal.in auten. principales. Idem eſt in iuramento de ueritate dicenda. Et eſt ratio in his omnibus, quia principalis perſona melius nouit factum quam aduocatus. & ideo ipſe non aduocatus de facto reſpondet.ut.ff.de procurato.l. ſi actor.& C.eo.ti.l.ulti. Hoc autem fallit in quibuſdam caſibus ſupra de iudi. paſtoralis. ut dictum eſt.ff.de procura.l. non ſolum. ℞. 1 Fallit in pupillo qui per alium reſpondet. C.de iura. cal.l.2.§ quod obſeruari. C.de aucto. præſtan.l.clarum. Fallit in uniuerſitate quæ iurat & reſpondet per alios per quos municipium regitur. ut.ff.de condi.& demonſt.l.municipibus. & ad municipia. l. municeps. Fallit ſupra de iudici.intelleximus 5.q.3.quia epiſcopus. C.de procurato.l.penul.in auten. ut ab illuſtribus fallit. C.de cura. fu.l.ult.

2 ¶Conteſtatio † litis facienda eſt poſt libellum porrectum. Nam lit.conteſt.præter hoc indultum habita pro nihilo eſt habenda. ut 3.q.3.in auten.offeratur niſi ſit cauſa in qua libellus non detur uel de conſenſu partium remittatur ut no.ſupra de libel. obla.§.libellus. ¶ Sed quæritur quare non fit lit. conteſt. per poſitionem actoris & reſponſionem rei. ſicut per libelli oblationem & rei narrationẽ. lex enim imponenda eſt rebus & non uerbis ut.C.de uſu.l.ult.&.C.communia de leg.l.2.in fine. Ad quod reſpondeo. poſitiones inuentæ ſunt, non ad conteſtãdum ſed potius ad probandum & ad releuandum ab anguſtijs teſtium producendorum. ut aliàs no.ſupra de iudi. ¶Sed opponitur ex eo quod legitur infra de dolo & contu. prout, ubi poſt reſponſionẽ proceditur ad diffinitiuam. Sed ibi agitur de reſpondente ad interrogationem. non ad poſitionem. Vel ibi non fuit facta lit.conteſta. ſed quaſi ex illa reſponſione. Vnde ibi dicitur utpote lite quæ ingeritur conteſtata. quòd autem ibi proceditur ad diffinitiuam ſpeciale eſt in odium illius rei calumnioſi qui totiẽs ſubterfugerat iudicium. Et ſimile. C. quo modo & quando iu. in auten. qui ſemel.

¶Fit autem conteſtatio litis aliquando uera aliquando non uera ſed quaſi uera ut per narrationem actoris & reſponſionem rei intelligo contradictoriam.ut.C. de iudi.l.rem non nouam. §. patroni. & ſic intelligo.C.eodem titulo.l.una. Fit & quaſi conteſtatio ſcilicet cum agitur actione reali. uocatur colonus uel inquilinus qui detinet nomine abſentis. uocatus nominat dominum. datur tempus ad denunciandum. non uenit in termino dato tunc ex his omnibus quæ procedunt. ſcilicet quia uocatur inquilinus uel colonus. quia auditur nominans dominum abſentem. & quia datur tempus ad denunciandum domino & expectatus in termino non uenit. habetur lis quaſi conteſtata quantum ad interrumpendam longi temporis præſcriptionem ut infra titu. proxi. quoniam frequenter.§ quòd ſi ſuper rebus. &.C. ubi in rem actio.l.2. ¶ Sed eſt ſciendum quòd ſi reus reſpondeat in iudicio non ea mente ut litem conteſtetur, uel ut in cauſam procedat ſeu auctori reſiſtat ſed iudici non ut iudici ſed ut amico ſeu familiari negotij qualitatem exponat proteſtans id ſe facere ſine præiudicio ſuo & ſubſequenter proponat aliquam dilatoriam exceptionem per quam declinet iudicium. non intelligitur facta litis conteſtatio eo quod fit à reo narratio. ſaluo iure ſuo.arg.pro hoc.ff.quib. mo.pig. uel hypo. ſol.l.ſi debitor.§. ſi in uenditione. ff.de neg.geſt.l.Neſennius in fi.ff.de reli. & ſump.fu.l.at ſi quis.§. Labeo ait, ſupra quod metus cauſa.c.per latũ 31.q.2.Lotharius ſupra de in integr.reſtit.cum uenisſet circa finem licet ar.contrarium ſit ſupra de conſtitutio. cum M.ferre. & infra de appell.ſolicitudinem.& infra de teſti.præſentium.

3 ¶Itẽ † nota quod ſi plura in libello ponantur ad omnia reſpondẽdum eſt ut ſit plena litis cõteſtatio.ar.ff. de appell.l.cum in una.ff.de noui operis nuncia.l.de pupillo.§.ſi plurium. 2. quæſtio 3.§ notandum,in uerſicu.ſi plura infra de ſenten.excommunic. cum pro cauſa.&.c.officij. Sed ſi reus neget omnia in libel-

in libello contenta. uel ſi ſic reſpondeat ſicut in curia romana fieri conſueuit. nego narrata ut narrantur & dico petita fieri non debere puto plene fieri lit. conteſtatio. quaſi ad omnia ſingulariter ſit reſponſum. ar ff. de uerborum obliga. l. pluribus. in principio. & l. titio. in fin. ¶ Sed quid ſi peto à te decem & tu confitearis. nunquid dicemus litem eſſe conteſtatã. Et uidetur quod non quia confitens non uidetur ſubire iudicium, ſed dandum eſt ei tempus ad ſoluendum. ut. ff. de lega. 1. l. ſi domus. § in pecunia. ff. de iudi. l. ſi debitori. & ff. iudicandum ſol. l. & iudicatũ ſolui. Et propterea ſuperius dixi fieri cõteſtationem per narrationem actoris & per reſponſionem rei contradictoriam. ut. C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. ¶ Sed contra poſt confeſſionem rei ſequi habet ſententia. ut. ff. de confeſſ. l. 1. Et ſecundum hoc dicitur in confitenté nullæ, ſunt partes iudicis ſcilicet ad examinandum diſcutiendum & pronunciandum. ut. ff. ad legem acqui. l. proinde. §. ulti. Et puto quod ſi quis ad iudicium uocatus non expectans ad libellum de plano confiteatur ſe debere quod petitur nõ fit lit. conteſta. nec ſequi poteſt ſententia ſed mãdatum. ut. ff. quod metus cauſa. l. ul. Si uero poſt libellum porrectum reus confiteatur & conteſtatio facta intelligitur & ſententia ſequi poteſt ut ſuperius dictum eſt. ¶ Litis † conteſtatio
4 multa operatur. Sed de multis aliqua perſtringamus. Tollit dilatorias exceptiones. ut 3. quæſtione 6. §. exceptio. C. de probatio. l. exceptionem. C. de excep. l. ſi quidam. C. de procurato. l. licet & ff. de procurato. l. Pompo. §. rati. & infra de ſenten. & re iudicata inter monaſterium. C. de exceptioni. l. pen. & ult. infra de exceptio. paſtoralis. niſi poſtmodum ad illius notitiam aliquid perueniat qui proponit propter quid dilatoria exceptione utatur. ut in eo. c. paſtoralis infra de teſti. præſentium & ſupra de offi. deleg. inſinuatione & infra qui ma. accu. poſſ. conſuluit. ¶ Item tranſmittit cauſam ad hæredem ex delicto defuncti. ut. C. ex delic. defun. l. una. Item litis conteſta. hoc operatur ut fructus poſt litis conteſtationem percepti & expenſæ factæ poſt litis conteſta. ualde contingant officium iudicis ut. ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. ſciendum. Nã illa per officium iudicis ueniunt. ut inſti. de officio iudi. §. illorum & §. præterea. Item facit procuratorem dominum litis. ut. C. de procura. l. neque. ¶ Item præſtat uni ex legatarijs poteſtatem optãdi. ut. ff. de leg. 1. ſi pluribus. ¶ Item conditionem occupantis meliorem conſtituit. ut ſupra de procu. non iniuſte. ff. eod. titu. l. pluribus. Item in multis iuris articulis inſpicitur tempus lit. conteſt. ut. ff. de nego. geſt. l. litis. ff. de donatio. inter uir. & uxor. l. quod auten. in princ. ¶ Item ante litem conteſtatam non dicitur quis agere ſed agere uelle ut. ff. rem ra. ha. l. amplium.

## *Summarium.*

1 *Teſtes quando lite non conteſtata recipiantur, & ad ſententiam diffinitiuam procedatur. & num. 2.*

3 *Contumacia quot modis committatur.*

4 *Procurans uel impediens ne ad eum citatio ueniat, pro citato, haberi debet.*

*Contumacia uera quæ ſit, & quæ præſumpta.*

5 *Mora in iudicijs & compromiſſis purgatur.*

6 *Actiones mixtæ quæ dicantur, & quæ in eis ſeruari debeant.*

7 *In interdictis quid ſit ſeruandum.*

8 *Citatus ad cuius notitiam citatio non peruenit, non comparens, an pro contumace habeatur, & poſſit contra eum ſententia ferri.*

9 *Iudex contra contumacem, qui ex eius mandato certo die adeſſe debet, nullo emiſſo edicto procedere poteſt.*

10 *Procuratoris contumacia an & quando domino noceat.*

11 *Contumax non in iudicio ſed in executione ſi quis fuerit quid iuris.*

## ¶UT LITE NON CONTEſtata non procedatur ad teſtium receptionē uel ad diffinitiuam ſententiam. Rubr.

QVia initium cauſæ in litis conteſtationem conſiſtit. ut. C. de iureiu. propter calum.l.2. in princ. ante initium ad ſequentia cauſæ procedi non debet.hoc eſt ad teſtium receptionem & ſententiam diffinitiuam. Et ideò intulatur hæc rubrica ut lite non conteſta.non procedatur ad teſtium recep. uel ſententiam diffinitiuam. ¶ Videamus igitur an hoc in cauſis ſingulis ſit obſeruandum. Et quod ſit officium iudicis contra contumacem ante litem conteſtatem. &
1 poſt litem.¶Et eſt ſciendum † quòd regulariter uerum eſt quòd lite non conteſta. non eſt procedendum ad teſtium receptionem ..ut.ff.eodem titu. quoniam in princi. Fallit hoc in qnibuſdam caſibus. ut cum de morte teſtium timeatur. uel de abſentia diuturna & ciuiliter eſt agendum. tunc enim ne ueritas occultetur & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur ſenes ualitudinarij & abſuturi lite non conteſtata, ſunt admittendi, ſiue pars contra quam producitur ſit contumax ſiue abſens ut conueniri non poſſit. Sed ſi is qui produxit non conuenerit aduerſarium infra annum ex quo conueniri poterat uel ſaltem nō denunciauerit ei quòd teſtes ſint contra eum recepti. atteſtationes illæ non ualent. ne fortè hoc faciat productor in fraudem ut reus perdat probationem exceptionum quæ ſibi in perſonas teſtium competunt. uel in eo ſuper quo producuntur. ut habetur hoc totum in decre. quoniam in primo reſpon. Et idē puto cum lis mota eſt ſed non conteſtata. ¶Sed in cauſa matrimonij carnalis & ſpiritualis cum de fœdere agitur poteſt procedi ad teſtium receptionem & ſententiæ prolationem ſi de cauſa liqueat: ut in eadem decre. quoniam.§. porro. Et iſti duo caſus locum habent cum altera pars contumax eſt ſiue lite iam mota & non conteſtata. ſiue nondum mota & ex ipſa litera colligitur. Item cum agitur de fœdere matrimonij contrahendi. Et in his caſibus is qui producit non artatur conuenire aduerſarium infra annū uel denunciare ei de atteſtationibus ſic receptis ut in caſibus ſuperioribus. Item hic recipiuntur ſani & ualidi. ibi ſenes & infirmi & abſuturi. Hic ſtatim publicantur. ibi uſque ad annum conſignantur. Hic ualent poſt annum.ibi non niſi infra annum fiat conuentio uel denunciatio. ¶ Sed quid ſi agatur de matrimonio contracto. & ſeparando. Reſpondeo refert an agatur ad ſeparationem adulterij ratione.Et tunc non lite conteſtata procedi non poteſt ad teſtium receptionem, ut infra eodem tit.cap.1.in fin. An quia perpetuum ſubeſt impedimentum propter quod matrimonium non ſubſiſtat.Et tunc ſi is contra quem procedendum eſt contumax ſit uerè uel præſumptiuè procedi poteſt lite non conteſta.ad receptionem teſtium & ſententiam diffinitiuam. ut infra qui filii ſunt legi. perlatum. Et idem ſi alter non fuerit contumax ſed uagabundus ut inueniri non poſſint. ut infra qui ma.accu. poſſ.relatum. ſed ſi iuſta de cauſa ſit maritus abſens tunc contra eum procedi nō debet.ut infra eod.tit.quoniam.§.ſi uerò. Quidam tamen dixerunt illas decreta. perlatum, & relatum, fore correctas per §.ſi uero. Sed uerius puto ſic diſtinguendum eſſe ſicut ſuperius dictum eſt. Vbi uerò agitur de ſpirituali matrimonio iam contracto tene quod dicitur in.§.ſi
2 uerò in princ. ¶ Sunt † & alij caſus ſpeciales quibus ſimiliter procedi poteſt ad receptionem teſtium lite non conteſta. ut cum exceſſuum inquiſitio imminet facienda, uel cum id quod geſtum eſt petitur publicari ut infra eod. quoniam. §.ſnnt & alijinfra de teſtibus ſignificauit. & cap. Albericus. Sed magis proprie loquitur ſi in his caſibus dixero abſque litis conteſta. ideo ante litis conteſta. procedi quia in inquiſitione nō eſt

Y actor

actor uel accuſator, ſed fama loco accuſatoris habetur. & ſi aliquando quis adiuuet inquiſitionem. ut infra de ſenten. & re iudica. cum I, & A, nec libellus offertur nec conteſtatio fit. quia totum procedit ex ſuperioris officio. qui ad clamorem deſcendit & inquirit. ut 2. q. 1. deus omnipotens. Et idem eſt ubicunque proceditur ex officio iudicis, ita ut officium iudicis non ſit loco actionis. alioquin ſecus. ut ſupra de offic. iudi. c. ultimo. Item eſt ubi aliquid incidenter proponitur & probatur. Nam & tunc ante litis conteſta. teſtes producuntur ad probandum articulum incidentem. ut infra de teſtibus ueniens infra de appell. ſuper eodem ſupra de foro competent. licet. Idem eſt in cauſa appellationis cum una parte præſente proceditur, quod fieri poteſt. ut. C. de tempo. appel. l. ulti. 2. quæſtio 6. ei qui appellat. Idem cum agitur de ſtatu eccleſiæ ut infra de teſtibus. cum olim. Nam hoc obtinet cum agitur de ſtatu hominis. ut. ff. de fideicommiſſ. liber. l. in fideicommiſſarijs l. hærede. l. apud Iulianum. l. ſi legatario & l. ſi eum. §. pen. Idem eſt in caſibus ſpiritualibus infra de dolo & contu. prout. C. quomodo & quando iu. in auten. qui ſemel. Idem ubicunque eccleſia ex officio ſuo procedat. ut infra de conſang. & affi. ex literis infra de teſtibus cum in tua infra de iureiur. ad noſtram 24. q. 2. ſane profertur. Idem in quodam caſu ſpeciali. C. de pœnis. l. ne diu. ¶ Et nota quòd cum iudex uel eccleſia ex officio ſuo procedit. uel cum aliquid quod geſtum eſt petitur publicari. ut in decre. illis ſignificauit. & Albericus, uocari dicunt omnes quos productio teſtium tangit & Lædere poteſt ut. ff. de adop. l. nam ita. ff. de mino. l. in cauſæ. §. cauſa. C. ſi ſe ab hæredi. abſti. in auten. ad hæc in auten. ut ſponſali. largitas. §. ad hæc colla. 9. C. ad le. falci. in auten. ſed cum teſtator. C. de aucto. præſtan. l. ulti. ¶ Et no. quòd inter iſtam productionem cum petitur aliquid publicari per teſtes. & illam de qua loquitur decre. quoniam in princ. differentiæ multæ ſunt. Nam in illam producuntur tantum ſenes & ualitudinarij & abſfuturi hic omnes. Illa fit contra cōtumacem hic contra nullum. Illa cum lis mota eſt uel mouenda. hic cum nec mouetur nec mouenda ſperatur, ſed timetur ne aliqui moueatur. Illam facit actor hanc facit is qui ſe reum futurum timet. cogitat enim quod poterit aliquando ſibi controuerſia fieri. & ideo munit ſe ipſum. In iſta fit publicatio ſtatim, in illa fit conſignatio uſque ad annum. In hac non requiritur conuentio uel denunciatio in illa ſic. Item hæc fit præſentibus his qui lædi poſſunt illa abſentibus per contumaciam Hic atteſtationes conuertuntur in publicum inſtrumentum ſed ibi remanet in actis.

3 ¶ Nunc uideamus † quid ſit officium iudicis in contumacem ante litis conteſta. & poſt litem? Et primo uidendum eſt quot modis contumacia committatur Et eſt ſciendum quòd quinque. Primus cum quis citatur tribus edictis uel uno pro omnibus peremptorie, præſentiam ſui facere contemnit. ut. ff. de re iudi. l. contumacia 24. quæſt. 3. de illicita infra eod. tit. c. quoniam. §. porro. Secundus cùm yemens iudici non paret. Tertius cùm ante tempus diſcedit. ut 11. quæſtio. 3. certum eſt 18. diſtinct. ſi quis autem. Quartus cum ſe malitioſè occultat. Quintus cum impedit ne poſſit ad eū citatio peruenire. ut in prædicto. §. porro. & 5. quæſtio. 1. quidam. ff. de euic. l. ſi dictum. §. ſi præſente. ff. quod ui aut clam
4 l. 1. in fin. §. quòd ſi ui. † pro citato enim debet haberi is, qui procurat uel impedit ne ad eum citatio ueniat ut. ff. de reg. iur. l. ad ea. §. ſemper & l. iure ciui. & ff. de cond. & demonſtr. l. iure ciui. & l. quibus diebus. Item ſciendum eſt quod contumacia uera & eſt contumacia præſumpta. Vera eſt cum quis citatus & inuentus nullum habens impedimentum uenire contemnit, uel ueniens iudici non paret, uel contumaciter ante tempus diſcedit. Præſumpta cum quis ſolemniter citatus nec uenit nec mittit procuratorē

in termino

in termino conſtituto Sed ſi adhuc iudice ſedente pro tribunali uenerit tollitur illa præſumptio per aliam præſumptionem , præſumitur enim quòd parum audiuerit uocem præconis. ut. ff. de in integ.reſti.l.diuus. Nam uox præconis paucis innoteſcit.ut.C.quomodo & quando. in auten.qui ſemel.& propterea iudex expectare poteſt citatum in diem alterum æquitate ſuadente.ut ſupra.de offi.dele.cõ
5 ſuluit. † Nam in iudicijs & in cõpromiſſis mora purgatur.ut.ff.ſi quis cau.l.ſi poſt tres.C.de fideiuſ.l.ſancimus. Vnde ſi contingat ptocedi contra abſentem eo quòd præſumptiuè contumax habeatur. ſi poſt modũ ueniens doceat ſe abfuiſſe iuſta de cauſa reſtituitur ut.ff. &. C. ex quib.cau. ma.per totum.infra.de ſen.& re iud. cum bertoldus.Iudex cõtumaciam punire poteſt.Ideo autem dico poteſt quia nõ ſemper cogitur ut no.ſupra.de offi. dele.§. in ſumma. puniet autem per miſſionem in poſſeſſionem ſi locum habeat miſſio. ita ut in reali mittatur in poſſeſſionẽ rei petitæ. in perſonali autem pro modo debiti declarari in libello. ut.C.de epiſco.& cleri. in aut.generaliter. Nam & ſi decem in libello petuntur fiet miſſio in poſſeſſionem rei alicuius ualentis.1c.uel aliquantulum plus.quia pignus ſiue prætorium ſiue conuentionale plus debet ualere quã debitum. prius tamen examinato negocio.ut.C.de bonis auc. iudi.poſ.in aut. & qui iurat.& ſummatim ut.ff. ut in poſ. lega.l.ſi is a quo.§.1.& infrà.eo.ti. quoniã. §. ſi ſuper rebus. Nam ad miſſionem iudex feſtin re non debet.ut.ff.de dãno infec.l.ſi finita.§.ſi forte.Summariam autem cognitionem intelligo in hoc caſu forte recepto uno ex teſtibus quos actor intendit producere in principali. uel lectis inſtrumẽtis per quæ actor intentionem ſuã fundare intendit , uel recepto iuramento actoris quod non calumnioſe agat. argumen.ff.ad exhibendam.l. theſaurus. C.de fide inſtrumen.l.ultima.ſupra. de elec. cũ dilectus. Cætera de mittendo in poſſeſſionem contra contumacem ante litem conteſta. uel poſt in reali uel perſonali uel quid fieri debeat ſi locum non habet miſſio. dic ut no. ſupra.de iu.§.iudicio. & §.ſi actor.& §.ſi uero lis ſit uere conteſ.&
6 §. hæc omnia. ¶ Sed quæritur † quid obſeruari debeat in actionibus. mixtis de quibus dec.quoniam nihil dicit. ſed tantum de realibus & perſonalibus.Sũt enim quædam actiones mixtæ ut famili. ercicun.¦communi diuidundo. finium regundorum. ut inſtitu. de actio. §. quædam. Mixtæ ideo dicuntur quia ad res dantur. & quia in eis ueniunt perſonales præſtationes. In his ergo hoc ſeruatur circa miſſionem in poſſeſſionem. quia in quantum dantur ad res ſequuntur naturam realium actionum ut fiat in eis quod in realibns fieri ſolet & debet. In quantum uerò dantur ad perſonales præſtationes naturam perſonalium imitentur. & iudex procedat in eis ut in perſonalibus circa miſſionem. ut. ff. fami. er. l. item labeo.
7 §. famil. erciſ. ¶ Item † quærit quid in interdictis debeat obſeruari. Sunt enim perſonalia in rem tamen ſcripta. ut. ff. de interdictis. l. 1. §. ulti. Et puto interdicta imitari naturam realium actionum circa miſſionem faciendam. Et idem puto in actione quod metus cauſa quæ & ſi ſit perſonalis ut. ff. quod met. cau. l. metum.§.uolenti. &.§. licet.in re tamen ſcripta eſt. ut.ff. eod. titu. l. ſi cum exceptione. §. aliquando. &. §. pedius. ¶ Item
8 † quæritur quid ſi edictum uel citatio nõ perueniat ad citatum. Videtur quòd cõtumax non ſit. ut.ff.quæ ſen.ſine ap.non reci.l.1.§.item cum ex edicto. C.quomodo ex quando iud. l. ea quæ . & ideo in eum tanquàm in contumacem procedi non debet & ſi proceſſum fuerit uidetur quòd ſententia nulla ſit ut in lege prædicta.ea qui &.3.q.9.caueant. Alij autẽ dicunt ſufficit ſi diligẽs facta ſit inquiſitio licet abſens nõ ſit inuentus.ut. infra.de cle. nõ reſi.ex tuæ.infrà.qui ma.ac.poſ.c. relatũ.de nũciatione domini uel eccleſiæ facta. ut. infra.de do. & contu. ueneralis.infra. de eo.qui mit.in poſ.cã rei ſeruã.c.ſi aduerſarius.ff.de libe.agno.l. 1.in prin.ff de dã.in fect.l.4.§. prætor. 16. q.3.§.põt.in uerſ.is

autem ſollicitatis conſanguineis & amicis infra qui fil. ſunt legi. perlatum. ff. ex qui. cau. ma. l. ergo. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. hæc autem. His enim præmiſſis abſens præſumitur contumax. unde in eum tanquam contumacem procedi poteſt. ut. C. de iud. l. properandum. §. & ſi quidem. ff. de euict. l. et ſi dictum. §. ſi præſente. & l. ſi uero. ff. loca. & con. l. ité quæritur §. exercitu. Et puto hoc quod ſuperius dictum eſt uerius eſſe. Nec obſtat. §. ille item cum ex edicto. Nam ibi loquitur cum edictum propoſitum non eſt. & quod ibi ſequitur neque in noticiam peruenit abſentis ad maiorem exagerationem dictũ intelligo. ſufficiebat enim dici quod neque propoſitum eſt ad oſtendendum quòd ſentẽtia lata contra abſẽtem nulla ſit. ſed factum exagerans adiecit neque in noticiam peruenit abſentis. ſufficeret tamen ſolemniter propoſitum fuiſſe & ſi ad citati noticiam non ueniret ſic loquitur lex. C. quomodo & quãdo iudex. l. ab eo. C. ſi minor ab hæredi. ſe abſti. in auth. ſi omnes. C. de iud. l. properandum. § 1. Item non obſtat canon illæ caueant, quia loquitur de abſentibus non per contumaciam ut pote qui nec ci

9 tati fuerunt. † Item quæritur quid ſi iudex mandet parti certò die adeſſe ſi non adſit nonquid in eum tanquam in contumacẽ procedi poteſt nullo miſſo edicto. reſponſo. ſic. ut. C. quomodo & quando

10 iud. l. ceſſante † Item quæritur quid facere debeat iudex procuratore contumaciã committente. reſponſo procedet contra procuratorem & nihilominus contra dominum ſi dominus ſciens non purget eãdem. ut infra eodem tit. ca. 1. in fine. Cæterum ſi dominus ignorat cõtumacia oberit ſoli procuratori qui commiſit eam. & hoc ante litis conte. ut. ff. ſi quis ius dicenti non ob. l. 1. §. ſi procuratori. ff. quod quiſque iur. l. 3. §. 1. ff. ad le. acquiſ. l. pro inde. §. 1. Sed contumacia procuratoris poſt litis cõte. commiſſa nocet domino etiã ignoranti. ut. ff. de doli exce. l. ſi procurator. §. ſi poſt litem. Sed domino dabitur actio mandati contra procuratoré ut ſic contumacia ſua ei ſoli ſit damnoſa futura. ut dicit illa ſi procurator. in ſi. Et ſic intelligo. ff. de tributo. l. procuratoris. Sic etiam in confeſſione procuratoris obtinet. Nam ſi procurator in iudicio confiteatur. contra dominum oberit procuratori confeſſio. ut. ff. de procu. l. non ſolum, in prin. ſed domino nullum faciet præiudicium uolẽti probare contrarium. ut. ff. de interroga. ac. l. ſi ſine & l. ſi defenſor. &. ff. de confeſ. l. certum

11 §. ſed an. ¶Item † quæritur quid ſi aliquis non contumax in iudicio ſed in executione quia non patitur iudicem exequi ſententiam. reſpondeo. iudex poteſt eum de contumacia punire. ut ſupra de offi. de le. ex literis patriarchæ. ff. ſi quis ius dicenti non obten. l. 1. §. is uidetur ius dicenti non obtemperare qui quod extremum eſt in iudicio non facit. & propterea iuriſdictio delegata durat uſque ad executionem. ut. de off. dele. in literis. & infra de ſen. & re iudi. quod ad conſultationẽ.

## *Summarium*

1 *Iuramentum calumniæ quid ſit.*
2 *Iuramentũ calumniæ quid continere debeat.*
3 *Iuramentum calumniæ quando ſit præſtãdũ.*
4 *Iuramentum de calumnia & iuramentũ de malicia quot modis inter ſe differunt.*
5 *Iuramẽtum de ueritate dicenda in quo differat à iuramento de calumnia.*
6 *Iuramentum deciſorium quando deferatur.*
7 *Iuramentum præſtare qui debeant.*
8 *Iuramentum calumniæ in quibus cauſis præſtetur.*
9 *Iuramentum calumniæ an præſtari debeat in cauſis ciuilibus & criminalibus.*
10 *Iuramentum calumniæ ad quid fuit inductum.*
11 *Pœna iurare uolentis quæ ſit.*
12 *Iuramentum calumniæ quare in ſpiritualibus non præſtetur.*

¶De iuramento calumniæ. Rub.

Egimus ſupra de iudi. & de lit. conteſta. ſed quia actione in iudicio edicta & litis cõteſtatione facta ſuccedit

cedit ex ordine iuramentum de calumnia. Ideo ſubijcitur hic rubrica de iuramento calũ.¶Videamus igit quid ſit iuramẽtum calumniæ quæ in ſe capitula cõtineat. quis præſtare debeat hoc iuramẽtum. quando præſtetur, & in quibus cauſis locum habet huius iuramenti præſtatio. & quare inductum eſt hoc iuramentum.& quæ ſit pœna iurare nolentis.¶Iu
1 ramentum † calumniæ eſt cum quis iurat ſe bona fide & non calumniandi animo cauſam mouiſſe, uel quòd putans ſe bona inſtantia uti ad reluctandum cum peruenerit.ut. C. eo.ti.l.2.§.1. Sed quia poſſibile eſt quòd actor à principio non mouerit cauſam animo calumniandi. nunc autem tempore iuramenti moueat calũniosè. arg. ff.de dam.infec.l. qui bona.§. ſi quis ſtipulaturus. Ideo non ſufficit iurare de præterito ut dicat actor non mouiſſe ſed adiciat nec mouere. Et eodem modo reus adijciat quòd non calumniandi animo reſiſtat ut probantur hæc. ff. fa. ercis.l. inter cohęredes. §. ſi famil. erciſ. Vnde hoc iuramentum dicitur calumniæ ſcilicet uitandæ uel nõ committendæ. ut dicitur ſic iuramentum de malicia uitanda uel non comittenda. ut ſupra de elec. cum dilectus,ſicut dicitur alias unuſquiſque habeat ſuam propter fornicationem ſcilicet uitandam uel non committendã. Eſt autem calumnia cum quis iniuſtè ſciẽter agit uel defendit. ff. ad Turpil.l.1. §. calumniari. & 2. qu.3.§. notãdum.¶Cõ
2 tinet † autem iuramentum quædam capitula quæ his uerſibus comprehenduntur. Illud iuretur quòd lis ſibi iuſta uidetur. Et ſi quæretur uerum ſi non inficietur. Nil promittetur. nec falſa probatio detur. Vt lis tradetur dilatio nulla petetur. Hæc capitula colliguntur per uaria iura. ut.C. eo.tit.l.1. &.2.& in auth.ibi ſignato principales.in auth. uitiligantes, colla.9. in auth. de his qui ingred.ad appel. §.ulti & pe.colla.5.ff.famili.ercis.l.inter cohæredes.§.qui famiſ.her. ¶ Præſtatur
3 † hoc iuramentum ſtatim lite conteſta.ut infra eod. ti. cum cauſam. C. eo.titu.§.1. ſemel autem præſtatur in tota lite. ut.C. eo.ti. in auth. hoc ſacramentum in auth. de his qui ingred. ad ap. Vnde correcta ſunt illa iura antiqua quæ dicunt pluries poſſe de columnia iurari.ut.ff. de dam.in fe.l. qui bona.§.ſi is ſtipulaturus.ff.qui ſatiſd. cog.l. de die. §. iubetur. ff. de iureiu.l. iuſiurandum. Quidam tamen dixerunt quòd auth. quæ prohibet pluries iurari poſt litem conteſt. non tollit iura permittẽtia pluries iurari ante litem uel ſemel ante litem & ſecundo poſt litem. Sed hęc non placet quare tãtum poſt lit. conteſt. iuratur de calumnia ſicut dictum eſt hoc tamẽ fallit in quibuſdam caſibus inquibus ſecundo de calumnia iuratur.ut infra de teſti. in cauſis &.ca. pe. in auth. de teſti. §. quia uerò.colla.7.quæ auctenticæ poſteriores ſunt illa. de his qui ingred. ad app. & in alio caſu. C. de fide in ſtr.l.ul. Verumtamen dici poſſet quòd in caſibus illis non iuratur de calumnia ſed
4 de malicia.¶†Differũt autem hæc duo iuramenta in quattuor. quia iuramentum calumniæ præſtatur poſt litẽ conteſt. iuramentum de malicia ante & poſt, ante ut ſupra de elec.cum dilectus infra de excep. paſtoralis infra de reſ. ſpo. litteras, circa fi. poſt litem conteſt. ut in præmiſſis iuribus de teſti. & fide inſtru. Secundò differunt, quia iuramentum de calumnia præſtatur ſemel in tota lite uti dictũ eſt. Sed iuramentum de malicia præſtatur toties quoties quis in iudicio aliquid proponit uel poſtulat fieri ꝙ ex malicia procedere timetur uel præſumatur. Tertio quia iuramentum de calumnia tantũ modo locum habet in prophanis, ſed ſacramentum de malicia locum habet tam in prophanis quam in ſpiritualibus ut probatur per iura præmiſſa. Quartò, quia per iuramentum de calumnia prouidetur ne aliquid fiat calumniosè in tota lite Sed per iuramentum de malicia pro uidetur ne illud quod proponitur uel petitur in quo ſuſpectus habetur proponens malicioſe proponatur uel petatur. ¶Eſt & ter
5 tium † iuramentum quod in cauſis eccleſiaſticis frequẽtatur ut eſt iuramẽtum de ueritate dicenda. Sed & iſtud iuramentum

tum habet ſuas conditiones. Et differt à iuramento calumniæ in tribus. Primo, quia iuramentum de calumnia locum nõ habet in ſpiritualibus cauſis. ut infra eo. literas. ſed in temporalibus & pecuniarijs ut infra eo. ti. cæterum, cum cauſam, &. ca. ulti. Sed iuramentum de ueritate dicenda locum habet in ſpiritualibus. ut ſupra de elec. dudum. ſucceſſit. enim in defectum iuramenti de calumnia. Secundo differt. quia in iuramento de calumnia reſpondetur de crudelitate. ut in authē. de his qui ingre. ad ap. §. pe. & ul. Sed in hoc iuramento non reſpondetur niſi de ueritate. nam hoc ipſum uerbum ſonat. ut. ff. iudica. ſol. l. iudicatum. & ar. ad idem. ff. de le. 3. l. non ait. Tertio, quia iuramentum de calumnia multa continet capitula quæ iuramenta de ueritate dicenda locum non habent. ¶Vnum tamen non omitto quòd cùm iuramentum de ueritate dicenda ſucceſſerit in locum iuramēti de calumnia quia tūc iſtud præſtatur quā do illud locum non habet, putò quòd in tempore imitatur naturam illius ut præſtetur ſtatim poſt litem conte. ar. ad hoc ff. de peti. hære. l. item ueniunt. §. cū præ diximus. C. communia de le. l. 1. ¶Eſt & iu

6 ramentum deciſorium, † quod etiam in cauſis ſpiritualibus defertur reo propter periculum animæ actore non probante ut infra de deſpon. impu. continebatur, & cap. atteſtationes. Et idem in cauſis non ſpiritualibus. ut. ff. de iureiur. l. admouendi, niſi iudex inſpectis perſonarum & cauſæ circunſtantijs illud actori uiderit deferendum. ut infra de iureiu. c. ult. ſupra de renun. ſuper hoc. ſupra quod metus cauſa. c. ulti. 2. q. 1. in primis. C. unde ui. l. ſi quando in auth. de trien. & ſemis. §. ſtudium, col. 3. ff. de re mili. l. non omnes. §. ſed licet, hoc tamen plenius dicemus

7 infra de iureiur. ¶Præſtāt hoc † iuramētum principales perſonæ ut. C. eod. ti. in auth. principales infra eo. tit. c. ult. Et primo actor & poſteà reus. ut. C. eod. ti. l. 2. Nec obſtat quòd legitur inſt. de pœna temere litigam. quia ibi non ordo iurantiū ponitur ſed denotantur perſonæ quæ iurant. Iurant tutores & curatores ut. C. eod. ti. l. 2. § quod obſeruari. Et idem dico in his qui prçſunt municipis. Nam ipſi uel maior pars ipſorum iurare debent, ut. C. eo. ti. l. 2. §. hoc, & ff. de condi. & demon. l. municipibus. Licet quidā dixerunt maiorem partem ciuitatis uel ipsā uniuerſitatem iurare debere. ſed hoc difficile eſt. Iurant ſyndici & œconomi qui cauſam omnino non neſciant ut infra eo. ti. pertranſctandis. Iurant actores & defenſores uniuerſitatum ut infra eo. ti. cū cauſam. Iurat procurator datus in rem ſuam. ipſe enim eſt dominus cauſæ, nam ad eum ſpectat commodum uel in commodum. ut. 2. quæſtio. 6. biduum. §. in propria. ff. quando app. ſit. l. 1. §. in propria. C. de procu. qui ſtipendia. Iurat epiſcopus etiam in cauſa eccleſiæ ſi per ſeipſum cauſam agat ut infra eo. ti. cap. ult. propoſitis & non tactis euangelijs. ſicut cum producitur in teſtem ut ibidē & C. de epiſ. & cle. in auth. ſed iudex, præſentia enim euangeliorum terrorem inducit & ſuffragium ueritati impendit ut. C. de iud. l. rem non nouam. & ſimile. 11. quæſtio. 1. nec honore. & in auth. ut defunc. ſeu funera. §. oportet col. 5. Secus eſt cum epiſcopus hæreſim abiurat tunc enim tangit corporali tactu euangelia ut. 1. quæ. 7. quotiens cordis oculus.

8 ¶† Præſtatur hoc iuramentum poſt litis conteſt. ut ſuperius dictum eſt. Præſtatur in oībus cauſis tā ciuilibus quā criminalibus dummō non ſpiritualibus uel ſpiritualibus annexis. Et qđ in criminalibus iureſ de calumnia probatur. C. e. ti. l. 1. Nā ita dicit in omnibus cauſis cauſa autem dicitur criminalis. lis pecuniaria. ut. C. de tranſac. l. cauſa uel lites. Item ex eo quod dicit. ſiue propter quicquam aliud. Facit pro hac ſententia. C. de fide inſt. l. ult. & C. de pœna iud. qui ma. iudi. in auth. ibi ſignata nouo iure. C. de authē. præſtan. l. clarum. Et hoc dixerunt Bul. Io. Ba. Sed Mar. contra. Nam in criminalibus ſufficit ſi actor puniatur ſimilitudine ſupplicij ut. C. de accuſa. l ult. & 2, q. 3, c. 1. 2. & 3. & 4. Item lex dicit publica

blica iudicia nec quicquam ſimile habẽt cum cæteris iudicijs. ut inſti. de publicis iud. in prin. Itē in criminalibus quæ ſanguinis pœnā irrogant licitum eſt alicui ſanguinem ſuum qualitercunque redimere. ut. ff. de bonis eorum qui mor. ſibi conſciue. l. 1. Vnde in criminalibus aliquando parcitur ei qui calumniam ingerit. ut. ff. de bonis liberto. l. qui cū maior. §. ſi pœnis. Item facit pro parte iſta. C. eo. tit. l. 2. in prin. ubi dicit ſancimus
9 in omnibus litibus &c. † Puto in omnibus cauſis ciuilibus & criminalibus iurandum eſſe de calumnia. Nec obſtat lex illa. ff. de bonis eorum &c. timendum eſt enim ne accuſator probat calumnioſe. Item non obſtat lex inſti. de publi. iudi. quia criminalia & ciuilia iudicia in multis habent ſimilitudinem. in libelli oblatione, in iudicij examinatione, in ſententiæ prolatione. Dicuntur autem non habere quicquam ſimile quo ad finē. quia in ciuilibus agitur ad aliquid dandū uel faciendum. In criminalibus uerò ut reus puniatur. Item non obſtat lex. ff. de bonis eorum qui mor. ſibi conſciue. l. 1. quia illud in tranſactionibus locum habet & licet in quibuſdam criminibus permitta
10 tur trāſactio nō tamen calumnia. ¶ † Inductum eſt hoc iuramentū calumniæ ad ueritatem elliciendam. ut infra eo. cæterum. Item ut ſacramenti timore litigatorum inſtantia compeſcatur ut. C. eo. ti. l. 1. Item ut propter religionem iuramenti quis immemor non ſit ſuæ ſolutis. ut. 1. q. ulti. ſcimus. §. à calumnijs ceſſet
11 ¶ Pœna † iurare nolentis eſt ut actor cadat ab actione inſtituta per iudicātis ſententiam. reus autem pro confeſſo habeatur & condemnetur in his capitulis quæ ſunt in narratione compræhenſa. ut infra eo. ti. c. ult. C. eo. ti. l. ul. §. ult. in auth.
12 ut litigan. iurent. §. 1. in fi. ¶ † Quæritur quare in ſpiritualibus cauſis non iuretur de calumnia cum in ſpiritualibus pernicioſior ſit calumnia quàm in alijs. Nam circa maiora maius periculum uertitur. 13. di. quieſcamus. 7. q. 2. c. ul. ff. ad carb. l. 1. §. 2. Reſpondeo iuramentum de calumnia multa cōtinet, & ad multa artat iurantem. & in cauſis ſpiritualibus non eſt rigor huiuſmodi obſeruandus qui in cauſis alijs obſeruatur. ut infra de dolo & contu. ca. 1. Et propterea in locum illius iuramenti multa continētis ſucceſſit iuramentum de ueritate dicenda, ex quo nihil aliud prouenit niſi ut ueritas excutiatur. Item quæritur pone quod agā contra te rei uendicatione, tu ſcis rem meam eſſe, ſed nihilominus uis reſiſtere propter actionem de euictione nunquid ergo iurando de calumnia peccas. Videtur quòd ſic quia negas rem meā eſſe & mentiris. Item iuras quòd putas bona inſtantia uti ad reluctandum ueris. & hæc falſum eſt quia non bona inſtantia reluctaris. Quidam tamen dicunt ꝙ nō peccas ſi ideo hæc facias ut comittatur actio de euictione, in proceſſu tamen iudicij confiteberis ueritatem. Non enim uidetur dolo facere qui ideò facit ut ſibi ſtipulationem de euictione committat ut. ff. de neg. geſ. l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de iureiuran. l. ſi quis de libertate. ff. de liberali cauſa. l. qui ex libertate. Sed licet hoc ſit ſecurum quo ad actionem de euictione non tamen eſt ſecurū quo ad Deum. Et ideo laudo & conſulo ut poſt libellum porrectum confitearis ueritatem, nec de calumnia iurabis ex quo fateberis rem eſſe actoris. & non minus commitetur ſtipulatio de euictione. emptor enim honeſtè defendere debet. ut. ff. de man. l. idemque. §. generaliter. & ſuo pudore parcetur ut. ff. de manda. l. Quintus Mucius. & cauſam fauere ſi eſt iuſta. ut. ff. de adminiſtra. tu. l. quoties. §. ſicut. Et ſecundum hoc non obſtat. ff. de euictio. l. ſi rem. §. ſi duple. ¶ Et his quæ dicta ſunt de iuramento calumniæ non obſtat infra eodem titul. c. 1. Illa decre. corrigitur per ſubſequentes. Nec obſtat lex cum clerici. C. de epiſco. & cleri. nam loquitur in iuramento iudicio ſiſti.

SVMMA-

## *Summarium*

1 *Dilationes quare dantur.*
2 *Dilationes quæ dantur ad probandum.*
4 *Dilationes quæ dantur ante litis conteſtationem.*
4 *Exceptio recuſationis iudicis, an ſit dilatoria, & ante lit. conſe. proponenda.*
5 *Exceptio recuſatoria prima eſſe debet inter dilatorias, & ea omiſſa proponens alias, ad eam redire non poteſt.*
6 *Dilationes quæ dantur poſt litis conteſtationem.*
7 *Induciæ iudicatoriæ quæ ſine, & quibus dentur.*
8 *Dilationes reſtitutoriæ.*
9 *Dilationes præparatoriæ.*
10 *Dilatio in ciuilibus.*
11 *Dilatio in criminalibus.*
12 *Dilationes in ciuilibus, quæ dentur. & quæ in criminalibus. & nu. 13.*
14 *Dilationes dantur a iudice ſedente pro tribunali, & qualiter.*

### ¶ DE DILATIONIbus. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de litis conteſt. & de iura. cal. ſed quia iudicio cœpto & conteſtato. ſolent litigatores inducias poſtulare, quandoq; ad quæſtiones faciendas. quandoq; ad probationes. Idcirco ſubijcitur hic rubr. de dilationibus. ¶ In decretalibus tamen quæ huic rubricæ ſubijciuntur non agitur de dilationibus quæ dantur poſt litem conteſt. ſed quæ dantur ante litem conteſtatam. Nos tamen de utriſq; tractemus.
¶ Videamus igitur quare dilationes dantur. Et quando. Et quoties. Et quantæ.
1 Et qualiter. ¶ Vnde † ſciendum eſt quod
Induciæ primæ quæ dantur ante lit. conteſta. & dicuntur citatoriæ, dantur ad ueniendum ad iudicem Nam. infra illas inducias citatus præparabit ſe & ueniet in termino nihilominus poſt terminum. ut. ſupra de officio. delega. conſuluit. Tria autem debent eſſe edicta citatoria quorum ſingula cōtinebunt ſingulos. 20. dies, ut in auten. de litigio. §. omne colla. 8. Sed iudex ordinem edictorum & compendium moderabitur per conſiderationem temporis & perſonarum & cauſę. ut. ff. de iud. l. nonnunquàm, non tamen nulla neceſſitate inſtante peremptorium maturabit. ut. infra. eod. tit. c. 1. & de hoc plenius no. ſupra. de iud. §. iudicio. Igitur & ſi contingerit aliquam dilatoriam iudicij uel ſolutionis ſeu declinatoriam exce-
2 ptionem proponi. † Iudex dabit cōgruas
inducias ad probandum. Iudex tamen ad proponendas dilatorias exceptiones certum tempus aſſignet & ſi pars aliqua uelit poſt illud aliquam dilatoriam proponere quam non fuerit proteſtata nullatenus audiatur. niſi fortè de nouo exorta fuerit. uel is qui eam opponit fidem facit iuramento ſe poſtmodum ad illius noticiam perueniſſe. ut. infra. de excep. paſto
3 ralis. † Sunt & aliæ induciæ quæ dantur
ante litis conteſt. Et illæ uocantur deliberatoriæ, cum enim citatus uenit ad iudicem, porrigitur ei libellus. oblato & porrecto libello dantur ei induciæ. 20. dierum. in quibus deliberet reus an cedat uel contendat uel iudicem recuſet. & ſic infra illos dies iudex eſt recuſandus quod fieri poterit & ſi datus ſit fideiuſſor iudicio ſiſti quod patet ex ordine illius auten. 3. q. 3. offeratur. ſicut & poſt iuramentū de ſtando iuri poteſt nihilominus appellari. ut. infra. de app. ad hæc. Et quod dixi infra. 20. dies debere iudicem recuſari
4 recipit calumniam. † Nam hæc exceptio
dilatoria eſt & ideo ante lit. conteſta. proponi poteſt. ut. infra. de ſenten. & re iudica inter monaſterium. Sed licet hoc ſit uerum in alijs exceptionibus dilatorijs. in hac tamen quæ in perſonam iudicis proponitur dico quòd uſq; ad 20. dies computandos a die porrecti libelli opponenda eſt poſt illos autem dies non debet admitti. Nec ideo dicitur hæc exceptio dilatoria quòd uſq; ad lit. conteſta. proponatur. ſed quia ſemper ante lit. conteſta. proponenda eſt. non tamen quandocunq; ſed uſq; ad. 20. dies tantum ut dictum eſt. Item ſi quandocunq; ante lit.

contea

conteſta. poſſet opponi recuſationis ex-
ceptio quare lex diceret quòd ſi iudex
qui eſt recuſandus ſit abſens is qui recuſa
re intendit proteſtári debet coram alijs
quod habet iudicem ſuſpectum. ut. C. de
iudi. l. cum ſpetialis. hoc non alia de cau-
ſa prouiſum eſt, niſi ut tempus. 20. dierum
non cedat. & in corpore auctenticorum
dicitur in medio. 20. dierum hoc eſt. infra.
20. dies licentiam eſſe iudicem recuſare
uel repudiare. Et ſi contingat fieri litis cõ
teſta. quæ non ualet adhuc ſunt ſalui illis
dies & licebit infra illos omnia ex inte-
gro fieri. ut in auten. de exhiben. & intro.
5 §. ſcimus, colla. 5. † Et nota quòd hæc ex-
ceptio recuſatoria prima debet eſſe inter
dilatorias. unde ſi quis ea omiſſa propo-
nat alias ad eam redire non poteſt. arg.
ff. de iudi. l. ſed ſi ſuſcipit. in prin. Nam &
ſi aliquæ interlocutoriæ, pro ipſo latæ fue
rint iudicem iam approbatum non pote-
rit reprobare niſi ex noua cauſa ut ſupra.
de offi. delega. inſinuante. Sunt & quæ-
dam paternales adiectiones induciarum
quæ dantur ante lit. conteſt. ut. 5. q. 2. præ
6 ſenti. ¶ Poſt lit. † uerò conteſta. dantur
induciæ præparatoriæ quæ dantur alicui
probare uolenti infra quas præparat ſuas
probationes. Spacium autem iſtarum in-
duciarum moderandum eſt ut lex dicit. 3.
q. 3. §. ſpacium. Et hæc induciæ dantur
tam actori quàm reo. ut. 15. q. 7. ſi ante.
nec facile amplius quàm ſemel. ut. in §.
prædicto ſpacium, &. C. de dila. l. 1. niſi
forte caſus inopinatus emergat. ut. ff. de
fe. l. oratione. ff. de iudi. interdum. Sed
in crimine adulterij nulla datur dilatio
niſi ut perſonæ exhibeantur, uel niſi iudex
ex qualitate negotij motus hoc cauſa co-
gnita permiſerit. ut. ff. de crimine adulte
rij. l. in crimine. Sed induciæ deliberato-
riæ non dantur ei qui reſcriptum impetra
uit ad extraordinarium iudicem, ut ſi di-
cat uolo inducias ſuper formando libello
aduerſario autem dantur. ut. C. eodem ti.
l. ſi quando, & in prædicto. §. ſpacium. in
uer. illo: ei autem. Et quod dico actori
non eſſe dandas inducias uerum eſt niſi
quid inopinatum emergat. ut ſuperius di
ctum eſt. ut ſi ponamus contra reſcriptum
opponi aliquid in quo replicationæ opus
7 ſit de quo non potuit preuidere. † Sunt
& induciæ iudicatoriæ quæ. dantur con-
demnati & ſunt quattuor menſium. ut. in
fra. de ſenten. & re iudi. quod ad conſul-
tationem. & ſupra. de offi. delega. que-
renti. Sed heæ locum non habẽt in crimi
nalibus cauſis in quibus executio non diſ
fertur niſi in quattuor caſibus. ut notaui.
ſupra. de iud. §. partibus. ſicut nec delibe
ratoriæ locum habent in criminalibus
quia reus certus debet eſſe an uelit cri-
men confiteri uel negare, cum ſciat ſe eſ
ſe reum criminis uel innocentem. ¶ Sunt
8 † & induciæ reſtitutoriæ quibus hodie
non utimur in cauſis de facto. Olim enim
ſpoliatis uel electis & tandem reſtitutis
dabantur induciæ reſtitutoriæ, infra quas
a iudiciorum ſtrepitu quieſcebant. Et illæ
erant non minores ſex menſium nec ma
iores annò. ut. 3. q. 3. electis uel uerius e-
rant arbitrariè, ut ea. cauſa & quæſtio. ſi
9 epiſcopus. ¶ Eſt † & ſextum genus indu-
ciarum. quibus hodie ſimiliter non uti-
mur. & illæ locum habent in criminali-
bus cauſis & uocantur præparatoriæ. dan
tur enim accuſato ut infra eas præparet
ſuas defenſiones. Et illæ continent an-
num & dimidium, uel unum, annum, uel
ſex menſes, & dantur poſt litem conteſt.
& ante. ut. 3. q. 3. de inducijs. &. 5. quæſt.
2. ſi primates. Illud autem ſciendum eſt
10 † quòd in ciuilibus cauſis pro qualibet ne
ceſſaria cauſa unica datur dilatio. ut. C.
eodem titu. l. ulti. in fi. & 3. q. 3. §. ſpa-
11 cium. † Sed in criminalibus pro qualibet
neceſſitate dantur tres dilationes reo.
Duæ autem actori. ut. ff. de ferijs. l. ulti.
Et eſt ratio diuerſitatis inter ciuilia & cri
minalia quia ſolennius proceditur in cri
minalibus quàm in ciuilibus ut. ff. de quæ
ſtionibus. l. 1. §. diuus. & §. ſi quis ultro.
ff. de pœnis. l. abſentem. ff. de requiren.
reis. l. 1. C. de teſtibus. l. ſciant. &. 1. q. 8.
12 ſciant. † In ciuilibus igitur prima dilatio
dabitur ſine grandi cauſæ cognitione.
nam eo ipſo quòd prima petitur dilatio
gratia teſtium uel inſtrumentorum dan-

da eſt.niſi euidens apparuerit calumnia. Secunda uerò danda eſt ita demum ſi is qui petit probet ſe aliquo caſu impeditū fuiſſe quo minus produceret teſtes uel in ſtrumenta.ut.ff. de ferijs.l.ſi quis.§.pe.&
13 ulti.&.l. ueluti. & l. oratione.† In crimi nalibus autem cauſis pro quolibet impe dimento dabuntur duæ dilationes accuſatori. & tres reo. ſine cauſæ cognitione hoc eſt ſine impedimenti probatione. & ſic intelligo pro ſingulis cauſis ſingulas dare dilationes id eſt pro ſingulis impedimentis.ut.ff. de ferijs.l. ultima. ¶Dan
14 dæ † autem ſunt dilationes à iudice ſedē te non procedente, cum cauſæ cognitione non plenaria, id eſt non de plano ſed, magis legitimè colligatur ut ſi forte dilationis petitio fuerit improbata ſuſcepta quæſtio per interlocutoriam dirimatur.ut. C. eo.l. a iudice.

## Summarium

1 *Feriæ quare ſic dicantur. & quæ feriarum tē pore ceſſare debeant.*
2 *Feriæ qualiter diſtinguantur.*
*Quadrageſimæ tēpore in criminalibus cauſis ſunt feriæ.*
3 *Feriarum tempore quæ cauſæ agi poſſunt.*
4 *Actio ſi peritura eſt, in temporibus quibus agi non poteſt,an poſſit procedi.*
5 *Dies quando incipiat,& finiatur.*

¶De ferijs. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de dilationibus quæ dantur à iudice . nūc autem dicamus de dilationibus quæ in dulgētur à iure.& ideò ſubijcitur hic rubrica de ferijs. ¶Videamus igitur quare feriæ dicantur , qualiter diſtinguantur . quæ tempore feriarum agi poſſint. ¶Fe-
1 riæ autem dicuntur.† quia a forenſibus ne gocijs immunitatem præſtant. ut.ff. eod. titu.l. diuus. Et nihilominus præſtant im munitatem a mercantijs, cùm enim diffi cile ſit ut inter ementes & uendentes cō mertium nō interueniat peccatum . ut de pœniten. diſtin. 5. qualitas.& cap.negocium ceſſandum eſt ab his maximè diebus ſolemnibus. ut infra eod. titu. cap. 1. Ceſſandum eſt & a placitis quæ quamuis fieri liceat non tamen expedit. ut.11. quæſtione. 1. aliud de pœniten. diſtin.1. §. in euangelio.& cap. aliud. 15. quæſt.3. placita.&.C. eodem titu.l. omnes. Nullus etiam ad mortem diebus ſolemnibus duci debet. Nam quamuis non ſit peccatum iudici ſeculari iuſtè hominem occidere.ut.23.quæſ.5.qui malos.& ca.iudex & ca. ſi homicidium . quia tamen horridum eſt & miſerabile hominē perimi & quia pœnæ non irrogatæ indignatio ſolam duriciam cōtinet. ut.ff. de ſeruis expor.l. ſeruus in fi.& ideo ob reuerentiam dierum ſolemnium eſt ab huiuſmodi abſtinendum . Ceſſandum eſt etiam diebus ſolemnibus à iuramentis.ut infra eodem tit.ca.1. hoc ideo quia iuramenta à malo non credentium ſunt facta ſupra de elec. ſignificaſti . His etiam diebus ceſſandum eſt ab omni opere ſeruili ut infra eo. ti.li cet non tamen ab operibus pietatis quibus magis inſiſtendum eſt diebus ſolemnibus quam priuatis.ut infra de ſtatu. mona.cum ad monaſterium.§.in refectorio. Diebus autem dominicis & alijs præcipuis feſtiuitatibus ſiue inter paſcha & pē thecoſtē genuflexio nequaquam fieri. ut infra eodem titu.c.2.§.1.Et eſt ratio.quia dies illi iugi gaudio & continua leticia peragendi ſunt ut alias.77.diſ.ſcire. ¶Di-
2 ſtinguuntur † autem ferie quia feriarum aliæ ſolēnes,aliæ repentinæ.ſolēnes aliæ ſtatuuntur ob honorem Dei aliæ ob honorem principis . aliæ ob honores ciuitatum. aliæ ob neceſſitates hominum. Ob honorem Dei.ut ſunt dies illi qui continentur infra eo. titu. conqueſtus. in quibus dies dominicos computabis . ut infra eo.titu.c.1.&.2. ¶Dies autem quadrageſimales dicuntur ſolēnes quo ad uacationem à criminalibus cauſis. ut. C. eod.titu.l. quadraginta . Quod tamē hodie nō ſeruatur . Ob honorem ciuitatum ut ſūt dies natalicij. urbium maximarū Romæ. ſcilicet & Cōſtantinopolis.in quibus debent iura differri. quia ab his nata ſunt. ut. C. eodem titu. l. omnes . Ob neceſ-

ſitates

ſtates hominum ſolennes feriæ ſunt ge-
mini menſes . unus datur gratia meſſium
alter gratia uindemiarum. Hi duo men-
ſes conceduntur fructibus decerpendis in
æſtate & in autumno ad requiem labo-
ris id eſt ut homines quieſcãt à cauſis dũ
laborant circa meſſes , & uindemias , &
propterea appellatur indulgentior pars
anni.quia indulget infirmitati hominum
concedentes eis ad uitam neceſſaria . ut
ea. l. omnes, iſti duo menſes ſtatuuntur
à præſidibus prouinciarum diuerſis tem-
poribus ſecundum diuerſitatem locorũ .
Nam in quibuſdam locis tempeſtiuius in
quibuſdam tardius finiũtur meſſes & uin
demiæ. ut. ff. eodem titu. l. præſides . &
3 de offi. procon. l.ſi in aliam. † Omnibus
autem diebus feriatis agi poſſunt ea quæ
uoluntariæ iuriſdictionis ſunt ut.C. eod.
titu.l. actus. §. in his . Item ea quæ fieri
urget neceſſitas uel pietas ſuadet ut in-
fra eod. titu. conqueſtus. Vrget neceſſi-
tas hæc fieri ſcilicet agriculturam , puta-
tionem , foſſuram , & mundationem ui-
nearum , quod intelligo cum in alijs die
bus hæc non fieri poſſunt , ne occaſione
momenti pereat cõmoditas cœleſti pro-
uiſione conceſſa. ut.C.eod.titu.l omnes.
Item quæſtiones latronũ et maximè Iſau
rorum in quibus ſummi numinis facilli-
mè ſperatur . uenia . per quod multorum
ſalus & incolumitas procreatur . ut . C.
eo. titu.l. prouinciarum . Item urget ne-
ceſſitas appellare . unde quolibet tempo
re appellatur.ut.C. eod.ti.l. 1.In exercẽ-
da autem appellatione ſimilis eſt obſer-
uantia ſolennium & repẽtinarum feria-
rum . quia in neutris appellatio exerce-
tur.ut.C. eod. ti.l.1.& tamen non compu
tantur omnes dies.ut.C.de tempo. ap.l.2.
§. illud . Pietas uerò ſuadet dari tutores
uel curatores pupillis & alijs miſerabili-
bus perſonis.ut.ff.eo.titu.l.1.§. ſed exci-
piuntur.& l.ſequenti. Item pietas ſuadet
diſciplinam militarem , & eodem modo
ſcholaſticam & clericalem.ut.ff. eod.tit.
l.diuus . Item ſuadet ea quæ ad pacem &
concordiam pertinent. ut.C. eo.ti.l.ulti.
4 ¶Et eſt ſciendum† quòd his temporibus
in quibus agi non poteſt ſi tamen actio
ſit peritura,eatenus proceditur ut litis cõ
teſt. uel executoris conuentio fiat , ut in
prædicto.§.ſed excipiũtur. ¶In geminis
aut mẽſibus qui gratia hominum indul-
gentur agi poteſt ex conſenſu partium .
quod in diebus ſolẽnibus ſtatutis ob ho-
norem dei . principis, uel ciuitatum non
contingit.ut probantur hæc.ff.eo.ti.l.ſi fe
riatis.&.ff.de arbitris. l. ſi feriatis.C. eo.
ti.l. omnes.& infra eo.ti.c.ulti.in fi. Sunt
& quædam tempora in quibus à nuptijs
abſtinetur . ut infra eo. ti. capellanus. &
5 33.qu.3. non oportet. ¶Dies † autem in
cipit & finitur diuerſis temporibus & ho
ris ſecundum diuerſitatem eorum de qui
bus agitur . Quo ad feriandum dies inci-
pit à ueſpera & finitur in ſequentem ue-
ſperam.ut infra eo.ti.c.2.reſpõſo.1.Quo
ad ordinandum dies incipit à ueſpera &
finitur in mane ſequenti.ut 75.di.quod à
patribus . Quo ad iudicandum incipit in
ortus ſolis & finitur in occaſu cum iam
iudex honeſtè pro tribunali ſedere non
poteſt. ut ſupra de offi. delega. conſuluit
in auth. de iud.§. ſedebunt.colla.6. &.ff.
de origine iuris.l. 2. §. & quia . Quo ad
ſoluẽdum dies incipit in medietate unius
noctis & finitur in medietatem alterius ,
ut.ff. eo. titu.l. more romano. Et quò ad
treugas obſeruandas dies incipit ab ortu
ſolis & finitur in occaſu. ut ſupra de treu
ga & pace. c. 1. Quo ad ieiunandũ ſexta
feria incipit poſt cœnam diei Iouis & fi-
nitur in mane diei ſabbati & idẽ in alijs
diebus ieiuniorum . ut de conſe.diſtin.3.
de eſu.

## *Summarium*

1 *Quæſtiones diuerſæ in idem iudicium deductæ, qualiter debeant ordinari.*
2 *Accuſare unum an plures poßint.*
3 *Quæſtiones incidentes quæ dicantur, & quæ emergentes, & nu.4.*
5 *Quæſtiones præiudiciales quæ dicantur.*
6 *Agens contra aliquem de uiolenta ſpoliatione, nunquid teneatur alijs reſpondere?*

7 *Quæſtionis reſtitutoriæ priuilegia.*
8 *Agere & replicare an quis poſsit ex eodem actu.*
*Exceptio & potentior quam actio.*

## ¶DE ORDINVM COGNITIONUM. Rubr.

Hic intitulatur Rubrica de ordine cognitionum. Sed melius intitularetur de ordine iudiciorum quæ latior eſt & generalior. Nam in ea tractatur de diuerſitate cauſarum, quæ cauſa alteri præferatur. & quæ cum alia concurrit, & quæ prius & quæ poſterius ſit tractanda: & ſic intitulatur in tertio libro Codicis in quo de iudicijs agitur. Sed ſub rubrica de ordine cognitionum quæritur quid iuris ſit cum quæſtio liberalis proponitur & alia ciuilis uel criminalis. Vnde in 7. li. Codicis in quo de liberalibus cauſis agitur ponitur hæc rubrica de or. cogni. Nos tamen de natura utriuſque rubricæ aliqua ſub breuitate notemus.
1 Qualiter † autem diuerſæ quæſtiones in idem iudicium deductæ debeant ordinari, & quis ordo in diuerſis quæſtionibus ſeruari debeat uideamus. ¶Et eſt ſciendũ quòd ſi unica quæſtio in iudicio proponatur ab actore contra reum nulla eſt dubitatio, ſi uero plures quæſtiones moueat quis & eodem libello uel diuerſis cõtra unum uel diuerſos. aut omnes quæſtiones ſunt ciuiles. aut criminales. aut quædam ciuiles & quædam criminales. Si omnes ſunt ciuiles, poteſt eas etiã cõtra unum eodem libello & apud eundem iudicem intentare reſpectu tamen diuerſarum rerum. ut no. ſupra de mu. peti. §. debet autem, quod uerum eſt niſi actiones illæ ſint contrariæ. ut. C. de furtis. l. 1. C. ſi ſeruus exte. ſe. man. emi. l. 1. & de pactis inter emp. & uen. l. commiſſoriæ. uel niſi una ſit præambula ut. C. de hære. ac. l. ut debitum. uel niſi una ex ſui natura præcedere habeat aliam ut infra de cau. poſ. & proprie paſtoralis. uel niſi electione tollantur. ut. ff. de tribut. §. quod in hæredẽ. §. eligere. & ff. de lega. 2. cum filius. §. uarijs hoc tamen fallit in caſu. ff. quorũ lega. l. 1. §. quod autem. uel niſi quæſtiones ſeſe non cõpatiantur. ut. ff. de except. l. fundum & l. ſed ſi ante & l. fundi. Si uero quis uelit agere contra plures reſpectu diuerſorum factorum uel rerum & ciuiliter poteſt cum non ſit prohibitus. ut ff. de proba. l. ab ea parte. Sed ſi actor agat ciuiliter contra reum, & reus eodem modo contra actorem erunt duæ mutuæ actiones uiciſſim tractandæ ſi neutra ſit præiudicialis & eadem ſententia terminanda ut infra eo. ti. c. cum dilectus. & nihilominus habebit locum regula in proceſſu qui prior appellat prior agat. ut. ff. de iu. l. qui prior. ut not. ſupra de mu. peti. §. debet. Sed ſi congruo tempore non fuerit reconuentio facta, nõ minus rei actio ſalua manet in alio iudicio proponenda. ut. C. de ſen. & interloc. omn. iudic. in auten. & conſequenter in fi. Si uerò plures criminales cauſæ in ſimul apud eundem iudicem moueantur. aut eas mouet idem actor uel accuſator contra unum & eundem reum ex eodem facto uel diuerſis. aut contra plures reos. Si contra unum & ex diuerſis factis. licet cum non ſit prohibitum. Si ex eodem facto non licet ut colligitur à contrario ſenſu legis. C. de accu. l. qui de crimine. & ff. de accuſa. Senatus. Sed ſi moueat contra diuerſos reos poteſt. Vnus quidem ex diuerſis factis. in diuerſis libellis uno & eodem tempore duos accuſare poteſt, uno autem libello non poteſt. ſed tres etiam diuerſis libellis non poteſt. C. quia ccuſa. non poſſ. l. cum rationibus. Vel dic quòd nec duos poteſt in diuerſis libellis eodem tempore accuſare niſi ſuam iniuriam proſequatur. ut. ff. de ac. l. hos. § lege Iulia, & ff. ad leg. Iul. de adul. inter. §. maritus. Lex autem illa cum rationibus negat de tribus, quia de tribus fuit quæſitum, & eodem modo negaſſet de duobus ſi de duobus quæſitum fuiſſet. De uno autem crimine poteſt quis eodem libello plures accuſare. ut. C. ſi reus uel ac. mor. l. 1. ff. ad leg. Iul. de adulte. l. uim paſſam. §. inceſti, quod tamen fallit in accu-

in accuſatione adulterij . ut.ff.ad leg.Iul.
de adulte.l.uim paſſam.§.duos,&.l.ſi ma
ritus.§.ulti.&.C.eo.tit.l.reos.¶Sed nun-
2 quid plures † poſſint unum accuſare.Vi-
detur quòd ſic ut infra de accu. licet, in
prin.Sed uerius eſt quòd non . Cũ enim
plures ſint qui accuſare uelint iudex eli-
gere debet unum qui accuſat. cauſa ſcili-
cet cognita & examinatis accuſatorum
perſonis uel dignitate, uel ex eo quòd
intereſt,uel ætate,uel moribus , uel alia
iuſta cauſa.ut.ff.de accu l. ſi plures . Vbi
uero duo adinuicem ſe accuſant plerun-
que habet locum regula illa qui prior.&
ſic in prima accuſatio procedit & ſecun-
da ſubſiſtit . plerunque præualet ſecunda
& intermittit prima quæ qualiter & ex
quibus caſibus contingatur.not.ſupra de
mu.peti §.& quod ſuperius dixi. Vbi au-
tem ex una parte proponitur accuſatio
criminalis,& ex alia parte quærela ciui-
lis.ſiue accuſatio prior ſiue poſterior pro
ponatur præiudicat ciuili ſi ciuilis nõ ſit
præiudicialis ut.C.de or.iu.l.ulti.3.q 11.
§.aliquod.Sed ſi ciuili quæſtioni princi-
paliter propoſitæ incidat qõ criminalis .
v.g.peto à te fundum uel 10. produco in
ſtrumentũ ad probandũ intentionẽ meã.
tu excipis cõtra inſtrumentũ de falſo.uel
ſi quæſtioni criminali incidat qõ ciuilis.
v.g.accuſo te de plagio ꝙ uendidiſti ſer-
uũ meũ,tu dicis illũ fore ſeruum tuũ po-
terunt ſimul huiuſmodi qõnes terminari
ut.C.de or.iudiciorum.l. cũ ciuili. ut ta-
mẽ non intelligas pronunciari in incidẽ
ti ſed eo ipſo ꝙ pronunciatur in principa
li uideatur & in incidẽti pronunciatũ. ut
C.de or.iu.l.1.C.de ord.cog.l.2.ad.l.Iul.
de adul.l.quoniã.& ad.leg.Iul.de plag.l.
præſes infra eo.ti.cũ dilectus circa fi. &
hoc ſecũdũ Bulg.Nec ob.lex.ff.de mino.
l.intra utile.ibi.n. nõ pronunciatur in in
cidenti qõne ſed ſuper ætate & ſuper reſti
tutione in integrũ rõne ætatis , ut reſti-
tuto liceat intentare ueterem actionem.
Vnde qõ reſtitutionis non incidenter
ſed principaliter mouebatur.Et eodẽ mo
do reſpondetur ad.l.C.ad.le.Cor.de fal.
l.ubi falſi. Vbi crimen incidit, i.propoſi-
tum fuerit non incidenter ſed principali
ter.ut prædixi.Placentinus uerò dicebat
pronunciandũ forè in incidenti per.l.ff.
de iudi.de qua re niſi conditio rei uel iu-
dicis impediat.Io.& Azo.diſtinxerunt in
ter incidentes & emergentes ut in incidẽ
tibus non pronuncietur ſed in emergen
3 tibus ſic. † Incidentes autem quæſtiones
dicuntur ueteres defenſiones quæ ante
litem captam competebant reo . Ex his
quæ acta ſunt inter reum & actorem :
ut pactum de non petendo . tranſactio .
& res iudicata & ſimilia . Emergentes
uerò qõnes dicũtur quæ proponuntur ex
his quæ in lite emergunt ut cũ quæritur
an iudex ſit cõpetens uel non.an tempus
ſit aptum ad cauſas uel non . an dilatio
4 ſit danda uel non . † Et ut breuius di-
cam incidentes quæſtiones ſunt perem-
ptoriæ exceptiones emergentes dilato-
riæ . Et eſt ratio manifeſta quare in e-
mergentibus habeat pronunciari , quia ſi
non pronunciaretur in dilatorijs non poſ
ſet procedi in ſequentibus cauſæ.ſed ſecus
in incidentibus quæ principale contin-
gunt in quibus pronunciari intelligitur
dum pronunciatur in principali.Veruntа
men ſecundũ iura canonica in incidenti
bus quæſtionibus pronunciatur. ut. infra.
qui fi.ſunt le.lator.ſupra.de elec.cum di-
5 lectus.† Et no.quòd licet ſecundũ iura ci-
uilia illæ tantum ciuiles queſtiones ſunt
præiudiciales in quibus de ſtatu quæritur.
ut inſti.de actio.§.præiudiciales.tamen ſe
cundum iura canonica quæſtio ſpoliatio-
nis præiudicialis eſt, quia non patitur diſ
ſimilẽ quæſtionẽ.ut.infra.eo.ti. ſuper ſpo
liatione.Eſt enim priuilegiata hæc quæ-
ſtio ſpoliationis ut agens ex ea conueni-
ri non poſſit niſi conſimili actione , quia
tunc cum utraq; ſit priuilegiata & fauora-
bilis unam aliam non tollit nec impedit,
ſed concurrunt & eadem ſententia termi
nantur,ut duæ mutuæ petitiones, ut con-
uentio & recõuentio. ut.infra.eo.ti.cũ di-
lectus.ſupra de mutuis peti.c.1. & 2.C.de
ſen . & interlo.om.iu.l.cũ pap.& in auc.&
conſequẽter, 3 q.8.c.1.ſed ſi contra agẽtẽ
de ſpoliatione excipiatur conſimili ſpo-

ſpoliati

liatione & probetur repellitur agens . ut infra eo.ti.c.ulti. Et eſt ratio duplex. Vna, quia fauorabiliores ſunt rei quam actores.ut.ff.de act.& obl.l.Arrianus.ff. de ferijs.l.ulti.infra de proba. ex literis infra de fide inſtr.cũ inter in fi.infra de ſent.& re iu.c.ul.ff.eo.ti.l.inter pares . Item alia quia exceptiones fortiores ſunt actionibus, unde cui damus actionẽ multo fortius exceptionẽ dare debemus.ff. de ſuperficie.l.1.§.ꝙ autem , & de regulis iur. l.inutilis.§.cui damus.Ideo etiam quæ tẽporalia ſunt ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum.ff.de doli excep.l.pure.§. ulc.inſtit.eod.titu.&.C. eod. titu. l. ſi pactum . Et hac ratione quia fauorabiles ſunt exceptiones quæ dantur excõmunicatis.ut.infra.de excep.cũ inter.Et his rationibus cõtingit quòd exceptio excõmunicationis impedit actionẽ ſpoliationis , ſed actio ſpoliationis aliam conſimilem non impedit ſed concurrit ut dictum eſt.

6 † Sed ſi ego agam contra te uiolentum de ſpoliatione, nunquid ſi ab alijs conueniat tenor reſpondere? Videtur quòd ſic. Nam in hac decre. ſuper ſpoliatione , dicitur ꝙ agens de ſpoliatione nõ cogitur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere. alijs ergo tenetur. Ad quod reſpondeo. non tẽnor ſi de ſpoliatione excipiã. potero ei de eadem ſpoliatione contra unum agere & contra alios agentes excipere cum ſit generale, ſpoliatus quemlibet agentem contra ſe repellere poſſit per exceptionem . ut 3.q.1.cap.1.& q. 2. cum eccleſiæ . Ab hoc tamen generali dicto excipit . Vin. illum qui agit actione depoſiti cum enim actio depoſiti ſit adeo priuilegiata, ut nõ admittat compenſationem, deductionẽ uel doli exceptionem.ut infra de depoſi, to bona fides . C.eod.titu.l.penul.& eodem modo nec ſpoliationis exceptionẽ. Sed hoc non placet quia dum depoſitarius non inficiatur depoſitum . ſed per compenſationem ſeu deductionem conatur retinere totum uel partem per fidẽ agat. & ideo non audiatur. ſed cum ſpoliatus a principio & antequàm depoſito conſtet excipiat & dicat ſe inermem cum armato congredi nolle. ut. 3. q. 1. oportet, audiendus erit. Nam auditur aduerſus agentem de ſpoliatione ut dictum eſt. Item excipit Vin.agentem de matrimonio. Et hoc propterea quia cauſa matrimonij fauorabilis eſt. ut.infra.qui ma.accu. poſ. uidetur. & prærogatiuam habet in multis. ut. ſupra. de lite non conteſta, cap. primo. Sed certè nec iſtud approbo, Sed ſine exceptione teneo quòd exceptio ſpoliationis quemlibet agentem re-

7 pellat. ut dictum eſt. † Duo igitur priuilegia queſtionis reſtitutoriæ ſuperius aſſignaui. Vnum quia primo propoſita nõ compatitur aliam ſequentem & diſſimilẽ quæſtionem. Aliud quia primo propoſita in modum exceptionis repellit quẽlibet ciuiliter agentem. Tertium quia in modum exceptionis repellit quemlibet accuſante.& ſic intelligo. 3. q. 1. per totum. Quartum quia in modum actionis propoſita & accuſantem repellit & reſtitutionem indulget. & ſic exaudio. 3.q.2.c. 2.3.& 4. Sed ſi te primo conueniam aliqua actione ciuili & tu ſubſequenter moueas quæſtionem ſpoliationis contra me, non impeditur mea petitio ſed cum tua concurret , nunc enim quæſtio ſpoliationis aliam non compatitur. cum primo ponitur. Vel poſſum uti diſtinctione. Io. qui dixit quòd ſi ego conueniam te ſuper aliqua re. Et tu contra me agas ſuper eadem re reſtitutorio. impedietur mea actio & tua procedet. exemplum quare. infra. de reſtitu. ſpo. & con queſtione. &. cap. literas. cæterum ſi ſuper diuerſis agamus concurrunt huiuſmodi actiones ut dictum eſt. Vel ſi uelis extendere ſpoliati fauorem dicas , quòd quæſtio ſpoliationis ſiue prius ſiue poſterius proponatur, non compatitur diſſimilem quæſtionem. Et quod dixi quòd quæſtio ſpoliationis in modum exceptionis oppoſita repellit quemlibet agentem uel accuſantem , uerum eſſe intelligo cum quis ſpoliatus eſt tota ſua ſubſtantia uel maiori parte ipſius & hoc innuunt uerba canonis iudi. & inermes , ut. 3. quæſtione. 2. oportet. & uerba alterius,

terius, non poteſt exui iam nudatus ut 2.q.2.c.nullus. Cæterum ſi una reliquis ſpolietur cum habeat multa bona, & ſi poſſit expellere. ſpoliatorẽ in odium uiolenti non tamen aliũ. Item cum abſonũ uideatur & etiam multorum corda perturbet, ut ſpoliatus tota ſubſtãtia uel maiori parte ipſius excipiat contra illos qui non expoliauerunt. ut ſic impunitatẽ in ſnis criminibus ſortiatur, dum à nemine poteſt efficaciter accuſari cum forſan deſideret ſic manere. dico iudicem ſic prouidere debere ut certum tempus ei aſſignet infra quod petat reſtitutionem & proſequatur. & ſi hoc non fecerit non admittatur exceptio ſpoliationis ipſius. Nec mireris ſi in hoc caſu quis agere cõpellatur. hoc enim plerunque contingit ut certum tempus præfigatur alicui ad agendum, & poſt iſtud tempus uolens agere non audiatur ut. 5. quæſtione prima quidam infra de clandeſti. deſponſa. cum inhibitio. & argumen. C. de inge. ma. l. diffamari. C. de remiſſio. pigno. l. ſi eo tẽ
8 pore. C. de uſur. pupil. l. ultima † Sed pone quòd agam contra te de expoliatione Et tu excipis contra me de alia ſpoliatione. ego replico ex illa ſpoliatione ex qua ago. nunquid ſum audiendus. Non, quia exceptio fortior eſt & potentior quàm actio, ut ſuperius dictum eſt. nec poſſum ex eodem actu agere & replicare. Sed pone quòd replicem de alia ſpoliatione nunquid excludam exceptionem? Videtur quod ſic argumen. infra de exceptio. à nobis infra de ſenten. excommunica. in præſentia. Puto tamẽ contrarium eo quòd replicatio adiuuat actionem. Item pone quod agam contra te de ſpoliatione, & tu contra me de alia ſpoliatione, excipio contra te de tertia ſpoliatione replices de quarta quid in hoc caſu erit faciendum. Reſpondeo qua ratione admittetur exceptio eadem & replicatio & ſic ſublata exceptione per replicationem remanebit conuentio & reconuentio quæ in concurſu procedent. ut infra eo. ti. cum dilectum &. c. ult.

## *Summarium*

1 *Plus petitur quatuor modis.*
2 *Pœnæ plus petentium quæ ſint.*

## ¶ DE PLVS PETITIONIbus. Rubrica.

QVia plerunque in iudicijs plus petitur quam debeatur ideo ponitur hic rubrica de plus peten. uel plus petitionibus. ¶ Videamus igitur quot modis plus petatur. Quæ ſit pœna
1 plus petentium. ¶ Et † eſt ſciendum quod quatuor modis plus petitur cauſa tempore, re, & loco. Exempla non pono quia ponitur infra eod. ti. c. uno. §. re quoque.
2 ¶ † Pœnæ autem plus petentiũ heæ ſunt olim ita ſeruabatur in his pœnis. Nã quocũq; modo actor plus peteret cadebat à cauſa, nec reſtituebatur niſi eſſet minor uel niſi lapſus eſſet aliquo errore probabili. ut ſi petebat ex teſtamento totum legatum cuius pars adempta erat in codicillis de quibus actor ignorabat. ut inſtitu. de actionibus. §. ſi quis agens. Hodie non ſic in pœnis proceditur. Sed ſi quis plus petat ex cauſa iudicium nõ procedet, ſed condemnabitur actor ad omnes expenſas in triplum & omne damnum quod pertulit reus occaſione huiuſmodi conuentionis. ut inſti. de ac. §. ſed hæc quidem. Si quis autem tempore plus petat iudicium non procedet, & punitur actor in hoc, quia reo duplicantur induciæ conuentæ ad ſoluendum & adueniente tempore ſolutionis. nõ aliter reus tenebitur reſpõdere actori. quàm ſi actor ei reſtituat omnes expenſas quas facit reus occaſione illius temeræ citationis. ut hic & inſtitut. de except. §. temporales. ¶ Vbi autem loco plus petitur, ut cùm petis à me ut ſoluam tibi hoc loco cum conuenerit inter te & me. quod in alio loco ſoluerem. & hoc caſu procedet iudicium ſi in foro competenti agatur. quamuis in ſuperioribus non procedat. & ueniet in arbitrariam actionem, hoc eſt in tua actione arbitrabitur

trabitur iudex quanti intereſt mea non hic ubi agitur ſoluere ſed ubi conuenit ut.ff. de eo quod certo loco.l.1. Varia ei ſunt precia rerum per ciuitates & regiones, pecuniæ ſub grauioribus uſuris dantur in uno loco quàm in alio.ut.ff.eodem titu.l. ideò. Et nihilominus condemnabe ris mihi in triplum eius quod impendi no mine ſportularum. ut.inſti. de acti. §. ſed hæc quidem. Cum autem plus petitur re. non procedet petitio. & condemnabitur actor in triplum eius quod reus expendit, ut inſti. de actio. §. triplici. Sed ſi quis ſu per maiori quantitate quàm ſibi debeatur cautionem exegerit & in iudicio plus pe tierit ſi pæniteat & calliditatis & fraudis ueritate confiteatur diſpendio debiti non grauetur. ſed in expenſis quas fecit reus punietur. & in triplum ſecundum Azo.licet Placen. dixerit in hoc caſu in ſimplú. qui enim ſic fecit non petijt ſed petere uoluit.ut ff.rem ra. haberi. l. amplius. Si uerò præſiſtat in certamine. & tandem per teſtes de falſa quantitate adiecta conuincitur. puniatur in toro debito. ſed ſi non arguatur per teſtes. ſed ipſe confiteatur condemnabitur in expenſis ut dictum eſt & probatur. C. de plus pet. l. una. Sed etiam in ſuperioribus caſibus. ita demum pœna locum habet ſi actor in iudicio duxerit perſiſtendum.ut.infrà. eo. c. uno. in prin. Item ceſſat pœna conſtitutionis illius.C.eo.tit.l. una cum actor conuincitur ſuper cautione in maiori quantitate exacta. & conuictus ante ſententiam uel poſt tranſigit cum reo ſuper pœna. Item ceſſat cum actor exegerit cautionem in plus ſed reus in iudicio confeſſus eſt ſe totum debere quod in cautione continetur. & hoc eſt quod in fine illius conſti. adijcitur tranſactionibus & ſecundis confeſſionibus ſuam firmitatem. Sed ſi actor nõ fateatur nec arguatur de falſa quantitate in cautione adiecta. ſed in probatione illius quantitatis deficiat: creditur quod pœna non ceſſet. quia tunc uera quantitate priuabitur.

## *Summarium.*

1 *Queſtiones poſſeſſoriæ tot ſunt, quod ſunt interdicam poſſeſſoria.*
*Iure dicta poſſeſſoria quæ ſint, & quibus & contra quos dentur. & nu.3.*
2 *Hæres de iure ciuili & bonorum poſſeſſor de iure prætorio quomodo intelligatur.*
4 *Interdictum quid ſit. & unde dicitur.*
5 *Interdictum & actio audeant.*
6 *Interdictorum quedam ſunt ſimplicia, quædam duplicia.*
7 *Poſſeſſorium & petitorium an & quando poſ ſint, ſimul intentari. & nu.9.*
8 *Cauſa accisa de proprietate, an poßit agi de poſſeßione.*
10 *Poſſeßionem inducit binus actus, uel etiam unicus.*

## ¶DE CAVSA POSSESSIOnis & proprietatis. Rubrica.

SVperius tractatum eſt de ordine cogni. Sed quia dubitari ſolet quis ordo ſeruari debeat cum quæſtio poſſeſſionis & proprietatis a diuerſis partibus uel ab eadem in iudicio proponitur. Ideò ſubijcitur hic rubrica de cauſa poſ. & propri. ¶ Videamus igitur quæ ſunt quæſtiones poſſeſſionis. Item qui queſtio poſſeſſionis concurrat cum queſtione proprietatis ſiue a diuerſis partibus ſiue ab eodem proponatur utraq;. Item qui non cõ
1 currant. ¶ Eſt igitur ſciendum † tot eſſe quæſtiones poſſeſſorias quit ſunt interdicta poſſeſſoria, ſunt autem interdicta poſſeſſoria hæc adipiſcendæ poſſeſſionis. retinendæ ac recuperandæ. Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis datur bonorum poſſeſſori hoc eſt ei qui eſt loco hæredis.
2 † Eſt enim hæres de iure ciuili & bonorũ poſſeſſor de iure prætorio. Cum enim prætor non potuit ſuo beneficio hærede facere. quia hoc legis eſt uel ſenatuſconſulti uel conſtitutionis. fecit quod potuit. ſcilicet bonorum poſſeſſorem quem loco hæredis conſtituit. ut inſtit. de bo.poſ. §. quos autem. Et eſt utriuſq;. id eſt, hæreditatis & bonorum poſſeſſionis idem effectus. Sed

ctus. Sed in hoc differunt. quia hæreditas nititur auctoritate legis. bonorum poſſeſſio auctoritate prætoris Item aditio hæreditatis non deſiderat auctoritatem iudicis uiuentis ſed bonorum poſſeſsio requirit auctoritatem & præſentiam iudicis. Datur igitur bonorum poſſeſſori interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis. quod appellatur bonorum datur contra poſſeſſores uniuerſitatum. ut. ff. quorum bonorum.l.1.§.interdictum hoc. & contra poſſeſſores rerum ſingularium ut.ff. de furtis.l. hoc amplius. dummodo non contra corporum poſſeſſores.ff.quorum bonorum. l. 2. Nec ob. quod dicitur.ff. quorum bonorum.l.1.§.hoc.interdictum reſtitutorium eſt & ad uniuerſitatem bonorum non ad ſingulas res pertinet. Quod ei ibi dicit non ſingulas res ſubaudio tantum. Sic etiam petitio hæreditatis datur pro una re tantum. ut. ff.
3 de peti. hære.l. licet.† Eſt & interdictum ſaluianum adipiſcendæ,poſſeſsionis cauſa comparatum. eo quòd utitur dominus fundi de rebus coloni quas is pro mercedibus pignori futuras pepigiſſet ut inſtit. de interdic.§. interdum.Retinendæ poſſeſsionis cauſa comparata ſunt interdicta. uti poſsidetis. & utrobi. cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit & ante quæritur. uter ex litigatoribus poſsideat uter petere debeat, quia niſi ante exploretur utrius poſſeſsio ſit non poteſt petitoris actio inſtitui. quia ciuilis & naturalis ratio facit. ut alius poſſidenti. & alius a poſsidente petat. ut inſtitut. de interdictis. §. retinendæ. ſed uti poſsidetis locum habet in rebus immobilibus. utrobi in rebus mobilibus. ut inſtitut. eod. titu. §. ſed interdictum. Et eſt interdictum recuperandæ poſſeſsionis quod datur alicui ui eiecto a poſſeſsione cui etiam datur beneficium conſtitutionis illius. C. unde ui. l. ſi quis in tanta. Item agi poteſt lege Iulia de ui pub. uel priuata. ſi tamen armis uel ſine armis facta ſit eiectio. ut inſtitut. de interdic. §. recupe-
4 randæ. ¶ Interdictum † autem nihil aliud eſt quàm quædam uerborum ſolemnis cõceptio quibus prætor aliquid fieri iubebat uel prohibebat. quod tunc maximè faciebat cum de poſſeſſione uel quaſi inter aliquos contendebatur. ut inſtit.de
5 interdictis in princ. † Si quæras an idem eſſet interdictum & actio, cum & actio eſſet quædam formata uerborum conceptio. ut. C. de formul. & impetra. ac ſubla.l. una, reſpondeo non? quia ſolemnitas actionum erat inducta a iure ciuili. Solemnitas interdictorium a iure prætorio. Erat & alia differentia inter actiones & interdicta. quia uerborum ſolemnitas qui attendebatur in actionibus non formabatur in ſingulorum perſonis, ſed erat generaliter formata in perſonis omnium. Sed in interdictis quot erant homines qui uolebant agere tot uerborum conceptiones formabantur, quibus contra ſuos aduerſarios in cauſis ſuis utebantur & has conceptiones interdicta uocabant & ob hoc poteſt quilibet ſtudioſus ſcholaris per ſe notare quia interdictis uariantur uerba ſecundum demonſtrationem perſonarum. ut.ff. de tabul.exhi.l.1.ff. ne quid in loco pub.l.1.ff. de ui & ui ar. l. 1. in prin. hodie autem nulla eſt differentia inter interdictum & actionem. ut inſtit. de interdictis.§. ulti. Dicitur autem interdictum. non ab interdicendo uel prohibendo.ſed quia inter duos. ut inſtit. de interdictis.§. ſicut tamen. ¶ Et eſt interdictum actio in factum prætoria ut inſtit.eo. tit.§. ult.
6 ¶ Item † interdictorum quædam ſunt ſimplicia in quibus alter actor eſt. alter reus. qualia ſunt reſtitutoria aut exhibitoria. Duplicia ſunt in quibus par utriuſq; litigatoris conditio eſt nec quiſquam actor uel reus præcipuè intelligitur.ſed unuſquiſque tam rei quàm actoris partes ſuſtinet. ut inſti.eo.ti. §. tertia.& §. duplicia.&.ff.
7 de interdictis. l. 2. ¶ Nunc † uidendum eſt quæ quæſtio poſſeſſionis poſſit concurrere cum quæſtione proprietatis. Et eſt ſciendum quòd licet ſecundum iura ciuilia iſtæ, duæ quæſtiones ſeſe non compatiantur. ſed prius agenda ſit cauſa poſſeſſionis & demum proprietatis. ut. C. de

rei uen. l. ordinarij. C. de interdictis. l. in certi. C. quorum bonorum. l. ul. ff. de iudi. l. ſi de ui. Aliæ autem leges dicunt ꝙ ſuſpenſo petitorio intentari poteſt poſſeſſorium ab eodem & coram eodem iudice. ut. ff de ui & ui ar. l. cum fundum. §. cum qui. ff. de acqui. poſ. l. naturaliter. §. nihil. quas leges dominus Io. ſic intellexit ſicut prima facie ſonare uidentur. dicens decre. qui contrarium dicunt nullatenus ſtare poſſe ut eadem perſona poſſet utrunque iudicium intentare. nam ordo tunc ſeruandus eſt ut dicebat. ut prius cauſa poſſeſſionis expediatur. Sed Mar. & alij intellexerunt. ll. illas locum habere in interdicto uti poſsidetis & utrobi. qui non concurrunt cum rei uendicatione ab eadem parte. qui enim tenet poſſeſſionem per uti poſsidetis & utrobi. excludit ſeipſum a contraria petitione rei uenditionis. ut. ff. quando ap. l. ſi procuratorio. §. ſed ſi alius. C. de fur. l. 1. C. ſi ſeruus exte. ſe. mā. eo. l. 1. uendicatio enim non datur poſsidenti. ut inſtit. de ac. in prin. immo potius alterius parit actionem in rem. ut. C. de alie. iudi. cauſa mu. fac. l. una. Et hoc uerum eſſe dicebant niſi renunciaretur rei uendicationi. quia tunc procederet interdictum uti poſſidetis. uel niſi quis reponat rei uen. ignorans ſibi competere interdictum & ſic intelligebant legem illam naturaliter. §. nihil. Sed in interdicto recuperandæ poſſeſſionis ſecus illud. Sed ſecundum iura canonica qui circa hoc in ſimplicitate procedunt quæſtio poſſeſſionis cum quæſtione proprietatis concurrunt. ſiuæ utraque ab eadem parte. ſiue ſingulæ a diuerſis partibus proponantur. ab eadem parte poteſt proponi quæſtio recuperandæ poſſeſſionis & proprietatis. ut. infra. eod. tit. ad ultimum cum eccleſia ſutrina. cum ſuper electione. cum dilectus. infra. de teſtibus ſignificauerunt. in fi. Item a diuerſis partibus concurrunt quæſtio proprietatis & quæſtio poſſeſſionis retinendæ, ita ut unus agat de proprietate alius de poſſeſsione uti poſsidetis uel utrobi. ſic agitur inter dominum & fructuarium. ut. ff. uti poſsidetis. l. ulti. ſic fit cum unus uendicat ſeruitutem. & alter tuetur poſſeſſionem. ut. ff. uti poſside. l. ſi duo. §. ſi uicinus. & hoc cum uendicans eſt in poſſeſſione ſeruitutis ut ibi patet. Sed opponitur. egi utroque iudicio petitorio & poſſeſſorio & in utroq; obtinui. appellaſti a ſententia lata ſuper proprietate, ab alia non, & ſic facta eſt executio ſuper reſtitutorio & data eſt mihi rei poſſeſsio confirmatur ſententia lata ſuper proprietate a iudice appellationis. quæritur qui erit utilitas huiuſmodi confirmatoriæ. Reſpondeo declaratoria dominij. non autem tenebitur aduerſarius meus reſtituere mihi poſſeſsionem quam habeo. cum nec poſſideat. nec dolo deſierit poſsidere. Item ſi egero petitorio poſſum redire ad interdictum recuperandæ, poſſeſſionis pendēte iudicio petitorio. ut. infra. eo. c. paſtoralis. Sed hoc recipit calumniam ſi enim deſiſtam a petitorio quod incepi & trāſeam ad nouum iudicium inchoandū ſuper poſſeſsione, reus poteſt a iudice implorare ut in petitorio procedatur per legem. C. quomodo & quando. iu. autē. qui ſemel. quod locum habet ſiue lis fuerit conteſtata in petitorio ſiue cepta nō ſit ut ibi dicit. Et tunc concludetur in principali. hoc eſt in prætorio, & non erit locus interdicto ſiue quæſtioni poſſeſſoriæ poſtquàm in proprietate fuerit concluſum aut renunciatum. ut in c. paſtoralis. Sed dominus Io. & alij qui dicunt ꝙ hæc duo iudicia poſſeſſorium & petitorium non concurrunt. exponūt uerba illa pendente iudicio. qui ſunt in decre. illa paſtoralis & in l. cum fundum. §. eum qui. ff. de ui ui. ar. Item dicunt quòd iſtud quod dicitur in decre. & in l. ut actor, dimiſſo prætorio tranſeat ad poſſeſſorium locum habere non poteſt niſi cum reus non uult ut in petitorio procedatur, alias oportet in eo procedi ut dictum eſt, uel oportet cedi uel renunciare liti petitoriæ ut iam. dixi. Et eodem modo intelligebant quod dicitur. infra. de teſtibus ſignificauerunt. ſuſpenſo petitorio ſupplebant ipſi renunciato. Nos autem non ſic. dicimus enim quòd

is qui

is qui rei uendicatione incepit poteſt redire ad interdictum recuperandæ poſſeſſionis pendente iudicio proprietatis. id eſt ſuſpenſo & non dimiſſo, ut dicit illa ſignificauerunt. cum enim hoc in odium uiolenti ſit inductum & in fauorem ſpoliati. non conuertetur ad damnum eius. ut. C. de legibus & conſtitu. l. quod fauore. Nec obſtat authentic. qui ſemel quæ locum habet in contumace. ¶ Item pone quòd is qui agit de proprietate litem conteſtatus eſt. non poteſt probare. reuertitur ad quæſtionem poſſeſſionis recuperandæ. quid proderit ei poſſeſſorium. cum aduerſarius inſtare poſſit ut pronuncietur in petitorio. ut. ff. de iudi. de qua re infra. eodem titul. cum ſuper. C. quomodo & quando iu. auten. qui ſemel. & ſi pronuncietur in petitorio pro reo quamuis pronuncietur in poſſeſſorio pro actore uidetur quòd ſententia lata in poſſeſſorio ſit ſine fructu. quia in executione debet proprietas præualere. ut. infrà. eo. cum dilectus. reſpondeo ex quo de iuris permiſſione licet actori redire ad poſſeſſorium. ut hæc permiſſio ſit fructuoſa. dicam non poſſe procedi in petitorio niſi actore inſtante. uel ſi procedi poſſet inſiſtente reo. adhuc quòd proderit actori ſententia ſuper poſſeſſione ferenda quo ad fructus & intereſſe. ff. de ui & ui arma. l. idem eſt. §. ulti. & l. ſi plures. §. deiectum. ¶ Item pone quòd egi contra te interdicto unde ui. uel conditione ex illo canone reintegranda. 3. q. 1. obtineo reſtituitur mihi poſſeſsio nunquid hæc ſententia oberit uiolento in quæſtione proprietatis. ut uictus in poſſeſſione non poſsit agere contra me de proprietate reſpondeo non puto hoc fieri, poſſe ex ui interdicti ſeu conditionis ex canone, quia hæc nudam poſſeſsionem aduocant. ſecus ſi actum eſſet conditione ex illa. l. C. unde ui ſi quis in tanta. ſententia igitur lata in poſſeſsione non præiudicabit in proprietate. quaſi per hoc uideatur pronunciatum in proprietate. C. de ſenten. & interlocu. omn. iudi. l. poſt ſententiam. Sed nunquid in hoc caſu poterit excipi contra uiolentum ex illa conſtitutione. ſi quis in tanta. Puto quod ſic. ut. C. de excep. l. licet. Sed caue tibi quia ex uiolentia clerici uel prælati non daretur conditio ex. l. ſi quis in tanta. uel ex canone reintegranda. uel exceptio contra eccleſiam quo ad proprietatem. propter regulam illam. delictum perſonæ non debet redundare in damnum eccleſiæ 6. q. 6. ſi epiſcopum Item ubi concluſum eſt uel renunciatum in cauſa proprietatis. cauſa non deciſa redire non poteſt ad poſſeſſorium iudicium. ut. infra. eodem titulo paſtoralis. Et eſt ratione li-
8 tes litibus inculcent † Sed nunquid cauſa deciſa ſuper proprietate poterit agi de poſſeſsione. Reſpondeo ſic propter fructus & intereſſe. ſicut uideo quòd fructuarius eiectus agit interdictio etiam poſt uſufructum finitum. ut. ff. de ui & ui arma. l. idem eſt. §. ultimo. & l. ſi plures. ¶ Item quæritur quid ſi eiectus non agat interdicto unde ui infra annum a die eiectionis, nunquid poſt annum agere poteſt uidetur quod non. quia hoc interdictum annale eſt. ut. ff. de ui & ui arma. l. 1. in princip. & infra annum utilem competit ut in ead. l. §. annus. unde anno expirat ſicut. & cætere prætoriæ actiones ut inſtitut. de perpe. & tempo. ac. in princip. Ad quod reſpondeo. prætoriæ actiones temporales ſunt quo ad pœnam. perpetuæ autem quo ad rerum proſecutiones. ut. ff. de ac. & obli. l. in honorarijs. ſic & in interdicto unde ui. & ſi quo ad ea quæ in prædio erant non competat poſt annum. ad rei tamen proſecutionem hoc eſt ad prædij reſtitutionem. perpetuò datur. ut in prædicta. l. in principio. Sed condictio ex illo canone reintegranda. perpetuo datur & ad omnia. conditione temporis. captiuitate. dolo. aut uiolentia non obſtan. ut in eodem canone continetur. ¶ Item dictum eſt. ſupra quod

9 † interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis datur bonorum poſſeſſori. Sed opponitur. Nonne quis per bonorum poſſeſ. efficitur dominus rerum hæreditarium. quo modo ergo adipiſcetur per interdictum quorum bonorum, quod iam adeptus eſt per bonorum poſſeſ. Reſpondeo per bonorum poſſeſ. adeptus eſt iam dominium ſed non poſſeſſionem. ſicut in additione hæreditatis contingit. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes. & ideo neceſſarium eſt interdictum. ¶ Vnum non omitto quod cõtinetur infra eo. paſtoralis ſcilicet quòd is qui rem uẽdicare incepit poteſt redire ad interdictum adipiſcendæ uel recuperã dæ poſſeſſionis. alijs poſſeſſorijs iudicijs ſuo robore duraturis, quæ uẽdicationem dominij ſui natura præcedũt. Solet enim multum dubitari quæ ſint illa iudicia. Et poteſt dici quòd ſunt hæc ſcilicet interdictum de liberis exhi. & interdictũ de tabulis exhibendis. hæc enim ex ſui natura præcedunt uendicationem dominij. ſunt enim præambula, & præparatoria uendicationis. Prius. enim liberi. exhibentur. deinde agitur de iure perſonarũ ut. C. de lib. exhi. l. 1. Et idẽ eſt in interdicto de tabulis exhibẽdis. Prius. n. tabulæ exhibentur. deinde relictũ in talibus uendicatur, ut. ff de tabu. exhi. l. locũ. §. ſolent. Vnde qui non exhibet condemnatur habita æſtimatione eius quod in tabulis eſt relictum ut. ff. eo. ti. l. locum. l. condẽnatio. Ad iſta igitur qui de ſui natura præcedere habent dominij quæſtionem non eſt regreſſus poſt intentatã uendicationem. Vel poteſt dici quòd hæc sũt illa iudicia ſcilicet interdictum uti poſſidetis & utrobi. ad quæ redire nõ poteſt is qui rem uendicare incepit propter cõtrarietatem petendi quam ſuperius aſſignaui ſupra eod. §. nunc uidendum. Nec ob. l. ff. de acqui. poſ. l. naturaliter. §. nihil. quæ dicit dari interdictum uti poſſidetis ei qui rem uendicare incepit. Nam illa ſic intelligitur ſcilicet cum quis prius renunciat actioni in rem quam inſtituerat. uel cum ignorans ſibi compere interdictum rei uendicationem intentat. Et quod de his duobus interdictis ſcilicet uti poſſidetis uel utrobi. loquatur illa litera. alijs poſſeſſorijs iudicijs &c. ſi ex litera illa elicio ſuperius tractauit eadẽ decre. de interdictis acquirendæ, & adipiſcendæ poſſeſſionis: in quibus dixit cum qui rem uendicare incepit poſſe ad interdicta redire antequam in iudicium proprietatis renunciatum ſit, aut concluſum poſtmodum autem quaſi de oppoſitis interdictis loquendo dicit alijs poſſeſſoris &c. hæc autem interdicta ſcilicet uti poſſidetis & utrobi ſunt oppoſita illis ſcilicet unde ui & quorum bonorum. Nam hæc ſunt retinendæ. illa uerò acquirendæ poſſeſſionis. Sed huic intellectui aliquantulum aduerſatur quod in litera dicitur ſubſequenti. alijs poſſeſſorijs iudicijs ſuo robore duraturis quæ uẽdicationem dominij natura præcedunt. hæc enim interdicta ut poſſidetis & utrobi non præcedunt rei uendicationem. Ad quod reſpondeo hæc duo interdicta cum rei uendicatione in eodem iudicio non concurrunt. ſed præcedere poſſunt & ſubſequi. ita ut in diuerſis iudicijs proponatur. unde quod ibi dicit dominij uendicationem natura præcedunt. ſubaudi uel ſubſequuntur.

10 ¶ In ſumma † notandũ eſt quòd per duos actus intelligitur quis eſſe ĩ poſſeſſione uel quaſi. ut infra eo. cum olim. Nã binus actus nedũ poſſeſſionem uel quaſi. ſed etiam cõſuetudinem inducit. ut. C. de epiſco. aud. l. 1. in fi. 25. q. 3. ita nos. & multo fortius trinus. ut infra. eo. ti. cum eccleſia ſutrina. C. de fideicommiſ. l. 1. Sed nunqnid per unicum actum acquiritur poſſeſſio. Reſpondeo ſic. Sicut. enim per unicum actum perditur. ut ſupra de conſti. cum. M. ferra. infra de præben. & dig. pro illorum, ſic & acquiritur & retinetur. ut. C. de ſeruitu. & aqua. l. cum talis. nam & aqua dicitur quotidiana quæ una die ducitur. ut. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. quod accidunt. & ſi miſero tignum in parietẽ tuũ ſtatim incipio poſſidere uel quaſi ſeruitutem ut. ff. de ſerui. urba. prædi. l. ſeruitutes quæ in ſuperficie.

## *Summarium*

1 *Spoliatio quid ſit.*
2 *Generaliter reſtituendus quilibet ab alio quã a ſuo iudice ſpoliatus.*
3 *Reſtitutio quando fieri debeat.*
4 *Reſtituenda quæ ſint.*
5 *Reſtitutio ut peti poßit, quatuor ſunt prodita remedia.*
6 *Intellectus ad c. reintegranda. 3. q. 1.*
7 *Intellectus ad ca. bonæ memoriæ de appellationi.*
8 *Emens bona fide, ab eijciente, aliquem uiolenter, an præſcribat.*
9 *Prius de poſſeßioneq; de uiolentia cognoſcendum eſt.*
10 *Actio de uiolentia prius expediri debet quam de proprietate.*
11 *Cauſa poſſeßionis prius & poſteà proprietatis terminari debet.*
12 *Poſſeßio de iure naturali eſt inducta, ſed de iure ciuili approbata. & hic habes aliqua de natura poſſeßionis.*

## ¶DE RESTITVTIONE SPOLIATORUM. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de cauſa poſſeſſionis & proprie. ſed quia cauſa reſtitutionis poſſeſſoria eſt. ideo ſubſequẽter annectitur hic rubrica de reſtitutione ſpoliatorum. ¶Videamus igitur quid ſit ſpoliatio, quis poſſit & debeat reſtitu. quando facienda eſt reſtitutio. & qualiter & in quibus caſibus ceſſet
1 ¶Spoliatio † eſt poſſeſſione rei immobilis uiolenta & iniurioſa deiectio uel mobilis rei ablatio. Violentia propterea dico quia ſi quis ſponte poſſeſſionem ſuam renunciauerit uel ipſam abiuret. reſtitutio locum non habet ut infra eo. ti. accepta ſupra de renunc. ſuper hoc. ubi enim quis ſe nolle poſſidere conſtituit protinus poſſeſſionem amittit. ut. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. ſi uir. & l. ſi quis in. §. eſt differentia. & l. poſſideri. §. in amittenda. ¶Iniurioſa propter hoc adijcio quia nõ quotieſcunque quis de poſſeſſione uiolenter eijcitur iniurioſe eijci intelligendus eſt. ut cum quis alium eijciens incontinenti & qua ſi bello continuato reijcitur, nam & ſi per uiolentiam excludatur non tamẽ reſtituitur. ut infra eo. olim. 3. q. 1. §. pa-
2 tet. C. unde ui. l. 1. ¶Generaliter † reſtituẽdus eſt quilibet ab alio quam à ſuo iudice ſpoliatus ut hic. & in multis decre. & 3. q. 1. per totum. ſic & a iudice ſine iuris ordine ſpoliatus. ut infra eod. ti. cum ueniſſet, & ca. conquerente. quamuis enim præſumatur pro iudice in his quæ in iudicio fiunt ſupra de renun. in preſentia infra de teſtibus. cum a nobis infra de ſen. & re iudi. ſicut. ff. de ſtatu. ho. l. in genuũ. ff. de in ius uo. l. adoptiuum. §. 1. Quod tamen hodie determinationẽ recipit. ut infra de proba. quoniam contra falſam. Non tamen ſic prẽſumitur pro his quæ extra iudicium fiunt. & ideo ſi prælatus præter figuram iudicij ſpoliet ſiue priuet. facienda eſt reſtitutio ac ſi peteretur a priuato. & ſic intelligo decre. præallegatas. Cæterum ſi in figura iudicij à ſuo ordinario quis priuetur. & priuatus petat reſtitutionem tãquam uiolenter eiectus nõ eſt audiendus. ſed prius eſt. ut inquiratur cauſa priuationis quare ordinarius ſic priuauit. ut ſi inueniatur quod iuſta de cauſa priuauit. confirmetur priuatio aliquin infirmetur. & ſic intelligo. 2. qu. 1. notum. & 7. q. 1. præſentium. Et quod dixi generaliter reſtituendum ſpoliatum eſſe in tãtum uerum eſt. ut nõ obſtet exceptio criminis ut infra e. ti. item cum quis, uel nõ canonicæ inſtitutionis. ut infra eod. ti. in literis. & 6. qu. 3. denique hoc tamen fallit in multis caſibus in ſpoliato à iudice in figura iudicij. ut dictum eſt & probatur. 2. qu. 1. notum. 7. q. 1. præſentiũ. Item ſi quis intruſus fuerit in Romanã ſedem & eiectus non reſtituitur. ut. 3. qu. 1. §. patet. Item deſtitutus propter ſuſpicionem dilapidationis non reſtituitur ante cognitam ueritatem de dilapidatione. ut 3. q. 2. quia ea hodie tamen recipit correctionem. quia ſuſpectus de dilapidatione non deſtituitur ab adminiſtratione niſi

probata fuerit ſuſpicio. ut infra de Simo. licet. Item impedit reſtitutionem criminis enormitas. ut. 2. q. 5. ſuper cauſa. & infamia. ut. 2. q 5. præsbyter. criminis euidentia ut. 2. q. 2. ſcelus, & q. 1. de manifeſta. & infra de accu. euidentia. Item impedit reſtitutionem crimen ſimoniæ. ut infra de ſimo. accuſans, & cap. tanta. Itẽ contumacia. ut. 3. q 9. decernimus. Item ſcandalum. ut. 4. q. 6. hoc quippe. Item rei abſentia ut infra eo. ti. conſultationibus. Item cũ eijciens incontinenti eijcitur ut dictum eſt in prin. Item cũ ſpoliatio obijcitur in modum exceptionis ut ſupra de or. cog. cum dilectus. Item ſecundum quoſdam ſi aduerſarius in continenti uelit probare de proprietate. ut. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. C. de edicto di. ad tol. l. ul. in fi. ff. ad Carb. l. 3. §. cauſæ. ff. ut in poſ. lega. l. ſi is à quo, in prin. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. 1. ff. de doli excep. l. dolo facit. Sed certe qui ſic dixerunt errauerũt. Nã leges ſuperiores loquuntur uel in èxhibitione. uel immiſſione in poſſeſſionẽ, quæ cũ ſummaria cauſæ, cognitione fiũt. & quia leuiter fiunt leuiter impediuntur per obiectum dominij. Lex autem illa dolo facit, locum habet in petitorio & hoc innuit. uerum qui id petit &c. Sed ubi quis petit reſtitutionem qui priuilegiata eſt, ut ſupra de or. co. cap. ul. in qua deſideratur plena cauſæ cognitio. ut ſupra de offi. deleg. conſultationibus. ſicut non de facili datur ſic nec de facili impeditur. ut infra eo. ti. in literis &c. item cum quis, & hæc ſententia confirmatur infra e. ti. literas & infra de ſenten. & re iud. ſuborta. Item impedit reſtitutionẽ rei iudicatæ exceptio. ut. 2. q. 6. §. diffinitiua. Itẽ exceptio iuſiurandi uel pacti ſecundum quoſdam, ut infra eo. ti. accepta. Item ubi ſubconditione quis poſſedit ut infra eo. ti. olim. Itẽ ſi ex gratia uel præcario, quis poſſedit. ut 10. q. 3. quia cognouimus infra de exceſ. præla. cum à quorundam. Item ſi poſſedit ut colonus. ut. ff. de ui & ui ar l. cum fundũ Item inter uirum & uxo. hæc ſunt quæ reſtitutionem impediunt ſeuicia uiri. ut infra eod. ti. ex tranſmiſſa ſupra ut lite non conte. ca. 1. & 32. q. 1. de benedicto. Itẽ ſi in continenti offeratur ſuper conſanguinitate probatio ut infra eod. ti. literas. Itẽ ſi eiectus adulteretur poſt eiectionem. ut infra de diuor. ſignificaſti. Item ſi uxor in iudaiſmo repudietur ut ĩfra de diuor. gaudemus. Item ſi is qui dicit ſe eiectum nõ habuit poſſeſſionem iuris. ut infra e. ti. ex parte. uel habuit poſſeſſionem ſed per uiolentiam, ut infra de ſponſa. cum locum. Hi ſex caſus quatuor uerſiculis compræhenduntur. Si non continuit. ſi mox probat impedimentum. ſit quæ uir auſterus. Moyſi ſit lege relictus. Si non poſſedit iuſtè, uel ſi uiolenter. Pulſus. & iniuſtè. ius

3 perdit reſtituendi. ¶ Eſt autem † facienda reſtitutio ante principalis cauſæ ingreſsũ ut infra qui fil. ſunt legi. cauſam. Principalem cauſam intelligo cauſam criminis. ut infra eodem tit. Item cum quis uel nõ canonice inſtitutionis. ut infra eod. titu. in literis uel cauſam petitoriam. ut infra eod. titu. conquerente. Et ſic intelligo omnia iura dicentia ſpoliatum debere reſtitui ante cauſæ ingreſſum ut 2. q. 2. per totum & 3. quæſ. 1. per totum. Alibi autem dicitur ſpoliatum, debere reſtitui ante omnem contentionem ut infra eo. ti. c. 1. Non autem intelligas ante ingreſſum cauſæ principalis reſtitutionis. nã & illa cauſa principalis uocatur. ut infra eo. ti. item cum quis. quia in illa fieri debet litis conteſtatio et probatio poſſeſſionis & eiectionis ut ſupra de offi. dele. conſulationibus & hoc ante reſtitutione quæ cum plena cauſæ cognitione debet fieri ut dixi ſupra

4 in proxi. §. ¶ Reſtituenda ſunt igitur † omnia & in eo loco unde abſceſſerant fundi tus reuocanda ſi ad loca. alia ſunt trãslata ut. 3. q. 1. reintegranda, Reuocanda in quã ſumptibus uiolenti. ut. ff de rei. uen. l. ſi uero. non tantum autem res ablatæ ueniunt in reſtitutionẽ. ſed & dãna & fructus percepti à uiolento & quæ percipi potuiſsẽt à uiolentiã paſſo ſi ei poſſidere licuiſſet. ut infra e. ti. grauis. Itẽ omnes cõmoditates & utilitates quas habiturus & cõſecuturus fuiſſet eiectus a die eiectiõis. ut. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. ex die &. §. nõ ſolũ. Dãna

uero

uero ꝓbabunt per iuramentũ eiecti. ut. C.unde ui.l.ſi quãdo 2.q.1.i primis ſupra quod met.cauſa.c.ult.interueniente taxa tione iudicis. ut.3.q.3.§.ſpaciũ,in uerbo. quod fieri.ff.ad exhib.l.2.§.2.quæ taxatio fieri habet ante iuramentum nõ poſt. ut in aut.de iudicibus.§.oportet,colum. 6. Et ſic correcta eſt lex uetus.ff. de in li tem iur.l.uideamus.§.pen. in fin. Fructus autem percepti probari habent licet per cipiendi & aliæ utilitates à iudice extimantur. ut.ff.de ui & ui ar.l.1.§.non ſolum. Et ſecundum hoc plenariè facienda eſt reſtitutio. ut.2.quæſ.2.per totum. hoc enim importat uerbum reſtitutionis ut.ff.de uerb.ſign.l.cum prætor. ¶ Et eſt

5 ſciendum † quòd quatuor ſunt auxilia prodita per quæ peti poteſt reſtitutio. actio. interdictum. conditio ex canone. iudicis officium. Actione petitur reſtitutio. ut actione quod metus cauſa. per quam petitur reſtitutio contra quemlibet poſſeſſorem. ut no. ſupra quod metus cauſa.§. in ſumma. Actione de dolo petitur reſtitutio contra illum qui dolo fecit, ſed contra hæredes agitur in quan tum ad eos peruenit ex de dolo defuncti ff.de dolo.l.ſi plures & hæc actio de dolo competit ut reſtituatur & ſuper hoc fertur una ſententia. ſi autem non reſtituatur, defertur actori ſacramentum in litem,& ſuper hoc fertur ſecunda ſentẽ tia. & idem ſeruetur in actione quod me tus cauſa. ubi uerò certum eſt doloſum non poſſe reſtituere protinus condemnã dus eſt ad intereſſe. ut.ff. de dolo. l. arbitrio. Reſpon.1.&.§.1. Per interdictum datur reſtitutio contra illum qui uim fecit,uel mandauit fieri, uel factam ratam habuit. ut infra eodem titu. cum ad ſedem.ff.de ui & ui ar.l.1 §.ſed cum quis. Conditione ex illo canone uel dec. ut in fra eod.tit. ſæpe contingit. agitur contra ſucceſſorem uiolen.quæ ſcienter rem de tinet uiolentam. Item conditione ex illa decre.infra de appe. bonæ memoriæ agitur contra quẽlibet poſſeſſorem apud quem res fuerit uiolenta. Conditione uerò ex illo canone.3.q.1.reintegranda. agitur generaliter aduerſus poſſeſſores rerum quas aliquis noſcitur perdidiſſe quacunq; conditione temporis.aut capti uitate,aut dolo,aut uiolentia maiorũ, & per quaſcunq; iniuſtas cauſas.& hoc ſiue ſint res eccleſiæ ſiue propriæ.ut ibidẽ. Iu dicis officio petitur reſtitutio cũ aliquis propter abſentiã perdit rem ſuam de qua agitur.ff.ex qui cau.ma.& poteſt agi con tra quẽlibet poſſeſſorẽ ut 16.q.3. porro. &.c.1.actione.Et ſecundũ præmiſſa non obſtat lex.ff.de ui & ui ar.l. cũ à te'. quæ dicit nõ dari interdictũ aduerſus eum ad quẽ tranſlata fuerit res uiolenta uerum eſt.n quod non datur interdictum, quia interdicta ut ipſa perſonalia ſunt ut.ff.de interd.§.interdicta. Sed dantur conditiones ex canone uel ex decre.ſicut ſuperius dictũ eſt.uel officiũ iudicis.Sed inter canonem & decre. differentia eſt notanda.

6 †Nam canon ille. reintegranda generalis eſt qualitercunque & quomodocunq; quis amiſerit rem propriam uel eccleſiæ apud quemcunque & in quocunque loco fuerit conſtituta decre. illa ſæpe contingit. requirit ſcientiam ſucceſſoris. ut cum quis ſciente à ſpoliatore rem receperit uiolentam. tunc quia ſpoliatori ſuccedit in uitium eo quod non multum interſit quo ad periculum animæ detinere iniuſtè ac inuadere alienum. competit conditio contra talem. & hoc de nouo inducitur per decre. illa quia conſideratur uitium in ſucceſſore ſingulari.quod in ſucceſſore uniuerſali ſolet cõiter obtinere ut.C.de acquir.poſ.l.uitia.ff. de diuer.& tempora. præſcript.l. cum hæres. ff.de acquir.poſ.l. Pomponius.§. 1. ſecus in ſingulari quæ in uitium non ſuccedit. ut.ff.de diuer. & tempo.pre.l.ad uitium.

7 † Sed decre. illa bonæ memoriæ ſimpliciter loquitur & poſſet reduci ad intellectum illius, ſæpe contingit. Vel dici poteſt quod in illa bonæ memoriæ exuberauit officium iudicantis. uel fortè actum fuit conditione ex canone reintegranda. Veruntamen cum is qui ſcientiã allegat probare habeat. ut ff.de proba. l. uerius, graue ſit probare ſcientiam

alienam

alienam . non reputo cœtum agi condi-
tione ex illa decret . ſæpe contingit. pu-
to tamen eſſe tutum agi officio iudicis ex
canone re integranda. ¶Sed quid ſi te de
poſſeſſione uiolenter eieci & alius à me
emerit bona fide nunquid præſcribet. Vi
detur quòd ſic. lex.enim Plaucia & Iulia
ea demum uſucap. uenit quæ ui poſſeſſa
ſunt. non ea ex quibus aliquis ui foret
eiectus.ut.ff.de uſucapio.l. non ſolum.§.
ſi dominus &.§. ſed nihilominus . Item
hic concurrunt ea quæ in præſcriptione
canonica requiruntur ſcilicet titulus &
bona fides cum quibus præſcriptio proce
dit.ut infra de præſcrip. ſi diligenti infra
de probatio. licet & infra de deci. & pri-
mi.dudum. Ad hoc reſpondeo quòd quæ
ſtio iſta determinanda eſt per decre. illã
infra eodem tit.ſæpe contingit.ut ſi em-
ptor ante completam præſcriptionem rẽ
nouerit uitioſam intelligatur in uitium
9 ſucceſſiſſe . & ideo non præſcribat.¶ † In
ſumma notandum eſt quod ſi de uiolen-
tia criminaliter & de poſſeſſione ciuili-
ter per interdictum agatur prius de poſ-
ſeſſione quam de uiolentia cognoſcen-
10 dum ut.C.de app.l.prius. † Si agatur de
uiolentiam & proprietate . prius de uio-
lentia quam de proprietate . ut infra eo.
11 ti.in literis.ff.de iudi.l.ſi de ui . † Si autẽ
agatur de poſſeſſione & proprietate .
prius cognoſcendum eſt de poſſeſſione
quam de proprietate ut.C. de rei uend.
l.ordinarii.C.de interdic. l. incer. ideſt ,
quia & ciuilis & naturalis ratio perſua-
det ut alter poſſideat & alter à poſſiden
te petat. ut inſti.de interdictis.§. retinen
dæ.Sed quamuis hoc magis ordinarium
ſit,& ordinarium , tamen ſecundum iura
canonica ſimul ab eodẽ intentatur utrun
que ſcilicet interdictum unde ui & rei
uendicatio à diuerſis autem interdictum
uti poſſidetis & rei uendicatio. ut no. ſu
pra de ord. cog.§. nunc uidendum . ¶ Et
quia de natura poſſeſſionum multa & ua
ria proponuntur de multis pauca & in
12 ſumma dicamus . Sciendum † eſt igitur
unam eſſe poſſeſſionem ſcilicet naturalẽ
ideſt inductam de iure gentium ſed ap-
probatam de iure ciuili & extenſam . &
hoc reſpectu dicitur duplicem eſſe ratio
nem poſſidendi. ut.C. de acq. poſſ. l. ne-
mo ambigit . Si enim de prædio exeam.
nec ſit prædium in conſpectu meo reti-
neo poſſeſsionem ſecundum quoſdam
ciuilem ſecundum Azo. naturalem ſed
ciuiliter . ſicut & prætoria actio dicitur
ciuilis auctoritate & extenſione ut.ff. de
noxali.l.electi.§.ſi abſente. Vnde ſi alius
ingrediatur prædium habet poſſeſsionẽ
naturalem ſed clãdeſtinam. Credit enim
uel credere debet me ſibi controuerſiam
moturum ut.ff.de acqui.poſſ.l.clam poſ-
ſideri.1.reſpõſo. & illa poſſeſsio prode-
rit ei contra alios . Nam habet interdi-
ctum uti poſsidetis aduerſus alios . ſed
contra me qui naturaliter poſsideo iu-
ris ciuilis auctoritate ut dictum eſt ſibi
non proderit . ut.ff.uti poſſ.l.1.in fin.niſi
ego ueniens non admittar ab illo clande
ſtino poſſeſſore uel niſi ſuſpicar poſſe re-
pelli. ut in.l.clam poſsideri.§.qui ad nun
dinas . quia tunc clandeſtinus efficitur
uiolentus : ut ibi dicitur &.ff. eod.l. ſi id
§.quod auten. ſed & ſi per alinm poſsi-
deam ſcilicet per colonum uel inquili-
num ut in.l.ſi id quod. uel per uicarium .
ut ſupra de reſcript. ex parte ſupra de of-
fic. iudic. cap. 2. ſeu per penſionarium.
ut infra eodem titu. cum ueniſſet ſi ille
deceſſerit uel de poſseſsione receſſerit
non amitto poſseſsionem. ut.ff.eod.titu.
l.ſi de eo. niſi ueniens &c. ut ſupra . Sed
ſi is per quem dominus poſsidet eiicia-
tur uel alij poſseſsionem tradit perdit
dominus poſseſsionem.ut.ff. de acquirẽ.
poſs.l.poſsideri. §. quòd ſi ſeruus. C. eo.
titu.l.ex liberis . Et hæc omnia locum ha
bent in rebus immobilibus . nam circa
mobilia ſecus eſt. In eis enim omiſſa &
neglecta cuſtodia inducit amiſsionem
poſseſsionis . ut.ff.de acquiren. poſſeſ.l.
ſi rem mobilem . imò eo ipſo quòd quis
ſe conſtituit nolle poſsidere perdit poſ-
ſeſsionem.ut no.ſupra eod.tit.§.1.

# Summarium

1 *Dolus malus quid ſit, & quare in hac rubr. ſubaudiatur de dolo malo nu.4.*
2 *Mendacium quid ſit, & quomodo comittatur fallacia.*
3 *Machinatio qualiter comittatur.*
4 *Dolus bonus quid ſit.*
5 *Contumacia quid ſit.*
6 *Actio de dolo qualiter & contra quos detur.*
7 *Actio de dolo & biennalis. ſecus eſt in exceptione doli.*
*Perpetua ad excipiendum temporalia ſunt ad agendum.*
8 *Remia quæ prodita ſint contra contumaces.*
9 *Contumax à diffinitiua non auditur appellans.*
10 *Miſſo in poſſeßionem qualiter ſuccurratur, ſi non poßit nanciſci poſſeßionem propter dolum uel potentiam partis aduerſæ.*
11 *Contumax qualiter quis conſtituatur.*

## ¶DE DOLO ET CONTVmacia. Rubr.

IN ſuperiori rubrica tractauimus de eiectis & ſpoliatis ui & potentia ſpoliatorum. In hac uerò rubrica tractatur de fatigatis in iudicio dolo & contumacia. Et eſt ſubaudiendum in rubrica malo. ſic enim intitulatur in. C.ſ. de dolo malo. ¶Videamus igitur quid ſit dolus. quare ſubaudiatur in rubrica malus. Item quid ſit cõtumacia & quæ remedia ſint contra doloſos & contumaces. ¶Do-
1 lus malus † eſt caliditas, fallacia, machinatio ad circunueniendum falendum decipiendum alterum adhibita. ut.ff. eod. titu.l.1.§.1. Committitur autem caliditas in fraudem tacendi. Vnde Salomon. Qui diſſimulat iniuriam calidiſſimus eſt. & exempla ponere potes ſupra de reſcri. ſuper literis. & in concordantijs ibi notatis. C. ſi contra ius uel utilitatem publicam.l. præſcriptione 15. q. 2.§. præſcriptione.ff.de act. emp. & uend.l.1.&.l.te-
2 netur.§.ult.& penult. † Fallacia committitur in mentiendo & falſum aſſerendo contra conſcientiam unde ait Aug. Mendacium eſt falſa ſignificatio uocis cum intentione fallendi. ut 22.q.2.§. ille ergo. & lex dicit falſitas eſt mutatio ueritatis. ut in authent. de fide inſtrumen. in princip.col.7. Tamen & in hoc membro dicitur committi caliditas tam ex parte loquentis quam eius ad quem ſermo dirigitur. ut 22 q.5.§. ex his omni-
3 bus. † Machinatio committitur in arte uerborum nt.22.q.5. quacunque arte uerborum, exemplum.ff.de act.emp.& uen. l.Iulianus.§.Idem Iulianus. Nam machinatio eſt occulta inſidiatio. unde maritus qui uitæ inſidiatur uxoris dicitur machinari in mortem uxoris. ut infra de eo qui dux. in matri. quam pol.per adul. ſignificaſti. Et eodem modo adultera dicitur machinari in mortem legitimi. ut
4 infra eo.ti.c.1.& 2. ¶Ideo† autem ſubauditur in rubrica de dolo malo. quia eſt dolus bonus quem quis committit in hoſtē. Nam dolus eſt uirtus quã quis in hoſte requirat.ut 22.q.2.utilem ſimulationem &.c.quæritur 23.q.8.ut pridem. Vnde nil refert armis contingat palma dolove. ut tamen etiam hoſtibus ſeruetur pactum à ducibus belli factũ. ut.ff.de pac. l.conuentionem 22.q.4.innocens. Nam hoſti fidem ſeruanti fides eſt ſeruanda.ut 23.q.1.noli.nedum quis alienam perfidiã arguat propriam fidem ſoluat. ut in ca. innocens. Item dolus bonus eſt quæ fraudem excludit ut. ff.de leg.2.l.cum pater, §.titio.unde ueteres dolum ſolertiam appellabant. & propterea dicitur quis bonæ indolis, ideſt, bonum dolum intus habens.i.ſolertiam & ingeniũ.¶Contuma-
5 †cia eſt inobedientia & contemptus cum quis tribus edictis uel uno pro omnibus peremptorio citatus præſentiam ſui facere contemnit.ut.ff.de re iudi.l. cõtumacia, uel ueniens mandato non paret. ut.ff. ſi quis ius dicen. non obtempe.l.1. &.ff.
6 de app.l.creditor.§.iuſſus. ¶ † Ex dolo alicuius datur doli actio ſi nulla alia ſupereſt ciuilis uel honoraria, quoniam famoſa actio non temerè debuit à prætore decerni, unde ceſſat hæc actio ſi quod

aliud ſupereſt remediũ, ordinariũ uel ex-
traordinariũ.ut.ff.de dolo.l. 1. cum l ſeq.
& propterea dicitur hæc actio ſubſidiaria,
quia in ſubſidium datur cũ deficit omne
aliud auxiliũ ſicut dictum eſt. Datur autẽ
hæc actio aduerſus doloſum, ſiue ſingula-
rem, ſiue collegium, ſiue corpus, munici-
pium, uel uniuerſitatẽ, licet hæc difficul-
tas contingat ut uniuerſitas conſentiat in
dolo uel metu uel conſimilibus commit-
tendũ.ut.ff de orig.iur.l.2.§. deinde. quia
difficile, eſt & ideo dicitur, quid enim mu
nicipes dolo facere poſſunt.ut.ff.eodem ti
tu.l. ſi ex dolo.q.d.difficile eſt propter na
turalem facilitatem hominum ad diſſen-
tiendum &c.ut.ff. de arbi.l.item ſi unus.§.
principaliter.huiuſmodi enim interroga-
tiones non impoſsibilitatem ſed difficul-
tatem notant ſeu uarietatem: ut ibi. Eſt pa
ctum ad mortem quis orabit pro eo. quis
medebitur incantatori uulnerato a ſerpẽ-
te. Si ſacerdos peccauerit quis orabit pro
eo? quis putas eſt fidelis ſeruus & prudẽs.
ut de pœn.diſt.1.c. importunæ.§. quod au
tem. Item quid in omnibus peccatis adul
terio grauius.ut.32.q.7.quid in omnibus.
& ſimile.ff.cõmoda.l.ad eos.ff. loca.l. ſed
& damno. Datur & exceptio quæ genera
liter eſt contra omnem agentem etiam ſi
ab initio quis non dolo faciat prætextu i-
gnorantiæ facti ſed poſtmodum certiora
tus in litem improba perſeueret. ut. ff. de
do.excep.l.2.hanc exceptionem nullus tẽ
porum curſus excludit.ut.ff.de doli exce.
7 l.purè.§.ul.¶ Actio † de dolo eſt biennia
lis. ut.C.eo.ti.l.ult.& arbitraria. ut inſti.
de acc.§.præterea. & famoſa ut dixi. ſu-
pra.in.§.ex dolo. ¶ Nec mireris ſi exce
ptio doli ſit perpetua actio tam breuis ui-
tæ. quia qui perpetua ſunt ad excipiendũ,
temporalia ſunt ad agendum.ut no.ſupra.
de reſcrip.§.durat reſcriptorum auctori-
tas. Solet autem diſtingui legaliter & ſcire
non eſt inutile. licet tota materia ſit lega
lis refert enim quia aut dolus adhibetur
in contractu, aut extra contractum. Si in
contractu ſiqui ẽ det cauſam contractui
bonæ fidei. hoc eſt quia deceptus nõ erat
alias contracturus niſi dolo ad contrahen
dum fuiſſet inductus. ipſo iure non tenet
contractus ſi hoc uelit allegare deceptus
ſi autem ex eo contractu uelit agere po-
teſt.ut ff.eod.ti.l.eleganter. ff. de mino.l.
in cauſæ, & .ff.de iur.dot. l.ſi res.§.1. Si ue
rò deceptus neſciens dolum admiſſum
rem tradit.eandem repetit actione de do
lo. Vnde ait Irne proceſsit uenditio ut in
firma. ſecuta eſt traditio ut infirmanda
per actionem de dolo. ut. ff. eodem titu.
l. arbitrio.&.l.quod uenditor. &. l.ſi lega
tarius. Vbi autem deceptus eſt alias con-
tractus ſed dolo alterius decipitur ut in
minori precio contrahat tenet uenditio.
ſed dolus purgatur per actionem ex eo
cõtractu etiam ſi unius nummi deceptio
ſit.ut.ff.de ac.emp.& uen.l. Iulianus. §. ſi
uenditor. & §. idem Iulianus. &.ff.de do
lo.l. ſi quis affirmauerit, ſed ſi dolus dat
cauſam contractui ſtricti iuris uel etiam
ſi incidat in contractum tenet contractus
ſed obſtat exceptio inquantum ſibi uelit
patrocinari dolum. ut. C. de inuti. ſtip.l.
dolo uel metu. ſed ubi decepto non po-
teſt conſuli per doli exceptionem uel
alio modo datur ei actio de dolo ne mo-
retur in damno.ut.ff. eo. tit. l. eleganter.
§. ſeruus. Vbi autem quis decipitur in
contractu bonæfidei re ipſa. id eſt, non
ex propoſito alterius & ſi improprie dica
tur res ipſa in ſe dolum continere tenet
contractus. Sed ſi contrahens decipiatur
ultra dimidium iuſti pretij aget deceptus
uel reſcindatur contractus uel ut ſup-
pleatur iuſtum prætium data electione
decipienti. ut. C de reſcin. uen.l. 2. in-
fra. de emp. & uen. cum dilecti. & cap.
cum cauſa. & hoc per actionem ex eo
contractu. & ſic perpetuò ſecundum A-
zo. uel ſecundum alios officio iudicis im-
plorata in integrum reſtitutione.ut.C.ex
quibus cau.maio.l. in contractibus. & ita
agetur uſq; ad quadriennium.ut.ff.de tem
po.in integrum reſti. l.ſuperuacua. Sed ſi
deceptio non eſt ultra dimidium iuſti
precij tolleratur. licet enim cõtrahenti-
bus naturaliter ſe ad inuicem circonueni-
re.ut.ff.de mino.l.in cauſæ.§. ult. ff. loca.
& condu.l.item ſi precio. §. ult. Si autem

re ipſa

re ipſa inſit contractui iuris deceptio uel dolus obſtabit doli exceptio ut.ff.de uerbo. obliga.l.ſi quis cum aliter. Quidam tamen intellexerunt.l. illam cum in contractu bonæfidei interpoſita fuerit ſtipulatio. Vbi autem dolus adhibetur extra contractum. ſiquidem cadat in ſpeciale nomen maleficij.ut furti.ui bo. rap. iniuriarum.non agetur actione de dolo. ſed illa ſpetiali quæ prodita eſt ex eo crimine. hæc enim actio de dolo adeo ſubſidiaria eſt ut nunquàm competat cum alia ciuili uel prætoria ordinaria uel extraordinaria. ſed demum cum nullum aliud iuris remedium ſupereſt datur ut dixi. ſupra

8 eod. §. ex dolo. ¶ Contra † contumaces prodita ſunt hæc remedia, reus contumax ante litem. conteſt. patitur miſsionem in poſſeſsionem ſiue agatur contra eum realiter ſiue perſonaliter, infra annum miſsionis non recuperat poſſeſsionem, niſi reſtitutis expenſis, & præſtita cautione de iure parendo. poſt annum efficitur de poſſeſſore petitor. Item contra ipſum abſentem proceditur ante litem conteſt. uel poſt. litem inquantum iura permittunt. In his autem in quibus miſſio locum non habet patitur excommunicationem.ut. ſupra. ut lit. non conteſtatæ. Actor uerò contumax patitur abſolutionem rei ab obſeruatione iudicij nec auditur cauſam reſumens. niſi reſtitutis expenſis. Item contra eum proceditur quatenus iura permittunt. ſicut in reo dictum eſt. In criminalibus uerò reus conueniat excommunicatur ante lit.conteſta. & ſi. infra alienum. a die excommunicationis non uenerit non auditur in principali· ſed pro conuicto habetur interpretatione iuris. Sed ſi poſt lit. conteſta. contumax fuerit. ſi liquere poteſt de ca uſa proceditur contra eum ad diffinitiuam. ut. 3. quæſtio. 9.¶ decernimus. ſalua tamen diſtinctione legis. ff. de pœnis. abſentem. Accuſator autem contumax ante lit.conteſt. excommunicatur poſt litem uerò ſi ex contumacia non probat quod obiecit de calumnia notatur.Sed ſecundum iura ciuilia reus cõtumax in criminali patitur bonorũ annotationẽ infra annum. poſt annum confiſcationem.ut.C.de requi.re.l.quicunq;.&.ff. eo.ti.l.ul. De his autem omnibus pleniſſimũ notatũ.ſupra.de iud.§.iudicio.cũ tribus ſequentibus.§.uſq; ad.§. partibus auten. & notatur ſupra ut lite non conteſt.§.iudex cum ſequentibus.§. uſque ad.§. item

9 quæritur. ¶ In ſumma † notandum eſt quod contumax à diffinitiua non auditur appellans. ut.C. de iudi. §. cum autem 24. quæſtio. 3.de illicita. niſi ueniat adhuc iudice pro tribunali ſedente. ut.ff. de in integr. reſtitu.l.diuus. Et hoc locũ habet in contumace in non ueniendo. contumax autem in non faciendo, puta in non exhibendo auditur appellans

10 ut.ff.de app.l. creditor.§. iuſſus. † Item notandum quod ſi is qui in poſſeſſionem mittitur non poſſit nanciſci poſſeſsionem corporaliter propter dolum ſiue potentiam aduerſæ partis licet ſecundum iura ciuilia. puniri poſsit nam omnibus magiſtratibus conceſſum eſt iuriſditionem ſuam defendere pœnali iuditio. ut.ff. ſi quis in ius uoc. non ierit.l.2.&.ff. ſi quis ius di. non ob.l.1. in princ. tamen ſecundum iura canonica temperatur iſte rigor. ita ut ſi quis miſsionem paſſus uelit cauere de parendo iuri non puniatur pœna legali. puto tamen quòd in expẽſis condemnabitur.ut.infra.eo.tit. ex literis. & c.finem & infra de pœ. calũniam. Itẽ tẽperatur rigor iuris ciuilis in hoc ut miſſus non agat ad intereſſe cõtra impedimẽtum ex illo edicto.ne uis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt. Quod uerum eſſe intelligo niſi iuſticia periclitetur. ut. infra. eo.ti.c.1.Puto autem periclitari iuſticiam re perempta in qua facta eſt miſsio cum apud miſſum peritura non eſſet. Nam tũc in ſubſidium ageret etiam ſecundum canones quanti intereſt miſſi fuiſſe in poſſeſsionem corporaliter. ff. ne uis fiat ei qui in poſ. miſſus eſt. l. 1. §.hæc uerba.& ff. uti poſ. l. ſi duo. §. ulti. ſicut alias re perempta uel uſucapta agitur in ſubſidiũ actione nego. geſt. ut. ff. de neg. ge.l. ult. Sic ergo paſsus miſsionem eleuatur

à pœna per cautionem ut dictũ eſt, quod locum habet anno miſſionis inſtãte. Nã eo finito nõ eſt locus cautioni ſed miſſus efficitur uerus poſſeſſor. ut infra eo. t. contingit. quod ideò contingit, quia miſſus fictione iuris medio tempore poſſidere uidetur. ut. ff. de bo. auc. iudi. poſſi. l. quamuis.
XI ¶ † Itẽ nota. quòd licet ſufficiat denũciari iudici uel eccleſiæ quantum ad conſtituendum aliquẽ contumacem. ut infra eo. ti. cauſam & infra eo. ti. c. ult. infra tit. proxi. c. ult. infra de cleri. non reſi. ex tuæ ff. de libe. agno. l. 1. in prin. ff. de dam. infec. l. 3. § prætor. plerunq; tamen requiritur quis in tota prouincia. ut infra eo. ti. cum olim imò aliquando extra prouinciã. ut infra qui fi. ſint legiti. per lactum. infra qui. ma. accu. poſ. relatum. ¶ Item quãuis ſuperius dixerim quod in defectum miſſionis ſucceſſit excõicatio. non tum currendum eſt ad excommunicationẽ cõtra prælatos. ſed procedendum eſt ad ſuſpenſionem uel interdictum. ut ſupra. ut de offi. deleg. ſanè quia infra eod. titu. ueritatis. Sic nec contra laicos excellentes ſtatim procedendum eſt ad excommunicationem. ſed ad interdictum terrarũ ſupra de off. dele. c. p. & g. infra de iureiu. ex reſcript infra de ſponſa. non eſt nobis.

## *Summarium.*

1 *Miſſus in poſſeſſionem quid iuris conſequatur tum in perſonali quam in reali. Et quæ ſit differentia inter primum decretum & ſecundum & nume. 2. cum ſequenti.*

4 *Lapſus anni an per ſe tantum efficiat poſſeſſorem uerum aut neceſſarium eſt ſecundum decretum.*

## ¶ DE EO QVI MITTITVR IN poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruandæ. Rubr.

Diximus ſupra de contumacia. ſed quia propter contumaciam frequentius fit miſsio in poſſeſſionem. Ideo poſt tractatũ de dolo & contumacia ſubſequenter tractatur de miſſione & ideo ſubiicitur hic rubrica de eo qui mitti. in poſſ. cauſa rei ſeruan. Et quia ſuperius dictum eſt quis mitti debeat & ob quam cauſam. & in quibus caſibus locum habeat.
1 † Reſtat uidere quid iuris conſequatur miſſus tam in perſonali quã in reali. & quæ ſit differentia inter primum decretum & ſecundum, Eſt igitur ſciendum quòd miſſus in poſſeſſionem in actione reali ſtatim poſſidet. ut. C. de præſcrip. 30. anno. l. ſi quis emptionis. §. pen. ff. de dam. infect. l. à quo & C. quomodo & quando iudex. l. conſentaneum & ff. ſi ſer. uend. l. is cuius. & hoc ſecundum quoſdam. ſecundum alios non poſſidet ſed cuſtodit. ut. ff. de acqui. poſſ. l. poſſideri. §. ulti. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. Iulianus. & ff. ut in poſſ. le. l. is cui in princ.
2 † Nam miſſus in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ cauſa legatorum, cauſa damni infecti, non poſſidet ſed eſt in poſſeſsione. Eſt autem longè diuerſum poſſidere & eſſe in poſſeſsione. ut. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi quis ante. Sed obtinuit ut prior ſententia in realibus. poſterior in perſonalibus locum habeat. nec turberis ex hoc quod multæ decre. loquentes in realibus actionibus dicunt miſſum in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ miſſum fore ut ſupra. ut lite non conteſt. tuæ infra eo. ti. c. ult. & c. cũ ueniſſet. Sed tu dicas ꝙ hæc uerba cauſa cuſtodiæ impropriè ponũtur, unde ſubaudi & nihilominus cauſa poſſeſſionis, & hoc in realibus. Vel dic quod in poſſeſſionẽ miſſus etiam in reali dicitur cuſtos eo reſpectu quia uſq; ad annum non poſſidet incommutabiliter. ſed commutabiliter. nam paſſus miſſionem ueniens infra annum & præſtans cautionem reſtitutis expenſis recuperat poſſeſſionem Vnde quod dicitur. ſupra. ut lit. non conteſt. quoniam frequenter. §. in alijs. ſ. quòd miſſus in poſſeſſionem in realibus poſt annum efficitur uerus poſſeſſor. exponimus, idest incommutabilis, nam & ante uerè poſſidebat ſed non incommutabiliter ut ſuperius dictum eſt.
3 † Sed hoc eſt ſciendum quòd ubi miſsio in poſſeſsionem fit poſt lit. conte. miſſus ex primo decreto poſſidet. & ſola qõ. ꝓprietatis reſeruatur

uatur abſenti ut in. l. præalle. conſentaneum. & idem cōtingit in alio caſu, ut lit. non conteſt. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper rebus. & C. ubi in rem actio. l. 2. Poſt annum uerò à die miſſionis abſente in ſua contumacia perdurante miſſus efficitur uerus poſſeſſor, id eſt, incontumabilis niſi ſuper proprietate contra eū pronunciari contingat. miſſus enim efficitur de petitore poſſeſſor & paſſus miſſioné, de poſſeſſore petitor. † Sed nunquid lapſus anni per ſe tantum efficit poſſeſſorem uerum. aut neceſſarium eſt ſecundum decretum. Et dixerunt quidam quòd non lapſus anni, ſed ſecundum decretum hoc operatur. arg. ad hoc infra eo. tit. c. 1. ſupra ut lit. non conteſt. quoniam frequenter. §. in alijs ſupra ti. prox. cōtingit. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. Iul. Alij autem dicunt quòd ex curſu anni ſufficiat per ſe ſolum. ar. ad hoc infra eo. ti. cum ſicut ſupra de offi. or. paſtoralis. in fi. & tranſcurſus anni probat crimen. 11. q. 3. rurſus. & in hoc breuiter dico quòd in realibus ſufficit lapſus anni in perſonalibus autem requiritur ſecundum decretum, id eſt ſecunda iuſſio auctoritas uel ſententia iudicialis. ſed in his perſonalibus ſecundum decretum diuerſimode operatur. nam generaliter uerum conſtituit poſſeſſorem, ſed in quibuſdam efficit, dominum, ſi dominus erat is contra quem fit miſſio. alioquin præſtat cauſam uſucapiendi uel præſcribendi ut in actione noxali & damni infecti. ut. ff. de noxa. l. & generaliter. & ff. ſi ex nox. cau. aga. l. 2. ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. Iulianus. † Sed cum in realibus actionibus hoc operetur ſecundum decretum ut miſſus in poſſeſſionem fiat de petitore poſſeſſor & hoc commodum conſequatur ut aduerſario non probante uincat eo iure quo uincunt cæteri poſſeſſores. ut inſti. de interdi. §. commodū. nō uidetur quod hoc in perſonalibus ſibi locū ualeat uendicare. quia in realibus dicit actor ſe ius habere in re quam uendicat. & ideo non eſt mirum ſi ex contumacia rei conſtituatur ei aliquod ius circa rē ipſam tam per primum quam per ſecundum decretum. Sed in perſonalibus in quibus ex contumacia rei actor mittitur in poſſeſſionem rei, abſentis pro modo debiti declarati in libello. ut in auth. de exhiben. aut introdu. §. ſi uerò. col. 5. & C. de bo. auth. iudi. poſ. in auth. & qui iurat. & aliquantulum largius ut res quæ ſibi aſſignantur a iudice aliquantulum plus ualeant quam contineant id quod petitur. ut no. Azo. in ſumma de bonis auth. iudi. poſſeſ. non dicit actor aliquid iuris ſe habere in rebus ſed perſonam dicit obnoxiam. unde non uidetur quòd aliquid iuris in eis per iudicem conſtituatur eidem & propterea non uidetur quòd in hoc inter reales & perſonales aliqua poſſet ſimilitudo notari. quam tamen aſſigna illa decre. quoniam frequenter, in fi. Ad quod reſpondeo ſicut in reali miſſus ex primo decreto lapſo anno conſtituitur incommutabilis donec alius probet de proprietate ſi poteſt. ſic & in perſonali miſſus ex ſecundo decreto. quia quod facit in reali lapſus anni hoc facit in perſonali ſecūdum decre. efficitur incontumabilis, id eſt, tandiu poſſidebit donec ipſe idem de debito probet & ſi probauerit donec de debito ſatisfiat. ibi enim agitur de iure rei, hic de iure debiti uel tandiu retinebit donec reus probet de indebito hoc eſt actori ſolutū uel eo nomine ſatisfactum. Sed & ante ſecūdum decre. poteſt ſimilitudo notari, ut ſicut in realibus paſſus miſſionem ueniens infra annum recuperat poſſeſſionem præſtita cautione & reſtitutis expenſis, ſic in perſonalibus poſt primum decre. & ante ſecundum hoc & quædam. alia de materia iſta notaui ſupra de iud. §. iudicio igitur. ¶ Sed opponitur quòd miſſus in poſſeſſionem in perſonalibus nullo tempore poſſideat, nā hoc pignus petitorium eſt pignus prætorium nō poſſidetur. ut. ff. uti poſſidetis. l. ſi duo. §. creditores. Ad quod reſpondeo. uerum eſt ex primo. decre. ſecus ex ſecundo. Item quid ſi agatur de eccleſia uel præbenda & ex contumacia rei mittatur actor in poſſeſſionem nunquid efficietur uerus poſſeſſor. Reſpondeo ſic quantum ad præiudicium contu-

macis

macis ut fiat de poſseſſore petitor, non quantum ad epiſcopum quo ad ius inſtitutionis qui miſſum ſuo iure poterit excludere niſi probauerit ſe inſtitutum. ut. 2 q. 1. legum. &c. de procura. ex inſinuatione. prodeſt igitur miſſio in poſſeſſionem in ſpiritualibus quo ad contumacem ut dictum eſt. Item quo ad præſcriptionem ſi miſſus alias habeat bonam fidē ut infra de præſcrip. ſi diligenti. habet enim iuſtū titulum. ut. ff. de acqui. poſ. l. iuſtè poſſidet & adde circa quæſtionem iſtam quod
6 no. ſupra de iudi. §. iudicio igitur ¶ † Ex pmiſſis itaque ſatis apparet quæ differentia ſit inter primum decretum & ſecundū. quia primum cuſtodem ſecundum uerum conſtituit poſſeſſorem. poſt primum commutabilis eſt poſſeſſio poſt ſecundum incommutabilis. Item miſſus ex primo decreto ſeruat rem, ſed paſſus miſſionem colit & colligit fructus. miſſus autem fructus ipſos cuſtodit. ut. ff. ut in poſ. leg. l. is. cui. §. qui legatorum. ſed ſi reus non colat colit miſſus & colligit fructus, percipit, uendit & pretium ſeruat. ut ibi. Item miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto non utitur fructibus. ut. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. Fulcinius, in prin. & l. prætor. niſi in caſibus ut in. l. eadem Fulcinins. §. ulti. ff. ut in poſ. leg. l. penul. ff. ad Carb. l. & ſi is. §. an auth. ff. de uen. in poſ. mit. l. 1. §. 1. ¶ Miſſus uero ex ſecundo decreto utitur & fruitur. Item miſſus ex primo decre. compatitur reum in poſſeſſione. Sed miſſus ex ſecundo deijcit. ut. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi forte. duo enim inſolidum poſſidere non poteſt. ut. ff. de præca. l. duo. ff. de acquir. poſ. l. poſſideri. §. econuerſo. & §. Trebacius. Realis autem eſt actio qui rem proſequitur ad quēcunque profecta fuerit poſſeſſorē. Perſonalis quæ in perſonam obligatam intenditur & eius hæredē. propriæ tamen loquendo peritio dicitur in rem. actio in perſonam. perſecutio in utroque. ut. ff. de actio. & obligatio. l. actio.

## *Summarium*

1 *Lis quando pendere dicatur.*
2 *Lite pendente nihil eſt innouandum in præiudicium alicuius.*
3 *Appellans ab ordinario in una cauſa, an in alijs coram eo reſpondere teneatur.*

## ¶ UT LITE PENDENTE NIhil innouetur. Rubrica.

DIctum eſt ſupra qualiter ſtatus rerum abſentis per contumacia immuttetur. Nam poſſeſſio rei de de qua agitur transfertur in præſentem. uel mittitur præſens in poſſeſſionem rerum abſentis per contumaciam ſi perſonaliter agatur. Sed ne fortè crederet aliquis quòd eodem modo poſſet aliquid immutari circa ſtatum cauſæ lite pē. ideo ſubijcitur hic rubrica ut lite penden. nihil inno. ¶ Videamus igitur quādo lis pēdere dicatur, & quare lite pendente nihil ſit innouandum. et in quibus caſibus liceat aliquid innouari. ¶ Lis intelligi-
1 tur † pendere per appellationem, recuſationem, conſultationem & relationem. Nā in ſuſpenſo ſunt omnia donec ad ſuperiorem negotium tranſmittatur. ſic dicitur executio eſſe interim in ſuſpenſo. ut ſupra de offi. dele. paſtoralis. §. præterea. & ſic ſententia dicitur eſſe ſuſpenſa. ut infra de app. ſæpe contingit infra de ſent. et re iudi. c. 1. C. de re. credi. et iure iu. l. ſi quis iuſiurandum. et. l. generaliter et. C. de app. l. præcipimus. §. huic. Itē per recuſationem cauſa ſuſpenditur, quia dum de cauſa recuſationis coram arbitris diſceptatur iudex recuſatus in cauſa principali ſua iuriſdictione uti. non poteſt. Sed tunc demum cum recuſans defecerit in probatione ſuſpicionis. ut infra. de ap. ſecundo requiris. et. c. cum ſpiritualis. Item ſuſpenditur per conſultationem ſeu relationem. Nā is qui refert et cōſuluit pendente relatione non audeat aliqnid commutare. ut. 2. quæ. 1. nomen. et 3. quæ. 6. multum. C. de rela. l. 2. immo

immo ex illo tempore ex quo iudex dicit ſe relaturum ſuſpenditur negotiũ, ut C. de appel. l. ex illo. Debet autem is qui refert ſuperioris expectare reſponſum ut. 6. q. 3. denique. & hoc nedum in cauſis locum obtinet ſed & in alijs negotijs ad ſuperiorem trãslatis. ut in eis nihil audeat inferior commutare. ut ſupra de offi. dele. licet tranenſes. & ſupra de poſtu. bonæ me. in. 2. bonæ. Item autem per hos modos ſuſpenduntur negotia, quia interim ſuſpenditur iuriſdictio. quia in eo in quo ad ſuperiorem recurritur recurrens eximitur à iuriſdictione inferioris ut infra de ap. directè & ca. paſtoralis. ¶ Lite igitur
2 pendente † nihil eſt innouandum in præiudicium alicuius ut infra eo. ti. ca. 1. & 2. quia non eſt aliquis iure ſuo. ſine cauſa priuandus. ut 16. q. 4. nolumus. 17. di. §. hinc etiam. & 8. q. 4. nonne. nec indulgentia impetrata lite pendente ualet, ut infra e. tit. cap. ult. ueruntamen ſcripſit ſuper illa decr. Vinc. quòd ideo non ualuit indulgẽtia. quia res illa ſuper qua obtenta fuerat erat litigioſa. Sed non placet. ibi enim agebatur de iure decimarum, & ſic de re incorporabili in qua. & ſi ſecundum uetera iura locum haberet uitium litigioſi hodie locum non habet, & in hoc correctũ eſt ius antiquũ per auth. de litigi. §. 1. col. 8. ibi enim dicit ſcimus, intellige litigioſam rem mobilem uel immobilem, ſeſeque mouentem de cuius dominio agitur &c. & propterea ſcribit dominus meus tractatum de litigioſi, in rebus tantũ corporalibus locum habere. ut no. in ſumma de litigio. in fin. Non ergo illa fuit ratio quia Vin. aſſignauit quare indulgentia illa non ualuit. Sed illa quia monachi præuenti fuerunt per conuentionem. & ideo indulgentia eos non adiuuit. ut. ff. de iud. l. ſi quis poſtea ſupra de fo. compe. propoſuiſti. ff. de excu. tuto. l. tutor petitus. & quia lite pendente impetrauerunt ut ſuperius dictum eſt, unde ſupplicare non licet lite pen. ut. C. ut lite pend. nulli liceat ſupplicare per totum. Hæc tũ fallit in caſibus. ut. C. eo. ti. l. 2. in auten. in medio lit. non fieri ſacras iuſſiones. §. ſuper hoc, col.

8. Et quamuis generaliter uerum ſit quòd appellantis cauſa intacta manere debeat. ut 2. quæſt. 6. anteriorum. §. ad hoc & nihil in eius præiudicium debeat innouari. ut. 2. quæſt. 6. decreto, qui ſe ſcit, arguta. & cap. quotiens. poteſt tum caſualiter innouari, ut ſi appellantis poſſeſſio turbata fuerit. eo de quo appellatio interpoſita eſt prætermiſſo. poterit per ordinarium informari. ut infra de appe. cum teneamur. Item ſi ordinarius appellatum ignoret poterit appellantem excommunicare. ut infra de ap. ſi duobus. Item ſi appellans notoriè delinquat, poterit ab ordinario puniri. ut eo. ti. cum ſit romana. §. ult. Sed ſi appellans ſiue appellationi terminum prolixum præfixerit poterit ordinarius moderari & cogere nolentem proſequi. ut in prælle. decre. cum ſit romana &. c. conſuluit. §. illos autem ¶ Vnum tamẽ
3 † non omitto quòd ſi is qui appellauit cõueniatur coram ordinario ſuper alio quã eo in quo appellauit. conuentus poterit ordinarium recuſare ut infra de app. ad hæc. & cap. propoſuit. niſi crimen eſſet graue & manifeſtum. ut in decre. propoſuit. ¶ Sed opponitur. iudex non eſt offenſus ex appellatione interpoſita corã ipſo. & ideo tãquam ſuſpectus recuſari nõ poteſt. ut. ff. apud eum a quo app. nõ eſt ne. l. una. nec iniuria uidetur fieri iudici ſi appelletur ab eo. ut. C. de ap. & in maioribus. Ad primam legem reſpondeo lex illa locum habet ſecundum iura ciuilia ſecundum quæ ordinarius non recuſatur. ut in authen. ut differentes iudices. in. §. ſi uerò, collatio. 9. &. C. de iudi. in authentica. ſi contingerit. Secus ſecundum canones ſecundum quos recuſatur, ut in præallegata. decreta. propoſuit & c. ad hoc &. 3. quæſtio. 5. quia ſuſpecti. Ad aliam autem legem reſpõdeo ſic quamuis per appellationem non fiat iudici iniuria talis & tanta ut agere poſſet iniuriarum. fit tamen ei qualiſqualis iniuria. Nã iniuriam facit ſynodo qui ab ea ſemel iudicata & diſpoſita iterũ reuoluere & diſputare contẽdit. ut. C. de ſũ. tr. & fide ca. l. 3. & ideo timẽdũ ẽ ne prouocatus uelit obeſſe.

ut

ut.ſupra.de offi.dele.ſuſpicionis. & ar. ff. de bonis quæ lib.50.qui cum maior. §.ſi libertus. Vel dico quòd facilius recuſatur ſecundum canones quàm ſecundum leges ſicut & facilius appellatur.

## *Summarium*

1 *Sequeſtratio quid ſit, & quid ſit ſequeſter.*
2 *Sequeſtratio quot modis fiat.*
3 *Sequeſtratio regulariter eſt prohibita.*
4 *Sequeſtratio quibus modis permittatur. & nume. 5.*

## ¶ DE SEQVESTRATIONE poſſeſſionum & fructuum. Rub.

HAec rubrica continuanda eſt cum ſuperioribus ut dictum eſt.ſupra. in titu.de do.& contu. quòd cõtumax ſua poſſeſſione priuatur ratione contumaciæ, ſed quia præter contumaciam aliquando quis priuatur poſſeſſione, puta, per ſequeſtrationem. Ideo ſubijcitur hic rubrica de ſequeſtra. poſ. & fruc. Vel aliter in proximo ſuperiori titu. dictum eſt ut lite pendente nihil innouetur. ſed lite coram iudice ſuo pendente aliquid innouatur per ſequeſtrationem, & propterea ponitur hic rubrica de ſeq. poſſe. & fructuum. ¶ Videamus igitur quid ſit ſequeſtratio. Quid ſequeſter. quot ſint modi ſequeſtrandi. Et an ſit licita ſequeſtratio & ſi non ſit licita in quibus caſibus locum habet.

1 † ¶ Sequeſtratio eſt rei de qua agitur depoſitio. Nam & ſequeſter eſt depoſitarius rei in iudicium deductæ. ff. de uerb.ſigni.l. ſequeſter. ff. depoſiti. l.licet. & l. propriè.

2 ¶ Fit † autem ſequeſtratio duobus modis. Nam aliquando fit omittendæ poſſeſſionis cauſa. & tunc neuter litigantium poſſidet ſed ſequeſter. Aliquando res ſequeſtratur cuſtodiæ cauſa. & tunc poſſeſſio remanet pœnes poſſidẽtem.ut in l.præallega. licet.℞.1.§.1.

3 ¶ Generaliter prohibita eſt ſequeſtratiuo. ut. C.de prohibita ſequeſtra.l. una

4 † Permiſſa uerò caſualiter. Primo ex uoluntate partium ut lite finita res uictori detur. ut. ff. de acqui.poſ.l.intereſſe puto. & niſi hoc fecerit poterit uictor agere cum ſequeſtro ſequeſtraria actione.ut.ff. depoſi. l. ſi in aſia.§.cum ſequeſtro. Secundo fit ex neceſſitate ſi de re mobili ſit controuerſia & perſona rei ſuſpecta ſit ne cum ipſa re aufugiat ut.ff.de offi.præſi.l.ſenatus.§.ult.ff. qui ſatiſd.cog.l.fideiuſſor. §. ult. &.C.de agrico.& cen. litibus. lib. 11. Tertio autem circa rem mobilem uel immobilem perſona poſſidens eſt ſuſpecta quòd fructus depopuletur uel rem ſit diſſipatura. ut.ff.ſol.mat.l. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſæuiſſimo. &.ff.de ap.l. Imperator. in fi.infra.eo.tit.dilectus. & c.ul 3. q.2.quia ea. Quarto propter contumaciam non cauentis de collatione bonorum facienda. ut.ff.de colla. bon.l.1.§. ſi frater. Quinto ut ſi ſeruus de poſſeſſione ſeruitutis proclamet in libertatem, ſit ſequeſtratio earum rerum de quibus dubitatur an ſint domini uel an eius qui dicit ſe dominum.ut. C.de quibus ad liberta.procla. non licet. l.ulti. C.de aſſer.tol.l.1.§. ſuper peculio. Sexto cum appellatur ab executore.ut.C. quorum ap.non reci.l.ab executore. Septimo cum timetur de ſæuitia uiri. nec poſſint ſufficienter uxori caueri. tunc ſequeſtranda eſt uxor.ut.ſupra.de reſti. ſpo.literas.& c. tranſmiſſa. Octauo ne perdatur uendendi commoditas. ut .ff. de dolo.l.ſi oleum. Nono ut. cum quis de comitibus præſidis furtum patitur. Nam res ſequeſtratur uſq; ad tempus ſucceſſoris præſidis.ut.ff.de offi.præſi.l. ſenatuſcon. cauetur. ¶ Et nota quòd ſcripſit Vin. ſuper ulti. decre. huius titu. quòd ante decre. illam expreſſus erat ille caſus quem illa ponit. ſ. in eo qui appellat ab executore. ut.C.quo. ap.non reci.l. ab executore.ſed non cum appellatur a ſententia. in quo caſu loquitur illa decre. Sed ſalua reuerentia tanti Doctoris idem caſus exprimitur per le.ff. de ap. Imperator. ex qua.l.

5 ſumpta eſt hæc decre. † Sed eſt differentia inter unum caſum ex reliquum. quia ibi appellatur ab executore & ſi appellãs non ſit ſuſpectus quòd diſſipet. nihilominus fit ſequeſtratio. In ſecundo uerò caſu non fit niſi appellans fructus depopuletur, &

tur, & ſic loquitur decretalis ſic loquitur lex imperator. & eſt diuerſitatis hæc ratio, quia ubi ab executore appellatur cum iam ſententia præceſſerit & tranſiuerit in rem iudicatam, quamuis nunc dicatur executorem excedere in exequendo & propterea appellatur. cum propter auctoritatem ſentētiæ, præſumitur quod appellatio fiat cauſa impediendæ utilitatis ſuæ. & ideo auferuntur fructus ab eo qui appellat. & in depoſito collocantur. Vbi autem appellatur a ſententia, quia per appellationem extinguitur pronunciatum. ut ff. ad Turpil. l. 1. in fi. uel ſaltē ſuſpenditur ut notatur ſupra ti. proxi. §. j. ut nihil debeat innouari ea pendente. ut ſuprà cap. 1. & ff. nihil innoua. appel. pen. l. una & 2. q. 6. appellatione & c. quotiēs merito ſubſequeſtratio fieri non debet niſi tunc demum cum timetur ne poſſeſſor ideq; appellans fructus depopuletur. ut in decre. prædicta & in. l. Imperator.

## *Summarium*

1 *Confeßio quæ & cui præiudicet, & nu. 3.*
*Confeßio quæ dicatur fieri in iure,*
*Intellectus ad. c. cùm ſuper in præſenti titulo.*
2 *Confeßio ut ualida ſit, quæ requirantur.*
3 *Ordinari quis non debet ſine examinatione.*
4 *Procuratoris confeßio quando noceat domino.*
5 *Confeßio aduocati præiudicat parti.*
*Item confeßio ſyndici uel œconomi.*
6 *Confeßio an reuocari poßit.*
7 *Confeßio reuocata non nocet.*
8 *Confeßus pro iudicato habetur.*

## ¶DE CONFESSIS. Rubrica.

QVia frequenter fiunt in iudiciis poſitiones ut ſupra de elect. dudum ſupra litis conteſta. c. uno. fiunt interrogationes à partibus ut ſupra de do. & contu. prout infra de app. cum cauſam. quandoque à iudic. ut ſupra de poſtul. c. 1. infra de fide inſtru. cum Ioannes & hæc fiunt ut partes releuentur ab anguſtijs probandi. & maximè per teſtes ut no. ſupra de iudi. §. partibus autem in iudicio conſtitutio. contingit ex his confeſſiones in iure fieri, & ideò poſt aliquas partes iudiciorum ſuperius expenditas & ante tractatum de proba. ponitur hic rub. de confeſ. ¶Videndum eſt igitur quæ confeſſio præiudicet, & cui, & an cōfeſſio procuratoris, aduocati, ſyndici uel œconomi, tutoris, & curatoris noceat dominis. Item quando ualeat confeſſio reuocari. Et an noceat ſi fuerit reuocata.

1 ¶Præiudicat confeſſio † ſi fiat in iure. ut infra eodem tit. cum ſuper. ff. eodem tit. l. 1 & 2. & C. eod. titu. l. una. In iure autē fieri confeſſionem intelligo cum ſit coram iudice competente. ut ſupra de iudi. at ſi clerici. Item præſente aduerſario. ut ff. eodem tit. l. 3. §. ſi quis abſente. ff. de interro. ac. l. ulti. Et ſic intelligenda eſt decre. cum ſuper ſcilicet canonicus Bethleernitanus accuſatus fuerat de ſimonia & confeſſus & ſic depoſitus. unde ceſſant omnia contraria quæ aſſignari ſolent, ſcilicet quòd ſine accuſatore aliquis non deponitur. ut 2. q. 1. nihil 5. q. 2. relatum infra de accu. ſuper his. ff. de mune. & ho. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem non habet. Vel dic quod ibi inquiſitio facta fuit tam de eligentibus quam de electo. ut ſupra de elect. per inquiſitionem. unde cū per modum inquiſitionis conſtiterit de ſimonia illius canonici, potuit deponi. non tamen exauctorizari. ut infra de accuſa. inquiſitioni, in prin. Vel dicas quod canonicus iſte teſtis fuerat in cauſa electionis quæ uertebatur inter duos electos. & ex ſuo teſtimonio conſtitit de propria ſimonia, & quia delictum ſuum tangebat delictum electi de quo principaliter agebatur. ideo ſic fuit punitus. ut infra de excep. denique in fi. Et ſic non ob. ſupra de or. cog. cum dilectus. in fi. & ff. de his qui no. infa. l. Lucius. Vel expone idem deponendum, id eſt, ſuſpendendū. Nam ex confeſſione extra ius facta ſuſpenditur quis ab officio & beneficio. ut infra de exceſſ. præla. quoniam ſit grane.

2 ¶Requiruntur † & quædam alia ut ualida ſit confeſſio quæ his uerſibus continentur.

tinentur. Maior ſponte. ſciens contra ſe. ubi ius ſit & hoſtis Nec nam neget. fauor aut lis. in fine repugnet. Quæ ſingula ſingulis iuribus comprobantur. ut. ff. de confeſſ. l. certum. §. minorem 31. q. 2. Lotharius. C. de iur. & fa. igno. l. error. ff. de interro. act. l. de ætate. §. 1. ſupra de iudi. at ſi clerici. ff. de interro. act. l. ult. & l. confeſſionibus. C. de lib. cauſa. l. interrogata. ff. ad le. Aqui. l. inde Neratius. §. ulti. ff. de pact. l. ſi unus. §. illud. &. 30. q. 2. ſolet quæ

3 ri. ¶ Præiudicat † enim confeſſio confitẽti cum de facto proprio confiteatur, non autem nocet alteri quem facti participẽ dicit ut 2. q. 5. interrogatum. 15. q. 3. nemini. & 5. q. 1. ſi quis cũ militibus. & 79. di ſi quis papa. & infra. de hæreti. uergentis infra eod. titu. c. 1. Fallit in exceptis ut ibi. ſed neque ſententia lata contra unũ præiudicat alteri qui dicitur eſſe particeps. ut. ff. de adulterijs. l. denunciaſſe. ff. de inoff. teſta. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. ſi ſerui. uen. l. loci. §. competit. Sed & ſi confeſſio unius non præiudicet alteri. ſicut dictum eſt quo ad condemnationem. præiudicat tamen quo ad præſumptionem & famam. ut infra de adulte. ſignificaſti, Inuenio tamen in connexis ꝙ ex quo conſtat de uno conſtat & de altero connexorum. Nam eo ipſo ꝙ cõſtat ordinatum malè ordinatum conſtat ordinatorem male ornaſſe & pœna dignum eſſe. ut ſupra de æta. & qual. in ordi. præfi. cum ſit. & 81. diſt. tantis & 59. di. ordinatos. Et eſt ratio quia non de facili poteſt prælatus ignorare uitium ſubiectorum ar. j. de reg. iur. quamuis ſupra de ele. innotuit. C. de reſcin. uen. l. quiſquis. Quod uerũ eſt cũ ipſe ordinator per ſe examinat ordinandos ſecus ſi per alios. quod licet. ut 24. di. quando epiſcopus ſupra de offi. archi. ad hæc. Nã ſine examinatione non debet aliquis ordinari. ut ſupra de æta. & quali. in ordine præſi. accepimus & 23. diſtin. c. 1. per totum. ¶ Procurato-

4 ris † confeſſio in iure facta nocet domino. ut ſupra de poſtula. ad hæc infra de ſenten. & re. iudi. ſub orta. Nam ex dolo procuratoris poſt litem conteſta. commiſſo excipitur ut. ff. de doli. excep. l. ſi procurator §. poſt litem. ff. de Tribu. l. procuratoris. ff. de procurator. l. non ſolum. in prin. Sed contra. ff. de procu. l. ſi ſum. §. ſi defenſor. ff. de confeſ. l. certum. §. pen. ff. ad le. Aquil. l. proinde. §. 1. Nec uidetur uerum quod dictum eſt quòd dolus procuratoris noceat domino. ut. ff. de doli excep. l. ſi procurator. ¶ Ad primũ dicunt quidam quòd confeſſio procuratoris non præiudicat domino niſi ſuper hoc habuerit ſpeciale mandatum. uel niſi ſit generalis procurator. ſicut pactum procuratoris non nocet domino. ut. ff. de pact. l. nã & nocere. nec iuramenti delatio, niſi habitum ſit ſuper hoc ſpeciale mandatum. ut. ff. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. ulti. & l. ſequenti. Alij diſtinguunt inter defenſorem & procuratorem, ut confeſſio defenſoris, ideſt illius qui non habet mandatũ non præiudicet. domino ſed confeſſiõ procuratoris cum mandato præiudicet, niſi dominus poſſet probare contrarium. Nam & contra propriam confeſſionem dominus audiretur uolens ſe docere in facto erraſſe. ut. C. de iur. & fac. igno. l. error. Verius tamẽ puto quòd cõfeſſio procuratoris ſemper obſtet domino. ar. ſupra de procura. c. 1. nec expectandũ eſt ut dominus ratã habeat confeſſionẽ eius ut. ff. de cõd. ind. l. ſi procurator. & l. indebitã. Ad ſecundũ aũt ſic dico quòd procurator delinquit circa iudicia & præiudicat dño. ut. C. de proc. l. ſi procurator. ſed dominus recuperat ab eo ꝑ actionẽ mandati quicquid perdit ex dolo ipſius. ut. ff. de doli exce. l. ſi procurator. in fine. Et hoc uerũ eſt niſi procurator mãdati fines excedat. Tũc .n. ipſo iure non ualet quod fit ut ſupra de

5 off. dele. cum olim abbas. † Itẽ confeſſio aduocati præiudicat parti uel domino. ut infra de cenſi. olim. C. de erro. aduo. l. 1. infra de ap. cum cauſam. Itẽ confeſſio ſyndici uel œconomi. ut infra de reli. domi. dilectus infra eo. ti. ex parte. Et idem creditur in tutore & curatore. ueruntamen minor poterit reſtitutionem implorare. à confeſſione tutoris. Sed eſt ſciendũ quòd falſis confeſſionibus reſpondentes ita obligamur,

mur, ſi eius nomine de quo quis interrogatus ſit cum aliquo ſit actio.ut.ff. de interro. actio.l.confeſsionibus.ff. ad le. Aquil.l.inde Neratius.§. ultimo . ¶ Poteſt
6 autem † quis reuocare propriam confeſsionem continentem errorem facti uſque ad ſententiam.ut.C.de iur.& fac. igno. l. error. Et eodem modo erroré procuratoris.ut infra eod.ti.c.ulti. Quod intelligo uerum ſi probetur error. ut in præmiſsis ll.confeſsionibus . & inde Neratius . Et probabitur error . uel ex ipſa natura ut dicunt leges . uel per teſtes & inſtrumenta. Et eſt ratio quare liceat reuocare . quia non fatetur qui errat.ut.ff.de confeſsis.l. non fatetur. ſed ante litem conteſta.uidetur quod liceat reuocare errorem ſine aliqua probatione.ut.ff.de noxali.l.electio. §.pe.& etiã poſt ſi nulla ſit captio aduerſarij.ut.ff.de interro.ac.l.de ætate.§. ulti. quandoq; etiam poſt ſententiam reuocatur error probabilis . ut.ff. quando actio. de pecu.eſt annalis.l.2.Sed de errore aduocati lex dicit uſq; ad triduum reuocari licere.ut.C.de erro.aduo.l.3. Ad quod reſpondeo lex illa factum narrat . non ius ponit. ſic enim de facto error aduocati fuerat infra triduum reuocatus.& nihilominus potuiſſet reuocari uſque ad ſententiam ut ſuperius dictum eſt. quæ enim eſſet ratio quare proprium errorem poſſet quis uſque ad ſententiam reuocare . non autem alienum,ideſt aduocati. certè nulla. Vel aliter reſpondeo ad legem illam . poteſt reuocari error aduocati uſque ad triduum ſine probatione erroris. ſed poſtmodum uſque ad ſententiam cum proba-
7 tione. ¶Confeſsio † autem reuocata non nocet . ut 1. de appel.cum cauſam infra de cenſibus olim. ¶In ſumma notandum
8 eſt quod† confeſſus pro iudicato habetur ut.ff.eodem titu.l.prima.Quod plures ſic intellexerunt. ut confeſſus per iudicis ſententiam non debeat condemnari . ſed ſufficiat pro condemnatione ſua confeſsio . unde in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis . ut.ff.ad.leg. Aquil.l. proinde.unde confeſſo ſtatim currunt tempora quatuor menſium . ut.ff.eodem titulo.l. certum.§.ultimo &.ff.de re iudica.l. debitoribus . Sed certè licet non ſint aliquæ partes iudicis in cognoſcendo uel interrogando , ſunt tamen aliquæ in pronunciando uel in æſtimando . ut in eadem .l. proinde . ut.ff.eod.tit.l. Iulianus. Et in criminali cauſa certum eſt ſecundum omnes confeſſum damnandum eſſe. ut.ff.de cuſto.& exhi.reo.l.ſi confeſſus 2. q.1.c.1.& 2.In ciuili autem cauſa puto diſtinguendum utrum actor cepit agere iudiciario ordine , puta dato libello . Et tunc confeſsionem ſequi debet ſententia . Si autem ante libellum reus de plano confiteatur debitum nolens ſubire iudicium . tunc ſequi debet præceptum, quia præcipere debet iudex pecuniam ſolui infra legitima tempora . ſicut cotidie de facto ſeruari uideamus. Nec enim compelletur ſubire iudicium qui illud præueniens confitetur . ut.ff. de lega.1.l. ſi domus.§.in pecunia . &.ff. de iudi.l. ſi debitori . De præcepto huiuſmodi uel ſimplici iuſsione habes .ff. quod metus cauſa.l.ult. ¶ Item ſciendum eſt quod ſi quis interrogatus à iudice non reſpondeat uel obſcurè reſpondeat. ita ut in certum dimittat interrogantem, perinde habetur ac ſi cõfeſſus fuiſſet contra ſe quod aduerſarius aſſerebat.ut.ff. de interroga. actio.l.de ætate.§.ſi cum &.§. qui tacuit. & nihil intereſt.De confeſsis in iudicio pœnitentiali dicam. infra de pœ. & remiſsionibus .

## *Summarium*

1 *Probatio quid ſit.*
2 *Probatio unde dicatur & cui incumbat.*
3 *Negatiua an & quando & à quo probari poßit. & nu.4.*
5 *Reo quando incumbat probatio.*
6 *Probatio iudici fieri debet.*
7 *Probari quid debeat.*
8 *Probationum quot ſpecies ſint.*
9 *Inſtrumenta an & quando improbari poßint per teſtes & nu.10. & 11.*
10 *Præſentia teſtium facit ut inſtrumento credatur.*
11 *Teſtes & inſtrumẽta an parem uim habeant.*

12 *Teſtes quot requirantur ad improbandum inſtrumentum.*
13 *Probatio quando facienda.*
14 *Probat uterque actor & reus induplicibus iudicijs.*
15 *Limites & cenſus qualiter probentur.*
16 *Literis epiſcopi an ſit credendum. & an literis abbatis, conuentus, & capituli.*
17 *Inſtrumento principis creditur in prouincia aliena ſi hoc habet conſuetudo.*

¶DE PROBATIONIBVS. Rub.

DIctũ eſt ſupra de confeſ. ſed quia frequẽtibus in iudicijs promptas habent rei negationes, & contra negantes neceſſariæ ſunt probationes. Ideò de eis diligenter eſt attendendum. ¶Videamus ergo quid ſit probatio. unde dicatur quis debeat probare. cui. quid. qua
1 liter. & quando. ¶Probatio † eſt rei dubiæ per argumẽta oſtenſio. ſic diffinit Azo. in ſumma. ſic & Damaſus in ſumma ſua. Sed huic diffinitioni obſtat infra de uer. ſigni forus. §. cũ aut argumento aut ꝓbatione conſtat, quoniam argumentum nunquam teſtibus nunquam tabulis dat probationem. ſed ſola inueſtigatione inuenit ueritatem ut dictũ eſt. & dicitur argumentum quaſi argutè inuentum. probatio autem teſtibus & fide tabularum conſtat. Vnde & ſi hæc diffinitio locum habeat in his quæ probantur per inſtantiam diſputandi, nõ tamen locum habet in his quæ probantur in iudicio, illæ enim probantur per teſtes uel inſtrumenta & plerunque per præſumptiones & indicia. ¶Vnde ſic diffinio. Probatio eſt rei dubiæ per teſtes uel inſtrumenta & plerunq; per indicia & præſumptiones oſtenſio. Plerũque ideo dixi, quia & ſi in cauſis pecuniaris & ciuilibus præſumptiones & indicia probent. ut C. de fide inſtr. l. ſicut infra de præſum. per totum. ita ut per eas ſi certè fuerint uel uiolentæ ad ſententiam procedatur. ut 32. q. 1. dixit infra de præſum. literis. ff. de his qui ſui uel alie. iuris ſunt. l. filiũ. non tamen in criminalibus ad condemnandum ſufficiunt. quia in criminalibus nõ proceditur ad pœnã ex præſumptionibus ut infra de præſumpti. literas. ff. de pæ. l. ab ſenten. 2. q. 1. primo niſi eſſent indicia indubitata & luce clariora. ut C. de proba. l. ſciant. ¶Dicitur autem pro
2 batio † à probe aduerbio. probè enim facit qui probat quod intendit nam per hoc pœnas nõ probantiũ euitat. ¶Debet probare actor qui aliquid aſſeuerat. ut. ff. eo. ti. l. ei qui dicit incumbit probatio. & hoc de iure regulari. quia negãtis factum nulla ẽ probatio. ut 6. q. 5. actor ſupra de ele. bonæ memoriæ maguntin. C. de probati.
3 l. actor ſupra de renũ. ſuper hoc. † Hoc tamẽ fallit in caſibus ſi negatiua habeat implicite affirmatiuam. ut ſupra de renun. ſuper hoc. Et ideo ſic ſub audiendum eſt. negantis factum nulla eſt directa probatio. ut infra eo. ti. quoniã contra falſam. alias enim indirecta probatio admittitur ut infra eo. ti. tertio infra de teſti. ſeries. ex tenore. C. de contrahẽ. & conſti. l. optimã. Item fallit ſi præſumptio ſit pro actore. ut in caſu legis. C. de proba. ſiue poſſidetis. Ideo aũt negatiua ſimplex per rerũ naturã probari nõ põt. quia quod non eſt nec genus nec ſpeciẽ habet nec circunſtãtias neq; cauſas qui in probatione neceſſaria ſunt. ut infra de teſtibus cũ cauſa. in auth. de teſti. §. 2. colla. 7. alias ſola teſtatio nullius eſt momenti ut. 4. q. 3. §. item in criminali. & §. ſolam. C. de teſtibus. l. ſola. Item fallit ubi quis negat ius. ut. ff. de proba. l. ab ea parte. ut cum quis dicit aduerſarium ſuum de iure prohibitum. uel cum dicit aliquid ſibi competere quod eſt contra ius commune. ut. ca. di. contra morem.
4 † Itẽ factũ negatiuũ probari non põt. ſed dictũ negatiuũ ſic ut infra eo. ti. tertio infra de deſpõ. impu. ex literis. 31. q. 2. Lotharius. Item negatiua probatur per iuramentũ ꝙ indefectũ probationum defert qñq; actori qñq; reo ut not. ſupra de iur. calum. § præſtatur in fi. & notabo plenius infra de iureiu. Item incũbit negãti probatio. cũ natura negationem impugnet. ut cũ quis negat hominem ſanæ mentis, quia ex natura contrarium præſumit probare habet hominem furioſum. ut. C. de codicili. l. nec codicillos 3. quæſtio. 9. iudicas. Item natura impugnat dictum illius

ſius qui dicit ſe indebitum ſoluiſſe. Nemo enim creditur ita reſupinus ut facile pecunias ſuas iactet. & indebitas effundat. & ideò neganti debitum & aſſerenti indebitum incumbit probatio.ut.ff. eo.ti. l.cum de indebito.§. ſi uero. Item incumbit neganti probatio ſi degationem impugnet honeſtas. ut cum uxor negat ſe quæſiuiſſe de bonis uiri. debet probare ſe aliunde quæſiuiſſe ne incidat in ſuſpicionem turpis queſtus. ut.ff.de do.inter ui. & ux.l. Quintus cutius.&. C.eo.tit.l. etiam. Quod & in prælato dici poteſt cum quæritur an de bonis eccleſiæ uel aliunde quæſiuerit.u .C.de epi.& cle.l. ſacroſanctæ.& in auten. ibi ſignato licētiam. † Quod au-
5 tem ſuperius dixi actori incumbere onus probandi.actorem large intelligas ut in eo comprehendas accuſatorem & reũ exipientem. Nam reus actor efficitur eſt in excipiendo.ut.ff.eod.tit.l. exceptionibus. Quod uerum eſt ſi reus in excipiendo aliquid afferat.cæterum ſi neget ut cum proponit exceptionem non numerate pecuniæ, non ei incumbit probatio ut probet non numeratã. ſed creditori ut probet ſe numeraſſe.ut.C.de non nu. pe.l. ſi ex cautione. Item appellatione actoris intellige reum qui licet nõ opponat exceptionem dicit tamen ipſo iure deficere intentionem actoris dum contendit ſe ſoluiſſe. ut.C.eo.ti.l.2.Habet igitur probare actor accuſator excipiens.dum excipiendo aliquid aſſeuerat ſic. dum dicit actorem nullam actionem habere.Sed & denunciator qui aliquem ſuper crimine denũciat punitur alioquin de calum.ut infra de calũ.ca. 2.extra ordinarie tamẽ.cũ ratio non ſit in hæc certa pœna ſtatuta ut ſupra de officio dele.de cauſis.Itẽ & qui aliquid obijcit electo confirmãdo uel conſecrãdo.ut infra de accu.ſuper his. ſed & promotor inquiſitionis uel adiutor ſi ad ipſius denũciationẽ commiſſa ſit inquiſitio.alioquin de falſa denunciatione punietur ut dictũ eſt. & eo a proſequẽdo & teſtificando repulſo.ſi is contra quem inquirendum eſt fuerit infamatus. nihilominus inquiretur ut infra de accu.& inqui.cũ oporteat. Et quòd puniendi ſunt falſi. nunciatores probatur. C.de ac.& inſcrip.l.ea quidem.ff. ad turpill.ſe.con.l.ab accu.§.nunciatores &.C. de curioſis.l. 1. lib. 12. ¶ Iudici facienda
6 † eſt probatio ut. 2. q. 7. plerique. C. obtur.cau.l.1.4.q. 3. §. item in criminali. in uer.ſi teſtes.ff. de proba.l. quinquaginta, in fi. fides enim relegioni iudiciarie debetur.ut.C.de teſti. l. eos. Nam ipſe magis ſcire poteſt quanta fides ſit teſtibus adhibenda.ut.ff.de teſtibus.l. teſtium fides. ſed præſenre aduerſario. ut. C. teſti. l. ſi quando.§ ſed cum infra ti.proxi.in nomi
7 ne domini. ¶ Id autem † probandum eſt quod probatum probantem adiuuet.ut.C. de proba.l. ad probationem.ut ſi quis ad probationẽ dominij probationem inducere facte locationis nõ.n. ſufficit ad probationem dominij facta locatio. ut infra de fide inſtr.c.inter dilectos.C.loca. & con. l.ad probationem. Speties probationum
8 ſunt ſex.† Probatur enim aliquid per rei euidentiam ut cum quis in crimine deprehenditur.ut.l.di.ſi quis diaconus.81. di ſi clericus & c.presbyter.ff.de ritu nup.l.palam.§.qui in adulterio. Non tamen ſufficit ſola deprehenſio ſed requiritur etiam conuictio.ut in prædicto. c. ſi quis diaconus ſupra de iu.cum non ab homine.C.de defen.ciui.l.7. in prin.Sed quàmuis ad cõdemnandum non ſufficiat ſola deprehenſio ut. 2.q.1. nos in quenquàm. ſufficit tamen ad infamãdum.ut in d.l.palam.§.qui in adulterio.Item ſecundo cum quid ita notorium eſt quod nulla poſſet tergiuerſatione celari.ut infra de accu. euidentia. 2.q.1.manifeſta, qui Lotarius.§. in manifeſtis.& c.de manifeſta. & c. ſcelus. ſupra de filijs presby. quoniam. infra de purga. cano.c.cum dilectus.Tertio famam. ut 4. q.3.item in criminali. in uer. litem ſæpe. infra ti.proxi.tam literis.Quarto per præſumptionem. ut 17. diſt. peruenit. 64. di. multis. infra de coha. cle. & mulie. ſi quiſquàm. in aut. ut liceat ma. & auiæ. §. pen. C. de adult. l. ſi quis in auten. ſi poteſt tres. Quinto per iuramenti delationem. ut. 16. q. 3. dilectio. ff. de iureiurand. l. manifeſtæ. C. de rebus credi.l.in

di.l. in bonæ fidei, infra eo.ti. ſicut Sexto per inſtrumen. ut infra de fide inſtrumē. per totum. quorum nomine teſtes intelliguntur. ut infra de teſti. co. peruenit. ff. de fide inſtru.l 1. ff. de uer.ſigni.l. motionem.§.inſtrumentorum. Hoc tamen notabis quòd probatio tollit & uincit præſumptionem.ut infra de præſump. quia.ff. quod metus cauſa.l. non eſt uerisimile.ſicut & præſumptio præſumptionem ut. ff. de in inte.reſti.l. diuus.¶Sed quæritur illud de quo frequenter in iudicijs dubita-
9 tur † an per teſtes probari poſſit contrarium eius quod in inſtrumēto publico cōtinetur. Et uidetur quòd ſic ut infra eod. ti.tertio infra de fide.inſtru.cum Ioannes Eremita.C.de proba. l. cum precibus. C. de contrahen.& commit. ſti.l. optimum. C.de non nu. pe.l. aduerſus. Et generaliter dicit auctoritas. In ore duorū uel triū ſtat omne uerbum ut infra de teſti. licet. 2.q.4.c.1.§.1. infra de teſtibus cum a nobis. Nec mirum. Nam uox uiua præfertur, mortuæ ut in auth. de fide inſtru.§. ſi
10 uerò aliquid tale. coll.6.† & probatur infra e.tit.poſt ceſſionem,& c.in præſentia. Præſentia teſtium facit ut inſtrumēto credatur.ut infra de fide inſtru. ca.2.ſupra de procu.alia 61.di.epiſcopus. 12. q. 2. ſine exceptione, in auth.de fid. inſtr.§.ſi quis igitur. &.§.ſed & ſi quis,colla. 6.& in authen. de hære. & falci. §.ſi uerò obſtant. & per eos qui falſo interfuiſſe dicūtur poteſt improbari inſtrumentum ut. ff. quemadmo.teſt. ape.l.1. in fi.& in auth. de fi
11 de.inſtru.§. ſi uerò moriantur. † ſed contra licet enim dicatur quòd parē uim habeant teſtes & inſtrumentam.ut. C. de fide inſtrumen.l.in exercendis. Inuenio tamen pleriſque ualidiorem eſſe probationem inſtrumentorū quàm teſtium. ut in mandato probando ut ſupra de off.deleg. cum in iure.C.de man.prin.l.una.Item in licentia.ut 71.diſt,extraneo.&.c.ſe. C.de epiſcop.& cleric. l.ſi qua per calumniam §.ult.in auth.quomodo opor.ep.§. nō aliter.colla.1.8.q.1.c.uno Item in fidei confeſſione,ut.1.ult.ſaluberrimum. Item in electione ſuprà de elec.quia propter. Itē in cōuentione rei eccleſiaſticæ,ut.x.quæ. 2.hoc ius porrectū.Item in ætate, ut. C. ſi minor ſe ma.dixe.l.ſi alterius in fi.Item in non numeratæ pecuniæ confeſſione. C.de non nu.pecu.l.generaliter.Idem in probatione cenſus,ut.ff.de probat.l. cenſus. ¶In his igitur & conſimilibus uidetur quòd per teſtes improbari non ualeant inſtrumenta. cum tamen ualidior ſit probatio inſtrumentorum quā teſtium ſicut dictum eſt. Nec mirum.nam memoria hominum labilis eſt ut. ff. de arbi.l. ſi arbiter. & ideò teſtes ex tractatu temporis uariare ſolent. ut.ff. ad Carbo. l. 3. §. duæ. ff. de dam. infe. l. qui bona. §.ulti. ¶Solutio cōtra quodlibet inſtrumentum reprobari poteſt per teſtes per.l. illā.C. e.ti.l. cum precibus. Fallit in inuentario. ut. C. arbi. tute. l. ult. Et hoc propter nimiam eius ſolennitatem. Item fallit cum mulier fatetur in inſtrumento ſe pecuniā accepiſſe pro interceſſione quam fecit. contra hoc inſtrumentum probari nō pōt ut. C. ad uell. antiquæ. & hoc ideo quia per hanc confeſſionem mulier tollit ſibi priuilegium Velleiani quod facilius tollitur quamius commune. Nam ſi quis cōfiteretur in inſtrumento ſibi pecuniam numeratam, non ei tollitur ius commune per quod excipi poteſt de non numerata. C.de non nu. pec.l. aduerſus.&.l.in con-
12 tractibus.† Secundo uidendum eſt de numero teſtium ſcilicet quot teſtes requirātur ad improbandum inſtrumentum. Et eſt dicēdum quod quatuor. Cum enim tabellio habeatur loco duorum teſtium. ut. ff.de teſtamen.Domicius unde.facit quādoque plenam probationem. ut.C. ad le. Cor. de fal.ſi quis decurio, neceſſariū eſt ut tot ſint teſtes excedentes numerū duorum duorum, quot per ſe facerent probationem. ut infra de fide inſtru.cum. Io. Eremita. Sed quid inſtrumentum habeat teſtes inſcriptos, qui ſi inſtrumentū defendant. Dico quod teſtes improbantes excedere dicunt illos in duobus adminus, ¶ Innumero autem teſtium qui ſunt pro inſtrumento computabitur tabellio pro duobus, ut dictum eſt.

¶Reſtat

¶ Reſtat uidere quando probatio fa-
13 cienda ſit. † Et eſt ſciendum quod declinatoriæ iudicij in initio proponendæ ſunt. Declinatorias uoco quæ contra iuriſditionẽ iudicis opponuntur, ne ſi eis ſciẽter omiſſis ad alia procedatur, uideatur quis in iudicẽ conſentire ut. C. de excep. l. ult. & ut no. in recuſatione iudicis. ſupra. de dila. §. ſunt & aliæ in fi. illius. §. eo. tñ ſaluo, ꝙ non uidetur in iudice conſentire qui edi. ſibi genus deſiderat actionis ut. ff. de iudi. l. non uidetur in iudicem. Sunt etiã probandæ declinatoriæ ſimiliter in initio. Prius eſt enim ut ſciatur de iuriſditione iudicis & deinde ad conſequentia procedatur. Verũtamen ſi ex ignorantia exceptiones huiuſmodi omittantur etiam poſt ſententiã latã locum habẽt. ut. C. ut ante. cõpe. iudi. l. ult. infra de ſen. & re iudi. ad probandũ. ¶ Dilatoriæ proponendæ ſunt & probandæ ante litẽ conteſt. ut infra de ſen. & re iudi. inter monaſteriũ. infra. de excep. paſtoralis. C. eo. ti. l. pen. Diletorię ſolutiones proponẽdæ ſunt in initio cauſæ. Initium cauſæ appellatio lit. conte. ut. C. de iur. cal. l. 2. Reſpon. 1. § ul. Probandæ uerò poſtquàm actor intentionẽ ſuam fundauerit. ut. C. eod. tit. l. exceptionem. ſi tamen reus non didicit teſtificata. ut dicam. infra tit. proxi. Actor debet probare intentionẽ ſuã poſt litem conteſta. Reus probabit exceptiones ſuas. ſ. peremptorias poſtquàm actor intentionem ſuã probauit. ut. C. de exce. l. ſi quidem. C. ſententiam reſcin. non poſſe. l. peremptorias. &. C. de præſcrip. lõ. tẽpo. l. emptor. Quod autem lex illa ſi quidẽ. &. C. eo. ti. exceptionẽ uelle uidetur quod reus debeat conteſtari ante probationẽ actoris. puto quod illa cõteſtatio ex uolũtate nõ ex neceſſitate fiat. Sũt & quidã perẽptoriæ. quæ poſt ſententiam opponi poſſunt & probari ut ſunt exceptiones illæ per quas contenditur iudiciũ retro nullũ. ut eſt exceptio falſi procuratoris. ut ſupra de procu. in noſtra. C. eo. ti. l. licet. ff. de iudi. l. licet. Itẽ exceptio falſi. ut infra de cri. fal. ſuper eo. ff. de iud. l. ſi prætor. §. Marcellus. C. ſi ex fal. inſtr. l. ul. & l. 1. & 2. infra. de ſen. & re iud. cum. l. &. A. & in quibuſdam alijs caſibus quos notabo. infra de excep. ¶ Illud in ſũ-
14 ma † notandũ eſt quòd ſicut ſe habet exceptio ad accuſationem quo ad modũ probandi, id eſt, ſicut probata intẽtione actoris deinde probanda eſt exceptio peremptoria. ut ſuperius dictum eſt. ſic ſe habet replicatio ad exceptionem ut probata exceptione replicatio probetur. uel ſimul probet uterq;. ſ. excipiens & replicans, ut infra de præſcrip. illud. ſic tamen ut poſterius probans nõn didicerit teſtificata prioris alioquin ſecus. Contingit tamen aliquando quòd propter præſumptionem facientem pro actore non admittitur probatio exceptionis ſed replicationis. ut ſi repetam a te beneficium meum. tu excipias quòd renunciaui ſponte. ego replico quòd coactè. tunc quia non eſt uerißimile quòd ſponte renũciauerim admittitur in ea probatio. ut ſupra de renun. ſuper hoc. Quod autẽ dixi poſteriorẽ non probare ſi iã dicit teſtificata prioris intelligo uerum eſſe per teſtes. Nã per inſtrumenta poteſt quis probare. ut infra de fi. inſtru. cũ dilectus. In ſumma notabis quòd in duplicibus iudicijs probat uterq;. ut infra. eo. tit. ex literis. ¶ Item probatur aliquando per aſpectũ. ut infra. eo. ti. propoſuiſti. ff. de uẽ. inſpi. l. in prin. C. finiũ regũ. l. 2. ff. eo. l. ſi irruptioni. 16. q. 3. inter memoratos. Nec ob. quod alias dicitur quod oculus plerunque fallitur. ut infra eo. ti. cauſam. 27. q. 1. nec aliqua. Nam & ſi plerũq; fallatur frequẽtius tamẽ nõ fallitur. Nã ſegnius irritat animã dimiſſa per aures. quã quæ. ſunt oculis ſubiecta fidelibus. ut inſti. de gradi.
15 ad fi. ¶ Itẽ probantur † limites per libros antiquos. ut infra eo. ti. cũ cã. Et cẽſus per libros cẽſuales. ut infra de præſcrip. ad audientiam, per inſtrumenta priuata ab archiuo publico producta. ut. C. de fide inſtrumen. in auten. ad hæc 30. q. 1. peruenit probatur per abbreuiaturam notarij defuncti unde complenda eſt, & ad inſtrumentum publicum reducenda. ut infra de fi. inſtrumen. cap. ulti. non autem per priuatas ſcripturas. ut. C. eod. titu. l. inſtrumenta. niſi habeant ſubſcriptiones

trium

trium teſtium.ut.C. de fide inſtrument.l. comparationes. Vnde uerſus cautio priua ta cum trino teſte notata. Hoc ius eſt na
16 cta quòd cautio publicè facta. † Vltimò quæritur an credatur literis epiſcopi. Et uidetur quòd ſic.ut infra eod.ti.poſt ceſſioné 11.q.3.curæ infra de fideiuſſo. peruenit 71.diſt.extraneo &.ca. ſequentibus infra de fide inſtrumen.c.2. Nam & creditur literis abbatis. ut 19.quæſtio.3.ſtatuimus. Literis etiam conuentus.ut infra eod.tit.tertio.Literis capituli.ut infra de appell.ſignificauit 73. diſt.in nomine domini.Item creditur ſigillo epiſcopi alie-
17 ni. ut 19.q.2.c.1.& 2. † Creditur inſtrumento principis in prouincia aliena ſi hoc habeat conſuetudo regionis. ut infra de fide inſtrumen. cum dilectus. Et ſatis credo quod credendum ſit literis epiſcoporum præter quam circa acta iudiciorũ. ut infra eod.tit.quoniam contra falſam. Sed opponitur cum uox uiua præferatur uoci mortuæ. ut in authen. de fide inſtr. §.ſi uero aliquid tale. Quale non creditur epiſcopo dicenti aliquem excommunicatum. ut 6.q.2.ſi tantum &.c. placuit. & creditur ei ſcribenti. ut in.c.curæ.Reſpõdeo. ſcribenti iure ordinario creditur. ut iudici de eo quod fit coram eo tanquam coram iudice. & ſic loquitur. capit.curæ. Ei autem dicenti id quod nouit ut homo & contentioſè dicenti tanquam parti nõ creditur & ſic loquitur. c.ſi tantum & infra titu.proximo. cum tu fili.

## Summarium

1 *Teſtes qui eſſe poſſunt.*
2 *Conſiderari quæ in teſtibus debeant, & numero.8.*
*Seruus an teſtificari poſſit.*
3 *Fœmina quando à teſtimonio repellatur.*
4 *Minor an ad teſtimonium admittatur.*
5 *Furioſus & mente captus à teſtimonio repellitur.*
6 *Teſtis qui non eſt bonæ uitæ & famæ non admittitur.*
7 *Infidelis contra fidelem teſtificari non permittitur.*
9 *Teſtimonium an & quando quis ferre poſſit in cauſa ſua principaliter uel ſecundario.& num.10.*
11 *Iudex recuſari poteſt in cauſa conſimili cum litigatore.*
12 *Pater & mater an & quando ſint idonei teſtes pro filijs uel è contra.*
13 *Teſtimonium dicere aduerſus coniunctos ſuos quæ perſonæ non coguntur.*
14 *Teſtes quando duo ſufficiant, & quando non.*
15 *Iurare debent teſtes dicere ueritatem quam nouerunt.*
16 *Teſtes quando ſint regulariter producendi.*
17 *Teſtes produci poſſunt uſque ad tertiam productionem uerbum productio, quomodo intelligatur.*
18 *Auc. de his qui ingredi, ad appellan.§. quia igitur,colla.5.an ſit derogatum.*
19 *Infinitas eſt euitanda.*
20 *Teſtes in quibus concordari dicautur.*
*Teſtes ſingulares an & quando probent.*
21 *Teſtes quando dicantur ſingulares.*
22 *Teſtes an publicatis atteſtationibus produci poſſint, & nu.23.*
24 *Teſtes noui an & quando admittantur.*
25 *Nouæ aſſertiones uel noui articuli ex ueteribus articulis dependentes quæ ſint.*

## ¶DE TESTIBVS. Rubr.

DIximus ſupra de probationibus in genere. Nũc de ipſis in ſpecie uideamus. Et primò de teſtibus, poſtea de inſtrumentis, eo quod uox uiua ualidior eſt quam mortua.ut in auten. de fide inſtrumen.§.ſi uerò. Hoc igitur ordine procedamus.ut diſcutiamus qui poſſunt eſſe teſtes. qui non. quot teſtes requirantur. quæ iurare debent. quando ſint producendi. quotiens quæ diuerſitates teſtimonijs noceant. & an poſt publicationem poſſint teſtes produci. ¶ Poſ-
1 ſunt † eſſe teſtes qui non prohibentur. Nam edictum de teſtibus prohibitoriũ eſt.ut.ff.eod.ti.l.1.ſicut edictum de procuratoribus. ut.ff.de procu.l.mutus. ſicut & edictum de matrimonio contrahendo.ut infra de ſpon. cum apud. Prohibitorium ſcilicet certarum perſonarum. generaliter autem permiſſorium licet aliter ponatur

natur & aliter ſignificet hoc uerbum pro
hibitorium. inſti. de interdic. §. interdi-
ctorum. ff. de interdic. l. 1. ¶In teſtibus
2 † ſex potiſſimè conſideranda occurrunt.
Conditio, ſexus, ætas, diſcretio fama. Et
fortuna, fides, in teſtibus iſta requires. cō
ditio, an ſit ſeruus uel liber. ſeruus enim
à teſtimonio repellitur. nam ſæpe ſeruus
metu dominãtis teſtimonium ſupprimit
ueritatis ut infra de uer. ſig. forus. §. teſtes
4. quæſt. 3. §. item in criminali. in uerbo li
beri. & 3. q. 5. accuſatores. C. eo. tit. l. quo
niam liberi. ſeruata tamē diſtinctione au
thenticæ. C. eo. ti. ſi uerò dicatur. Fallit
tamen hoc cum de facto ſerui quæritur.
non tamen pro domino nec contra domi
num. ut. 4. q. 3. §. item in criminali. in uer.
item ſerui. Item admittitur in defectu te
ſtium ſed cum tormentis. ut. 4. q. 3. §. item
3 in criminali. in uer. itē ſerui.† Sexus. quia
fœmina non admittitur ad teſtimonium
in criminali. ut. 33. q. 5. mulierem. Et eſt
ratio, quia uarium & mutabile cor ſem-
per fœmina producit. ut in prædicta de-
cre. forus. §. teſtes. In ciuilibus autem ad
mittitur ut 15. q. 3. §. ex eo. & ff. eod. ti. l.
ex eo. In criminalibus uerò mulieres ad-
mittuntur ad teſtimonium cum ciuiliter
agitur de crimine etiam contra clericos.
ut infra eod. ti. quoniam. & c. tam literis.
Aetas. quia minor 14. annis non admitti-
4 tur in ciuilibus. ut. 4. q. 3. c. 1. † In crimina
libus autem minor. 20. ut. 4. q. 3. c. 1. §. itē
in criminali. in uer. item in teſtimonium.
5 † Diſcretio quia furioſus & mente cap-
tus à teſtimonio repellitur ſicut ab offi-
6 cio iudicandi. ut 3. q. 7. §. tria † Fama ut
infra eo. tit. teſtimonium. Nam ſi uita bo-
na defuerit fide carebit. ut in decre. forus.
in fi. Fortuna. utrum ſit locuples uel ege-
nus. ut 4. 3. §. item in criminali. in uer. ſi
7 teſtes. † Fides. quia infidelis contra fidelē
non admittitur. ut. 2. q. 7. ſi hæreticus. 23.
q. 4. ipſa pietas nec tenet lex. C. de hære-
ti. quoniam in fi. Item non obſtat infra
eod. ti. iudei. quod enim ibi dicit cum illi
8 &c. factum notat non ius ponit. † Ideo
autem dixi ſex potiſſimè conſideranda.
quia & alia ſunt conſideranda ſcilicet an
ſit odioſus ex crimine. ut in auth. eo. ti. §. ſi
9 uero odioſi.† Item non admittitur quis
ad teſtimonium in cauſa ſua principaliter
uel ſecundario. ut. C. eod. ti. l. omnibus.
unde uenditor in cauſa rei uenditæ nō ad
mittitur pro emptore. quia propria uen-
ditoris cauſa uidetur. neq; debitor in cau
ſa pignoris pro creditore. ut. ff. de appel. l.
ab executore. §. alio condemnato. & ff.
10 quando appel. ſit. l. 2. §. ſed ſi alius.† Fal-
lit hoc in legatarijs & fideicommiſſarijs
qui ferunt teſtimonium in cauſa teſtim.
cum agitur de hæreditate non de legatis
& fideicommiſſis. Nec obſtat quòd alius
dicitur hæres ſibi iudex & teſtis inueni-
tur. ut C. de fideicom. l. ul. ibi enim impro
prie loquitur ſcilicet cum iuramētum de-
fertur hæredi. Item fallit collegijs & cor
poribus quorum aliqui in cauſis uniuerſi
tatum ferre teſtimonium poſſunt. ut. 14.
q. 2. ſuper prudentia infra eo. ti. inſuper. &
c. cū nuncius & hoc ideo quia cauſæ uni
uerſitatum non ſunt ſingulorum & ſi co-
mode tangant ſingulos ut 12. q. 2. qui ma
numittitur. ff. quod cuiuſque uniuer. l. ſi-
cut municipium. Item obſcuri & ignoti
non admittuntur niſi cum torment. ut in
auth. eo. titu. §. ſanctimus. Item executo-
res negociorum. ut infra eod. tit. inſuper.
& ff. eo. ti. l. ul. Item non admittitur quis
in cauſa communis quia cauſa communis
duorum utriuſque eſt. ut. ar. ff. de rit. nup.
l. illud & hoc probari uidetur. C. eod. ti. l.
quoniam liberi. §. idem iuris. licet quidā
illud referant non ad primum dictum le-
gis. ſed ad ſecundum. Et idem dico in ſo-
cio criminis & participe. ut in l. quoniā,
in prin. & 4. q. 3. §. item in criminali, in
uer. item liberi infra eod. ti. ueniens. Nec
ob infra eo. tit. quoniam. Nam illud ſpe-
ciale eſt in cauſa denunciationis. Vel ibi
admittatur ſocius criminis ad præſūptio-
11 nem ut infra de adul. ſignificaſti.† Nam et
iudex recuſari poterit in cauſa conſimili
cum litigatore. ut infra de iudi. cauſam.
creditur tamen ſocijs criminum in excep-
tio. ut 69. di. ſi quis papa. 6. q. 1. ſi quis cū
militibus 15. q 3. nemini ſupra de cōfeſ.
12 ca. 1. † Item generaliter parentes & filij

in infinitum cõtra ſe teſtimonium non ferunt. ut. C. eo. ti. l. parentes. Item & pro ſe teſtimonium nõ ferunt generaliter enim uerũ eſt quòd pater filio & filius patri idoneus teſtis non eſt ut. 4. q. 3. item in criminali in uer. item teſtis. &. ff. eo. ti. l. teſtis. Nomine autem patris & mater continetur. ſicut & patrona nomine patroni. ut. ff. de uerb. ſig. l. patroni. Caſualiter tamẽ admittitur ad teſtimonium pater & mater pro filio ſcilicet cum quæritur de ætate uel de natiuitate. ut. ff. de proba. l. etiam infra qui fil. ſunt leg. transmiſſe. &. ca. per tuas. Item ubi agitur de impedimẽto matrimonij ratione conſanguinitatis & affinitatis ut infra eodem titu. quoties infra de ſen. & re iudic. tenor. infra qui ma. accu. poſ. uidetur 30. quæ. 6. ca. 1. & 2. Cæterum ſi agatur an matrimonium ſit contractum uel non tunc admittuntur cum diſtinctione infra eo. ti. ſuper eo. Itẽ in teſtamento. ut. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. per contarium. inſti. de teſta. §. in teſtibus. Item pater & filius. Itẽ duo fratres in eodẽ teſtamento teſtes eſſe poſſunt. ut 4. q. 3. §. item in criminali, in uer. item pater.

13 † Quædam tamen perſonæ ſunt quæ aduerſus coniunctos ſuos teſtimonium dicere non coguntur. ut 4. q. 3. §. Item in criminali. in uerſ. item lege Iulia. Item de domo actoris uel accuſatoris teſtes produci non debent ſuſpectum eſt enim in ea re domeſticum teſtimoniũ ut 3. q. 5. per totum. C. eo. ti. l. etiam. ff. eo. ti. l. pe. 4. q. 3. §. item in criminali, in uer. item in iure ciuili qui autem ſint domeſtici legitur. ff. de pœ. l. reſpiciendum. §. furta. ff. ad Sylla. l. ſi uir. ff. de re mili. l. qui cum uno. C. de quæſtionibus. l. pridem. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. familiæ. ff. de religio. l. familiaria. Item omnes illi qui ſuſpecti ſunt in iudicando de quibus dicã infra de app. & recu. ſuſpecti ſunt in teſtificãdo de quibus dicam infra de appel. & recu. ſuſpecti ſunt in teſtificando quia teſtes abſque ſuſpicione & infamia eſſe dicunt ut 2. quæſtio. 7. teſtes. Hij tamen omnes qui de iure repelli poſſunt admittendi ſunt ſi is contra quem producantur eorum teſtimonio in alio iudicio uſus fuerit. niſi inimicitias poſt modum exortas docuerit. uel aliquid legitimũ poſt emergens ſeu correptionem. ut 4. quæſtio. 3. §. item in criminali. in uer. item ſi quis teſtibus, &. C. eod. titu. l. ſi quis teſtibus.

14 ¶ Duo † autem teſtes ad minus ſunt neceſſarij. ut. ff. eodem titul. l. ubi. & 4. quæſtio. 3. §. item in criminali. in uerſic. item ubi. nam in ore duorum ſtat omne uerbum. ut 2 quæſtio. 4. §. 1. cap. 1. Hoc fallit in quibuſdam caſibus in quibus plures requiruntur. ut cum præſul, cardinalis accuſatur ut 2. quæſtio. 4. præſul. Item in teſtamentis requirũtur ſeptem: ut. C. de teſtamen. l. hac conſultiſſima. In codidillis quinque ut. C. de codicil. l. ulti. &. l. ſi unus. Niſi forte iſta correcta uideantur infra de teſta. cum eſſes. & ca. relatum. Quidam tamen dicentes hoc durum eſſe ut ex illis decret. tot leges tollantur. ut ſupra de elec. cumana & C. de inoffi. teſtamen. l. ſi quando intellexerunt decre. illas in relictis eccleſijs in quibus minus ſolennis uoluntas requiritur ſicut inter liberos. ut C. famil. erciſcund. l. ulti. C. de teſtamen. l. hac conſultiſſima, & in falcidia ut. C. ad legem fal. in authenti. ſimiliter. Alij autem dixerunt leges illas locum habere cum agitur in foro ſeculari. Decre. cum agitur in foro eccleſiaſtico. Item exiguntur quinque teſtes in donationibus cauſa mortis: ut C. de dona. cauſa mortis. l. ulti. Item quinque cum quis debitum in ſcriptis, uult probare per teſtes ſe ſoluiſſe. ut. C. eodem titu. l. teſtium. Vnus autem teſtis in cauſa non ſufficit: ut. 4. quæſtio. 3. §. item in criminali in uer. unius uerò. Nam dictum unius nec, iuſtificat nec condennat: ut. 33. quæſtio. 2. admonere. ¶ Sed et hoc fallit. C. de crimi. fal. l. ſi quis decurio in authenti. de fide inſtrumento. §. ſi uerò moriantur. ff. de dote præle. l. Theopompus. Generaliter tamen dico ꝙ unus teſtis facit præſumptionem. ff.

quemad-

quemadmo. teſta. aperiantur. l. 1. in fi.
Præterea ſi duo faciunt plenam probatio
nem ergo unus facit ſemiplenam. Item
creditur unius teſtimonio in omnibus his
in quibus alteri præiudicium non infer-
tur ut puta ſi dubitetur de baptiſmo alicu
ius uel an eccleſia ſit conſecrata. ut de cõ
ſecra. diſtinc. 4. paruulos. & c. cum itaq;.
15 ¶ Iurare debent teſtes † dicere uerita-
tem quàm nouerunt. ut. 3. quæſtio. 9. hor-
tamur. Nec admiſceant falſum. ut 2. q. 4.
nullam. nec de ſuo aliquid adijciant nec
quod bonum uidetur addant. ut 3. q. 9.
pura. Item quòd dicant pro utraq; par-
te: ut 14. q. 5. non ſanè. Cum uerò agi-
tur de impedimentis matrimonij ſcili-
cet de conſanguinitate & affinitate. tunc
teſtes præſtant iuramentum continens
duo auditum & credulitatem. Debent
enim dicere ſe ita a maioribus accepiſ-
ſe & ita credere eſſe: ut infra eodem ti-
tul. quotiens. & 25. q. 6. de parentela.
Hodie tamen neceſſarium eſt quòd is
qui teſtificatur uiderit aliquos in gradi-
bus conſtitutos: ut infra eodem titu. li-
cet ex quadam, in fi. In inquiſitione au-
tem forma iuramenti teſtium eſt ut ſu-
per crimine dicant ueritatem plenam:
ut infra de ſimo. licet Hely. Si uerò ſu-
per ſtatu eccleſiæ inquiratur tunc forma
duplex eſt. Nam aut iurat dicere ueri-
tatem de his quæ ſcit uel credit in eccle-
ſia reformanda exceptis occultis. ut ſu-
pra proxi. uel reſpondebit ad interroga-
16 ta. ¶ Producendi † ſunt regulariter in
principali poſt litem conteſta. Regula-
riter ideo dixi. quia cauſaliter ſecus: ut
not. ſupra ut lite non conteſta. §. 1 & 2.
In principali ideò adieci: quia in emer-
gentibus quæſtionibus, & in dilatorijs
exceptionibus poſſunt teſtes ante litem
conteſta. produci: ut cum ſuſpicio iudici
opponitur. coram arbitris probatio of-
fertur: ut ſupra de offi. delega. ſuſpicio-
nis. Item cum opponitur de ſuggeſtio-
ne falſitatis uel ſuppreſſione ueritatis. ſi-
cut in his & conſimilibus quilibet po-
teſt exempla per ſe notare. Quando au-
tem teſtes actoris & teſtes rei produci
debeant poſt lit. conte. no. ſupra tit. pro-
17 xi. §. actor. ¶ Teſtes produci poſſunt † uſ
que ad tertiam productionem ut infra eo.
titu. in cauſis ſed hoc uerbum productio
duobus modis conſueuit exponi. uno mo
do ſic. Productio, ideſt, dilatio, unde
tres productiones dari debent pro teſti-
bus. id eſt tres dilationes in quibus fieri
poſſunt multæ teſtium productiones. id
eſt, inductiones & præſentationes quar-
ta autem dari non debet niſi cũ ſolemni-
tate legali. infra eo. ti. in cauſis infra eo. ti.
c. pe. in aut. eod. ti. §. quia uerò coll. 7. Et ſe
cundum hoc intelligi poteſt quod dicitur
in lege antiqua. ff. de ferijs. l. ult. ꝙ pro ſin
gulis neceſſitatibus ſingulæ dilationes da
ri debent, uerum eſt uſq; ad tres & quar-
tam cum ſolennitate ut dictum eſt. Alio
etiam modo exponitur hoc uerbum pro-
ductio id eſt præſentatio teſtiũ. ut ſic hoc
uerbum productio ſignificet id quod uer-
bum ſonat. & ſimile. ff. de uerbo. ſig. l.
cum enixa. ff. iudicatum ſolui. l. iudica-
tum. Nam cum præſento iudici aliquos te
ſtes recipiendos dicitur una productio. cũ
præſento alios dicitur ſecunda productio.
tres ergo tales productiones fieri poſſunt
ſub una tamen dilatione. quarta uerò non
niſi cum ſolẽnitati legali ut dixi. Et no.
quòd ſecundũ primam expoſitionẽ quod
dicitur de quarta genera exempli dicitur.
Idem eſt de quinta & de ſexta & de ulte-
riori ex neceſſitate tamẽ. quia ut ſuperius
dictum eſt pro ſingulis neceſſitatibus ſin-
gulæ dilationes cum cauſæ cognitione dã
dæ ſunt. non enim facile amplius quàm ſe
mel dilatio dari debet. ut 3. quæſtione 3.
§. ſpatium. Sed puto in hoc ſeruari debe-
re quod obtinet in cauſis de facto cum
enim aliquis uult probare per teſtes. col-
ligere debet omnes teſtes quos tunc ha-
bere poteſt & dicet iudici. Iſtos re præ-
ſento pro prima productione. Item col-
liget alios & præſentabit pro ſecunda.
Item alios pro tertia. omnes tamen ſub
una dilatione. ſed iudex refrenare po-
terit multitudinem teſtium effrenatã. ut
infra eod. ti. ſignificauerunt. Legalis autẽ
ſolẽnitas hæc erit. quia iurabit is qui pe-

tit quartam productionem quòd non fuit percunctatus dicta teſtium per ſe uel per alium nec petat quartam productionem per aliquem dolum, machinationẽ, uel artẽ ſed propterea quòd non ualuit uti teſtibus quos producere intendit. ut in auten.
18 eo.tit.§.quia uero multi. ¶ † Item cum in hoc caſu iuretur quæro an derogatum ſit illi auten. de his qui ingredi. ad appel.§. quia igitur, colla.5.ubi dicitur quòd ſemel in tota lite iurandum eſt. Reſpondeo puto derogatum eſſe.quia in auten.de teſtibus. poſterior eſt illo autem.de his qui ingre. & eodem modo derogetur illa autem. de his qui ingrediuntur per aliud autẽ. de inſtrumentorum cautela. §. ſi uero moriantur. ubi ſimiliter ſecundo iuratur quod autẽ. eſt in 6. collat. Vel poſſet dici quòd non derogaretur. nam illud autem.de his qui ingrediunt.loquitur in iuramento de credentia quod ſemel in tota lite præſtandum eſt. Aliud uerò autem. loquitur in iuramento ueritatis. Item ſciendum eſt quòd ſi ego produxi teſtes in principali. Et tu excipias in perſonas illorum licebit tibi producere teſtes ad reprobationem meorum & eodem modo licebit mihi excipere contra tuos teſtes & alios producere ad reprobandas perſonas tuorum. conceditur enim mihi a iure teſtes meos defendere. ut infra de ſimo. licet. Hely. & c.per tuas.& etiam confirmare. ut.3.q.3 de iudicijs.ulterius autem tibi non licet reprobare meos. quos ultimo produxi. Nam ſi hoc tibi licentiam quarti producerentur contra tertios computatis his quos in principali produxi. & ſi liceret producere quartos contra tertios.eadem ratione & quintos cõtra quartos. & ſic poſſet res ad infinitum deduci.
19 ut infra eod. titu. licet dilectus filius † Infinitas autem uitanda eſt. ut. C. de iudi.l. properandum, in princ. ſupra de dolo & contu. finem. ff. de re iudi. a diuo Pio.§. ſed ſi emptor. ff. de arbit. l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. pro ſuo. l. ultima. ff. de lega. 3.l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. Et idem dico ſi ego & tu produximus teſtes in principali. nam licebit tibi obijcere in perſonas meorum & mihi in perſonas tuorum. & ſic tibi licet producere teſtes contra meos & mihi contra tuos. Sed & cuilibet noſtrum licebit tertios producere teſtes ad defenſionem illorum quos in principali produxi & ad reprobationem illorum qui producti ſunt ad reprobandum ¶ Nunc uidendum
20 dum eſt de diuerſitate teſtium. † Et eſt ſciendum quod teſtes in his concordare debent quæ ſequenti uerſiculo continentur. Res perſona. gradus locus. hæc ſint conſona tempus. Res ut cum unus teſtis dicit de una re alius de alia. uel unus de uno facto alius de alio. ſi de factis quæritur. Et tunc non ualet teſtimonium cum ſint teſtes ſinguli in ſuis teſtimonijs ſingulares. ut ſupra de elec. cum dilectus. & ſupra de proba. licet. Perſona ut cum quæritur de perſona. & unus teſtis dicit de una perſona & alius dicit de alia non ualet eorum teſtimonium ratione præmiſſa. Gradus ut ſi agatur de impedimento conſanguinitatis & affinitatis & teſtes in computatione graduum diuerſos aſſerant gradus non ualet eorum teſtimonium. ut 35. q. 6. de parentela. Locus reddit teſtimonium inefficax. ut in exemplo Danielis. Similiter & tempus ut 3. q. 9. nihilominus. Sed hæc dicunt quidam uera eſſe in facto irreiterabili. ut eſt homicidium eiuſdem hominis. In facto uerò iterabili. ut eſt adulterium etiam cum eaſdem dicunt diuerſitatem loci & temporis non nocere. Nam & ſi teſtes in his uarient ut non probent idem adulterium propter diuerſitatem loci & temporis, probant tamen illum adulterium contra quem producuntur. Sed hoc reprobat Danielis exemplum. talis autem diuerſitas in tempore non nocet ut ſi unus dicat de die dominico alius de hora nona eiuſdem diei. quia dictum ſecundi continetur ſub dicto primi. uel ſi unus dicat in domo tali contractum uel delictum eſt alius dicat in camera. Item in facto durabili non nocet diuerſitas teſtium. ut ſi unus dicat ſe uidiſſe epiſcopum uel presbyterum celebraſſe

lebraſſe in hora tertia alius in hora ſexta. Miſſa. enim in tantum durare ſolet. Sed quid ſi agatur de decima. & unus teſtis dicat decimam ſolutam uidiſſe. interrogatus quid uiderit ſolui reſpondit fabas alius dicit ciceram. nunquid probatum intelliges decimam fuiſſe ſolutam. Reſpondeo non, quia in rebus diſcordant. ut in primo membro uerſus huius De diuerſitate autem teſtium pleniſſimè notatur. 4 q 4. item in criminali, in glo. quæ incipit circa. Sed ut breuem & ſummariam doctrinam habeas ſic notabis.
21 ¶ Si teſtes † quos ego induco uaria & diuerſa proponant erunt ſinguli in ſuis temonijs ſingulares. ut ſupra de elec. cum dilectus. & cap. in geneſi. & cap. bonæ memoriæ & ſupra de proba. licet. Si uerò quilibet ſibijpſi contraria dicat repelletur omnino. & in decret. licet. infra. de ap. ſollicitudinem. ff. quando appel. fit. l. 2. C. de fur. l. 1. lib. 10. & de mune. primo l. proceſſio. Cæterum ſi quidam de meis teſtibus dicant pro me, quidam pro aduerſario meo, iudex conſiderabit numerũ & conditionẽ illorũ qui dicunt pro me, & illorũ qui dicũt pro aduerſario, & qui dicãt uerſimiliora & negotia aptiora. ut 4. q. 3. §. itẽ in criminali. in uer. ſæpe. Si uerò ego inducam teſtes pro me. & tu tuos pro te. & teſtes tui deponunt contraria his in quæ dicunt teſtes mei. tunc etiam iudex conſiderabit numerum & conditionem meorum & tuorum & qualitatem dictorum, & ſic præferret meos tuus, uel tuos meis. Sed ſi omnia paria inueniãtur quod difficile eſt tunc interpretetur ſi poteſt ut infra eod. titu. cum tu fili. ſi non poteſt abſoluat reum. ut ſupra de proba. ex literis infra de fide inſtru. inter dilectos, uel iudicabit pro re magna fauorabili. ut in prædicta decre. ex literis. ff. de re iudica. l. inter pares. ff. de reg. iur. l. libertas. 12. q. 2. cum redemptor. ff. de inoffic. teſta. l. ſi pars iudicandum. 33. q. 1. ſi quis accepit. Vnde uerſus. Stat teſtamentum libertas coniugiumque. Si ſint æquales qui producuntur utrinq; ¶ Pu-
22 blicatis † atteſtationibus non licet alterutri, hoc eſt ei qui produxit, uel aduerſario teſtes producere circa idem. ut infra. eo. titu. cum ueniſſet. ſecus circa aliud. ut infra. eo. titu. cauſam. & c. cum cauſam. ſeries, ex tenore. Quidam tamen Doctores aliter intelligunt has duas decre. dicunt enim quòd ibi poſt publicationem atteſtationum producuntur teſtes. Alij circa idem adijcientes hoc ſpetiale eſſe in cauſa matrimoniali. Et eodem modo intelliguntur infra de conſangui. & affini. ex literis. infra. eo. tit. cum in tua infra de ſpõſali ſicut, eo quòd cauſæ matrimoniales fauorabiles ſunt. Sed certe hoc nõ eſt augere fauorem ſed uiam falſitatibus apęrire ut in auc. de teſti. §. quoniã uero mul-
23 ti, colla. 7. † ¶ Vnde illorũ ſententia non admiſſa dico. quòd etiã in cauſa matrimoniali teſtes produci non poſſunt ſuper eiſdem articulis poſtquam partes didicerint teſtificata. ut infra eo. tit. conſtitutis. ¶ Ad iura quæ ipſi allegant ſic reſpondeo. Decreta. illa ſeries. non ob. Nam ibi teſtes producuntur ad alium articulum, ſiue ad alium gradum. In illa ex tenore. inducuntur ad probandam negatiuam indirectè. ſicut loquitur lex. C. de contrahen. & committen. ſtipula. l. optimam. Illa cum in tua, non ob. quia ibi prima productio facta fuit extra iudicium cum prædiceretur in eccleſia de matrimonio contrahendo. Secunda uerò in iudicio. & ideo per cunctatio priorum atteſtationum non nocet ſecundæ productioni. Et ideò caute ſubiunxit in fin. cum hæc exceptio locum non habeat in hoc caſu. Quidam habent in litera in hac cauſa. Sed prior litera uerior eſt. Decreta. illa ex literis, ſimiliter non obſtat. Nam ibi prima probatio fiebat extra iudicium, ſecunda in iudicio. Sicut in illa deci. cum in tua. tertia productio fiebat ad alium & nouum articulum. ſ. quando teſtes didicerint quod teſtati ſunt ante accuſationem matrimonij uel poſt. ¶ Scio quòd cum ſuper hac quæſtione inter me & Doctores Paduæ concertatio fuiſſet exorta alijs primã opinionẽ fouentibus. me ſecun-

ſecundam conſulta romana ecc. ſuper qõne de facto poſteaioré ſententiam approbauit. Hæc tamen in cauſa appellationis locum non habent in qua materia talis doctrina tradita eſt, non oppoſitum opponã: & oppoſitum nõ probatũ probabo .ſ. nõ oppoſitum in primo iudicio opponã .ſ. in iudicio appellationis. & oppoſitũ in primo iudicio nõ probatum probabo in iudicio appellationis ut probantur hæc omnia infra eo. ti. fraternitatis ff. de appel. l. ſcio. C. de appel. l. eos. § ſi quis aũt. C. de tẽpo. appel. l. per hanc, dominus Alber. dixit quòd poſt publicationẽ atteſtationũ nec in prima cauſa principali nec in cauſa appellationis licet. circa idẽ nouos producere teſtes, per autẽ in autẽ. eo. ti. §. quoniã uero multi Et reſpõdebat ad leges ſuperiores ꝙ loquãtur cũ in primo iudicio probatũ eſt, nõ per teſtes ſed alio modo. ſed ad decre. illã fraternitatis, non poterat reſpondere. ¶ Et not. quòd decre. illa fraternitatis. dicit teſtes poſſe produci in cauſa appellationis ſuper nouis capitulis Sed lex illa per hanc, dixit ſuper nouis aſſertionibus, quæ non ad nouũ capitulũ pertineant. Ad quod reſpondeo, quia quod dicit decre. capitula, exponendum eſt, id eſt, aſſertiones ſuper quibus audietur quis in cauſa appellationis. ſi non ad nouum capitulum pertineãt, ut dictũ eſt. Nã ſi in cauſa appellationis aliquid proponatur uel aſſeratur non contingens id de quo actum eſt in primo iudicio proponens non eſt audiendus, nec admittendus uolens probare. ¶ Item decre. eadem, dicit in cauſa appellationis nouos teſtes admittendos ſuper nouis duntaxat capitulis. Illa per hanc. dicit tam ſuper ueteribus quam ſuper nouis. Soluunt legiſtæ, dicentes quòd ſuper ueteribus in quibus iã facta eſt publicatio, noui teſtes induci non poſſunt in eadem cauſa, ſed in cauſa appellationis quæ eſt alia à prima. Sed ob. eis uerbum decre. duntaxat quæ in cauſa appellationis loquitur. Nam dicit quod appellatum fuit ſuper quæſtione iudicata. Quidam tamẽ dixerunt quòd lex loquitur quando appellatur à diffinitiua, decre. quando appellatur citra diffinitiuam. unde quando eadem cauſa durat nõ poſſunt teſtes audiri ſuper ueteribus. Nec iſtud placet quia decre. loqui uidetur cùm appellatum eſt à diffinitiua ut

24 ſuperius dictum eſt. ¶ In hoc † igitur ſic teneo quòd tam in prima cauſa quam in cauſa appellationis noui teſtes admitti nõ poſſunt ſuper ueteribus articulis poſt publicationem. Et quod dicit lex in cauſa appellationis nouos teſtes admittendos ſuper ueteribus ſubaudio non probatis in primo iudicio uel probatis non per

25 teſtes ſed ali o modo. ¶ Solet † dubitari quæ ſint nouæ aſſertiones uel noui articuli ex ueteribus capitulis dependentes. Ad quod exempla canonica ſic pono. Agebas contra me in actione ex uendito ut tibi traderem rem quam tibi uendidi. excipiebam, non teneor quia nondum eſt mihi in pretio ſatisfactum: iudex condemnat me. appello in cauſa appellationis circa uetus capitulum quod fuit de non tradendo quoddam nouum aſſero in iuditio appellationis ſcilicet non teneor tradere quia uenditio non fuit purè contracta, ſed ſub conditione, quæ non eſt impleta. ut infra de fide inſtrumento. cum Ioannes in princip. Item uis facere quartam productionem teſtium: cum iudex non admittit: appellas in cauſa appellationis. ego appellatus poſſum circa uetus capitulum quod eſt de non recipienda quarta productione aliquid de nouo aſſerere quod in primo iudicio non dixi. ſcilicet ut dicã quartam productionem. ideo non fuiſſe admiſſam, nec fore etiam admittendam ut refrenetur effrenata teſtium multitudo. ut infra eo. ti. ſignificauerunt. Legalia exempla ſic pono Tutor datus ſe excuſat dicens ſe gerere tres tutelas, unde excuſat ſe à quarta, unde condemnatus appellat nunc in cauſa appellationis circa excuſationem aſſerit nouum ſcilicet ſe gerere unam tutelam ita diffuſam & negocioſam ut loco trium tutelarum habeatur. ut. ff. de excuſat. tute. l. is qui tres, §. eum qui. Item agebas contra me dicẽs

quod

quod in minori ætate ſine decreto uendi deras mihi prædium. dicebam ualere uenditionem tanquam a maiore f. ctam, in cauſa appellationis potero aſſerere à maiore ratam uenditionem habitam. ut. C. ſi ma. fac. ra. hab. l. ulti. ¶ In ſumma notan
26 dum eſt quòd † quatuor ſunt quæ tollunt copiam probandi per teſtes publicatio atteſtationum, renunciatio ſiue concluſio, quarta productio, & numerus effrena
27 tus. ¶ Item nota † quod teſtis ſuper eo tantum ſuper quo iurat, & ſuper quo inducitur deponere debet. ut infra eo. ti. de teſtibus. ff. de pet. hære. l. ſi quis libertaté §. ult. ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. §. idé
28 Iulianus. C. qui leg. perſo. ha. l. ult. † Sed quid ſi prius teſtis deponat & poſteà iurat. Puto non ualere teſtimonium. prius enim iurare debet. ut 4. q. 3. §. item in criminali, in uerſi. item iureiurandi. Quid ſi teſtis dicat teſtimonium & dicat iuratus. quod ſcriptum eſt in carta dico uel depono Ad quod reſpondeo. quod hoc nó ſufficit. Nam iudex habet neceſſe conſiderare teſtis ſermonem. conſtantiam & trepidationem. ut. ff. de quæſtionibus. l. de minore. §. 2. Item ſi ætatem habet, de ſe loquatur. ut de conſecra. diſtin. 3. cum pro paruulis. Et propterea dictum eſt tu magis ſcire potes quanta ſit teſtibus fides adhibenda. ut. ff. eo. tit. l. teſtium fides in fi. Sed hæc quæſtio expedita uidetur. 5. q. 2 relatum 3. q. 9. teſtes & c. cartæ. 2. quæſt. ult. per ſcripta infra de accuſat. & inqui. inquiſitioni. §. tertiæ. ¶ Item nota.
29 † quod teſtes producti coram arbitris poſſunt produci coram iudicibus, & ad idem ad quod primo fuerant producti, & ſi publicatio facta ſit coram arbitris. ut infra eod. c. præſentata. C. de arbit. l. cum antea, in fine. C. de teſtibus. l. cum apud. Vbi autem aliquis atteſtationes in uno iudicio receptas in alio iudicio producit, ſi atteſtationes ſunt clauſæ erit in optione producentis an uelit uti illis atteſtationibus, uel uelit illos teſtes quos prius produxerat uel alios producere. ut infra eo. tit. conſtitutus & c. cum cauſam. §. uolétes. Et hoc ita uerum eſt ſi renunciatum non eſt teſtibus uel ſufficiens productio non eſt facta. ut infra eod. tit. de teſtibus. uel ſit legitimus numerus teſtium non ſit completus, ut in prædicta decre. cum cauſam. Et ſecundum hoc intelligo infra eo. tit. conſtitutus, in fi. Cæterum ſi atteſtationes ſint apertæ. erit in optione illius contra quem atteſtationes producuntur, ut uel illas ratas habeat, uel patiatur illos produci iterum ſi uiuunt. Nam ſi ſunt mortui neceſſe habet illas ratas habere. ut in præallega. decre. cum cauſam & C.
30 eo. t. l. ul. ¶ † Poſſunt etiá teſtes apud eundem iudicé iterato produci, & ad idé uariato tamen modo agendi. ut infra e. t. ueniens, Ité ſi neceſſario interrogationis omiſſæ ſunt. ut infra eo. ti. per tuas. Ité ſi teſtes confuſè deponant. ut infra eo. ti. cum clamor. Item ſi obſcurè. ut infra proxi. tit. præterea 35. q. 6. de parentela. ff. de q. l. repeti. quod enim obſcurè dicitur pro non dicto habetur. ut. ff de interrogato. actio. l. de ætate. §. nihil intereſt. & obſcurè ſcriptum pro non ſcripto habetur. ut habetur. ut. ff. his quæ pro non ſcriptis. l. 2.

## Summarium

1 *Teſtes generaliter coguntur perhibere teſtimonium, & quando & qualiter compellendi ſunt. nu. 3.*

2 *Clericus ob crimen falſi degradatus, ſtatim ſeculari foro applicatur.*

4 *Teſtimonium ſuum ſubtrahentes an peccent mortaliter & nu. 5.*

6 *Recipiens aliquid pro teſtimonio ferendo, qualiter puniatur.*

7 *Pecunia data teſti ut uerum teſtimonium ferat, an repeti poßit.*

### ¶ DE TESTIBVS COGENDIS. Rubrica.

Dictum eſt ſupra de teſtibus. Sed quia officium teſtium publicum eſt, & ad id nonnunquam inuiti coguntur. Ideo ſubiicitur hic rubrica de teſtibus cogendis. ¶ Videamus igitur an ſint co-

ſint cogendi. & qualiter, in quibus caſibus, & an peccent teſtes ſubtrahendo ſe à teſtimonio ferendo, uel ſi pro teſtimonio ferendo aliquid recipiant. ¶Generaliter
1 liter teſtes † coguntur perhibere teſtimonium ueritatis. & hoc in ciuilibus ut. C. de teſtibus. l. ſi quãdo. ff. de tabulis exhi. l. locum. §. exhibere, in authẽ. de teſtibus. §. quoniam colla. 7. & infra in pleriſque decre. 14. q. 2. quanquam. Sed & in criminibus uidetur teſtes fore cogendos. ut ſupra. ti. proxi. cum cauſam infra eo. titu. præterea. & c. ſuper his. & c. cum contra magiſtrum & infra eo. ti. ca. ulti. infra de ſimo. licet Hely. Item cum certè ſint perſonæ quibus non denunciatur inuitis ut teſtimonium ferãt quod ex priuilegio contingit. ut. ff. de teſti. l. 3. §. Iulianus. & l. inuiti. Et in alia. l. inuiti, ſequitur quòd in alijs perſonis aliter eſt ſeruandum. ut ar. ff. ad munici. l. 1. C. de theſau. l. 1. li. x. Et hæc quæ dixi in criminibus obtinent cum de crimine ciuiliter non criminaliter agitur & ſecundum hoc non obuiat infra eo. ti. dilectorum. Sed inſtabis decre. illa cum cõtra magiſtrum, loquitur in crimine falſi. nec innuit quòd ibi actum fuit ciuiliter & tamen teſtes coguntur. Poſſumus dicere quòd forte ciuiliter agebatur. Sed dices non multum refert utrum ciuiliter an criminaliter agatur de crimine falſi. nam per utrunque modum ſequitur pœna ordinaria. ut. C. de prob. l. iubemus Ad quod dico immo refert quia per modum ciuilem non fieret depoſitio Vel dici poteſt quòd ſpeciale eſt in crimine falſi, ut in eo etiam ſi criminaliter agatur teſtes ſint compellẽdi qui ſe ſubtrahũt gratia, odio, uel timore. ſicut & quædam alia ſunt ſpecialia in eodẽ crimine ſcilicet ut in eo imponatur pœna ordinaria per mo
2 dum ciuilem ut dictum eſt. † Item clericus pro crimine falſi conuictus & degradatus ſtatim ſeculari foro per conſequentiam applicatur ut infra de uerbo. ſignifica. nouiſſimus infra de crimine fal. ad falſariorum. cum hoc generaliter in alijs criminibus non contingat. niſi poſt depoſitionem depoſitus incorrigibilis habeatur ut ſupra de iudi. cum non ab hominẽ. Sed his omnibus quæ ſuperius dixi quòd clerici cogantur ad teſtimonium tam ciuilibus quam in criminalibus obſtat canon. 2. q. 6. ſtatuendum, quia nec clerici iurare debent ut 2. q. 5. ſi quis præsbyter. ſicut nec compelletur ad alia publica officia. ut 16. q. 1. generaliter. Sed illud generale ſic modifico. uerum eſt quòd non compellũtur ad teſtimonium præterquã ſi per alios ueritas liquere nõ poteſt ut in præallegato. c. 14. q. 2. quanquam. uel niſi gratia, odio, uel timore ſe ſubtrahant. ut infra eo. ti. c. 1. & ulti. & c. contra magiſtrum. & c. peruenit. Sed ſi queras quare minus coguntur teſtes in criminibus ſi criminaliter agatur quam in ciuibus. Reſpondeo in criminalibus mouentur accuſatores eam rem deferre in publicam notionem quæ munita ſit teſtibus idoneis, uel inſtructa apertiſſimis documentis uel indicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita ut. C. de proba. l. ul. 2. q. 8. ſciant. ſed dices idem in ciuilibus Nam punitur is qui aliquem temere ad iudicium uocet ut. ff. de iudi. l. eum quẽ. Ad quod reſpondeo. ibi diligentius examinetur ubi contra ſalutem hominis oppreſſa putatur eſſe iuſtitia. ut. C. de appel.
3 l. addicos. ¶Sunt † autem compellẽdi per cenſuram eccleſiaſticã ut apparet ex forma literarum domini papæ per clauſam illam. teſtes autem & c. Per cenſuram uero eccleſiaſticam non ſolum interdicti. ſed ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam intelligo ut infra de uer. ſign. querenti. ſed ſi clauſula illa teſtes autem, non adijciatur in literis ut ſolet fieri, cũ in literis habetur mentio de crimine. nihilominus iudex ad iura ſe referat & cogat uel non cogat teſtem, ſecundum ea quæ ſuperius ſunt præmiſſa. Conſuetudo tamen Romanæ curiæ ſic ſe habet, in cauſis de facto ut nullum teſtem cogat uel de crimine agitur qualitercunq; de ipſo agatur & idem ſeruat in literis non apponendo clauſulam cõſuetam teſtes autem. & c. ¶In quibus caſibus teſtes nõ cogũtur per
4 præmiſſa ſatis apparet. ¶Peccant illi † & mortali-

mortaliter ſicut puto qui teſtimonium ſuum ſubtrahunt ei rei quæ non niſi per eos probari poteſt. & ideo compellendi ſunt ad ſatisfactionem, ſicut in alijs mortalibus contingit. ut. 6. q. 1. illi qui. 22. q. 1. prædicandum. 32. q. 5. præceptum. Et maximè peccat qui metu alterius ueritatem occultat. Vnde Aug. quiſquis metu cuiuſcunq; poteſtatis ueritatem occultat iram Dei ſuper ſe prouocat. quia magis timet hominem quàm Deum. Et poſt pauca. uterq; reus eſt & qui ueritatem occultat & qui mendacium profert. quia ille prodeſſe non uult & iſte nocere deſiderat. ut 11. q. 3. quiſquis. & infra de
5 crimi. fal. ca. primo. ¶ Sed quid ſi † qui ſe ſacramento artant ad non prohibendum teſtimonium ueritati. Puto iuramentum temerarium in hoc caſu ſcilicet cum non poteſt liquere de ueritate niſi per eos. unde iurans poſſent propria auctoritate contrauenire ut 22. q. 4. in malis. cum ſit certum ex hoc mortale peccatum prouenire. ſecus ſi dubitaretur. nam tunc ſuperioris auctoritas prius eſſet requirenda ut ſupra de elec. uenerabilem. ¶ Item quid ſi unus interfuit negotio cum ſciat per unum non poſſe probari ut 4. q. 3. §. item in criminali, in uer. unius, lex enim diuina uel humana unius teſtimonio etiam idoneo nec iuſtificat nec condemnat ut 33. q. 2. admonere, iurauit non perhibere teſtimonium ueritati. Reſpondeo puto & huiuſmodi iuramentum temerarium fore. quia ſi unus non faciat plenam probationem facit ſemiplenam. & fit delatio iuramenti ut per iuramentum probatio compleatur ut. C. de rebus cre. l. bonæfidei. ff. de iureiur. l. admonendi. Nec obſtat. ff. de quæſtionibus. l. maritus. ibi enim non ideo reprobatur quæſtio. quia unus teſtis non inducebat præſumptionem. ſed quia ancilla in dominum torquebatur quod fieri non debebat. ut. C. de quæſtio. l. 1. Item non ob. infra de ſucceſ. ab inteſ. cum dilectus. quia licet unus teſtis ibi non faceret plenam probationem ſuffeciſſet tamen ad iuramenti delationem niſi pars altera obtuliſſet contrariam probationem. Quid ſi aduerſarius ſubtrahat teſtes. Reſpondeo iniquam a ſe foueri litem oſtendit. ut ſupra titu. proxi. conſtitutus, & experiri debet in ſe auctoritatem iudicis eluſam ut infra eod. titu. peruenit. C. d. poſtu. l. prouidendum. 3. q. 7. §. tria.
6 ¶ Reſtat † uidere an peccet teſtis ſi quid recipiat pro teſtimonio ferendo. Et certe ſic, quia ſicut ſententia non debet eſſe uenalis ita nec teſtimonium. Vnde Aug. cum iudicia & teſtimonia quæ nec iuſta nec uera ſunt uendenda iniqua & falſa uenduntur. multò ſceleratius utiq; pecunia ſumitur. quia ſceleratè etiam quàmuis uolentibus datur. ut 14. q. 5. non ſanè. Expenſas tamen recipere poteſt ab illo qui eum producit. ut 4. q. 3. uenturis. & ff. de teſtibus. l. fides teſtium. §. Sabino. Quid ſi teſtis corruptus teſtimonium falſum dicat. Teſtimonium nullum eſt, tum quia uenale. & tum quia falſum. & præter pœnam falſi tenetur etiam in iudicio animæ illi quem ſuo teſtimonio læſit ad omne intereſſe. ar. ſupra ti. proxi. ſicut, & ar. C. de pœna. iu. qui malè iu. l. 2. Pecunia uero quæ data eſt non reſtituetur ei qui turpiter dedit cui obſtat propria turpitudo ut in prædicto. c. non ſanè. ff. de condi. ob. tur. cauſam. l. 3. ſed ei in cuius iniuriam data uidetur. ut 1. q. 1. iubemus. & ar. 17. q. 4. ſi quis in atrio. ff. de cal. l. generaliter. §. illud infra de Simo. de hoc aût. & c. audiuimus. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. in auten. de ſanctiſ. epiſcopis.
7 §. ſed neq;. ¶ † Quid ſi data eſt pecunia ſimpliciter ut teſtimonium ferat & ut uerum teſtimonium ferat. Dicunt quidam in his caſibus illum qui dedit repetere non poſſe. uidetur enim teſtem corrumpere uoluiſſe. ff. de condi. ob turpem cauſam. l. 2. Sed contra. 14. q. 5. non ſane. Vnde in hoc caſu dici poteſt quòd talis poſſet repetere pecuniam ſi non eo animo dedit ut teſtem corrumpat. ſed ut ſibi iuſticia conſeruetur ar. infra de ſimo. dilectus.

## Summarium


1 *Inſtrumentum quid ſit, & qualiter accipiatur, & nu. 2.*
2 *Inſtrumentorum duæ ſpecies,*
3 *Sigillum autenticum qui habere dicantur.*
*Scriptum autenticum quod dicatur,*
4 *Scriptura priuata an fidem faciat.*
5 *Antapocha quid ſit,*
6 *Apocha quid ſit.*
7 *Inſtrumentis quando fides non adhibeatur.*
8 *Sumpto an ſit præſtanda fides,*
9 *Inſtrumenta an cum die & conſule edi debeant.*


¶ DE FIDE INSTRVMENTORUM. Rubrica.

DIximus ſupra de illa ſpecie probationum qui fit per uocem uiuã. ſcilicet per teſtes. Nunc uideamus de ſpetie quæ fit per uocem mortuã. ſcilicet per ſcripturam. Et ideò ſubijcitur hic Rub. de fide inſtru. ¶ Videamus igitur quid ſit inſtrumentum. qualiter hic accipiatur, & quot ſint eius ſpecies, & quibus inſtrumentis fides adhibeatur, & ex quibus inſtrumentis fides inducatur uel

1 minuatur. ¶ Inſtrumenti † appellatio eſt generalis. Nam & teſtimonia & perſonæ quibus cauſæ inſtrui ſolent inſtrumentorum loco habentur. ut. ff. eod. tit. l. 1. ſupra de teſtibus c. peruenit. ff. de uer. ſigni. l. notionem. §. inſtrumentorum. Sed & alias dicitur inſtrumentum apparatus fundi quo poſſeſſio exercetur. ut. ff. de fun. inſtru. & inſtru. lega. l. quæſitum. ℞. 1. Hic autem ponitur inſtrumentum pro cartis uel ſcri-

2 pturis. ¶ Inſtrumentorum duæ † ſunt ſpecies aliud publicum, aliud priuatum. Publicum quod fit per manum tabellionis cui ſi fuerit in prima figura hoc eſt non cancellatum, non abolitum, non uiciatum uel uituperatum. ut. C. de edic. di. Adi. tol. l. 3. fides adhibetur ſine alio adminiculo. ut in aut. eo. tit. §. ſi uerò moriantur, niſi is contra quem profertur falſum. ut. C. eod. titu. l. ſi uteris. Priuatum aliud autenticum. aliud non autenticum. ſ. confectum a duobus loco tabellionis in iudicio aſſumptis. ut ſupra de proba. quoniam con-

3 tra falſam. † Item inſtrumentum ſiue ſcriptum uel priuatum ſed autenticum eſt cui appenſum eſt ſigillum autenticum ut inſra. eo. ti. ſcriptura. Eſt autem autenticum ſigillum ſcilicet epiſcopi. ut ſupra de teſtibus. cum a nobis. 11. q. 3. curæ. c. dicũt. & aliorum prælatorum. ut ſupra de do. & contu. ueritatis. Item conuentus. ut ſupra de proba. tertio Capituli. ut infra. de. appel. ſignificauit. Vniuerſitatis ſupra de pro cur. quia in cauſis. Cuiuſlibet corporis uel collegij. ut infra de exceſ. præla. dicam. Itẽ autenticum eſt ſcriptum, & ſi priuata manu cõfectum quod habet ſubſcriptionem trium uiuentium teſtium. ut. C. qui poſ. in pig. ha. l. ſcripturas. in fi. in aut. eo. ti. §. ſed

4 & is. & §. ſed & ſi quis. † Et ſi de ſubſcriptionibus dubitetur fiet comparatio per inſtrumenta publica in quibus ijſdem teſtes ſubſcripſerunt. ut in aut. eod. titu. §. his qui, uel per inſtrumenta priuata habentia ſubſcriptionem teſtium eorũdem. ut. C. eodem titu. l. comparationes. Si uerò teſtes inſcripti deceſſerint ſcriptũ non uidetur alicuius firmitatis robur habere. ut infra eodem tit. ſcripta. ſed priuata ſcriptura ſcriptionem non habens generaliter fidem non facit. ut. C. de prob. l. inſtrumenta. & l. rationes. & l. exemplo. niſi contra illum qui ſcripſit & hoc in perſonalibus actionibus. ſecus in realibus ut in præall. l. ſcripturas. ¶ Publicum igitur inſtrumentum auctoritati tabellionis innititur ut dictum eſt & probatur. C. ad leg. Cor. de fal. l. ſi quis decurio. & in aut. eo. ti. §. ſi uerò moriantur. Sed ſi de ſcriptura tabellionis dubitetur fiet compatio. ut in aut. eod. tit. §. quòd ſi etiam. & §. ſequentibus. ¶ Nunc de apochis & antipochis aliqua

5 ſub breuitate notemus. † Eſt autem antipocha chirographum quod facit debitor creditori in quo debitor fatetur ſoluiſſe tãtum. Et non dicitur ab anti quod eſt contra, ſed ab ante. quia antapocha. fit ante apocham prius ei fatetur ſe ſoluiſſe penſiones, uſuras, uel cenſus. quod fit in antapocha. & demum creditor fatetur in apocha de recepto. Et eſt igitur antapocha indu-

inducta ad ſecuritatem creditoris. qui enim nomine poſſidet alieno & penſionem ſoluit, uel qui creditori ſuo præſentat uſuras, ſi quandoq; dicat ſe ſuo nomine poſſediſſe uel ſe præſcriptione liberatum contendat, obſtat ei propria ſcriptura. Nam dominus ſiue creditor per antapocham de iure ſuo docebit. ut. C. eo. ti. l. plures. Vel ſecundum alios antapocha ſcriptura eſt quam facit debitor obligando ſe. tunc dicitur ab anti quod eſt contra.
6 † Sed apocha ſecundum omnes eſt ſcriptura creditoris profitentis ſibi ſolutum a debitore. & ſic ponitur. ff. de administra. tu. l. Lucius. §. tutor. Et ſecundum hoc dicitur. apocha fit datis antapocha ſuſcipiẽtis i. apocha fit a creditore antapocha a
7 debitore. † Multa uero ſunt propter qui inſtrumentorum fidei derogatur, raſura literarum, immutatio primæ figuræ. ut infra eo ti. inter dilectos. ff. de his quæ in teſta. delentur. l. 1. ff. de proba. l. ſi chirographum. C. de edi. di. Adri. tol. l. 3. Nam falſitas eſt immutatio ueritatis ut in aut. eo. ti. in prin. coll. 7. Literæ tamen uel ſyllabæ mutatio omiſſa uel ſubtractio uitium non inducit ut infra eo. ti. ex parte. ff. de manu teſ. l. qui habebat. niſi ſubtractio immutatio uel omiſſo ſenſus uarietatem inducat. ut infra eo ti. inter dilectos. unde auctorum uerba emendare tenore ſententiæ perſeuerante non eſt prohibitum ut. ff. de re iudi. l. auctorum. & raſura paucarum literarum quæ ſapientis animum nequaquàm indubitationem uertere debeat. permittitur in literis domini Papæ præter uitium falſitatis. ut infra de crimi. fal. c. ul. ¶ Vitium grammaticæ non uitiat inſtrumenta. nec enim error ſcripturæ, impedit cauſam iuris. ut. C. de teſta. l. errore. & l. ambiguitas. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. fidei tuæ. & l. unum. §. ult. ff de hæredi. inſtitu. l. 1. Et eſt ratio in inſtrumentis, quia eorum fides auctoritati tabellionis innititur. cuius fides magis inſpicitur quàm error ſcribentis: ſicut in ſacramentis ueritas ſubſtantialis formæ, attenditur non ſanitas uerborum ut de cõ. diſ 4. retulerunt. & capit. ſi non ſanctificatur.

¶ Aliud autem eſt in reſcriptis dominĩ Papæ, ut ſupra de reſcriptis ad audientiã. Et eſt ratio quia per multorum officialiũ manus tranſeunt. & tandem purgatorium inducuntur, hoc eſt ad examen uicecancellarij & correctoris ut ſupra de reſcriptis cum adeo. 35. q. 9. apoſtolicæ. Vnde non eſt uerisimile quòd in huiuſmodi literis uitia remaneant incorrecta. & ſi ſecus inuentum fuerit literæ ſunt ſuſpectæ & non creditur de cancellaria tales literas emanaſſe, aliud autem eſt in literis aliorum prælatorum qui non cum tanta anguſtia & deliberatione procedunt. Itẽ ſi uarietas manus notarij per alia inſtrumenta ab eodem confecta notetur derogatur fidei inſtrumenti. ut. C. eo. tit. l. cõparationes. & aut. eo. tit. §. ſui uerò. eo tamen ſaluo quòd ætas literarum diſſimilitudinem ſæpe facit. non ei ita ſcribit iuuenis & robuſtus ſicut ſenex & tremens, languor etiam ſæpe diſſimilitudinem facit calami & atramenti mutatio aufert per omnia ſimilitudinis puritatem ut in autẽ. eo. tit. in prin. Item ſubſcriptionum identitas. qui ſingulæ debent ſingulorum ſubſcribentium manibus annotari. ut infra de priui. cũ olim propter quæſtiones. Itẽ nominis Impetatoris uel inditionis omiſſio. ut in autenti. ut præpo. nomi. Imperato. pub. docu. in prin. Anni enim domini, nomen Imperatoris & cõſulis poni dicũt in publicis inſtrumẽtis ut 23. di. In nomine domini. C. de apo. pub. l. 1. & in prælle. auten. ut proponatur nomẽ Impera. &c. Itẽ ſi repugnantia inter ſe in inſtrumẽto cõtineãtur. ut. ff. de re. iur. l. ubi Itẽ ſi cõtraria inſtrumẽta quis in iudicio ꝓducat fidei ſibi ad inuicẽ derogãt ut infra eo ti. imputari. C. eo. ti. ſcripturæ. Sed aliud eſt in teſtibus cõtrarijs uel diuerſis ab eadẽ parte ꝓductis. qa tũc iudex cõſiderare debet numerũ & cõditionẽ illorũ, q dicũt ꝓ ꝓducẽte & illorũ q dicũt contra. ut. no. ſupra de teſti. §. nunc uidendum. Et eſt diuerſitatis ratio. quia inſtrumenta uideri poſſunt & apud ſe quis explorare debet an ſibi expediat talia producere inſtrumenta, unde imputatſ cõtraria producẽti. Quid autẽ

teſtes dicturi ſint ignoratur. & ideo non eſt quod imputetur producenti cõtrarios uel diuerſos. Item derogatur fidei inſtruměti ſi ét unus de teſtibus in inſtruměto ſubſcriptis nõ agnoſcat ſuam ſubſcriptionem ut. ff. quemadmo. teſ. aper. l. 1. in fin. Item derogatur fidei inſtrumenti ſi non habeat debitum numerum teſtium. quod in quolibet publico inſtrumento requiritur ſecundũ Mar. ſecundum alios diſtinguitur. utrum in ciuitate contrahatur an in uilla à perito literarum uel imperito & librã contractus excedat auri uel non cõtrahatur in ſcriptis uel nõ ut in aũt. eo. ti. §. oportet. C. ſi cer. pet. in autem. hodie & notauit Azo in ſumma ſua. ſi cert. pet. §. item & mutui. Item derogatur ſi non contineatur in eo ꝙ contractus habuit teſtium præſentiã. ut in auté. eo. ti. §. ſi quis igitur. & §. ſed & ſi quis. Sed ob lex. C. de dona. l. in donationibus. ſed illa excludit annotationem teſtium non præſentiam. Vel dic quòd nec præſentia teſtium requiritur neceſſario niſi in ſcriptis agatur eo quòd tota fides habetur notario. Nec ob in aũt. de hære. & fal. §. ſi uero abſunt. ubi requiritur præſentia teſtium & deſcriptio. nam illud ſpetiale eſt in inuentario. Item derogatur fidei ſi non ſit ſcriptũ a tabellione & partibus ſi hoc actum eſt ut in ſcriptis contrahatur. ut. C. eo. ti. l. contractus & de conuenie. fiſci. debito. l. 2. Ité derogatur ſi aliquid in eo inueniatur ſubſignatũ uel ſubſcriptũ. ut. ff. ad le. Corne. de fal. l. Paulus. Ité ſi in aliqua parte ſui ſit inciſum. ut. ff. ſi tabulæ teſ. extra. l. 1. §. pe. Item derogatur fidei inſtruměti ex archiuo producti ſi non fuerit manu cõmětarienſis ſignatum. ff. de iure fiſci. l. in fraudé. §. quoties.

8 † Derogatur fidei inſtruměti ſi non ſit originale ſed ſumptũ. Exéplũ aũt iudex & ſumptum idé ſupponunt originale autenticũ & exéplar idé ſignificãt exéplum igitur iudex uel ſumptum fidé non facit ut infra eo. ti. c. 9. di. ut ueterũ. 76. di. ieiunium. 25. q. 2. ſancimus. C. de eden. in auté. ſi quis in aliquo documento. in aũt ut ſponſa. largi. §. & hoc quoq; iubemus, col. 9 ff. famil. erciſ. l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. de actio. emp. & uen. l. Titius C. de fideic. l. inſtr. C. de diuerſis reſcriptis. l. ſancimus. & ff. eo. ti. l. 2. Quidã accidunt contrarium dicunt. ſ. quòd ſtandũ ſit ſumpto uel exéplo & hoc dicebat dominus Albericus. Mouebatur autem quadã ratione & quadam lege ratione tali. ſicut originale inſtrumentum dicitur autenticum & ei ſtatur, quia confectum eſt à publica perſona. ideſt à tabelione. ſic & ſumpto ſtandum eſt ſi à tabellione fuerit exẽplatum: quod enim præſtat auctoritatem originali idem & ſumpto. ſcilicet perſona publica. inducebat legem pro ſe in auten. ut fratrum filii. §. illud, collation 9. Et hanc opinionem tenuit donec inconuenientiam ſuæ opinionis fine deprehendit occulta. cum enim in cauſa de facto in qua ipſe patronus erat induceretur exemplum & pars altera fortiter allegaret exemplo non eſſe credendum ipſo contrarium aſſerente. tandem deductum eſt originale in medium in quo quædam uitia ſunt inuenta quæ in ſumpto non erãt. & ex tunc uiſum eſt ſibi nõ ſufficere ſumptum. quamuis per tabellionem ſumatur & quãuis in ſumpto tenor originalis contineatur de uerbo ad uerbum propter uitia, literas & correctiones quæ poſſunt eſſe in originali & non in ſumpto. Auté illud ut fra. filij. non loquitur in ſimplici ſumpto. ſed loquitur in ſumpto auctoritate iudiciali. cui etiam ſecundum Azo. ſtandum eſt. ut. C. de teſta. l. publicati. C. de re iudi. l. geſta infra de confir. uti. uel inuti. cum dilecta. non enim ueriſimile eſt iudicem auctoritatem præſtitiſſe ſumendi, ſi uitia in originali fuiſſent ut infra de priuile. cum olim eſſemus apud peruſiũ. & infra eod. titu. c. ulti. Nec ob his decre. ſupra de probat. quoniam contra falſam. quæ dicit recurrendum fore ad originalé ſi de geſtis quæ remanſerunt apud partes dubitari contingat. Nam illa ſumpta non ſumuntur auctoritate & præſentia iudicis. & propterea recurritur ad originale. ut ſupra de prpbat. capitulo ulti. Hæc & alia ſunt quæ debilitant inſtrumenta ſaluis his quæ de falſo

poſſunt

poſſunt obijci inſtrumentis & per quæ de falſitate argui poſſunt. de quibus dicemus. infra de crimi. fal. † Et notandum
9 quod licet inſtrumenta cum die & conſule edi non debeant ne fraudis fabricandæ materia detur. ut. ff. de eden. l. 1. §. editiones. ff. quemadmo te aper. l. 2. §. ſi dubitetur. C. eodem titu. l. eius. Si tamen de falſo arguatur inſtrumentum ratio temporis in quo poteſt falſitas facilius deprehendi. ut infra eodem titulo inter dilectos. neceſſarium eſt inſtrumentum edi cum die & conſule. ut. C. de contrahenda & committen. ſti. l. optimam. Inſtrumentum autem non uiſum non poteſt argui falſitate. ut infra eodem ti. accepimus.

## *Summarium*

1 *Præſumptio quid ſit.*
2 *Præſumptionum ſpecies quot ſunt.*
3 *Præſumptionum alia eſt iuris tantum, alia eſt iuris & de iure.*
*Probatio an admittatur contra præſumptionem iuris & de iure.*
4 *Bonum eſſe rectè factum præſumitur.*

### ¶ DE PRAESVMPTIONIBUS. Rubrica.

QVia præſumptiones plerunq; ſemiplenam probationem faciunt, plerunque alias probationes adiuuant nonnunquam per ſe probant ut uiolentæ. Ideo ſubiicitur hic rubrica de præſumpt. tractaui de probatio. de teſtibus. & de fide inſtrumento. inſeritur. Videamus igitur quid ſit præſumptio. quot ſint præſumptionum ſpecies, quibus præſumptionibus ſtetur, & quibus non.
1 ¶ Præſumptio † eſt alicuius facti dubij aliquoties ſemiplena aliquoties plena
2 inueſtigatio. ¶ † Tres ſunt ſpecies præſumptionum alia temeraria. alia probabilis, alia uiolenta. temeraria reprobatur. ut 2. quæſt. 1. primo 6. quæſtio 1. oues infra de ſen. excomm. inquiſitioni. Probabilis admittitur ad ſemiplenam probationem, ut hic in multis decre. & infra de ſenten. excomm. inquiſitioni ſupra de reſti. ſpol. ſolicite. & ad purgationem indicendam. ut 2. q. 5. præsbyter infra de purga. ea. ſi quis de gradu. Violēta ad pronunciandum ſufficiens reputatur. ut 32. q. 1. dixit dominus infra eod. titu. literis. ff. de his qui ſui uel alie. iur. ſunt. l. filiū.
3 † Sed circa uiolentas præſumptiones ſubdiſtinguitur quia alia iuris & de iure. Præſumptio iuris eſt cum ius præſumit aliquid ſed non ſtatuit ſuper præſumpto. & hæc præſumptio recipit contrariam probationem. & exempla ſuper hoc 35. quæſt. 3. extraordinarie 33. q. 1. nec aliqua. C. de epiſc. & cleri. in authen. licentiam 22. q. 5. nulli infra de teſta. requiſiſti. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. Quintus. C. eo. ti. l. etiam. Præſumptio iuris ex de iure eſt cum ius fingit & ſtatuit ſuper ficto contra aquam fictionem non admittitur contraria probatio exempla ad hoc infra de ſponſa ad id. &. c. is qui fidem infra de cond. ap po. per tuas &. c. de illis infra qui ma. accu. poſ. inſuper infra de ſpōſa. commiſſum 54. diſtinct. fraternitatem 27. diſtin. quod interrogaſti 26. q. 2. uidua infra de regula. & tranſe. uidua. & generaliter ubicunque ius ſtatuit & fingit ſuper ficto. Quandoque tamen ius fingit aliud eſſe quam ſit fingit enim mulierem ſtipulatam dotem quæ non eſt. ut. C. de rei uxo. ac. l. 1. in prin. fingit natum quod non eſt. ut. ff. ſtatu. ho. l. in utero, fingit uiuere quod non uiuit ut inſti. de excu. tu. §. ſi lij aut fingit non eſſe natum quod eſt natum ut. ff. de libe. & poſtu. l. Titius teſtamento. §. Lucius, fingit non conceptum, qnia naſcitur mortuus ut. ff. de uerbo. ſig. l. quæ mortui. iſtas & cōſimiles fictiones iuris inuenimus quos notat dominus meus in princ. ſummæ circa 10. prædicamenta. ¶ Et eſt notandum. quòd ſi aliquādo lex fingit bonum canon autem malū, nam in liberæ mulieris coniunctione lex præſumit matrimonium. ff. de ritu nup. l. in liberæ canon præſumit cōtubernium niſi probetis matrimonium. ut 30. q. 5. c. 1. & 2. Et hoc propter periculum quod accidere poteſt ex clandeſtinitate. nam & ſi ſunt aliqui uir. & uxor ſi tamen alter ab

altero

altero diuertat nec poſſit probare matrimonium eccleſia non cogit eos cohabitare.ut 30.q.5.§.his ita infra de clandeſti.
4 deſpon.c.1.¶†In ſumma notandum eſt quod omne bonum factum rectè præſumitur actum.omne male factũ praue præſumitur actum.ut infra eo.c.1.&. 6.quæſ. 1.ſi omnia.

## *Summarium*


1 *Iuramentum quid ſit, & quod iuramentum ſit prohibitum.*
2 *Iuſiurandi aliud aßertorium aliud promiſſorium.*
3 *Iuramenti aſſertorij ſpecies quot ſunt.*
4 *Iuramentum in quibus caſibus nõ deferatur.*
5 *Iuſiurandum deferre quis poßit. & numero 6.& 7.*
6 *Iuramentum aſſertorium cui & quando deferri debeat.*
8 *Iuriſiurandi effectus qui ſint.*
9 *Iuramentum tres comites habet.*
10 *Iuramenta illicita & temeraria ſeruari non debent.*
11 *Iuramentum quando dicatur illicitum.*
12 *Periuri pœna quæ ſit.*
13 *Periurus an ſit infamis.*
14 *Periurium quotuplex ſit. & quod dicatur periurium.*
15 *Iuramentum de quo in hoc titulo eſt de ueritate.*


## ¶DE IVREIVRANDO. Rubr.

DIximus ſupra de probationibus, ſed quia ex inopia probationum recurritur ad iuramentum nam finis oĩum litium eſt iuramẽtum ut e.infra ti.& ſi chriſtus,circa medium.Et alibi dicitur maximum remedium expediẽdarũ litium eſt iuramẽtum ut.ff.e.ti.l.1. Ideò poſt tractatum de probationibus annectitur iſte de iureiuran.¶Videndum eſt igitur quid ſit iuramentum, unde dicatur, quot ſint eius ſpecies,quis poſſit deferre. & cui, qualiter ſit deferendum. qualiter iurandũ & quid ſit iuramenti effectus. &
1 quæ periurij pœna.¶Iuramentum † eſt affirmatio uel negatio ſacræ rei atteſtatione firmata.Sacræ rei ideo dixi. quia licet nõ licet iurare per creaturas nõ ſacras.ut in euãgelio. Nolite oĩno iurare neq; per cœlum &c.& infra e.t.& ſi chriſtus 22.q. 1.clericum &.c.conſidera in autẽ. ut non luxuriẽtur contra naturã col.6. Sed licet per illas creaturas de quibus in iure permittitur.ut per crucẽ,per euãgelium, per ordinẽ,per altare, per ſalutẽ principis,& per ſimilia uerba. ut 22.q 1 ſi aliqua. & q.5 qui deierat.1.q 2 quoties 22.q.1.habemus.ff.de iureiur.l.quæ ſalutẽ.22.q.1. §.ſicut etiam. Per numina improbata iurare non licet.ut.ff.eod.ti.l.non erit.§.2. Per membrum autẽ dei prohibitum eſt. ut 22.q.1.ſi quis per capillum.in autẽ. ut non luxurientur contra naturã circa medium.col.6.quod prohibitum eſt propter quoſdã hæreticos qui dixerunt deum humano more membra habere diſtincta ut 24.q.3.quidã in uerſi.antropomorphite. Potuit autẽ competentius appellari factum iuramẽtũ eo quod ſuper facto iuratur uel iuſiuratũ.quia ſuper iure quod iurati cõpetit iuratur quaſi iuſiurã.placuit. tamẽ ut factum ius dicatur.quia ſuper facto iure iuratur. Adijcitur uerò iurãdum eo quod id debet eſſe iuratũ quod antea fuit iurãdũ relatione facta nõ ad id quod fit.ſed ad id quod fieri conuenit ut.ff.de iu
2 ſtitia.& iure.l.ius.¶Iuſiurandi † duæ ſunt ſpecies aliud aſſertorium aliud promiſſorium. Aſſertorium quod fit de præterito uel præſenti in quo aſſeritur aliquid eſſe uel fuiſſe.Promiſſorium eſt quod concipitur ſuper futuro in quo promittitur dandum uel faciendum uel non dandum ſeu
3 non faciendum.¶Iuſiurandi † aſſertorij tres ſunt ſpecies.aliud uolũtarium. aliud neceſſarium, aliud iudiciale. Voluntariũ eſt quod pars parti defert extra iudicium ideo ſic dictum,quia ex uoluntate defertur & ſuſcipitur uoluntariè, & delatũ uel relatum uoluntariè ſuſcipitur uel recuſatur ut.ff.eo.tit.l.iuſiur.Neceſſariũ dicitur iuſiur.quod neceſſitate à iudice impoſita defertur uel ſuſcipitur arg.ad hoc.ff.de in
4 litem iuran.l.ul †Et hoc ſacramentũ nõ põt referri uel recuſari niſi prætendatur

iuſta cauſa recuſationis, ut C. eo ti.l. generaliter.§. ſin autẽ. Iudiciale eſt illud ꝙ in iudicio defertur uel refert a parte parti quod non eſt neceſſarium ſubire immo delatum poteſt recuſari, poteſt & referri. ut.C. eo.ti.l.delato.ff.eo.titu. generaliter.§.ſin autem is cui.& infrà eo.ti.c.ul. Olim autem non poterat recuſari ſed referri:ut.ff.eo.titu.l.manifeſtæ. Vel loquitur lex illa cum iuſiur. delatum ſuſcipitur ab eo cui defertur. ¶ In caſibus tamen nõ non defertur iuſiuran. ut in actione rerũ amotarum. furti & alijs famoſis actionibus, ut.ff. rerum amotarum.l. mar.§.ul. &.l.non magis.& idem credo ubicunque lex defert. iuſiur.ut.C. de fideicom.l.quæſtionem.C.de iure delib.l. ſcimus.§.licẽtiam.C.de iure domi.l.ul.§.ul.niſi eadẽ lege permittatur poteſtas deferendi.ut. C. de bonis aucto.iudi. poſſ.l. ulti. ¶ Poteſt
5 † iuſiurãdum deferre omnis ille ad quem ſpectat negocium proprio nomine. procurator uerò non poteſt deferre niſi in tribus caſibus ſi habeat ſpeciale mandatum ſi ſit datus in rem ſuam, uel habeat liberam & generalem adminiſtrationẽ, alias non ut.ff. eo.ti.l.iuſiurandum.§.ulti. & ſe &. ff. de procu. l. procurator; cui libera. &.l.procurator tuorum. ¶ Quid de prælato agente pro eccleſia uel defendẽte nunquid iuramentum deferre poteſt. Puto ꝙ ſic, nam & tutor & curator & defenſor uniuerſitatis deficientibus alijs probationibus poſſunt deferre iuſiurandum ſuper re dubia, ſuper certa non poſſunt facere gratiam ut.ff. eo. ti. l. tutor. & l. iuſiurandum quòd.§. ult.&. C. de tranſac.l. præſes. ¶ Iuſiurandum neceſſarium defert iudex. ¶ † Sed quando & cui deferri debet
6 uideamus. Et eſt certum quòd ſi actor nihil probat reus eſt abſoluendus.ut. C. de eden. l. qui accuſare 6.q. ul.ca. actor. infra eo.ti. ca.ulti. Hoc tamen fallit in quibuſdam caſibus in quibus defert lex iuramentũ reo ſi actor nihil omnino probet. ut. C. de his qui ad ec. confu.l. ult.§.ſanè C. de fide inſtr. l.ul. C. de iure delibe. l. ul. §.licentia. Et ſecundum hoc poſſit intelligi infra eo.ti.c. ul.& in auth.de inſtr. cau.§.ſi tamen quiſquã Si autẽ actor probauerit ſemiplenè. puta per ſcripturã domeſt cam.per collationem literarum. per unum teſtem, uel per fugam rei. qui finito officio debuit ibi reſpondere ubi geſſit officium defertur iuramentum actori.qui nouit ueritatem rei maximè ſi res petita ſic modica, & actor ſit honeſtus ut ĩ auth. de inſtru. cau. §. ſi uerò moriantur & de collatione.§. ſuper hoc.& §. ſi quis auth. col. 9. ff. de re mili.l. non omnis. §. ulti. &. ff. de legiti. tu.l.legitimus.R.j. nam & unum teſtẽ dico inducere præſumptionẽ. ut. ff. de dote præle. l. Theopõpus. &.ff. quemadmodũ teſ.aperiãtur.l.1. §.ſi unus. Item ſi duo faciunt plenam probationem ergo unus facit ſemiplenam. Nec obſtat. ff. de quæſtionibus. l. maritus. ibi enim non prohibuit quæſtionem haberi de ancilla. quia non procederet iudicium. ſed quia ancilla non debebat torqueri contra dominum ſuum in pecuniaria cauſa etiã præcedentibus indicijs.ut. C. de quæſtionibus. l. 1. Item propter enormitatem delicti à reo commiſſi defertur actori iuramentum ſi actor non poſſit quæ perdidit uel ablata ſingula cõprobaret.ut. C.unde ui.l. ſi quando ſupra quod metus cauſa ca. ultĩ.2.q.1.in primis. Item propter enormitatem rei & improbitatem litigãdi defertur actori iuſiurandum.ut. C.de iudi.l. properandũ.§.ſin aũt Alius aũt ubi actor nõ nouerit ueritatem rei, uel ſumma non eſt modica, & perſona actoris eſt ſuſpecta, uel nõ ſuſpecta, ſed reus eſt ita honeſtus ut actor defert reo iuſiurandũ ut abſoluatur in cõtractibus bonæ fidei uel ſtricti iuris, in delictis & quaſi delictis propter regulam quæ eſt.ff.eo. ti.l. admonẽdi.C.eo. ti. l. in bonæ fidei. ¶ Iuſiurandũ
7 † uolũtariũ deferendum eſt ſecundũ uoluntatẽ partis deferentis. Neceſſariũ uero defertur ſecundũ arbitriũ iudicantis. Debet autem iurare is cui delatum eſt iuramentum prout eſt delatum.ff. eo.tit.l. 4.§. ul. &.l.4.&.l.5.in prin.& l. qui per ſalutẽ.eo ſaluo quòd per improbatas religiones iurari non debet ut in princ.dictũ eſt. ¶ Effe
8 ctus † iuriſiurandi eſt ut ex eo detur actio in fa-

in factum ſi iurauerit quis ſibi deberi, nō adiecta forma uel rem ſuam eſſe. ut C. eo. tit. l. actori. Si autem adiecta forma quis iurauerit, dabitur utilis actio ex eo contractu, & non tantum ei ſed aduerſario, ut ecce iurauit quis ſe emiſſe à Ticio Stichum. pro. 10. nam & agit ex empto ad ſtichum & tenetur ex uendito ad. 10. Vel iuraui me dediſſe Stichū pignori pro. 10. quæ accepi mutuo, ago pignoraticia pro Sticho et teneor certi cōditione pro mutuo ad 10. uel iuraui mihi fundum in dotem datum. & ipſum poſſum proſequi & ſoluto matrimonio teneor ex ſtipulatu. ut. ff. eod. tit. l. ſi duo. §. is qui iurauit. & §. Marcellus. Item ut ſeruetur quicquid per iuſiurandum firmatum eſt. dummodo iuramentum ſeruatum non uergat in interitum ſalutis æternæ: ut infra eo. ti. ſi uerò. & ſi uergat in præiudicium temporale. ut infra eo. ti. debitores. etiam ſi præſtetur ſuper contractu non obligatorio de iure. ut infra eo. ti. cum contingat. ¶In ſumma

9 ſciendum eſt † quòd iuramentum tres habet comites, ueritatem ut iurans ſciat uel credat uerum quod iurat. Iudicium id eſt, diſcretionem, ut quis diſcrete iuret nō præcipitanter, & ſine neceſſitate ad iurādum feſtinet. Item iuſticiam, ut ſit iuſtum & licitum quod iuratur. Sed ſi tres comites uel aliquod ex iſtis defuerit nequaquā iuramentum erit ſed periurium id eſt, illicitum uel temerarium iuramentū ut 22.

10 q. 2. animaduertendum. † Iuramenta autem illicita & temeraria ſeruanda nō ſūt. ut infra eo. ti. quemadmodum. & ca. ſicut noſtris, cum quidem, ſicut ex literis. Item illa quæ priorib. præiudicant ut infra eo. ti. tua. & c. intellecto & c. ea te. In his igitur ſeruabis ꝙ ſi iuramentum fuerit euidēter illicitum poteſt quis contra illud propria auctoritate uenire. ut 22. q. 4. diffinitio. & ca. in malis. Et hoc ideo quia iuramentum non fuit inuentum ut ad inquitatem obliget. ut infra eo. ti. quanto 22. q. 4

11 inter cetera. ¶Ex his † autem cauſis redditur iuramentum illicitum quæ ſequentibus uerſiculis continentur. Sit iuſiurandum licitum diſcerne notando. quis, cui quid, per quid, ad quid, cur, quomodo quando. Quis, quia ex perſona iurantis redditur iuramentum illicitum. ut cum paruulus iurat. ut 20. q. 5. paruuli. Quod intelligo in infante uel infantiæ. proxi. ut. ff. eo. ti. l. qui iuraſſe. nam doli capax iurat. ut. ff. de lib. cau. l. ul. Cui, quia per ſona eius cui iuratur cenſetur illicita. ut 22. q. 5. nullus. & infra eod. titu. nimis. Quid, nam ratione rei quæ iuratur cenſetur iuramentum illicitum ut ſit iuretur id quod eſt mortale peccatum. ut infra eo. ti. ſi uerò aliquis. 22. q. 4. iurauit infra eo. ti. quemadmodum infra de homi. cum iuramento. Per quid. nam ratione eius per quod iuratur cenſetur illicitum, ut ſi iuretur per creaturas ut 22. q. 1. conſidera & dixi ſupra in prin. huius ti. Ad quid. quia finis ad quem tenditur reddit iuramētum illicitum, ut cum quis iurat ut eligatur ut 8. q. 3. artaldus ſupra de elec. per inquiſitionem. Cur. quia cauſa propter quam iuratur reddit iuramentum illicitum ut ſaltatio puellæ iuramentum Herodis. ut 22. q. 4. unuſquiſque. Quomodo ſcilicet diſcrete uel indiſcretè. Indiſcretio enim & præcipitatio redit iuramentum illicitum. ut 22. q. 2. animaduertendum. Quādo. quia tempus reddit iuramentum illicitum, nō enim licet iurare in diebus dominicis, niſi pro pace. ut ſupra de fer. cap. 1. ¶Pœna

12 † periurij id eſt, fractionis liciti iuramenti eſt pænitētia ſeptennis. ut 22. q. 1. prædicandum hoc enim imponitur pro quolibet mortali. ut 23. quæſt. 2. hoc ipſum. Hoc in iudicio animæ. ſed in iudicio corporum pœna periurij eſt depoſitio. ut 25. diſt. §. criminis. Sed pœna periurij hoc eſt temerarij iuramenti eſt pœnitentia annalis in foro penitentiali. ut 22. q. 4. qui ſacramento. In foro iudiciali eſt amotio a beneficijs ut infra. eo ti. tua. §. cæterum. Sed ſecundum iura ciuilia iureiurandi cōtempta religio Deum habet ultorem. ut. C. eo. ti. l. 2. niſi iuramentum in contractibus interponatur. ut. ff. de crimine ſtellionatus. l. ult. C. de tranſac. l. ſi quis maior. C. de dig. l. quoties. lib. 12. ¶Quæritur

13 † an periurus ſit infamis. Et circa hoc diſtinguit

ſtinguit Azo. ſic cum quis iurat de præſenti uel de præterito: putarem eſſe ſuam uel fuiſſe, nam ſi de præſenti notatur infamia. & ſic intelligit. ff. de his qui no. infa.l.Lucius.ff. de cri. ſtel.l.2.& ul. Ar.contra in auth.ut li. ma. & auiæ.§. quod autē à nobis. & in auth. ut litigan. iurent. §. ſi quis autem liti. Si autem iurat de futuro, non eſt infamis, niſi ueniat contra duo ſcilicet iuramentum & pactionem. ut. C.de tranſac.l. ſi quis maior. Magiſter Ray. in ſūma ſua diſtinxit inter aſſertoriū & promiſſorium iuramentum. Periurum in prima ſpecie nō dixit infamem & allegauit decre. infra de exce. denique. & ſupra de ordi. cog. cū dilectus, in fi. & facit ad hoc lex illa Lucius. Sed hæc omnia mihi, ſecūdum iura canonica non placent. nam dico periurum infamem, eſſe ſiue de præteto ſiue de præſenti, ſi ſcienter & prudenter falſum aſſerat ſub iureiurando, ſiue iuramentum ſponte præſtitum de dādo uel faciendo uolens uiolet. ut 6.q.1. infames. qui enim periuriū ſponte committit mortaliter peccat. ut 22.q.1. ca.ul. ergo eſt infamis infamia canonica. ut. 6.q. 1. illi qui. Item periurium crimen eſt ut infra eo. ti. querelam ſupra de tempo. or. ca. ult. ergo eſt famoſum. ut 25. di. §. nunc autem, in uer. in epiſtola uerò. Ad.l. autem Lucius, & ad decre. cum dilectus, reſpōdeo. teſtes quorum teſtimonium reprobatur inter infames haberi non debent, uerum eſt infamia legali quæ generaliter non ipſo facto ſed per ſententiam irrogatur. Vel aliter poſſibile eſt quòd teſtimonium teſtiū reprobatur. Nec ex hoc ſolo de periurio conuincuntur, ut ſi negatio apta non proferāt. ut 4.q.3.§. item in criminali. in uer. ſi teſtes nude deponāt. ut 4.q.3. §. item in criminali, in uer. ſolam, & cauſam ſui teſtimonij nō facit manifeſtam. ut in auth. de teſti. §. & licet. uel quia per plures con
14 trarium probatur. ¶ Periurium † autem multiplex eſt, dicitur enim periurium falſa iuratio qui ſi ignoranter fuerit facta & adhibita omni diligentia nullum inducit peccatum. ut 12.q.2. homines non adhibita omni diligentia eſt ueniale peccatum. ut 25. diſ. §. uerum, in fi. Dicitur periuriū traſgreſſio liciti iuramēti. & hoc eſt mortale. ut. 6.q.1. quicunque. Si uero illicitum ſit iuramentum. ſcienter hoc iurare, peccatum eſt. ſed contrauenire non eſt peccatum. ut dixi. ſupra proxi. §. dicitur periurium indiſcretum iuramētum, & iſtud eſt ueniale peccatum. ut 25. di. §. criminis, in fi. dicitur periurium mendacium iuramēto firmatum, & iſtud ſemper eſt mortale ut 22.q.2. homines. niſi ſi. t loco. ut 22.q. 2. quod ait. uel ſimulatorie. ut 22.q.2. uti
15 lem. ¶ Vltimo notandum † eſt quòd hoc iuramētum de quo hic tractatur eſt de ueritate. ut. ff. eo. titu. l. quoties infra eo. titu. ex literis. & ideo ſi deferatur alicui qui non nouit ueritatem impetret ſibi remitti uel dari ſibi tēpus ut certioretur. ut. ff. eo. titu. l. iuſiuran. & ad pecunias. ff. rerū amo. l. mar. §. qui rerum. Iuramentum de calum. eſt de opinione ſeu credentia: ut dixi. ſupra de iuramento calum. Iuramentū uerò quod præſtatur in litem eſt de affectione et aſſertione. de quo tractatur. C. et. ff. de in litem iurando.

## *Summarium*

1 *Exceptio quid ſit.*

2 *Exceptio peremptoria quæ dicatur, quando et qualiter opponatur.*

3 *Exceptionem dilatoriarum diuiſio, & multiplicis differentia.*

*Exceptiones tam dilatoriæ quàm peremptoriæ, ſeu anormalæ in qua parte iudicij proponantur.*

5 *Exceptionum aliæ perpetuæ, aliæ temporales, aliæ perſonales, aliæ reales.*

*Exceptiones prædictæ qualiter opponuntur.*

5 *Exceptionis effectus quis ſit.*

6 *Litis conteſtatio an fiat per exceptionem peremptoriam.*

7 *Excommunicatus an repellatur ab agendo.*

8 *Exceptio excommunicationis non tollitur per replicationem excommunicationis, ſi de maiori excipiatur & replicetur.*

## ¶DE EXCEPTIONIBUS. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de prob de teſtibus, de fid.inſtru.de præſump. & de iureiuran. ad quod recurritur in defectum probationis. ut ſupra in proxi. ti. dictum eſt.Sed quia is qui exceptione utitur onus probationis in ſe recipit.ut ff. eo.ti. nam per exceptionem quis defenditur & iuuatur ſicut per actionem. ut inſti. eo. titu. in prin. Ideo ſubijcitur hic rubrica de exceptio. ¶Videamus igitur quid ſit exceptio,quæ ſit exceptionum diuiſio.quando, qualiter, & a quibus apponatur. & quis ſit exceptionum effectus.

1 ¶Exceptio † eſt aliquando actionis excluſio. plerunq; enim competit actori actio. & eam per exceptioné excludi oportet. Nam ſi metu coactus, uel dolo inductus. aut errore lapſus tibi ſtipulanti promitto iure ciuili obligatus ſum. ſi ex ſtipulatu agatur, rectè quidem agitur.ſed iniquè & ideo per exceptionem quod metus cauſa uel doli mali. aut in factum excludendus eſt actor. Item ſi tibi pecuniam promiſi ſpe futuræ, numerationis, & ſi non numeraueris teneor tibi ex ſtipulatu, & potes contra me agere ſed te per exceptionem repellam. Item ſi pactum feceris mihi de non petendo nihilominus remaneo obligatus. quia pactum non tollit ciuilem obligationé ſed elidit. unde exceptione opus eſt. Item ſi cõtra me egiſti & per ſentiam extiti abſolutus. ſi uerus etiam debitor natura manes obligatus. ff. de condi. inde.l. iul. & propterea neceſſaria eſt exceptio. ut probantur hæc omnia.inſti. de excep. Aliquandò exceptio eſt non actionis, ſed intentionis excluſio. ut ſi petas à me.10.& ego dico ſolui. ſi uerũ eſt quòd excipiendo dico ſcilicet ſoluerim. nulla competit tibi actio. quia ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.ut inſti.qui.mo. tol. ob.in prin. Et quòd exceptio aliquando non actionem ſed intétionem uel actorem excludat probatur.ff.
2 eo.ti.l.2. ¶Exceptionum † alia dilatoria, alia peremptoria, alia anormala. ¶Peremptoria eſt quæ ſemper obſtat agẽti et quæ perimit actionem. ſi quã inuenit perimẽdam, uel ſaltem intentionem excludit ut ſuperius dictum eſt. ut exceptio doli mali. rei iudicatæ, pacti conuenti perpetui. Nam ſi pactum de non petendo ad tempus ĩteruenerit exceptio quæ orĩt ex hoc pacto non eſt perẽptoria,ſed dilatoria.ut inſti.eo.ti.§.appellatur. Regulariter aũt perẽptoriæ exceptiones opponi poſſunt uſque ad ſententiam. Hoc tamen fallit in quibuſdam quæ etiam poſt ſententiã proponũtur ut exceptio Macedoniani & Velleiani.ut.ff. ad Mace.l.tamen ſi non oppoſita. immo ſolutum per errorẽ omiſſa exceptione Macedoniani repetitur. ut. ff.de condi.inde.l.qui exceptionem. Item fallit in qualibet perẽptoria à milite per ſimplicitatem omiſſa. Nã ea poſt ſententiã opponere poteſt.ut.C. de iur.& fac.igno. l.1. Fallit in exceptione quæ cõpetit donatori ut non condẽnetur niſi inquãtũ facere poteſt. quia & ſi inſolidum condemnetur adhuc locum habet exceptio. ut. ff. de re iudi. l. Neſcénius. §. ult.Item fideiuſſor inſolidum cõdemnatus etiam poſt ſententiam implorare poteſt mandari ſibi actiones contra fideiuſſores. ut.ff.de fideiuſ. l. ſi fideiuſſores. §. idem reſpondit. Item fallit in quibuſdam exceptionibus per quas contenditur iudicium retro nullum fuiſſe, ut no.ſupra de proba.§. actor.

3 ¶Dilatoriarum exceptionum † quædam ſunt declinatoriæ iudicij, quædam dilatoriæ ſolutionis. Declinatoriæ iudicij ut exceptio contra reſcriptum. contra libellũ. Exceptio contra perſonam iudicis de ſuſpecto. Exceptio de ferijs. Exceptio de loco non tuto. Exceptio procuratoria. Nã per tales exceptiones non litem inficior ſed differo uel euito perſonas, ut ff.eo.ti. l. 2. in fi. Dilatoriæ ſolutionis. ut exceptio pacti conuenti temporalis, ut.ff. eo. ti.l.3. §. 1. Item exceptiones quæ dantur quibuſdam perſonis ut non conueniantur niſi inquantum facere poſſunt.ut.ff.de re iudi. l. ſunt qui. Ideò autem dicuntur dilatoriæ ſolutionis. quia differunt inte-

gram

gram & totalem ſolutionem, donec debitor uel eius hæres ad pinguiorem fortunā deuenerit. & hoc reſpectu exceptiones p̄dictæ dicuntur temporales, nō perpetuæ quia non eſt ueriſimile quòd nec debitor nec eius hæres uel hæredis hæres in infinitum non deueniant ad pinguiorem fortunā. nec enim pauperibus induſtria uel augmentum patrimonij, quod laboribus & multis caſibus quæritur interdicēdum eſt. ut. C. ar. tutel. l. ſi defunctus. Alio tamen reſpectu dicuntur peremptoriæ. quia poſſunt proponi ante litem & poſt litem conteſta. immò & poſt ſententiam. ſecundū ne plus extorqueatur quàm condēnatus facere poſſit. ut. ff. de re iudi. l. inter eos in fi. & l. cum ex cauſa. ff. de uer. ſig. l. in condēnatione. Et hac ratione anormalæ dici poſſunt, quia nec dilatoriarum nec peremptoriarum regulam imitantur. ¶Quando autem proponēdæ ſunt & probandæ tam declinatoriæ quàm dilatorie dixi ſupra de proba. §. reſtat uidere. Sed hoc ſciēdū eſt quòd ſi dilatoriæ non proponantur ſuo tempore quia competere ignorantur nihilominus & poſtea locum habent. ut infra eo. ti. paſtoralis ſupra de teſti. præſentium ſupra de offi. dele. inſinuante infra qui ma. acc. poſ. conſuluit. ¶Anormalæ ſunt per quas contenditur nullum retro fuiſſe iudicium quæ ideo dicuntur anormale. quia non ſequuntur regulam uel naturam aliarum exceptionū. nam locum habent ante litem conte. & poſt litem conte. ante ſententiam & poſt ut no. ſupra de proba. §. actor. Sed illæ exceptiones quæ dātur certis perſonis ut non conueniantur niſi inquantum facere poſſunt anormalæ dici poſſunt. ut dixi. ſupra. §. proxi. Item exceptio non numeratæ pecuniæ, & exceptio non ſolutæ dotis quo ad quid anormalæ dici poſſunt. quia cum alias exceptiones. obijciens probare habeat quod opponit. ut. ff. eod. tit. l. in exceptionibus. In prædictis duabus ſecus eſt quia non is qui excipit probare debet ſed qui petit probare habet. ut. C. de non nu. pecu l. 3. Quod uerum eſt infra biennium. ut. C. eod. tit. l. in contractibus. Et idem dico in exceptione non ſolutæ dotis, cum ſecundum uaria tempora quæ circa hoc ſtatuuntur in auth. de tē po. non ſolutæ dotis. coll. 7. contingit & aliud mirabile in prædictis exceptionibus. nam quia alteram ex illis proponit ſimul & litem conteſtatur & exceptionē opponit cum alias per peremptorias exceptiones conteſtatio litis non ſoleat fieri ut infra notabo.

4 ¶Fiunt † & aliæ diuiſiones exceptionum. quia aliæ perpetuæ aliæ temporales. ut. ff. eo. ti. l. 4. aliæ perſonales, aliæ reales. Perſonales non tranſgrediūtur perſonas earum quibus competunt. Rei cohærentes alicui competūt & omnibus qui ex perſona illius conueniuntur. ut. ff. eodem tit. l. exceptiones. in prin. & §. rei. Opponuntur exceptiones peremptoriæ, cum agitur unde ſi nunquam agatur nunquam excipietur. & hac ratione dicuntur exceptiones perpetuæ. ut. ff. de doli excep. l. pure. §. ul. & C. eo. titu. l. ſi pactum. ¶In qua autem parte iudicij proponatur tam dilatoriæ qua perēptoriæ ſiue anormalæ dictum eſt. ¶Exceptio datur reo. Replicatio actori: ut ſupra de renuncia. ſuper hoc infra eodem. titu. à nobis. & cap. dilecti filij. inſtitu. de replica. Aliquando largo ſumpto uocabulo dicitur replicatio etiam exceptio quæ actori competit. ut. ff. eodem titul. l. 2.

5 §. 1. ¶†Effectus exceptionis eſt ut per dilatoriam differatur iudicium, uel euitetur perſona iudicis, uel procuratoris. per peremptoriam perimatur actio agētis uel intentionis excludatur. ut ſupra in prin.

6 no. Sed quęritur an † per exceptionem peremptoriam fiat conteſtatio lit. ut ſi uē dicem à te fundum & tu excipias de præſcriptione. Et uidetur quòd non. Nam exceptio eſt actionis excluſio. ut ſuperius dictum eſt. non autem opus eſt actionem excludi cui contradictum non eſt. Ante enim neceſſarium eſt ut conteſtatio præcedat & demum quandocunque uſque ad ſententiam. locum habeant peremptorie. ut C. eod. titu. l. ſi quidem. et. l. præſcriptionem. et C. de lon. tempo. præſcri. l. emptor. C de ſen. reſcin. nō

poſſe.l.peremptorias. Item oportet prius per contradictionem ordinarij iudicij, & demum ad defenſiones accedi. ut not.ſupra de litis conteſta.§. fit autem conteſtatio. Sed contra nam inſtituta actione & oppoſita exceptione peremptoria, uidetur eſſe iudicium. ut.ff. de inter. actio.l.ſi filius.§.exceptionibus. Item per exceptiones non numeratæ pecuniæ & non ſolutæ dotis fit conteſtatio litis ut dixi ſupra §.anormulæ. Item facit pro hac parte ſupra de dolo & contuma.prout ibi poſt exceptionem præſcriptionis oppoſitam proceditur ad diffinitiuam, utpote lite quæ ingeritur conteſta. & melius infra de appel.cum cauſam. ſumpto argumento à cõtrario ſenſu.quod eſt fortiſſimum.ut.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſdictio.l.1. ¶Solutio puto non fieri conteſtationem unde ſi peremptoria opponatur antequam reſpondeatur ad libellum erit tunc illa exceptio intentionis excluſio, & ſic intelligo quod legitur.ff. de condit. inde.l. eleganter.§.ſi quis poſt tranſactionem. &.ff.quod me.cauſa.l.metum.§. ſed quod ait, in fi.ff.de nego.geſt.l.ſi autẽ.§.ſi quocunque. Si uero poſtquam iam reſponſum eſt ad libellum & conteſtatio facta eſt opponatur exceptio peremptoria erit actionis excluſio. Ad decre. prout reſpondeas ſicut reſpondi. ſupra de litis conteſtat.§. conteſtatio. Ad aliam cum cauſam reſpõdeas quòd ibi ceſſat argumentum à contrario ſenſu. ut alibi.C.de epiſc. & cleri. l.conuenticulas infra de uerbo.ſign.quod dicitur 24.q.2. priuſquam. Vel ibi papa magis inſpexit opinionem iudicum uel
7 ueritate. ¶Quæritur † de excommunicacato an repellatur ab agendo? Reſpondeo ſic etiam ſi non opponatur exceptio ſcilicet officio iudicis. ut infra eo. exceptionem, in fi. Quod intelligo ſi nõ ſolus no[illegible]. Nam ſi ſolus non poſſet eum uitare in publica communione. ut 6.q.2. ſi tantum & .c.placuit. Reum autem excommunicatio non excludit, quia trahitur ad iudicium. Iudicium enim redditur in inuitum.ut.ff.de uerbo. oblig.l. inter ſtipulantem. & ideo omnis legitima defenſio reſeruatur reo excommunicato ut infra eo.tit.cum inter. Item à proſecutione appellationis non repellitur excommunicatus ſi originaliter fuerit reus ut infra eo.ſignificauerunt, nec ab impetrando ẽt ſi non faciat mentionem de excommunicatione in quo duo requiro quod excommunicatus reus fuerit in primo iudicio in quo appellauit & ſuper quo impetrat. Itẽ quod excommunicatio non contingat id ſuper quo impetrat. alioquin literæ impetratæ in forma cõmuni non facta mentione de excõmunicatione elidi poſſent. ut not.ſupra de reſcriptis dilectus. & ſecundum hoc intelligo. 1. eod.titu. c.ulti. Actor uero excommunicatus impetrare non poſſet ſuper quocunq; non facta mẽtione excommunicationis. ut infra de ſentent. excommunicatio. per tuas ſupra de officio ordina. ex parte ſupra de officio delegati. cum contingat. ¶ Sed
8 † quæritur an exceptio excommunicationis tollatur per replicationem excommunicationis ſi de maiori excipiatur & replicetur. Et licet olim diceretur quòd ſic per decreta infra eodem à nobis, ſumpto argumẽ. à contrario ſenſu. Hodie tamen dicendum eſt quòd non. per aliam infra eodem ti. dilecti.

## *Summarium*

1 *Præſcriptio quid ſit. & in quibus locũ habeat. Vſucapio in quibus rebus locum obtineat.*
2 *Præſcriptio canonica quæ requirat.*
3 *Præſcriptio quibus modis interrumpatur.*
4 *Præſcribi quæ non poßint.*
5 *Præſcriptionum ſpecies quæ ſint.*
6 *Præſcriptio quæ contra eccleſiam Romanam currat.*
7 *Vſucapio triennij an in rebus eccleſiaſticis mobilibus & profanis locum habeat.*
8 *Præſcriptionis qui ſint effectus.*
9 *Præſcribi an poßit cum mala fide, etiam longißimo tempore.*
10 *Habens conſcientiam rei alienæ poſt completam præſcriptionem, an illam reſtituere tenentur.*

¶DE

## ¶DE EXCEPTIONIbus. Rubr.

VIdimus de exceptionibus, ſed quia frequenter ex præſcriptionibus obijcitur exceptio ideo ſubijcitur hic Rubr. de præſcript. ¶Videamus igitur quid ſit præſcriptio, quæ exigantur in præſcriptione. quot ſint ſpecies præſcriptionum. quæ ſecundum iura canonica præſcribi non poſſunt. quibus modis interrumpitur præſcriptio. & quis ſit præſcriptionis effectus. ¶Præſcriptio
1 † eſt ius quoddam ſubſtantiam ex tempore capiens ideſt, firmitatem. Habet autē locum præſcriptio in rebus immobilibus uſucapio uerò in mobilibus rebus qui aliter deſcribitur ſic ualet. uſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſſionis temporis lege diffiniti ut. ff. de
2 uſuca. l. 3. ¶ Exiguntur in † præſcriptione canonica quatuor. Primum bona fides. ꝙ is qui poſſidet credat rem ſuam quam poſſidet. uel credat tradentem eſſe dominum & ius diſtrahendi habere licet erret in facto. ff. de uerbo. ſigni. l. bonæ fidei. Et hæc bona fides ſemper præſumitur, niſi probetur mala. cū lex dicat præſumi ignorantiā niſi probetur ſcientia. ut. ff. de proba. l. uerius. Præſumitur autē mala fides ſi denūtietur emptori ne emat. C. de rei uen. l. ſi fundum. uel quia quis ontra legem mercatur. ut. C. de agri. & cen. l. quemadmodū, uel ſi emit a procuratore meo per coluſionem. uel cum quis emit a luxurioſo cum ſciret Protinus eum ſcorto pecuniam daturum. ut. ff. de uſucapio. pro empt. l. qui fundum. §. qui ſciens. & l. ſi quis. Sed quandoq; quis habet conſcientiam rei alienæ & tamen uſucapit, puta ſi decretum iudicis interueniat. ut. ff. de noxa. l. generaliter. 16. q. 3. placuit. ut quicunq; infra eo. ti. c. 1. Illud autem non obeſt accipienti mala fides tradentis. ut. ff. de diuerſis & tempo. præſcri. l. an uitium. & argu. infra eo. titu. de quarta. Sed argu. contra. ff. de præſcri. 10. uel. 20. anno. aūt. hodie ſed illud de præſcri. 10. uel. 20. an. In præſcriptione uerò. 60. annorum non nocet dummodo nolit poſſeſſor uti acceſſione tēporis illius. ut. ff. de acquir. poſſ. l. Pomponius. §. cum quis. ¶ Item dicitur bona fides licet erret in iure ut infra de iur. pa. cura paſtoralis. ff. de peti. hære. l. ſed & ſi. §. ſcire licet. ſecus ſit in uſucapione. ut. ff. de uſuca. l. nunquàm Item bonæ fidei eſt quis licet conſcientiā habeat dubiā. ut. ff. de uſuca. l. quid ſit. §. bonæ. Secundum iuſtus titulus. ut infra eo. ti. ſi diligenti Qui an probare habeat ī iudicio dubitatur. Et uī quòd ſic. quia cum exigatur in præſcribendo. ut dictū eſt neceſſe eſt illū probari. ut ſupra de probat. licet infra de decimis. dudū. tēpus enim ſolū non eſt modus inducendæ uel tollēde obligationis. ut. ff. de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. Et hoc uerum eſt ſi titulus pro non titulo habeatur. ut in prædicta decre. dudum Appello autem titulum poſſidendi cauſam, ut pote donationem, emptionem, permutationem, & conſimiles. Exigitur ergo in præſcriptione cauſa uera non legitima. nam ſi legitima foret præſcriptio locum non haberet. quia non poteſt eadem res ex duabus cauſis acquiri ut ſupra de fide inſtrumen. inter dilectos. Nec poſſet titulus duplicari. ut. C. de contrahen. empt. & uen. l. cum res. ff. de acqui. poſ. l. poſſideri. §. ex pluribus inſtitu. de actioni. §. diſcretis. Inuenio tamen ex duplicato titulo excipi. ut infra de confeſ. præla. cap. poſt electionem. Sed illud ideo contingit. quia non prohibetur quis diuerſis exceptionibus uti. ut. ff. de except. l. nemo. & ff. de inofficioſo teſtamen. l. Pomponius. §. ſed nec impuberis. Ex pluribus autem. cauſis nobis aliquid deberi poteſt ut. ff. de regu. iur. l. non ut ex pluribus. & ſolui. ut. ff. de ſolut. l. cum quis. §. de peculio. Non tamen ex pluribus cauſis aliquid noſtrum fieri poteſt ſed ex una ut in d. l. non ut ex pluribus. C. de iure do. l. 1. ff. ad l. fal. l. fundo. Item poſſumus ex pluribus cauſis rem poſſidere. ut in prædicto. §. ex pluribus. Nam quàmuis una ſit poſſeſſio tamen plura ſunt genera poſſidendi. ut in l. prædicta poſsideri. §. generaliter.

neraliter. unde de cā præſcribendi ſic intellige ut uera cauſa interueniat non legitima. In hoc pono exemplum. In donatione quæ fit ab epiſcopo ſine conſenſu capituli. hic eſt uerus titulus non legitimus, tamen nec ſufficientem præſtat cauſam poſsidendi & præſcribendi. & ſecundum hoc poteſt intelligi infra eo. tit. de quarta infra de iure pa. cura paſtoralis. Sic & erroneus titulus præſtat cauſam ſcribendi ff. pro emptore. l quod uulgo. ff. pro ſuo. l. ulti. Verius tamen puto non eſſe neceſſarium probari titulū poſſeſſionis niſi quis poſſideat pro hærede uel pro poſſeſſore ut. C. de peti. hære. l. cogi. & 2. q. 5. §. 1. uel niſi ſit præſumptio contra poſſeſſorē. ut. C. de proba. l. ſiue poſſidetis, uel niſi quis ſponte titulum alleget. ut ſupra de proba. licet infra de deci. dudum, ſufficit enim probari temporis continuationem. ut ſupra de proba. ex literis. 18. q. 2. ſeruitium. & 1. q. 3. quæſitum. &. C. de præſcri. 30. anno. an lex competit. Tertium continua poſſeſsio. ſ. quòd res ſit poſſeſſa continuè uſq; ad finem præſcriptionis ſine interruptione ut infra eo. tit. illud. & c audi

3 tis. † Fit autem interruptio naturaliter ut cum prædium quod præſcribitur inundatur. ut. ff. de bonis auten. iudic. poſſ. l. cum unus. §. ulti. Et hæc interruptio prodeſt omnibus habentibus ius in re. ut. ff. de uſuca. l. naturaliter Fit interruptio ciuiliter per ſynodalem proclamationem. ut infra eo. tit. ſanctorum. Per quaſi conteſtationem. ut. C. ubi in rem actio. l. 2. ſupra ut lite non conteſtata. quoniam frequenter, in fi. Per conteſtationem. ut. C. de lon. tēpo. præſcrip. l. nec bona. Per executoris conuentionem. ut. C. de præſcrip. 30. an. l. cum notiſsimi. in princ. quæ quaſi conteſtatio dicitur. ut. ff. de actio. & obli. l. conſtitutionibus. Per debiti agnitionem uel fænoris ſolutionem. ut in l. cum notiſſimi. §. ſed & ſi quis per ſolam precum oblationem & ad reſcriptionem, in annalibus & prætorijs actionibus. ut. C. quando li. princi. litis conte. fa. l. 1. & 2. C. de anna. excep. l. ut perfectius Item fit interruptio ſi is contra quem præſcribitur nanciſcatur poſſeſſionem rei quæ præſcribitur. ut in l. cum notiſſimi. §. imo. Item fit interruptio per ſolā libelli oblationem furore, infantia, uel dignitate aduerſarij impediente me agere. ut in l. ut perfectius. Item exigitur in præſcriptione canonica quòd res ſit præſcriptibilis.

4 † Quædam enim ſunt quæ præſcribi non poſſunt. ut ſubiectio. infra eod. titu. cum non liceat. Sed contra infra eo. titu. auditis. infra de capel. monachorum. dilectus infra de priuile. cum olim propter quæſtiones ſupra de excep. cum uenerabilis in fi. In omnibus illis innuitur quòd contra ſubiectionem & obedientiam præſcribatur. Ad quod reſpondeo ſubiectus per ſe tantum non præſcribit libertatem contra ſubiectionem, ſed ſi priuilegium libertatis concedatur a ſuperiore in enormen læſionem illius cui ſubiectio debetur quamuis poſſit implorare ut priuilegium reuccetur. ut infra de deci. dilecti. ſuggeſtum infra de dona. apoſtolicæ huic iuri hoc implorandi præſcribitur a ſubiecto. Ad hanc ſolutionem accedit C. de fundis patrimonia. l. ulti. Vel ſubditus contra obedientiam in præſcribit, dum eam illi debitam eſſe prætendit cui tanto tempore ſe præſtitiſſe allegat. ut præſcriptio ſit inducta. & ſic loquitur cum olim. Et licet ſic dixerim poteſt tamen ſubiectus contra prælatum ſuum præſcribere per ſeipſum quod pertinet ad prælatum. ut infra eod. titu. de quarta infra de iure pa. cura, uiſitatio, & procuratio. ut infra eod. titu. cum ex officij. Item non præſcribitur limes nec quæ limitibus adhærent ut infra de parroch. ſuper eos ſupra de proba. cum cauſam. 16. q. 3. licet. Sed contra infra eo. tit. quia iudicante. Ad quid ergo fines prædiorum præſcribuntur. ut ibi. & 16. q. 4. nolumus. ſupra de prob. ex literis fines autem prouinciarū, parrochiarum & diœceſium nō in primis iuribus. Item publicæ functiones. ut. 16. q. 3. §. poteſt. circa finem. Item decimæ. a laico. ut infra eo. tit. cauſam. Item colonus non præſcribit fundū quem colit. ut. C. de præſcript. 30. uel 60. annorū l. malè agit. Item

Item uia publica non amittitur non uten do.ut.ff.de uia publica.l.uiam.Item aquæ ductus.ut.C.de aquæ ductu.l.diligenter, li.11.&.C.de fundis rei priua.& ſal.diuinæ domus.l.uſus aquæ lib.11.Item quædam inſignia Romanæ eccleſi.ut 93.diſt. illud.¶Sunt etiam quædam quæ preſcriptiones impediunt.uacatio eccleſiæ.ut infra eodem titulo.cap.1.&.c.de quarta. Hoſtilitas.ut infra eodem titu.ex tranſmiſſa.16.q.3.prima actione &.c.porro. Hæreſis prælati contra quem præſcribere quis intendit.ut infra eod.titul.c.1.in fi.Vita malè alienantis.ut 16.q.3.ſi ſacer dotes.Tempus ſchiſmatis.ut infra eo. cum nobis.Item minor ætas ut.C.in qui bus cau.non eſt neceſ.in integr.reſtitu.l. ulti.Patria poteſtas impedit ne filio currat præſcrip.ut.C.de bo.quæ libe.l.quæcunque.Item matrimonium impedit ne contra uxorem præſcriptio currat in rebus dotalibus.ut.C.de iure do.l.in rebus §.omnis.Item tempus abſentiæ.ut cum is contra quem præſcribitur profectus eſt in ſubſidium terræ ſanctæ uel alias de mandato domiui Papæ uel ſine, cùm fortè occurritur ſarracenis uel alijs fidei hoſtibus chriſtianos exterminare uolentibus impedit præſcriptionem quo ad effectum, quia ſubducitur de tempore præ ſcriptionis tempus illud quod in abſentia effluxit per in integrum reſtitutionem. Primum fuit medium ultimum ue.& ſic non proſit nec obſit quod euenit.ut.ff. quibus ex cauſis.l.1.in princ.&.l.uidelicet,unde & ſi præſcriptio ſit completa in præſentia eius contra quem præſcribitur adhuc poſtulari poteſt per integrum reſtit.ut ſubducatur illud tempus quod lapſum eſt in abſentia.Sed & ſi in pluribus uicibns quis abfuerit omnium abſentiarum tempora ſubducentur.Hæc ſententia æquitatem habet & iuuatur legibus. C.de teſta.mili.l.quod tempore militiæ ff.ex quibus cau.ma.l.nec non.§.ſi quis ſæ pius.C.de tempo.in integr.reſt.l.ult.C. quibus non obſt.lon.temp.præſcri.l.præ ſcriptione.¶Nec mireris ſi dicam de præ ſcriptione currere contra eccleſiam.ſed tempora de præſcriptione ſubduci, nam contra eccleſiam currit præſcriptio. ut ſupra de in integr. reſtitu. §.2.Sed aliud eſt in minore ut ibidem notaui.¶Alij ue rò dicunt tunc demum reſtitui aliquem & tempus de præſcriptione ſubduci.cum in abſentia eius contra quem præſcribitur completa eſt præſcriptio uel parum poſt reuerſionem illius.Et hoc colligunt ex uerbis prætorijs qui ait. Si quid ex bonis abſentis cauſa rei publicæ præſcriptum fuerit, cùm is abeſſet poſtea ue reſtituam. quod poſt ea ad modicum tem pus refertur ſcilicet, dum quis poſt reuerſionem ſuam conducit hoſpitium cōponit ſacrinulas.quærit aduocatum.hæc enim modica præſentia abſentia reputatur.ut.ff.quibus ex cauſis ma.l.ab hoſtibus.ſed quòd ſimpliciter.& ſi mile. ff.de uerb.ſig.l.hæc adiectio.Qui hoc dicunt habent rationem talē.ſi præſcriptio in abſentia cōpleatur uel parū poſt quod tempus pro abſentia reputatur.ut dictum eſt,iuſtum eſt ut reſtituatur, quia legitur cum in abſentia.Sed ubi in præſentia cō pletur,quāuis contra quē præſcribitur ali quo tpe de præſcriptione abſens fuerit, nūc læditur cùm cōpletur,& nō tunc cū abfuit.Ad quod tñ reſpondet dñs meus ꝙ & ſi tūc nō læditur lædebatur tamē,nā ex totali tpe præſcriptionis intelligitur quis lædi.non tantū ex eo quo præſcriptio cō plet,aliàs ultimo momento tpis præſcriptionis tantū deberet quis reſtitui.eo.n. tēpore quo præſcriptio cōſumatur.Et ſic ſecundū eos eo tātum tpe læditur effectiuè.Quod eſt ſatis abſurdū.Dicit tamē do minus meus in ſumma quòd ſi prima ſen tentia ſit æquior poſterior tamen eſt ſecurior ſecūdū leges.¶Species præſcriptio
5 num multæ ſunt.† Eſt.n.præſcriptio.10. dierū quæ currit contra appellantem ut 2.q.6.biduum.Eſt & ſex menſium ut in redhibitoria actione.ut.ff.de redhibi.ac. ſi tantum.§.2.Et in beneficiorum collatio ne.ut infrà de conceſ.præben.ca.nulla Et in expectatione abſentiū cum agitur de ſpuali coniugio cōtrahēdo ut ſupra ut lite nō conte.quoniā.§.ſi uerò aliter.Itē

eſt præ-

eſt præſcriptio trium menſium quæ currit capitulo non eligenti.ut.l.di. poſt quã 63.di.obeuntibus ſupra de elec. c.ultimo. Et eiuſdem tẽporis præſcriptio currit electo negligenti petere conſeruationem ſeu pallium ut c.di. quoniam ſupra trãſla. inter corporalia. Eſt & unius anni quæ obijcitur agenti iniuriarũ.ut. C.de iniur. l.ſi non conuicij. Et eadem opponitur nõ proſequenti appellationem. ut infra de appel.cum ſit romana.Item non utenti reſcripto.ut ſupra de præſcrip. ſi autem. & c.plerumq;. Eſt & biennij quæ currit debitori.ut.C.de non nu.pe.l. in contractibus.Eſt & triẽnij.ut infra eo.ti. c.1.Eſt & quadriennij.ut.16. q. 3. quas actiones. C. de quadriennij præſcrip.& hæc competit fiſco & contra fiſcum.ut ibi. Eſt & decennij uel uicennij quæ requirit titulum & bonam fidem etiam ſecũdum leges ut.16. q.3.§.poteſt.Eſt & præſcriptio. 30. uel. 40.annorum de quibus præcipuè in canonibus tractatur. Et licet antiqui canones admittant contra eccleſiam prꝯſcriptionem.30.annorum.ut.16.q.3.c.1.2.& 3.hodie tamen.ſola.40. annorum præſcriptio admittitur contra eccleſiam. ut infra eo.ti.de quarta.c.ad aures.illud auditis.

6 † Sed contra romanam eccleſiam non niſi centenaria currit præſcriptio ut infra eo.ti ad audientiam & c.cum a nobis. 16. q.3.quas actiones. ¶ Quæritur de præſcriptione quadriennij quæ currit aduerſus eum cuius rem Imperator donat. C. de quadriennij præſcri.l. bene a Zenone.an contra eccleſiam locum habet? Reſpondeo non ar.12.q.2.quicunq; infra de reb.

7 ec.non alie.ca.1. † Item quæritur an uſucapio triennii in rebus eccleſiaſticis mobilibus & profanis locum habeat.Reſpõdeo ſic ut ĩ præalle.l.quas actiones,quidã tamen dixerunt quòd non,ſicut nec in rebus fiſci.ut inſti.de uſu.§. res fiſci. ¶ Quæ autem ſint quæ præſcribi non poſſunt. dictum eſt ſupra eo.§.item exigitur. ¶ Itẽ quibus modis interrumpitur præſcriptio dictum eſt ſupra eo.§.fit autem. ¶ Reſtat

8 quis ſit effectus præſcriptionis. † Effectus quadragenariæ præſcriptiõis eſt talis quális eſt effectus longæ præſcriptionis ſecundum leges.quia quæ requiruntur in lõga præſcriptione eadem & in longiſſima ſecundum canones ſcilicet bona fides. & iuſtus titulus.& quòd res ſit præſcriptibilis.ut ſuperius dictum eſt. Ex longa uerò præſcriptione acquiritur exceptio contra dominum rei uel creditorem cui res ſit obligata.ut.C.de præſcrip.30.uel.40. annorum.l.ſi quis emptionis in prin.Sed cũ exceptio ſit actionis concluſio.ut.ff.de excep.l.2.& no. ſupra de excep. patet quod directum dominium remanet apud ueterẽ dominum unde & rem uendicare, poteſt à quolibet poſſeſſore præterquam à præſcriptore uel ab illo quæ ab eo poſſidet. Præſcriptor autem habet utile dominium ut.C.de bo.ma.l.j.in auten. niſi tricennale,quæ eſt in autentico de nup. §. ſi uerò expectet,col.4.unde habet utilem rei uendicationem etiam contra ueterem dominum, cum lex dicat per præſctiptionem mutari dominium.ut.ff. de uſucap.l. eum qui ædes.Non mireris ſi per uſucaptionẽ acquiratur directum dominiũ rerum mobilium.per præſcriptionem utile in rebus immobilibus quia mobilia facilius tranſeunt & mutantur quam immobilia, ſicut ex ipſo nomine patet, & probatur. ff. de acqui. poſ.l. ſi rem mobilem. Et ſi quæratur quæ ſit ratio quare per perſcriptionẽ tollatur hypotecaria actio.ut.l. ſi quis emptionis & non per uſucapionem triennij. ut.ff. de pigno. l.1.§. cum prædium. &.ff. de uſuca.l. iuſto.§. non mutat. C. de pig. l. uſucapio. Reſpondeo quia per prꝯſcriptionem acquiritur exceptio quæ omnẽ prorſus actionem excludit ut infra eo. ti. ad aures.Sed per uſucaptionẽ triennij acquiritur ſolum dominium,quæſtio autem pignoris ab intentione dominij ſeparatur ut in prædicto.§. cum prædium. ¶ In ſum

6 ma quæritur † an cum mala fide præſcribi poſſit etiam longiſſimo tempore? Reſpondeo non, quia bona fides exigitur in præſcriptione canonica.ut 34.quæ.2.ſi uirgo infra eo.ti. uigilanti. &.c.ſi diligenti. ita ut in nulla parte temporis præſcriptionis poſſeſſor conſcientiam rei habeat

alienæ

alienæ.ut infra eo.ti.c.ult.In quo iuri ciuili derogatur expreſſe,ſicut & in quibuſdam alijs ſupra de dolo & contu.c.1.ſupra de offi.dele.ſuper quæſtionum ſupra de re ſti.ſpo.ſæpe contingit infra de teſta. relatum. ¶ Sed ſi quæratur qualiter eccleſia potuit hoc conſtituere in præiudicium laicorum. Reſpondeo bene ratione peccati ut ſupra de iudi.nouit.Sed pono quòd poſt completam præſcriptionem incipiat quis habere conſcientiam rei alienæ nunquid tenetur rem reſtituere priori domino. Videtur quòd ſic. Quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum ut 14.q.6.ſi res aliena,& nullus numerus defendit annorum ut 33. q. 2. ſi uirgo. Sed contra.completa præſcriptione tutus eſt quis ſecundum utrunq; ius.ut infra. eod.titu.de quarta. & c. ad aures.& 16.q.3.c. 1. 2.& 3. & c. dilecto, ergo iure poſſidet. Si iure iuſtè, ſi iuſtè bene.ut 14.q.4.quid dicam. Nec eſt iam alienum quod præſcriptum eſt ut ibi dicit. Præterea iura faciũt hoc meum illud tuum, ut. 8. di. quo iure. Item conditor canonis & legis poteſt mihi dare rem alienam & tutus ſum ut.ff. de euic. l. lucius. C. de quadrien. præſcrip.l. benæ ponit enim ſtare quòd qui per 40. annos rem poſſideret alienam eius efficeretur. In hac quæſtione dicunt theologi. quòd quandocunq; quis habeat conſcientiam rei alienæ. eam teneatur reſtituere aliàs peccat. Sed certè quod dicunt theologi puto conſilium eſſe alias de iure non tenetur.quia iam res non eſt aliena & iuſte poſſidetur, ut in c. quid dicam. & dominium mutatum eſt ut dixi in §. ſuperiori. Alanus tamen dixit quòd ſi ex cauſa lucratiua, quis rem poſſidet & præſcripſit, debeat eam reſtituere ar.ff.de his quæ in frau.credi.l.quod autem.§. ſi quid cum pupillo. Si uerò ex cauſa non lucratiua non tenetur eam reddere.Conſilio ergo theologorum acquieſcere arbitrium eſt non neceſſarium ut 14. q. 1. §. quod præcipitur. Si conſilio ut uolueris minus boni adipiſceris non mali.aliquid perpetrabis ut 14.q.1.quiſquis.

## *Summarium*

1 *Sententia quæ dicatur.*
2 *Sententiæ ſpecies duæ aßignantur. & nu. 5.*
3 *Interlocutoria an reuocari poßit infra decem dies poſtq; lata eſt, uel quandocunq;.*
4 *Appellari an poßit a qualibet interlocutoria.*
5 *Sententia diffinitiua an per eundem iudicem reuocari poßit.*
6 *Iudex qui ſententiam pronunciando errauit, an poßit ſententiam ſuam corregere, exiterum iudicare.*
7 *Sententia diffinitiua qualiter proferri debeat.*
8 *Iudices plures cognoſcentes, an ſimul in unam conſonam ſententiam cõuenire debeant.*
9 *Cauſæ matrimoniales a quibus iudicibus ſint iudicandæ.*
10 *Sententiæ diffinitiuæ qui ſint effectus.*
11 *Sententia an reſcindatur prætextu nouorum inſtrumentorum.*
12 *Sententia quo remedio ſubleuetur.*
13 *Iudex in ſententia omnia quæ ipſum mouent exprimere non debet.*

## ¶DE SENTENTIA ET RE iudicata. Rubrica.

SIc continua. diximus ſupra in ti. proxi. qualiter per præſcriptionem res acquirantur.Nam uidendum eſt qualiter res alio modo ciuiliter acquirantur ſcilicet per ſententias iudicum. Vel alias. Finito curſu de proceſſu iudiciorum nunc quaſi ad littus,id eſt, ad ſententias ueniamus diligenter attendentes.quid hic ſententia dicatur.quot ſint eius ſpecies,a quo ſit pronuncianda.qualiter & quando, eius effectus.quo remedio ſentẽtia ſubleuetur.

1 ¶ Sententia † eſt diffinitio iudicialis controuerſiæ finem imponẽs.ut.ff.eo.l.1. Determinat enim iurgantiũ controuerſias.ut infra eo.ti.c.2. Addunt quidam in deſcriptione diffinitio inquã indubitata & quæ nullo remedio appellationis attẽtari poſſit per l.ff.de tranſac.l.eleganter.§. ſi poſt rem iudicatã.ſed aliud ibi adijciatur ad oſtendendum quòd poſt talem ſententiam tranſactio locum non habeat, aliàs bene

dicitur res iudicata quæ attentari poteſt
remedio appellationis.ut.C.de appel.l.li
2 tigatoribus. ¶ Species ſententiæ † duæ
ſunt. Nam alia interlocutoria alia diffini
tiua. Interlocutoria eſt qui non ſuper prin
cipali.ſed ſuper alijs quæſtionibus fertur
cauſa principali durante. Ideò autem di-
citur interlocutoria quia inter principiū
& finem fertur principalis cauſæ.uel quia
iudex inter partes loquendo ſine ſolenni-
tate ſcripturæ pronunciat. Hanc ſenten-
tiam reuocare poteſt iudex ſiue ſit ordina
rius.ut.ff.eo.ti.l.quod iuſſit , ſiue delega-
tus. ut infra de ap.cum ceſſante.ſiue arbi-
ter.ut.ff. de arb.l. dicere. Ferri tamen de
bet cum cauſe cognitione & iudice con-
ſedente non procedente.ut 3. q. 3.§. ſpa-
cium , in uer. a iudice. ¶ Sed dubitatur
3 † an reuocari poſſit infra 10. dies poſt-
quàm lata eſt uel quandocunq;. Et uide-
tur quòd ſic per iura prealle. quod iuſſit
& c.cum ceſſante. ſed cōtra uidetur quòd
infra] 10. dies tantum. Nam tranſit in
rem iudicatam. & ideo infra decennium
eſt appellandum. ut ſupra de elec. cum di
lectus.in fi.ſupra de reſti .ſignificauerunt.
Tranſit enim interlocutoria in rem iudi-
catam qui ad duo ſcilicet ut remedio ap-
pellationis attentari non poſſit. & ut ex-
cipiatur ex ea. ut in decre. cum dilectus ,
non autem ut ex ea agatur actione in fa-
ctum, ſicut agitur ex diffinitiua. ut. C.de
rebus cre. & iureiuran. l. actori , delato.
4 †Sed nunquid poteſt a qualibet interlocu
toria appellari. ſic ſecundum iura canoni
ca non ſecundum leges ut infra de appel.
cum ſit romana. 2. q. 6.non ita. ſed con-
tra 2.q. 6. ante ſententiam. ff. de appel.
non reci. l. 2. C. quorum ap. non reci. l.
an.C. de epiſcopali iudi. l. 2. C. de iudi.
l. apertiſſimi. C. de ap. l. ſi quis. prouo-
catione. Ad hoc quidam dixerunt gene-
raliter obtinere ut ſecundum leges ab in
terlocutoria non appelletur. ſed caſuali-
ter.fallit in caſibus illis quos ponit lex il-
la.ff.de ap. non reci. l.2. C.ut lite pe.l.2.
ff.de mino.l. ait prætor. §. permittitur.ff.
qui ſatiſda.co.l.arbitro.C. de ap. l. ſi quis
prouocatione.Ad hoc dixerunt quidā ca-
ſus illos genera exēpli productos eſſe.Nā
idē dicunt & in alijs caſibus in quibus ma
ius grauamen incidere poteſt. Alij autem
dicunt ſic refert an interlocutoria ſit talis
qui abſorbeat totum ius alicuius & inſtar
habeat diffinitiuè ita ut poſt interlocuto-
riam non ſit locus ad appellandum a diffi
nitiua. a tali interlocutoria appellatur.
Verbi genera. Agitur ex re iudicata corā
executore excipitur contra ius pronūcia-
tum,uel iuris ordine prætermiſſo,uel con
tra abſentem,pronunciatur ſecundum ius
iudicatum fore uel ritè ſeu cōtra præſen
tē poſt talē interlocutoriā non reſtat niſi
ſententiā executioni mādari.A tali igitur
interlocutoria pōt appellari.Secus ſi poſt
interlocutoriā ſaluū ſit beneficium appel
lationis a diffinitiua arg. ad hoc. ff.de ap.
l. 1. §. quæſitum. in fi. Sed tu teneas quod
primo dixi, generale eſt quòd ſecundum
canones appellatur ab interlocutoria. Et
è cōtrario generale eſſe quòd nō appella
tur ab interlocutoria ſecundū leges.quod
tamē fallit in caſibus ſpecialibus ut dictū
5 eſt.Diffinitiua † uerò eſt per quā princi-
palis quæſtio diffinitur. quam ſemel la-
tam iudex reuocare non poteſt. ut in l.
prealle.quod iuſſit, in fi.ff. eo.ti.l.Paulus
poſtquam latam nihil quæritur. ff.eo.ti.l.
poſt rem iudicatam qua lata iudex eſſe de
ſijt.ſemel enim bene uel malè officio ſuo
fungitur.ut.ff.eo.ti.l.iudex. Quod uerum
eſt ut ſententiā ſuam reuocare non poſit
uel amplius iudicare.Nā quo ad exequen
dum retinet iuriſditionē. ut ſupra de offi.
deleg.ex literis.& c. quærenti. Et quod di
co iudicē iterum iudicare nō poſſe in de-
legato obtinet non in ordinario, qui po-
teſt pronunciare iterū ſi prima ſententia
quā tulit nulla ſit ipſo iure.ut. C.quomo
do & quando iu.ſi præſes.C.de accu.& in
ſcrip.l.ſi accuſatoribus.& ar.ff.de arbi.l.di
cere & l.quid tamen.Sed ſi iudex delega-
tus ſemel pronunciauerit diffinitiuè &
eius ſententia nulla ſit impetrabitur a ſu
periore ex integro iudicari. ut. C. de
ſe.ex breuicu.reci.l.1. & per alium iudicē
ut.C.quomodo & qn̄ iudex.l.ſi ut propo-
nis in prima ſi ut proponis.¶In cauſa uerò
matrimo-

matrimoniali dico eundem ordinarium qui primo malè pronunciauit uel delegatum non tamen eundem qui primo iudicauit ſed alium poſſe iterum iudicare, ſiue prima ſententia ipſo iure ſit nulla ſiue per errorem facti ſit lata. Et hac ratione dicitur quod ſententia in cauſa matrimoniali non tranſit in rem iudicatam. ut. infra. eo. lator. teneor, cõſanguinei. infra. de ſpõſa.
6 ſicut 35. q. 9. §. quia ergo. † Quid ſi iudex in pronunciando errauerit ut cum uoluit dicere condẽno dixit abſoluto uel è conuerſo. nunquid ſententiam corrigere poteſt & iterũ iudicare? Videtur quod ſic: nihil enim dixiſſe uideatur arg. ff. de ſupp. leg. l. Labeo. ff. de reb. du. l. 3. Sed cõtra. ff. de arbi. l. qui arbiter. ff de re iudi. l. cũ quærebatur. Huic ſententiæ addi non poteſt niſi circa acceſſiones, & eodem die. ut. ff.
7 eo. ti. l. Paulus. ¶ Diffinitiuam † iudex recitare debet in ſcriptis alioquin recitata ſine ſcriptis uel ſcripta & partibus edita non recitata non ualet. ut 2. q. 1. in primis. & c. ſtatutis. &. C. de ſen. ex breuicu. reci. l. 1. 2. & 3. Hoc tñ fallit in caſibus illis in quibus agitur ſine ſcriptis quos ſupra no. de libel. ob. §. libellus exigitur. Recitari in quam debet à iudice non ab alio ut. ſupra de conſue. ad noſtram. Nec etiam ab aſſeſſore. ut in auten. ut defunc. ſeu fu. eorum. §. illud. coll. 5. Et à iudice ſedente non ſtante. ut. ff. quis ordo in bo. poſ. ſer. l. 2. §. in bonorum. & §. nos, & in auten. ut ab illuſtribus & qui ſuper illam dig. ſunt, coll. v. Item ferenda eſt diffinitiua præmiſſo ordine iuris aliter lata non tenet ut. 2. q. 6. §. diffinitiua in uer. ſentẽtia. C. de ſen. & interlo. om. iudi. l. prolatam, Quod intelligo in ordine generali, ſecus in ſpeciali, qui in aliqua ſententia, requiritur nec ſeruatur tunc enim tenet ſententia. & neceſſe eſt appellari ut. C. de appel. l. 1. Vel diſtingui poteſt inter ordinem iudiciarium & ordinem iuris ut ſententia lata contra ordinem iudiciarũ non teneat & lata cõtra ordinem iuris teneat. Hoc tamẽ fallit in his in quibus nõ requiritur ordo iudiciarius. ut ſupra de iureiurãdo. ad noſtram. Item ferenda eſt ſecũdum iura. ut infra eo. ti. c. 1. C. de iud. l. rem nõ nouam. in prin. in auten. de defenſo. ciui. §. iuſiurã. col. 3. 9. q. 3. ſummo opere Alioquin ſententia non tenet. ut infra. eo. ti. c. 1. 2. q. 6. § diffinitiuè. in uer. ſententia. Et hoc cum expreſsè fertur ſententia contra ius. ut. ff. de ap. ſi expreſſum. ff. quæ ſententiæ ſine app. reſcin. l. 1. ſecus autẽ ſi nõ expreſsè ut. ff. e. tit. l. cũ prolatis, & tũc appellandum eſt. ut. infra eodem ti. cum inter. in fi. quãdo autẽ expreſsim pronunciatur cõtra ius & quãdo non expreſſim habes. 2. q. 6. §. Diffinitiua, in uer. ſententia. & ff. quæ ſẽtẽtiæ ſine appel. reſcin. l. 1. Itẽ ferri debet diffinitiua præſentibus partibus, uel per cõtumaciã abſentibus, aliter non ualet. C. quomodo & quando iudex. l. ea. quæ. & 3. q. 9. caueãt. Hoc tamen fallit in ſententia arbitri. cum actum eſt in compromiſſo ut uel uno uel utroque abſente ſententia promatur ut. ff. de arbi. l. diẽ. §. ſi quis ¶ Item ſententia diffinitiua nõ eſt ferenda contra res prius iudicatas quod ſi fiat nõ tenet. ut 2. q 6. §. diffinitiua, in uer. ſententia. C. quãdo prouo. nõ eſt neceſſe. l. 1. Hoc tamẽ fallit in cauſa matrimoniali. ut ſuperius dictũ eſt. & probatur. 35. q. 9. §. quia ergo. In crimine falſi. ut. C. de. cri. fal. l. querelã, & ubi negatur iudicatũ ut. ff. quæ ſẽtẽtiæ ſine appel. reſcin. l. 1. in prin. Et cũ dolo quis omiſit exceptionem quæ cõpetebat ex prima ſentẽtia. ut. infra e. ti. inter monaſteriũ. qui contraria eſt. l. præallegatæ. 2. q. 6. §. diffinitiua. uer. ſentẽtia. C. quãdo ꝓuo. nõ eſt neceſ. l. 1. Sed decre. intelligo. cũ qs ex certa ſcientia & ex dolo obmiſit exceptionẽ uolens decipere aduerſarium ar. ff. ad Velley. l. ſi decipiẽdi lex autẽ loquitur cũ ex ignorãtia omittitur exceptio rei iudicatæ uel ex certa ſciẽtia omittitur. ſed ideo quis omiſit quia nõ poterat eã tũc tẽporis ꝓbare unde omiſſio nõ preiudicat. ut. 2. q. 7 plerique. Item fallit. ff de iureiur. l. amonendi ꝓpter periurium prior ſententia retractatur. Itẽ fertur ſententia cõtra rẽ prius iudicatã, ut cũ per nouas defenſiones minori uel eccleſię ſubuenitur. ut. ſupra de in int. re. c. ul. & C. ſi ſepius in inte. re. poſtu. l. 2. Item iudicari

non debet diebus feriatis ut.ff.de arbitris
l.ſi de meis.§.arbiter. Quod intelligo in
ferijs ſolennibus ad honorem dei inuen-
tis.ſecus in his, quæ facta uel ſtatuta ſunt
ob commoditates hominum ut tempus
meſſium & uindemiarum quando iudica-
ri poteſt de conſenſu partium. ut.ff. de fe
rijs.l.ſi feriatis ſupra de ferijs.c.ul.& præ-
tore cogente. ut.ff.de arg.l.ſi feriatis. Et
de materia no.ſupra de ferijs.§.ult. Item
diffinitiua debet continere alterum ex
duobus cōdēno uel abſoluo.ut. C.de ſen.
& inter.om.iu.l.præſes & 2.q.6.§. diffini
tiua,uel æquipollens.ut infra de uerb.ſig.
in his & de arbi.l.quid tamen,&.ff. de re.
iu.l.in ſumma.Itē ſententia certam quan
titatē continere debet ſi de certa quanti-
tate agatur,ſed & ſi nō contineat ſufficit
tamē certā contineri in aliqua parte acto
rum.ut.C.de ſen.quæ ſine certa quanti.l.
hæc ſententia.Si aūt de incerta quantita
te agatur puta de indēnitate præſtāda ua
let ſententia.C.de ſen.& interloc.om.iu.
l.cū eorū &.C.de ſen.quæ ſine certa quā
8 l.2.infra de fideiuſ.peruenit.† Et nota ꝙ
ſi plures iudices cognoſcant ſimul in unā
conſonā ſententiā conuenire debent ut.
6.q.3.ſi quis epiſcopus criminaliter accu-
ſatus.ſi aūt in concipiēdo ſententiā diſſo
nent,ſerua quod legitur.6.q.4.c.1.2. & 3.
Sed ſi diuerſas ſententias duo iudices tu-
lerint diſtingue. ut infra eo.c.ult.Si uero
eſſent tres iudices tulerint diſtingue. ut
infra eod.c.ult.Si uerò eſſent tres iudices
tunc ualeret ſententia duorū cōtradicēte
tertio,ſecus ſi abſente. ut.ff.de re iu.l.duo
ex tribus.ff.de arbi.l.in tres. Vbi de ſum-
mis agitur.& duo iudices diuerſas tulerint
ſentētias,id eſt,unus condēnauerit in ma
iori ſumma alius in minori tenet ſenten-
tia in ſumma minori.Nā uterq; conueni
re uidetur in ſumma minori.ut.ff.de re iu
di.l.inter partes.ff.de re iudi.l. inter par-
tes.ff.de arbit.l.diē.§.ſi plures. Erit autē
iudex peritus in iure,cū ſecundum iura iu
dicare debeat ut ſuperius dictum eſt, uel
ſaltem experientiā cauſarū habere debet
per uſum quotidianū ut.C.de iudi.l.certi
iuris eſt.In autē de iudi.§.nos igitur,coll.
6.ar.2.q.2.c.ult.Duo enim ad iudicandū
ſunt neceſſaria poteſtas & ſcientia ut 20.
9 di.§.1. † Et hoc maxime in cauſis matri-
monialibus quæ non ſunt tractandæ per
quoslibet,ſed per iudices diſcretos qui po
teſtatē habeant iudicandi & ſtatuta cano
num non ignorant ut infra de conſang.&
affi.ex literis. Vbi autem princeps ex cer
ta ſcientia Imperito committi delegatus
iudicare poteſt, quia princeps omnia de-
dit quæ iudicare iuſſit. ut.ff.de re iudi.l.
quidam conſulebat. Quæ autem ætas re-
quiratur in iudice habes ſupra de offi. del.
cum uiceſim.Et ſic iam uidimus quot ſint
ſpecies ſententiæ, qualiter, quando & à
quo debeat iudicari ¶Reſtat uidere de ef
10 fectu † ſententiæ.Et quidem uidimus de
effectu interlocutoriæ ſupra eo.tit.§.ſpe-
cies. Videamus de effectu diffinitiuæ. Ef-
fectus ſententiæ, eſt confirmatio. ea.n.
quæ iuxta eccleſiaſticum morē iuſtè & ra
tionabiliter fuerint diffinitiua noſtra quo
que ſententia roborentur ut infra eo.t.ea
quæ ſi tamē roborari petantur ut infra e.
ti.cauſam in ſi. Itē executio ut.2.q.1. ſicut
30.q.9.omnibus modis. Quæ quidem cir
ca executionē ſentētiæ,debeant obſerua
ri plene notaui ſupra de iud.§.partibus au
tē in iudicio conſtitutis.Itē actio ex re iu
dicata.quæ quidē datur ei pro quo ſenten
tia lata eſt. ut.C.de re.cre. & iur.l.actori,
delato.ff.ut re iud.l.miles. §. ulti. & alijs
eius nomine.ut.ff.de excep. rei iudi.l. rei
iudicatæ.non autem ei contra quem lata
eſt.ut.ff.de except.rei iudi. l. euidenter.
¶Datur inquam actio aduerſus illum con
tra quem lata eſt & in hæredem ipſius ut
ff.eodem titulo.l.miles.§.ulti. ¶Reo au-
tem abſoluto. datur exceptio contra il-
lum qui ſuccubuit & alios eius nomine
uenientes ut in prædicta. l. rei iudicatæ,
ſecus ſi idem qui ſuccubuit alterius no-
mine agat ut. C. de admini. tut. l. cum
quædam.ff.de rei uend.l. inter officium.
Sed reo abſoluto nō tollitur actori actio
ipſo iure ut.ff.de condi. inde.l. Iulianus.
Quod eſt mirabile,quia fortius & prom-
ptius deberet actio tolli propter rem iudi
catam quam dari ex re iudicata.ff. de ac
&.ob.l.

& ob l. Arrianus. Sed forte hoc ideo eſt. quia lex non potuit alio modo ſubuenire actori uincẽti niſi in indulgendo actionem reo. aut potuit ſubuenire & ſi ipſo iure non extinguatur actio uel tollatur hoc eſt per remedium exceptionis. Auctoritas uerò rei iudicatæ eſt ut ei ſtetur ſi non fuit appellatum. ut. C. eodem titulo l. ad ſolutionem aliquando tamen non ſtatur propter ſubuenientem æquitatem. ut. C. eodem titul. l. 1. infra de purgat. uulga. ſignificantibus. ff. de conditio. ſine cauſa. l. 2 ff. commodati. l. in commodato infra de frigi. & maleſi. impotentia coeundi fraternitatis. ff. quando de pecu. act. eſt an. l. 1. §. ulti. ff de conditio. ſine cauſa. l. ſi fullo. ff. de iureiur. l. admonendi. Item eſt auctoritas rei iudicatæ ut non reſcindatur prætextu computationis uel calculi. ut. C. eo. ti. l. 2. niſi error calculi in ſententia exprimatur. ut. ff. quæ ſententiæ ſine

11 appell. reſcin. l. 1. ¶ † Item non reſcinditur res iudicata prætextu nouorum inſtrumentorum. ut infra eod. titu. inter monaſterium. C. eodem titulo l. ſub ſpecie. Hoc tamen fallit in ſententijs latis aduerſus fiſcum quæ infra triennium retractantur. ut. C. de ſenten. aduer. fiſ. la. retract. l. una. li. 10. Item ſi geſta ſunt tranſlata in publicam formam perpetuam obtineant firmitatem ut. C. eodem titulo. l. ult. etiam ſine teſtium præſentia confecta. ut. C. de dona. l. in donationibus, quod uerum eſt inter partes etiam in alio iudicio. ut. C. de liber. cau. l. iubemus. ¶ Suble-

12 uatur uel releuatur † ſententia remedio appellationis infra decennium. ut 2. q. 6. biduum. ff. de uerbor. ſignific. l. ſi qua pœna. ff. ad Turpil. l. 1. §. ultimo. Vel per ſupplicationem faciendam eiſdem à quibus appellare non licet. ut. C. de ſenten. præfe. l. una. & hoc infra 10. dies ut. C. quando libel. prin. da. in autẽ. quæ ſupplicatio. in autẽ. ut ſpon. largi. §. & aliud. uel in pr. infra bieniũ. ut. C. de ſen. præfe. Per in integ. reſ. ut ſupra de in integr. reſt. auditis, tum ex literis & c. ſciſcitata. ff. de mino. l. in cauſæ. §. ul. & l. perfect. Per querelam falſi. ut. C. ad le. Cor. de fal. l. querelam, ff. de re iudi. l. diuus. & C. ſi. ex fal. inſtru. l. 1. & ulti. ¶ In ſumma notãdum eſt quod ſecundum plures in cauſa ſubreptionis. hoc eſt cum quis dicitur per ſubreptionẽ aſcendiſſe ad apicem dignitatis quod eſſe non debet. ut ſupra de elec. cum dilectus filius arch. mornen. proceditur ad ſententiam contra abſentem lite non conteſta. ut infra eod. ti. cum olim ſupra de dolo & contu. cum olim, ut ſic caſus iſte ſit unus de caſibus ſpecialibus quos ponit decre. illa ſupra ut lite non conte. c. quoniã fre-

13 quenter. §. ſunt & alij. † Item iudex in ſententia omnia quæ ipſum mouent exprimere non debet. ut infra eo. tit. ſicut nobis. Item cæteri iudices iudicare tenentur in caſibus ſimilibus: ſicut Summus Põtifex iudicat niſi forte cauſa neceſſitatis & utilitatis inſpecta diſpenſatiue duxerint aliquid ſtatuendum ut infra eod. titu. in cauſis.

## *Summarium*


1 *Appellatio quid ſit.*
2 *Appellatio quare ſit inducta.*
3 *Appellare quis poßit.*
4 *Appellatio à quo & ad quem debeat fieri.*
5 *Appellari an debeat à delegato ad delegantem.*
6 *Appellatur à diffinitiua non ab interlocutoria. & quando ab interlocutoria appelletur.*
7 *Iudex litigatori conuitiari non debet.*
8 *Executio in leuioribus maleficijs retardatur propter appellationem ob grauiora facinora.*
9 *Appellatio locum non habet in diſciplinis & correctionibus, & quando.*
10 *Appellari an poßit à momentanea poßeßione.*
11 *Appellatio non habet locum in cauſa decimarum.*
12 *Libellus appellationis qualiter concipiatur.*
13 *Forma dimiſſoriarum ſeu apoſtolorum.*
14 *Appellatur infra decendium à recitatione ſententiæ.*
15 *Appellatur bis à diffinitiua, non tertio petitur tamen reſtitutio in integrum contra res bis iudicatas.*
16 *Appellare à quibus non liceat.*


Ad

17 *Ad proſequendum appellationem indulgetur annus à iure, & ex cauſa biennium.*
18 *Appellationis non proſequentis quæ pœna ſit.*
19 *Recuſatio iudicis quibus ex cauſis fiat. & numero 23.*
20 *Familiares qui dicantur, remiſſiuè.*
21 *Conſanguinitas qualibet teſtem non repellit.*
22 *Forma recuſationis iudicis.*
23 *Cauſa recuſationis iudicis coram quo allegari & probari debeat. & qui iudices recuſari poſſint.*
24 *Recuſatio iudicis infra quot dies fieri debeat.*
25 *Recuſationis effectus.*
26 *Iudex recuſatus an poſſit præuenire recuſationem, & cauſam alteri delegare.*
27 *Intellectus ad c. de quarta, de præſcrip. & ad c. cura de iure patro.*
28 *Arbiter hodie eligitur qui cognoſcit de cauſa ſuſpicionis iudicis.*
29 *Appellans an eximatur à iuriſditione eius à quo appellat.*
30 *Relatio fit tribus de cauſis.*

## ¶DE APPELLATIONIBUS. Rubrica.

Dictũ eſt ſupra de his quæ in iudicijs fiunt & tandem de ſententiis Nunc autem tractatur hic de quibuſdam remedijs per quæ litigatores ſolitũ eſt releuari, uidelicet de appellationibus, recuſationibus & relationibus. ¶Videamus igitur quid ſit appellatio, quare inducta ſit. quis poſſit appellare. à quo, ad quẽ, quando. qualiter quotiẽs. infra quod tẽpus. A cuius ſententia non poſſit appellari. infra quæ tẽpora ualet exerceri. Itẽ ex quibus cauſis iudex poſſit recuſari. Itẽ qualiter & quando relatio ſit facienda.

1 ¶Appellatio † eſt per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ ſententiæ reciſionis imploratio. ut. ff. de mino. l. præfecti. Sed hæc diffinitio legalis eſt. quia ſecundũ leges generaliter nõ appellatur niſi a ſententia. ut no. ſupra ti. prox. §. ſpecies. Sed ſecũdũ canones aliter appellatio diffinitur. Appellatio eſt à minore ad maiorẽ iudicẽ prouocatio. ut 2. q 6. omnis oppreſſus &. c. ſequentibus. & maximè in. c. placuit, nã ſecundũ canones ẽt extra iudiciũ appellatur. & tũc paſſim. i. ſine aſſignatione grauaminis permittitur appellare. ut infra eo. ti. cũ ſit romana. §. ſi uerò. ſecus cũ in iudicio appellatur. ut eo. ti. ut debitus hono. ¶Inducta

2 † eſt appellatio ſecũdũ leges ut iniquitas & imperitia iudicãtiũ corrigatur. licet nõ nunquam bene latas ſñias ſuperior in pœnis reformet. neq;. n. utiq; in melius pronũciat qui nouiſſimus ſñias eſt laturus. ut ff. e. t. l. 1. ℞. 1. Sed ſecundũ canones ẽt ad hoc inducta eſt appellatio, ut liceat appellatori uitiatã cauſam appellationis remedio ſubleuare, ut. 2. q. 6. c. 1. Et ad aliud ut oẽs oppreſſi releuentur. ut 2. q. 6. ad romanã. 2. ¶Appellare poteſt omnis † is cuius

3 intereſt, ſiue cõtra eũ lata ſit ſententia. ut 2. q. 6. ideo, ſiue contra aliũ ſua tamen interſit. ut. 2. q. 7. nõ ſolent ſupra tit. prox. cũ ſuper. ff. e. t. l. tutor. &. l. ab executore. §. alio'. Itẽ põt quis appellare ꝑꝑ quale quale præiudiciũ. ut in decre. præalle. cum ſuper &. ff. eo. tit. l à ſententia. Item & ſi nõ interſit alicuius ex cauſa pecuniaria poteſt tamen pro alio appellare humanitatis cauſa. ut. ff. eo. ti. l. non tantum &. ff. quando ap. ſit. l. 2. §. ulti. Item poteſt quis pro alio dãnato etiã ſine mandato appella. dummodo dannatus mox ratũ habeat. hoc eſt infra decenniũ. ut. 2. q. 6. non ſolẽt ff. de ap. recipi. l. 1. ff. rem ra. ha. l. 1. ¶Ap-

4 pellari poteſt † & debet à minore iudice ad maiorem. ut. 2. q. ul. anteriorum. §. illo uidelicet. &. §. illud etiam, &. c. placuit. Si quis appellauerit ad minorẽ iudicem error ei nocebit. Nã ſententia tranſibit in rem iudicatam. Sed ſi ad parem uel minorem alium tamen pro alio error non nocet, nihilominus tamen poterit appellans proſequi appellationem apud illum ad quem debuit appellare ut ff. de app. l. 2. §. ſi quis &. §. ſi uero. Quibus autem obmiſſis appellatio facta eſt Papam ualet, ut. 2. q. 6. ſi quis putauerit infra eo. ti. ſi duobus &. c. ſolicitudinem. ipſe enim eſt ordinarius omnium ut infra de priuil. antiqua. Secundum leges ſi appellatio fiat ad principem omiſſis medijs. princeps remit-

remittit ad eum ad quem debuit appellari. ut. ff. eo. ti. l. Imperatores. † A delegato autem appellãdum eſt ad delegantẽ dummodo delegans in delegando aliquid ſibi de iurisdictione reſeruet. ut ſupra de offi. del. ſuper queſtionum. C. qui pro ſua iuriſ. l. una in fi. Sed obſtat. ff. quis & a quo. l. 1. in fi. Ad quam ſic reſpõdeo. lex illa loquitur in ordinario delegante ad quem non appellatur. ſed appellatur ad eum qui ordinarium dedit. Aliud in delegato delegante. Et eſt ratio. maior enim & dignor eſt iurisdictio delegata quã ordinaria. ut ſupra de offi. dele. ſignificaſti &c. ſanè. Sed hæc ratio & ſi colorem habeat non tamẽ mihi placet. Vnde dic ꝙ ibi dicit. non eſt appellandum ad ſecundo delegantem. ſubaudi tantum. Vel dic ꝙ appellabitur ad primo delegantem ſed ille remittet ad eum qui ſecundo delegauit ut. ff. de appel. l. 1. §. ſi quis. Vel loquitur quando is qui ſecundo delegauit nihil ſibi retinuit de iurisdictione. ut in præalle. dec. prædicta. ſuper quæſtionum. & de hac materia plenius no. ſupra de offi. uica. circa princ. ¶ Appellatur † à diffinitiua non ab interlocutoria ſecundum leges. niſi in caſibus. ff. qui ſatiſda. co. l. arbitrio. &. ff. à quibus ap. non ſit. l. ulti. & in alijs caſibus quos no. ſupra ti. proxi. §. interlocutoria. Appellatur à grauamine illato in iudicio. ut infra eo. ti. cum ceſſante. Extra iudicium. ſed tunc erit potius ad cauſam prouocatio ut infra eo. titu. cum ſit romana. Item & ab iniuria iudicis. ut C. eo. ti. l. ſi quis prouocatione. Quod duobus modis poteſt intelligi. uno modo ſic ut cum iudex litigatorẽ protrahit uel conuiciatur eidem † ſicut enim litigator iudici conuiciari non debet ſic econuerſo. ff. eo. titu. l. illud. & C. eodem titu. l. & in maioribus. ff. de iniur. l. iudici. licet qualiſqualis iniuria per appellationem iudici fieri uideatur. ut. C. de ſum. tri. & fide catho. l. 3. & C. quando prouoca. non eſt ne. l. ulti. in fi. Alio modo ſic cum iudex poſt ſẽtẽtiam in exequendo excedit. uel quia infra quadrimeſtre tempus exequitur. Sic & ab executore appellatur cum modum in exequendo excedit id eſt cum mandati fines excedit, ut ſupra de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. nos autem. &. §. porro. & ſic intelligo. 2. q. 6. §. diffinitiua. in uer. ab executore. &. C. quorum ap. l. ab executione. Item poteſt appellari a tota ſententia & a certo capitulo ipſius, ſi diuerſa capitula contineantur in ipſa, nec reſcinduntur alia capitula ſuper quibus non appellatur niſi eſſent connexa. ut. ff. de mino. l. etiam † Si uerò damnatus ex pluribus facinoribus ob grauiora appellet differtur executio in leuioribus, ſi autem ob leuiora. tunc non differtur executio in grauioribus. ut 2. quæ. 6. §. ſi quis ex pluribus. &. ff. nihil innoua. ap. pen. l. 1. §. ulti. Item appellatur à mala conſulatione uel minus plena. ut. 2. q. 6. biduum. in fi. ff. quando ap. ſit l. 1. in prin. & l. ult. Item ne fiat aliquid niſi canonice. ut de ele. cum nobis olim. Contingit autẽ aliquando quòd ab eadem ſententia utraque pars appellat reſpectu diuerſorum capitulorum ut infra eo. c. ſignificauerunt infra de teſta. Raynucius. & ea. Raynaldus. Appellari aũt non poteſt ne id fiat quod perpetuo edicto fieri mandatur. uel cum res dilationem non recipit. ut. ff. de app. reci. uel non. l. ſciendum. & in alijs contractibus quos habes 2. q. 6. §. diffinitiua, in uer. ſunt etiam. C. quorum ap. non rec. ¶ In diſciplinis † & correctionibus regularium non habet locum appellatio ut infra eod. ti. ad noſtram. reprehenſibilis cum ſpeciali. Vnde in his remota appellatione procedebatur etiam ſecundum uetera iura. ut infra ne cleri. uel mona. relatum. Hoc tamen intelligo cum modus correctionis modum pacti non excedit, ut 33. quæ. 4. qui peccat, in fi. alias ſecus: quia nimiæ aſperitatis, increpatio nec correctionem nec ſalutem recipit. ut 45. diſtin. cùm beatus. † Item in momentanea poſſeſſione non appellatur. quia ſententia lata in ea interlocutoria ſecũdum quoſdam. Ego autẽ dico eã diffinitiuã. et tamẽ non appellatur ab ea ſecundũ leges alia ratione ſcilicet quia de proprietate eiuſdem rei plenius et principalius iudicium

cium expectatur,ut. C.ſi de mo.poſ. fue-
rit ap. l.una. Secundum canones tamen
appellatur. ut ſupra de teſti. ſignificaue-
8 runt. † Item in cauſa decimarum non ha
bet locum appellatio etiam ſecundum ue
tera iura. ut infra de deci. tua. in fi. Nam
decimæ ſunt tributa.ut 16.q.1.decimæ.&
in tributis non appellatur. ut 2.q.6.quo-
tiens. Vel poteſt dici quòd in cauſa deci
marum appellatur. Nec ob.illa decre.tua,
nam ibi forte remota fuit appellatio ſpe-
cialiter in reſcripto. Itē non obſtat quod
dixi decimas fore tributa,quia ſi uerè eſ-
ſent tributa.locum in eis præſcriptio non
haberet.ut.16.q.3.§. poteſt. ī uer.ad hæc
in uerbo porro.&.C. de præſcrip.30. an-
no. l. competit. Quod falſum eſt. ut no.
ſupra de præſcrip. de quarta.Item ſi uerè
tributa eſſent, non haberet locum in eis
compenſatio. ut. C. de compen. l. in ea.
In decimis uero poteſt interuenire amica
bilis compoſitio ut infra de confir.uti. uel
inuti.uenerabilis infra de decimis.ex mul
tiplici. ſuggeſtum. dilecti ſupra de trāſac.
ſtatuimus. Fiet aūt appellatio apud acta,
uiua uoce ,ut ſit quis dicat appello. ſi ue-
rò non apud acta quis appellet. libellus
appellationis eſt offerendus ei à quo ap-
pellatur ſi eius copia habetur,alioquin ei
ad quem, appellatur.ut 2. q. 6.§. biduū.
in uer. ſi quis ipſius. ff.eod. ti.l.1.& 2. C.
eo.ti.l. litigatoribus. & l. eos. ff. quando
appel.ſit.l.1.§. dies.& §. ſi quis.¶Quali-
12 ter autem † concipiatur libellus appella
tionis, habes 2.quæ.6.§.forma. Porrecto
autē libello iudici à quo appellatur ſi qui
dem receperit bene eſt. Et tūc ipſe iudex
debet dare apoſtolos ideſt literas dimiſſo
rias infra 30. dies. etiam non petente ap-
pellatore. ſed & appellator cum inſtan-
tia petere debet.ut.2. q. 6. poſt appella-
tionem.ff. de li.dimiſ. l. 1. Quod ſi non fe
cerit imputatur ei licet & iudex malè fe-
cerit non dando ut 2.q. 6. poſt appellatio
nem. &.C. eodem ti.l.iudicibus.¶Forma
13 †uerò dimiſſoriarum ſeu apoſtolorum ha
betur in prædicto. c. poſt appellationem.
&.ff.de libe.dimiſ. l. 1. Olim appellaba-
tur infra biduum in propria cauſa,uel tri-
duum in cauſa aliena. Currebat autē hoc
tempus a diæ latæ ſententiæ ſiue ſub con
ditione lata eſſet ſiuè purè quāuis ſub con
14 ditionale fieri non deberet.† Hodie ue-
rò appellatur infra decēnium à recitatio
ne ſentētiæ. & hoc tempus utile eſt,quia
non cedit niſi à die ſcientiæ, & niſi iudex
copiam ſui fecerit in publico. ut 2.q. 6.bi
duum.&.ff.quando ap.ſit.l.1.§.biduum.&
§.dies. Vnde ſi pronunciatum ſit contra
abſentem non per contumaciam,non cur
rit decennium ignoranti niſi per procura
torem defenſus fuerit. quia ſi procurator
non appellauerit difficile eſt ut hic audia
tur.ut.C. quomodo & quando iu.l. ab eo
&.ff. quando ap. ſit.l.1.§.ul.& 2.q.6.§.bi
duum.&. §.ſi aduerſus. ¶Appellatur autē
15 † his à diffinitiua, non tertio. C. ne in
una eadem cauſa tertio prouo.l. una.2.q.
6. ſi quis in quacunque infra eo. tit. ſua.
Sed quamuis tertio non appelletur, peti
tur tamen in integrum reſtitutio contra
res his iudicatas, ut.ff. de mino.l. minor
autem ingratus. Item admittitur ſuppli-
catio.ut in. l. ſi quis in quacunque lite. &
ſic intelligi poteſt.ſupra ti. prox.c.cū cau
ſa.Nec ob.2.q.6.quotiens.&.c. omnis op
preſſus.Quod enim ibi dicit totiens appel
lari poſſe quoties opus eſt. expone quo-
ties id eſt, bis ut ff. de leg. 3. l. fideicom-
miſſa.§.ſi quis decem.Vel expone donec
ſuperior inuenitur & hoc locum habet cū
appellatur ab ordinario. Vel illud ī diuer
ſis grauaminibus illatis circa diffinitiuā.
Item non ob.31.q.2.Lothar,ius ibi enim
ter appellaui Theberga. ideſt uxorem ap
pellationis teremiſit ſemel tamen appel-
lando:ut infra eo.ti.bonæ.Et quod dixi in
diffinitiua. idem puto in interlocutoria.
16 ¶A papa † uel principe non appellatur.
cū ipſe ſit qui prouocetur. papa enim de
alijs ſententijs iudicat,nemo de ſuis.ut 9.
q.3.cuncta.Item à ſenatu non appellatur.
ut.ff.à qui app.non licet.l.1.Item nō ap-
pellatur a ſententia præfecti prætorio.ut
C.de ſenten.præfe.l.illa. Item ab arbitro
non appellatur,quia nullam habet iuriſdi
ctionem. & cum ipſo iure non teneat ſen
tentia ipſius ſed ei ſtetur metu pœnæ &
quod

quod non tenet reſcindi non poteſt, quia
nec gradus rumpitur qui nullus eſt.ut. ff.
de rupt.iniuſto uel ir.teſta. l. nã & ſub cõ
ditione.& ideo a ſententia arbitri non ap
pellatur.ut.C.de arb.l.1.Quod uerum eſt
in arbitro compromiſſario. ſecus eſt in ar
bitris iuris de quibus legitur.11.q.1.per-
uenit. C. de iu.l.ult. ſupra de offi. deleg.
ſuſpicionis infra eo.ti. cum ſpeciali.Eſt ta
men quædam ſpecies appellandi ab arbi-
tro, id eſt arbitrium reſcindi. ut cum liti-
gator qui ſuſpectum habet arbitrum con-
teſtatur ne procedat. ille nihilominus
pronunciat.ut.ff. de arbi.l. non diſtingue
mus.§. cum quidem, & ſimile. C. de his
qui per me. iudic. no. ap. l.2. Statur ergo
ſententiæ arbitrorum, ut dictum eſt me-
tu pœnæ. Sed ſi arbiter per ſortes pronun
ciauit datur contra ſententiam exceptio.
ut.C. de arbi. l. arbitrorum.&.ff.eod.ti.l.
ita demum. Arbitrorum autem ſententiæ
ſi inique fuerint corriguntur. ut. ff. pro ſo
cio. l. ſocietatem. ff. de operis libe.l. ſi li-
bertus ſupra de iureiuran.Quintauallis.&
ca. uenientes. Item ſi ex cõſenſu partium
iudex detur poterit appellari ab eo. ut.ff.
eodem titu. conſenſu. Nec obſt.2. q 6. a
iudicibus. natura ibi loquitur de arbitris
non de iudicibus. Item ab executore ap-
pellari non poteſt niſi modum excedat.ut
dixi ſupra. eo.ti. §. appellatur à diffiniti-
ua. In quibus autem caſibus non appelle-
tur ſolet quibuſdam uerſibus notari. Ap-
pellari uetant ſcelus, excellentia pacta.
Contemptus partis ſed & interdictio fa-
cta. Arbitrium res quæ perit eſt ſi lõgius
acta. Scelus quia in notorio delicto non
appellatur.ut infra eo.ti. cum ſit romana.
§. præterea.& c. conſuluit. Excellentia iu
dicis uetat appellari quia a papa uel prin-
cipe, a ſenatu,uel præfecto prætorio non
appellarur: ut ſuperius dictum eſt. Pacta
ſi paciſcant partes ue appelẽt. nõ poterit
appellari.ut.ff.a quibus ap. non licet.l.1.
Contemptus partis quia contumax non
auditur appellans. ut 24.q. 3. de illicita.
niſi ueniat iudice adhuc ſedente pro tri-
bunali. ut.ff.de in integ. reſti.l. ul.uel niſi
eſſent contumax in exhibendo. ut. ff. eo.
titu.l.creditor.§. iuſſus.Sed & interdictio
facta. quia inhibetur appellatio a papa,
appellari non poteſt etiam à diffinitiua,
niſi cauſa ꝓbabilis aſſignetur. Citra diſ-
finitiuam autem appellari non poteſt co-
ram eodem a quo appellatur,niſi expreſſa
cauſa probabili & probata. Arbitriũ quia
ab arbitro non appellatur ut ſuperius di-
ctum eſt. Res quæ perit eſt ſi lõgius acta.
quia ſi res ex dilatione patiatur detrimen
tum non appellatur ut. 2.q.6.§. à diffini-
tiua.in uerbo ab executore.ff. de appel.re
17 ci.l.ul.¶Ad † proſequendum appellatio-
nem indulgetur annus a iure, & ex iuſta
cauſa biennium.ut infra eo.ti. cum ſit Ro
mana. Sed ſi per impotentiã partis omiſ-
ſa ſit proſecutio nullum appellanti præiu
dicium generatur.ut infra eodem titu. ca.
ex ratione. ſi uerò per iudicem ſteterit ip
ſo iure. tempus appellationis non currit.
ut in auth.ut ſponſa.lar.§.hoc quoq;.colla
9.in authen.de appella.§.ſancimus. colla.
8.2.quæſt. 6.anteriorum. §.ſed lis. C. de
temp.appel.in auth.ſed lis. Sed ſi dolo ad
uerſarij circumuentus appellator appella-
tionem ſuam non fuerit proſecutus præ-
iudicatur ei: quia poſt tempus non ad-
mittitur ad proſequendum ſed aget ad
uerſus dolum ad intereſſe.ut.ff. de dolo.l.
arbitrio.§.dolo cuius Sed ſi ſoluendo nõ
fuerit reſtituetur appellans ad proſequẽ-
dum.ff. de eo. per quem fac. eſt. l. ex hoc
edicto. Infra tempus prædictum licet ap
pellatori proſequi ſecundum ſe communi
terue, id eſt, ſolus uel cum aduerſario.Tẽ
pore autem indulto tranſacto lite non cõ
pleta rata manet ſentẽtia.ut 2.q.6.ſi quis
appellat.C.eo.ti. in auth.ei qui appellat.
& in auth. de his qui ingre.ad ap. §.ſanci
mus. coll. 5. Appellatore autem ceſſante
cum unus menſis ſupereſt ex biennio. li-
cet uictori ingredi ut quæratur reus. quo
ſiue inuento ſiue non. ſuas afferat allega-
tiones. uel ut confirmetur, uel ut reſcin-
datur ſentẽtia omni caſu abſentem in ex-
penſis condemnando. neutro occurente
ſententia firma manet. ut in auth. præal-
legato. & ſic intelligi poteſt infra eodem
titu. oblatæ. Vel erit in arbitrio ſuperio-

ris an appellans nimium præcurret uel
non. ¶Et nota quòd tempora prædicta
locum habent niſi iudex à quo fuerit ap-
pellatũ tempus reciſius moderetur. ut in-
fra eo. ti. cum ſit romana. In caſu uerò cũ
de matrimonio ſpirituali agitur poteſt is
ad quem fuerit appellatum tempus reci-
ſius moderari: ut infra. eo. ti. oblatæ. in fi.
Et idem puto in matrimonio carnali. nã
in utroq; periculum eſt in mora. ut ſupra
ut lit. non conte. quoniam frequenter. &
ſic ſecundum præmiſſa patet quòd termi-
nus appellationis qui a iure præfigitur.
præuenitur ab appellatore qui quandocũ
que infra annum proſequi poteſt ut dictũ
eſt. Poteſt præueniri & ab appellato ſed
non nimium ut dictum eſt. Et ſi quæratur
quæ ſit diuerſitatis ratio. Duplice ratio-
nem aſſigno terminus legis prolixior eſt.
& ideo præuenitur. terminus autem ho-
minis breuis. nam iudex reſtringere po-
teſt. ut in decre. oblatæ ſeu moderari ter-
minum legis. ut in decre. cum ſit romana
uerbum autem moderandi ad reſtringen-
dum ſe habet ut infra de uerbo. ſig. c. ul-
ti. & propterea terminus hominis nõ præ
uenitur. Vel alias homo eſt magis dedi-
gnantis naturæ quam lex. & ideo termi-
nus hominis non præuenitur. terminus
legis ſic argu. ad hoc. ff. de arbi. l. ſi cum
18 dies. §. ult. & l. Celſus. ¶Si quæras † quæ
ſit pœna non proſequentis appellationẽ
interpoſitam circa diffinitiuam diſtinguo
ſic. Aut appellat actor. aut reus. ante lit.
conte. aut poſt. Item aut proſequitur ap-
pellator & non appellatus. aut appella-
tus & non appellator. an uterque. aut neu
ter. Si actor appellat ante lit. conte. & nõ
proſequatur proſequente appellato appel
lator condemnatur ad expenſas. ut infra
eod. ti. reprehenſibilis. §. 1. Si uero actor
qui appellauit proſequatur reo non pro-
ſequente proceditur in reum tanquam in
contumacem ut infra eo. ti. ſæpe contin-
git. ſecundum formam illius decret. ut ſu
pra ut lite non conte. quoniam frequen-
ter. Si uterque proſequatur, lis ſuo marte
procedat. Si neuter, prius iudex libere
ſua iuriſdictione utatur. ut in decre. re-
prehenſibilis in prin. Sed ſi poſt. li. con-
te. actor appellet & non proſequatur. pro
ſequente appellato, actor iterum eſt citã
dus. ut. C. quomodo & quando iudex. in
auth. qui ſemel. ſi non uenerit proceditur
in principali ſi liquere poterit. ut. C. de iu
di. l. properandum. §. ſin autem ex geſtis.
uel ſaltem fiet abſolutio ab obſeruatione
iudicij cum condẽnatione expenſarum. ut
in ea. l. §. & ſi quidem. Sed ſi proſequatur
actor non proſequente reo appellato pro
ceditur in principali ſi liquere poteſt. ut.
3. quæſtio. 9. decernimus. & in præal. l. pro
perandum. §. ſin autem affuerit reus, ſi nõ
poſſit liquere fiet miſſio in poſſeſſionem
irrecupabile. ut. C. quomodo & quan-
do iudex. l. conſentaneum. Sed ſi uter-
que proſequatur. uel neuter. repete quod
dictum eſt in membris eiſdem. Et eadem
locum habent appellante reo quę dixi cũ
appellat actor. ¶ Recuſatur iudex multis
19 ex cauſis. † Sed de multis aliquas ꝓſequa
mur. ut ſi iudex ſuffraganeus multorũ liti
gatorũ. alteri. n. merito eſt tũc ſuſpectus.
ut. ſupra ut lite non conteſt. accedẽs in pri
mo accedens. Item ſi ſit dominus litigato
ris. ut. ſupra de offi. delega. inſinuante. &
c. cauſamque. Item ſi iudex eſt de terra
litigatoris: ut. ſupra ut lite non conte. ac-
cidens in ſecundo accedens. Item ſi à iu-
dice appellatum ſit, pendente appellatio-
ne etiam in aliis cauſis eſt ſuſpectus. ut. in
fra. eo. titu. ad hæc. & c. propoſuit. Item ſi
iudex habet familiaritatẽ cum litigatore:
ut. 3. q. 5. accuſatores: ut. ſupra de offi. de-
20 le. inſinuante. † Qui autem ſunt familia-
res legitur. ff. de fur. l. ſi libertus. ff. de pe.
l. reſpiciendum. §. furta domeſtica C. de
quæſtionibus. l. placuit pridem. ff. ad Syl
la ſe con. l. 1. §. ſin autem. ff. de ædil. edict.
l. ædiles. §. familiæ. & C. de his qui ad ec.
con. l. ul. §. & hoc quidem. ff. de uerbo. ſig.
l. pronunciatio. §. familiæ. Item ſi eſt affi-
nis. ut 3. quæſtio. 9 abſens. &. ff. de iniu.
l. lex Cornelia. Item ſi litigator ſit comes
iudicis. ut. ff. de offi. præſi. l. ſenatus cẽſuit.
Item ſi iudex aliqua conſanguinitate cõ-
iungatur litigatori. ut infra eo. ti. poſtre-
mo. Item ſi eſt concanonicus. ut ſupra de
offi.

offi. deleg. cum. R. canonicus Ianuenſis. Item ſi iudex habet conſimilem cauſam. ut ſupra de iud. cauſam. & arg. ff. de excu tu. l. propter litem. Item propter dominum omnes de eius familia recuſantur. C.
21 ſi quacunque prædictus po. l. unica † Iſtæ & conſimiles cauſæ repellunt iudicem a iudicio. ſed non teſtem a teſtimonio. licet enim quælibet conſanguinitas repellat iudicem. non tamen teſtem. ut infra eodem titu. poſtremò. 4. q. 3. Item in criminali. in uer. item lege Iulia. Hoc ideo. quia facilius habentur iudices quã teſtes. & propter hoc repellitur quis a iudicio ex defectu teſtium. ut ſupra de teſtib. dile
22 cto. ¶† Poteſt autem recuſari iudex uerbo uel libello. Et erit forma recuſationis hæc. quia periculoſa res eſt & triſtiſſimos ſolet habere euentus coram ſuſpecto iudice litigare recuſo te. uel ſic. quia ſuſpecti uel inimici iudices eſſe non debẽt, & quo dammodo naturale eſt ſuſpectorum iudicum inſidias declinare, et inimicorum
23 uelle refugere ideo te recuſo. ¶† Allegabitur cauſa ſuſpicionis coram iudice. quæ ſi ſufficiens uiſa fuerit probabitur coram arbit. ut infra eo. titu. ſecundo requiris. &. cap. cum ſpeciali ſupra de offi. delega. ſuſpicionis. Nec ob. 3. quæſt. 5. quia ſuſpecti ibi enim nec admiſſa fuit recuſatio. et ideo nec probatio exacta. Secundum utrunque ius ſcilicet canonicum et ciuile poteſt recuſari delegatus ut infra eod. titu. poſtremo ſupra de offi. deleg. ſuſpicionis. et cap. inſinuatione. et idem ſecundum leges. ut. C. de iud. l. cum ſpecialis. et. l. apertiſſimi. Ordinarius autem recuſatur ſecundum canones. ut. 3. quæ. 5. ſuſpecti. ſupra de fo. competen. ſi quis clericus. et cap. licet 2. quæſt. 6. placuit. 11. q. 1. peruenit. Et idem ſecundum leges et ſecundum dominum. Mar. per. l. C. de iuriſdi. om. iudi. l. nemo, ſumpto arg. a contrario ſenſu. ibi. n. ſic dicitur nemo poſt li. conteſ. ordinariæ iuriſdictionis declinet examen. ergo ante lit. conte. declinet. Et ad idem inducebat autem. C. de ſenten. et interlo. om. iud. et conſequenter. Sed dominus Io. B. contra, non enim ordinarius recuſatum ſecundum leges. ſed ſi ſuſpectus fuerit adijciendus eſt ei epiſcopus loci. ut. C. de iud. in auth. ſi uero contingit. & reſpondet ad legem illam nemo, ſic dicit ipſæ. domine Mar. ſi uis ſumere argumentum a contrario ſenſu legis illius nemo. ſume a contrario ſenſu legis totius. ſic nemo poſt litem cont. ordinariæ iuriſdictionis declinet examen, ergo ante lit. conteſt. non ordinariæ iuriſdictionis non declinet examen. & ſic delegatus non ordinarium recuſatur ſecundũ leges. Autem uero & conſequẽter intelligebat in delegato. Sed quod dixi delegatũ poſſe recuſari uerum eſt non petitum, petitus enim recuſari nõ poteſt ab eo qui petijt. ut 2. q. 3. in auth. offeratur. C. ut lit. conteſt. in eodem auth. ſupra de offic. dele. cũ olim magiſter, niſi noua ex cauſa. ut ſupra de offi. deleg. inſinuante. &. arg. ff. de
24 arbi. l. licet. † Sed queritur de parte recuſandi. Et dicit Io. teutoncius quòd generaliter recuſatio fieri habet infra 20. dies ut dicit auth. offeratur & aliud auth. & cõſequenter, & quoniam iſti dies cedunt et poſt lapſum eorum non eſt locus recuſationi. Ideo prouidit lex quòd ſi copia iudicis recuſandi haberi non poteſt recuſatio coram præſide proponatur ut. C. de iudic. l. apertiſſimi. T. dicit ꝙ recuſatio fieri põt quandocunq;, dũmodo ante lit. conteſt. cum ſit dilatoria exceptio ut ſupra titu. proxi. inter monaſterium. niſi terminus præfixus eſſet a iudice ad omnes dilatorias proponendas. ut ſupra de except paſtoralis. Sed de hoc plenius dicit no. ſupra de dilati. §. ſunt et alie. ¶Effectus
25 † autem recuſationis eſt, ut ſi probata fuerit ſuſpicio iudex ordinarius recuſatus committat negotium principale. ut ſupra de foro compe. ſi quis clericus infra eo. ti. ad hæc cũ a te. 11. q. 1. peruenit. 2. quæ. 6. placuit. C. de iudi. l. cũ ſpeciali. et. l. apertiſſimi. hoc enim competit iure ordinariæ poteſtatis. Si ſit delegatus, dixit. T. ꝙ cum per recuſationẽ probata ſuſpicione deſinat eſſe iudex et iuriſdictionem non habere. ſupſuſedebit cauſæ cognitioni et committere non poteſt iuriſdictionem

quam non habet quod enim quis non habet generaliter alterī dare non poteſt.ut. 1.q.1.gratia,&.1.q.7.c.Daibertum.& nemo inuitus cogitur ad arbitrium ire. ut. ff.de arbitr.l.3.§.1. quamuis iudicium reddatur in inuitum ut.ff.de uerbo.obli.l.inter ſtipulantem.doc.autem illam. infra de cretal. ſecundo requiris. intellexit in delegato. Illam autem cum ſpeciali,& alias quæ dicunt recuſatum poſſe committere negotium principale dixit in ordinario locum habere. puto tamen quod tam ordinarius quam delegatus probata cauſa ſuſpitionis poſſit committere negotium de recuſatoris aſſenſu. uel ad ſuperiorem transferre.ut.infra eo.ti.cum ſpeciali. Nec ob.decre.illa.ſecũdo requiris. in eo quod dicit ſuperſedere tenetur. Nam uerum eſt quod ſuperſedebit iudex poſt probatã ſuſpicionem. ſcilicet, ut non cognoſcat. non autem ut non cõmittat cauſam. Nã & in delegato loquuntur leges quæ dicũt expreſſè iudicem recuſatum commitere poſſe.C.de iudi.l.apertiſſimi &.l. cum ſpeciali quas leges.T.correctas eſſe dicebat, cum aliter ad eas reſpondere non poſſet Ad hæc decre.autem illam ad hæc,cum à te,quæ dicit aut ſi alterutra partium te ſuſpectum habuerit,te inſiſtentem iudicem eligant qui propoſitam inter eos dirimere ualeat quæſtionem. reſpondebant quęſtioné ſ.ſuſpitionis. ego autem dico principalem. Nec ob. huic noſtræ opinioni. ſupra de foro compe.licet,ubi dicitur probata cauſa recuſationis ad te uel ad nos pro iuſticia recurratur ſicut ſuperius eſt expreſſum. Nam intelligo.ſ.per appellationem ſi recuſatus in cauſa procedat.

26 ¶ † Dubitari autem conſueuit an iudex ſuſpectus & recuſabilis poſſit præuenire recuſationem & cauſam alteri delegare. Et uidetur quod non. Nam ineſſicax eſt iuriſditio penes eum. poteſt enim per exceptionem elidi.& nihil intereſt utrũ aliquid ſit ipſo iure ineſſicax, an per exceptionem ut.ff. de reg. iur.l. nihil intereſt. ff quibus ex cauſis in poſ. ea.l. Fulcinius. §.ſi in diem.ff.de dolo.l. eleganter.§. ſeruus pactionis. Si igitur ineſſicax eſt iuriſdictio in delegante,ineſſicax eſt & in delegato,qui pro non ſuo imperio agit. ſed partibus fungitur delegantis.ff.de iuriſd. om.iudi.l.ſi prætor.ff.de offi. eius cui mã. eſt iuriſ.l.1.§.qui mandata. Item pars iuriſditionis eſt delegare.ut.ff.de iuriſ. om. iudi.l.3.in fi.cum ergo alias partes iuriſdictionis aggredi non poteſt delegatus obſtante ſibi exceptione recuſationis opponenda in perſonam ipſius.& iſtud aggredi non poteſt. In delegationibus enim conſideratur an delegans cognoſcere poſſit ut ita demum ualeat delegatio facta ab ipſo.ut.C.qui pro ſua iuriſdi.l.1. Et ideo ſi proconſulante quam ingrediatur prouinciam ſibi decretam cauſam deleget. quia cognoſcere non poſſet, nec delegatus ab ipſo poteſt,ſed demum ingrediente legato efficax efficitur delegati iuriſdicio. ut. ff.de offi. procon.l. obſeruare.§.ulti. Item iudex non debuit præuenire diligentiam re recuſare uolentis.arg.infra eo.tit. ſæpe contingit.&.c.oblatæ.1. de confir. uti. uel

27 in uti.bonæ. ¶ † Sed contra cauſæ ſuſpitionales perſonas iudicum afficiunt non iuriſdictionem.& ideo contra ſucceſſoré. ideſt.contra delegatum non competit exceptio.ff. de diuer. & tempo. præſcript.l. an uitium. Nam perſonales exceptiones perſonas non egrediuntur.ut.ff. de excep. l.exceptiones. unde mutatione perſonarum uitium abolетur. ut.2.q.1. primis. 1. q.1.cito. ſupra de filijs præsby. ex tranſmiſſa.ff.uti.poſſi.l.ſi duo.§. non uideor Et ſecundum hoc intelliguntur decreta. illæ de præſcrip. de quarta.infra de iurepa.cura. ¶ Solutio puto iudicem ſuſpectum ante recuſationem committere poſſe.& cõmiſſio uidelicet, quod ordinario indubitatum eſt ut ff.de iuriſ. om.iud.l. prætor. idem puto in delegato. ¶ Et no. quod ſecundum uetera iura arbitri eligendi ſunt à partibus qui cognoſcant de principali. ut.ſupra de fo.cõpe.ſi quis clericus. infra. eo.ti.ad hæc, cum à te.Et hoc fiebat inſiſtente iudice recuſato.ut in illa & hæc cogente infra triduum. ut.C. de iudi.l.ult.

28 †Hodie eligitur arbiter qui cognoſcat de cauſa ſuſpicionis ut. infra eod.titul. cum ſpeciali,

ſpeciali, in prin. Sed principale negotiū non committetur niſi de recuſatoris aſſenſu. quod ſi non conſentiat recuſator ad ſuperiorem tranſmittet negotium recuſatus.ut.infra eod.cum ſpeciali in fi.1.℞.

29 ¶ Et notabis † quod licet iudex recuſatus iuriſditionem retineat. & cogere poſſit arbitros eligere, ut dictum eſt, & tertium ſi duo diſcordant.ut.ſupra de offi.de leg. ſuſpicionis. & cauſam committere, uel ad ſuperiorem transferre.ſecus tamen eſt in iudice à quo fuerit appellatum. Nam appellans eximitur à iuriſdictione eius à quo appellat,ſi iudex fuerit delegatur.ut.infra eod. titul. directè. Si autem fuerit ordinarius eximitur appellans quo ad cauſam in qua appellat. in alijs non eximitur. ſed pendente cauſa poterit ordinarium recuſare.ut.infra.eod.titul. propoſuit.&.c.ad hoc. eo ſuper.quo appellatum eſt prætermiſſio.ut.infra. eod.titul.teneamur. Hoc tamen fallit in delinquente notoriè ut.infra. eod.titul.cum ſit, in
30 fi.&.c.conſuluit.¶ Relatio † fit tribus de cauſis. Aut ei iudex refert de iure conſulens. quia in iure dubitat. Aut quia pronuntiare euitat. & ideò refert ut ſe exoneret. Aut conſulit ſuper facto. Primus modus approbatur. ſecundus & tertius reprobantur. ut probantur hæc.ff. de iudi.l. eum quem.§.iudicibus.&.§.de facto & in auct.de iudi.§ ulti.in auten.ut iudices nō expectent ſacras iuſſiones §. iubemus. Eſt & quartus referendi modus. ſcilicet cum ſuperior ita committit. ut delegatus ſi de partium uoluntate fuerit pronuntiet. uel cauſam ad ſuperiorem tranſmittat;ut. ſupra de reſcript.ex parte. Sed cum relatio facienda eſt:plena omnia notificanda ſunt ſuperiori & partibus conſultationis edi debet exemplum, & ſi altera partium uiderit relationem minus plenam uel cōtrariam ueritati, poteſt illicò à conſultatione appellari.& nihilominus à ſententia.ut.C.de relat.l.1. &.ff. quando ap. ſit.l.1.℞.1.&.2 q.6.§.biduum, in fi. Adeò autem plenè in relatione omnes omnino cauſæ ſunt comprehendendæ. ut prope modum actorum recenſione non ſit opus. acta tamen neceſſario ſunt aſſocianda.ut. C.de rela.l.ulti. ¶ Et nota quod refertur cauſa.refertur & electio ſeu poſtulatio. ut ſupra de offic.lega.licet Franen. &. ſupra de poſtu. bonæ memo. in ſecunda bonæ. Et ſicut electione ſeu poſtulatione relata ad ſuperiorem non licet in ea aliquid innouari,ut in iuribus præalle. ſic & in negotio per conſultationem tranſacto. ut. C.de appel.l. ex illo.2. q.1. nomen.3.q. 6.multum.&.C.de rela.l.2. Sed in his omnibus expectari debet ſuperioris reſponſum.ut 6.q.3. denique.

## *Summarium*

1 *Peregrinantes qui dicantur, & quod ſubſidiū eis indulgeatur à iure, & nu.2.*

## ¶ DE CLERICIS PEREGRINANTIBUS. Rubrica.

QVia ſicut appellantes ita & peregrinantes iura tuentur, Ideo poſt tractatū de appellationibus ſubijciuntur tractatus de peregrinantibus.¶ Videamus igitur qui hic peregrinantes dicantur.& quod præſidium eis indulgeatur
1 à iure. ¶ Peregrinantes † intelliguntur hic romipetæ, apoſtolorum limina & aliorum ſanctorum oratoria uiſitantes. ut 24.q.3.ſi quis romipetas & c.paternarum & c. illi qui. & ſupta de treuga & pace, innouamus.Item illi qui accedunt ad præſentiam domini papæ. ut infra eo.tit.c.1. uno.2.q.6.arguta. Non autem intelligas de quolibet peregrinante. nam largo modo quicunque à loco domicilij proficiſcitur peregrinari uidetur.ut.C.de incol.l.ci
2 ues.lib.10.† Peregrinantes igitur de quibus ſuperius dictum eſt eccleſia romana ſub protectione recipit, & ſpetialiter ad curiam uenientes, hij enim facto appellare.uel uerius prouocare uidentur.ut ſupra tit. proxi.cum ſit romana. & c.dilecti.Et per hunc modum prouocandi receditur ab ordinario. & uocatur aduerſarius prouocantis ad ſuperiorem. Receditur etiam & à delegato dummodo ante notitiam literarum. ut ſupra tit. proxi. meminimus. &.c.

&.c.ſuggeſtum. &.ca. ad hæc ſicut aſſeris. Quidam tamen dixerunt quòd hodie prouocatio facti locum non habet per decre. ſupra ti.proxi.ut debitus honor.quæ ſic dicit. cum autem ex rationabili cauſa putauerit appellandum,coram eodem iudice cauſa probabili appellationis expoſita, tali ualet quæ ſi foret probata , deberet legitima reputari. Vnde decre. illas cũ ſit romana, &.c. dilecti. abrogatas eſſe dixerunt. Sed errauerunt. nam illa ut debitus honor. loquitur in appellatione. Aliæ uerò loquuntur in prouocatione . Habent autem hoc præſidium a iure uenientes ad curiam romanam. ut ſi quid eis arreptum eſt uel ſublatũ poſt inter arreptum eis reſtituatur ut infra eo.c.uno etiam ſi per iudicem ſit ſubtractum & agetur cõditione ex hac decre. Idem præſidium habent appellantes . ut ſuprà ti. proxi. cum teneamur.2.q.6.arguta . & . c. quoties . Sed & aliis iuxta ex cauſa abſentibus ſeu peregrinantibus iuris præſidium indulgetur , nam ſi eorum turbata fuerit poſſeſsio per uim, & expulſis his qui eorũ nomine detinebant,datur eis conditio ex lege , ad recuperandam poſſeſsionem abſentium nomine ſiue fuerint ſerui ſiue fuerint extranei,etiam ſi mandatum non habeant . quod eſt ſpeciale contra regulam generalem.ut.C.ſi per uim uel alio modo turbata.fue.abſentis poſſeſſ.l.1.

## *Summarium*

1 *Confirmatio quid ſit, & quot modis fiat.*
2 *Confirmari quæ poſſunt.*
3 *Confirmationis effectus quis ſit.*
4 *Sententia excommunicationis ſi lata eſt ab ordinario uel delegato, & à ſummo pontifice confirmata, an ille qui tulit poſsit ab ea abſoluere.*

## ¶DE CONFIRMATIONE utili uel inutili. Rubr.

TRactatum eſt ſupra de his quæ appellationis beneficio ſuſpenduntur. Hic autẽ tractatur de his quæ quæ confirmationis præſidio muniuntur. ¶Videamus igitur quid ſit confirmatio. qualiter fiat.à quo,de qua re ficiẽda ſit & quid cõfirmationis effectus. ¶Confirma-
1 tio † eſt prioris iuris habiti corroboratio. Hæc deſcriptio colligitur ſupra dè fide inſtrum. inter dilectos . ¶ Fit autem confirmatio pluribus modis temporis ex curſu ut ſi à ſententia non fuerit infra decendium appellatum. nam lapſu temporis rata manet.& ei ſtandum eſt.ut no.ſupra de ſent.& re iudi.§.auctoritas . Sic & ſententia arbitri dicitur emologari.ideſt, ſilentio decendij confirmari. ut. ſupra de arbitris per tuas.C. de arbi.l. cum anteà. & not.ſupra de arbit.§.effectus. licet in caſu per appellationem dicatur ſententia cõfirmari.ut.ff.rem ra.ha.l.ulti. Confirmatur aliquid iuramento.ut ſi minor rẽ alienet & iuret non contrauenire ut.C. ſi àduer.uendi.l.ſacramẽta puberum. Item cũ mulieres conſentiunt alienationi rerum dotalium & propter nuptias donatarum . & ne contraueniant firmant proprio iuramento.ut.ſupra de iureiur.cum cõtingat, Item cum debitor promittit uſuras,& promiſſum ſuum firmat iuramento . Nã tunc etiam excipere non poteſt.ut.ſupra.de iureiur.debitores.Item cum quis tranſigit. & tranſactionem ſuam iurumento confirmet.Nam tunc punitur ſi contrauenerit . ut.C.de tranſact.l.ſi quis maior.Item iureiurando firmatur ſtatutum de certo numero canonicorum.ſupra de reſcriptis.cõſtitutus. Confirmatur etiã per literas ſuperioris & maximè domini Papæ. qui plerunque cõfirmat ſentẽtias ut.ſupra de ſen. & re iudi.ea quæ.&.c.cauſam quæ in fi.infra de teſta Raynucius in fi.&.c.Raynaldus,in fi.Statuta.ſupra de cõſti.cum acceſſiſſent. Beneficia.ut.infra.e.ti.ad noſtrã &.c.porrecta. Et cõtractus.ut. ſupra de pact. quoties. Arbitria ut infra eo.t.examinata. Cõpoſitiones.ui infra eo.tit.uenerabilis . Itẽ electiones ut ſupra de elec.poſtquã.Poſtulationes uerò non confirmantur ſed diiudicantur.ut ſupra de poſtul. bonæ in ſecunda bonæ.in 2.colu. & ſi inuenta fuerit canonica.admittatur ut.ſupra.de elec.ſcriptũ.uel non admittitur ſi minus canonica ſit inuenta ut.ſupra.de poſtu. præla.bonæ in prima bonæ,uel etiã irritatur. ut. infra

eo.ti.

eo. ti. & ſi unanimiter. ¶ Poſſunt confir-
2 mari † quæ pacificè poſſidentur ut. infra eod.tit.c.1.Res litigioſæ confirmari non poſſunt.ut infra.eo.ti.c.1.& not. ſupra ut lite pen.§.lite igitur pendente. ¶ Effectus
3 † confirmationis eſt uires pleniſſimas dare ei rei cui fortè aliquid iniuria uel imperitia minus incertum eſt ut. ſupra de tranſac.c.1.Perſonale facit reale.ut. ſupra de tranſact. ueniens. & hoc intellige de confirmatione domini papæ. Auctoritas enim principis non ſolenne facit ſolenne.ut.C.de teſta.l.omnium. Nam facit ex nudo pacto dari actionem.ut.ff. de pactis. l.legitima principis enim auctoritas mutat ſubſtantialia. ut.C. communia de lega.l.2.C.de rei uxo.actio.l.una. Item operatur confirmatio domini papæ ut ſi noua quomodo oriatur ſuper re illa ſuper qua confirmatio eſt obtenta, ordinarius uel alius cauſam audire non poteſt ſine ſpeciali mandato domini papæ ſi res illa tẽpore confirmationis pacifice poſſidebatur.ut.infra.eo.ti.c.1. Sed quo ad titulum poſſidendi confirmatio nihil addit. id enim confirmatur quod à principio firmũ eſt,ut.ſupra de fide inſtrumen.inter dilectos. ¶ Vnde in confirmationibus rerum poni conſueuerunt tales terminationes, ſicut iniuſtè & pacificè poſſides. In ſententijs autem cõfirmandis ponitur. ſicut prouide lata eſt ut.infra eo ti. examinata. Papa enim non intẽdit uni dare ut alius ſcrupuloſo corde moueatur. ut.16.q.7. c.1. nec intendit uni conferre & alteri nocere ut.14.q.5.denique.nec uult alicui ſubtrahi per priuilegia ſua. ut.9.q.3. nunc uerò.25.q.2.de priuilegijs. Sed hoc uidetur abſurdum quibuſdam ut tantam immunitatem rerum quis fortiatur per huiuſmodi ſimplices confirmationes, quæ leuiter in curia impetrantur. Nam & ſi ſuper rebus ſingulis quis impetret confirmationes eneruata erit iuriſditio ordinarii ſuper illis,& propterea ſic intellexerunt decre.illas.infra eod.titul.c.1.&.2. quod iudex non poſſit cognoſcere de confirmatione an ſit iuſta uel iniuſta. ſed de re confirmata ſic. Alij dixerunt has decre. locum habere cum papa cum cauſæ cognitione confirmat.ut.ſupra de of.deleg.quoniam abbas.ſupra de teſti. ueniens. infra. eod.titu.uenerabilis. infra de teſ. tamen. Raynucius.&.c.Raynaldus in ſi.Alij uerò intelligunt has decre. ad literam ſicut ſonare uidentur. per confirmationes ſimplices hæc immunitas rebus confirmatis accedat.ut ſi ſuper eis noua quæſtio oriatur, nullus eam audiat ſine mandato domini papæ.& idem ſi quæſio oriatur ſuper confirmatione. Hæc poſterior ſententia cum textu decretalis magis concordat. Veruntamen ſi confirmationi domini papæ obiiciatur falſi ſuggeſtio, poterit de eam cognoſcit & iudicari ut. infra eod. titul. de confirmationibus.& ſic confirmatione nõ obſtante poterit cognoſci de re confirmata.cum certum ſit confirmationem per falſi ſuggeſtionem illicitam fuiſſe. ¶ Vnde
4 † quæritur ſi ſententia excommunicationis lata fuerit ab ordinario uel delegato, & à ſummo pontifice confirmata, an ille qui tulit poſſit ab ea abſoluere. Et uidetur quod non. nam papa confirmãdo ſententiam ſuam facit. Omnia enim ſua facit,quibus ſuam impartitur auctoritatem ut. C.de uete.iu.enu.l.1.§.& ideò. contrarium tamen eſt uerius.ut.infra de inſti.ex frequentibus. Hæc autem de literis confirmationis. Sed de literis innouationis ſciendum eſt quod per eas nihil iuris acquiritur.ut.infra de priui.ex parte &. infra eodem.titu.cum dilectus. Per literas autem protectionis non eximitur quis à iuriſditione ordinarij ut. infra de priui.ex parte.in ſecunda &.c.recepimus. Sed ſi aliquis ſe ſubijciat protectioni domini papæ & ex ſimplicitate appellare omittat eximitur.ut.ſupra ti.proxi.c.uno.ſupra de app.ad audientiam. Quid ergo proſunt literæ protectioni. Reſpondio maior honor ei debetur quem papa ſua protectione honorat.ut.ſupra de ma.& obe.ꝑ tuas. Vel ſolet plus timeri quod ſingulariter pollicetur quã quod generali ſpõſione cõcluditur.23.di.quãquã.11.di.quis neſciat.

¶ Explicit liber ſecundus.

Incipit liber tertius.

## *Summarium*

1 *Clericorum uita qualis eſſe debeat.*
2 *Clericorum honeſtas in quibus conſiſtat.*
3 *Clerici in inceſſu, & ſocietatibus qualiter de beant ſe habere.*

## ¶DE VITA ET HONESTATE clericorum. Rubr.

FInito tractatu iudiciorum à quibus
clerici abſtinere debent in quantũ
poſſunt, cum ſeruos dei non opor-
teat litigare. ut 2. qu. 7. ſicut ſacerdotes.
ideo ſubijcitur hæc rub. de uita & ho. cle.
¶Videndum eſt igitur qualis debeat eſſe
uita cleri. & in quibus conſiſtat honeſtas
1 eorum. † Et quidem in eccleſijs collegia
tis clerici debent uiuere in communi, in
una domo ueſcantur atque ſub uno tecto
dormiant & requieſcant. ut infra eod. c.
quoniam 32. di. prę̈ter hæc de cõ. di. 5. in
omnibus 12. q. 2. neceſſaria. Quidam ta-
men intellexerunt iura illa in eccleſijs re
gularibus locum habere, aliud in ſecula-
ribus. ut. 12. q. 2. quia tua ſanctitas. 32. di.
ſi qui uerò. Sed puto iura priora contine
re ius commune in eccleſijs collegiatis.
quamuis eis in multis eccleſijs ſit per con
trariam conſuetudinem derogatum. Po-
ſteriora uerò loquuntur in clericis non
ualentibus continere. qui ſortiri poſſunt
uxores ante ſacros ordines ſecundum li-
centiã ab apoſtolo datam. ut 28. diſtin. de
his, in fi. Et ſtipendia extra eccleſiam in
domibus ſuis recipere ut pauperes non ut
clerici, nec ratione canonici tituli: ſed
paupertatis contemplatione. & ſic intelli
gi poteſt. 1. q. 2. ſacerdos. Cõiugati enim
canonicum titulum obtinere nõ poſſunt.
ut infra de cle. coniuga. ſanem. &. c. diuer
2 ſis fallacijs. ¶Honeſtas † clericorum con
ſiſtit in multis. In tonſura capitis. ut infra
eo. ſi quis ex clericis, clericus &. c. cleri-
cis. Ita ut admodum ſpheræ caput habeât
abraſum. ut 23. di. prohibete, & ſic atton-
ſis capitibus & patentibus auribus ince-
dant. ut 22. diſt. non liceat. Quod uerum
niſi timor uel neceſſitas exigat habitum
transformari ut infra eo. c. clerici officia.
Vnde quidam repræhenſus de habitus di
miſſione ſic ſe excuſauit. Vnde uerſus.
Tutius ut peterem laici ſub imagine Ro-
mam. Fas fuit ut ſine rem luxuriare co-
mam. Item in ornatu ueſtimentorum &
aliorum. ut infra eo. clerici. officia. 20. q.
4. per totum. ita ut nec fulgidis nec ſordi
dis ueſtibus ſe ornent. ut ei ait Hiero. nec
affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ
laudes pariunt ut 41. diſt. §. 1. Item ut mo
ribus & uerbis pudorẽ indeſinenter exhi-
beant. unde genæ ſponſæ. 1. prædicatores
turturi comparantur. ut 43. di. §. primo,
quamuis laicis uerecundia indicatur. iu-
xta illud uerecundos & uerentes facite fi
3 lios iſrael. ut 32. q. 4. in eo. †Item in inceſ
ſu dicunt clerici eſſe ornati ut grauitate
itineris mentis maturitatem oſtendant.
In compoſitio enim corporis ut ait Gre-
go. qualitatem indicat mentis. 41. diſt. ſi-
cut. Item in ſocietatibus ut non habitent
cum malis hominibus. quia ſæpe conſor-
tia malorum bonos etiam mores corrum
punt. ut 28. q. 1. ſæpe. unaque ſpectatori
liuorem ducit ab una. Item in modeſtia
& ſobrietate ut infra eo. ti. à crapula. &
35. diſt. per totum. Item in mundicia uitæ
ut infra eo. c. ut clericorum. & dicemus.
infra tit. proxi. Item ut ſint aſſidui in le-
ctione & oratione. hæc enim eſſe dicunt
opera clericorum. ut 36. diſt. c. ulti. Hæc
& alia à clericis exiguntur quorum uita,
& conuerſatio debet eſſe ſecreta & à lai-
corum actibus remo. ut 2. q. 8. laicus ut eo
rum qui in laicali ordine conſiſtunt ob-
ſeruantiam. ſicut loco ita religione præ-
cellant. ut 4. diſt. denique in princ.

## *Summarium*

1 *Mulieres quæ permittantur cum clericis coha bitare, & quæ prohibeantur.*
2 *Pœna clericorum fornicatorum. & nu. 6.*
3 *Aequitas rigori præfertur.*
4 *Pœna mulierum cum clericis fornicantium.*
5 *Diſpenſatio quæ adhibeatur circa clericos for nicarios.*

6 *Occultus fornicatur ſuſpenſus eſt quo ad ſe. ita & occultus ſimoniacus.*
7 *Notorium quotuplex ſit.*

## ¶DE COHABITATIONE clericorum & mulierum. Rubrica.

QVia frequenter uitam & honeſtatem clericorum ſuſpectarum exhoneſtant mulierũ cõſortia. Ideò poſt tractatum de uita & boneſtate clericorum ſubijcitur hic rubrica cohabitatione clericorum & mulierum. ¶ Videamus igitur quæ mulieres prohibentur habitare cum clericis, & quæ permittuntur. Itẽ quæ ſit pœna clerici fornicantis & quæ mulieris ſe clerico commiſcentis. Item quæ circa clericos fornicarios diſpẽſatio
1 ualeat adhiberi. ¶Illæ † autem mulieres clericis cohabitare permittuntur in quibus naturale fœdus nihil permittit ſæui criminis ſuſpicari aliæ prohibentur. ut infra eo. c. à nobis. Quæ autem ſint perſonæ, quæ permittuntur legitur 32. diſt. interdixit. 81. diſt. cum omnibus &. c. uolumus. C. de epiſ. & cle. eum qui. in authen. de ſanctis epiſcopis. §. præsbyteri. colu. 9. in authen. quomodo opor. epiſcopos. §. quanta. Sed contra infra eodem titu. c. 1. Ad quod dico quod prima decre. huius titu. non tenet derogatur enim per poſteriore infra eo. à nobis. Vel prima decreta loquitur in mulieribus quæ & ſi ſuſpicionem effugiant, habent tamen ſecum pediſſequas & ancillas in quibus & de quibus ſiniſtra frequenter oritur ſuſpicio. Et de talibus dicit Aug. Quæ cũ ſorore mea ſunt meæ ſorores non ſunt. ut 81. diſtin. legitur. Iura autem ſuperiora loquuntur de perſonis coniunctis quæ ſuſpicionem effugiunt. nec ſecum habent mulieres ſuſpectas. Epiſcopi uero & monachi omnino nullas ſecum mulieres habere debent ut in authen. de ſanctiſ. epi. §. epiſcopum uerò, & 81. di. oportet &. c. clerici & 18. q. 2. diffinimus. & in authen. de monachis
2 §. cogitandum. ¶ Pœna † clericorum fornicatorum eſt ut admoniti. non ſe corrigentes à beneficijs ſuſpendantur. Et ſi ſuſpenſi fornicarias præſumpſerint detinere, perpetuò ſunt remouendi ut infra eo. c. ſicut &. c. ſi autem. neque enim ſuſpenſi ſunt ipſo iure. niſi eorum fornicatio eſſet notoria ut 32. diſtinct. nullus &. c. præter hæc. & ſic poteſt intelligi. infra eo. c. ſuper eo. Tunc enim ſuſpenſi eſſent ab officio. & per conſequentiam à beneficio. ut 81. diſt. ſi quis ammodo. &. cap. ſi quis ſacerdotum. Sed nonne fornicatio mortale peccatum eſt, Sic igitur pœna eius eſt depoſitio ut 35. diſt. c. ul. 81. diſt. præsbyter. ſi quis epiſcopus &. c. ſi qui ſunt præsbyteri. ¶Ad hoc dicunt quidam quod canon ille rigorem contineat, alius autem circa idem contineat æquitatem. ut 34 di
3 ſtinct. frater † æquitas præferenda eſt rigori. ut 45. diſt. licet. l. di. ponderet in fin. 81. diſt. præsbyter. C. de iudi. placuit. ff. de reg. iu. l. in omnibus. Melius eſt enim reddere de miſericordia rationem quam de crudelitate. ut 86. diſt. non ſatis eſt. 26. q. ultima alligant. & 35. q. 9. ueniam 9. di. ſana. l. diſtin. eos. Vel forte iura ideo minus procedunt in crimine fornicationis. quia pauci ab eo inueniuntur immunes. ut. l. diſtinct. quia tua. Vel dicas de iure communi ſeruare poſſe rigorem. de diſpenſatione æquitatem. Nec ob. quod dicit illa decre. frater ſcilicet fragilitas noſtri temporis talem non patitur manere cenſurã. Nam ſic intelligendum eſt. ſ. rigidam &
4 indiſpenſabilem. † Pœna mulierum fornicantium uer. in cenã. quidam tamen intelligunt cum muliere illa hoc peteret. Alioquin ſecus. ut 32. diſtinct. ſeriatim & 32. quæ. 1. integritas. Si uero cum clericis matrimonialiter de facto contraxerint tunc uenundantur ſi filios non habẽt. ſed ſi filios habent mulieres & filij ſuſcepti ex clericis quos ſua libidine in fecerũt in ſeruitutem redigantur eccleſiæ cuius ſunt clerici. ut 81. diſt. quidem 32. diſt. eos 15.
5 q. ulti. cum multe. ¶Adhibetur † circa clericos fornicarios diſpenſatio magna. ut non remoueantur ab officijs uel beneficijs. ut infra eodem. c. ſicut. &. c. ſi autem ſed ad altiora officia non aſcendant ut

15.quæſtio.8.hij qui. Maior. ut ad maiores ordines promoueantur ut 34. diſtinct.fra. Maxima. ut ad dignitates aſcendant. ut 33. diſtinct. habuiſſe. ¶ In
6 ſumma no.† eſt quod occultus fornicator ſuſpenſus eſt quo ad ſe, ſicut & quilibet in mortali peccato conſtitutus. ut 1. qu. 1. ſacerdotes non tamen quo ad alios antequam per ſententiam præſcindatur. ut 5.quæſtio.ult.c. ulti. ſed notorius fornicator eſt ſuſpenſus quo ad ſe & quo ad alios. ut infra eodem titulo c.ulti.30. distinct.nullus. & c. præter hæc. Et idē eſt in ſimoniaco etiam occulto qui ſuſpenſus eſt quo ad ſe & quo ad alios ut. 1.q.1.reperiuntur. Quod intelligo uerum eſſe in ſimoniaco in ordine ſuſcepto qui uitioſum habet caracterem. ut 2.qu. 3.quibuſdam narrantibus ſecus autem in ſimoniaco in ordine alteri collato. ut infra eod.de ſimon. per tuas. At tali ergo ſimoniaco in ordine ſuſcepto non debes ſacramenta ſuſcipere ut 1.quæſt. 1. ſi quis à ſimoniacis, ſed à quolibet alio ſic quandiu tolleratur.licet quo ad ſe ſit ſuſpenſus non tamen quo ad alios ut ſuperius di
7 ctum eſt. ¶ Notorium † autem aliud iuris. Aliud facti tertium notorium præſumptum. Notorium iuris duplex. per confeſſionem factam in iure uel per ſententiam. ut infra eodem c.ueſtra. Facti per euidentiam rei quæ tergiuerſatione aliqua celari non poteſt. ut infra eo.c. ult.infra de purga.c.cum dilectus in fin.2. q.1. in manifeſtis Notorium præſumptū eſt, ut ſi aliquis publicè habitus eſt per filio. ubi non requiritur alia probatio ut ſupra de filijs præsbyt.quoniā, hoc enim quod aliquis ſit filius non poteſt uerè probari ut.ff.de condit. & demon.l. Lucius. Item filius eſt quem nuptiæ demoſtrant. ut.ff.de in ius uo.l.quia ſemper. Et idem dico in fornicatore. Si enim clericus iuuenis & cupidus ſecum habeat euidenter in domo iuuenculam & ſuſpectam non notoria eſt fornicatio ſed præſumpta a iuuene. & cupido credatur reddita uirgo.

## *Summarium*

1 *Clericis quibus permittatur habere cōinges.*
2 *Epiſcopus an diſpenſare poßit in officio cum ſacerdote, qui matrimonium de facto contraxit.*
3 *Clericus uxoratus an retineat priuilegium clericale.*

## ¶ DE CLERICIS CONIVGATIS. Rubr.

DIctum eſt ſupra de prohibita cohabitatione clericorum & mulierum. Hic agitur de permiſſa ſcilicet cōiugali. ¶ Videamus ergo quibus clericis permittitur habere coniuges. & an habentes coniuges poſſint ſimul & eccle
1 ſiaſtica beneficia retinere. † Poſſunt clerici in minoribus ordinibus conſtituti uxores ducere. ut infra eo.c.1. 28.di.de his, in fin. In ſacris autem non. quia omnibus in ſacris continentia eſt indicta. ut ſupra de tempo. ordi. à multis 32. diſt. erubeſcant nemo ſi quis eorum & 31. distinct. ante triennium. & 83. diſt. cum in præterito. Oriētales autem clerici in minoribus ordinibus cōſtituti ducūt uxores. & eis utūtur in ſacris. ſed poſt ſacros ordines nec de nouo contrahunt nec mortuis uxorib. alias ducunt. ut 31. diſ. Nicena. quoniā & c.aliter & infra e.c.cum olim. Olim in eccleſia primitiua clerici uxores habētes beneficia extra eccleſiam percipiebāt. quia in eccleſijs ſeruiebant. ut 32.di. ſi qui uerò ſunt clerici 12.qu.1.quia tua ſanctitas. uel ut ſtipendia tanquā pauperibus, nō ut beneficia tanquā clericis præſtabātur. Hodie aūt a beneficijs eccleſiaſticis excludūtur ut infra eo.t.per totū.ea ei facto proprio amiſerunt.contrarium eligendo. & ſe ad uitam oppoſitam conferendo. ut.ff. de bo.lib.l.ſi patronus. C.de furtis.l.1.ff. de tributo.l.qui in hæredem. §.ulti.84. diſtin.quiſquis, nam quaſi in duo diuiſi eccleſijs à quibus ſtipendia percipiunt famulari non poſſunt. cùm eos oporteat cogitare qualiter uxoribus ſuis ualeant complacere ut infra eodem titu. diuerſis fal-

ſis fallaciis, ubi autem aliqui fornicationibus dediti eccleſias pœnitus delinquũt beneficia pro derelicto habere uidentur & eis ſunt ipſo iure priuati. ut 81. diſt. eos. Si quis autem ſcienter beneficium conferat coniugato. non per ipſum qui contulit ſed per ſuperiorem potius eſt priuandus. ut infra eo. diuerſis fallacijs. Sed quæ
2 ritur † an epiſcopi diſpenſare ualeant in officio cũ clericis in ſacris ordinibus conſtitutis qui de facto contrahunt matrimonia. uidetur quod ſic ut infra eo. c. ſanè ſacerdotes. Sed contra clerici dũ ſacros ordines recipiunt uotum continentiæ ſolennizare uidentur ut 32. di. ſeriatim, in fi. unde poſtea contrahendo manus peccatum committũt quam ſit adulterium. ut 27. q. 1. meliore. non ergo poſſunt epiſcopi diſpenſare quibus datur poteſtas diſpenſandi ab adulterio citra ut ſupra de iud. ad ſi clerici. ad quod reſpondeo. epiſcopi poſſunt diſpenſare in adulterio & in minoribus ſed & in maioribus ubicunq; inuenitur à iure permiſſum: ut in caſu præmiſſo & hæreſi & ſacrilegio. ut. l. di. præsb. & c. ſi quis preſbyter. Licet alij cõtrariã ſniãm aſſerant dicẽtes poſſe epiſcopus diſpẽſare in adulterio & in maioribus criminibus. niſi inueniatur prohibitũ ut in homicidio & in ſimonia. ut. l. di. miror. & infra de ſimo. nobis.
3 ¶ Quæritur † de clerico uxorato an retineat priuilegium clericale qđ habetur. 17. q. 4. ſi quis ſuadente? Et uidetur quòd non ut infra eo. c. Ioannes. Sed decr. illa põt intelligi in eo qui cõtraxit cũ uidua. qui irrecuperabiliter à clericatu receſſit ita ut ulterius ad clericatũ redire non poſſit. ut 34. di. ſeriatim. & propterea exuitur omni priuilegio clericali. ut 82. di. quiſquis. alias ſi clericus uxoratus ſeruaret tonſurã retinet priuilegiũ clericale. ſic intelligo. ſupra de uita & ho. cle. clericus alij & maximè ſe beneficiũ retinet cuius gratia tonſurã ſeruare teneť. ut in prædicta decr. Ioannes. Nã talis ſub eccleſiaſtica regula eſt tenendus ut 32. diſ ſi quis uero 12. q. 1. quia tua. Vel põt dici quod illa decreta. Ioannes, non loquitur in priuilegio ipſius canonis. ſi quis ſuadente. illud. n. retinetur eo quòd non tantũ in fauorem clericorum inductum eſt, ſed in odium laicorũ ut infra de ſen. ex. cõtingit. ſed loquitur in priuilegio quod clerici habent in angarijs ut 16. q. 1. §. nouarum cũ. l. ſequen. illud retinent clerici uxorati & maximè ſi non ſeruant tonſurã quã depoſitam ſi reſumpſerit priuilegium non reſumunt ut infra eo. c. ex parte.

## Summarium

1 *Reſidere quid ſit, & qualiter clericus debeat reſidere nu. 2.*

2 *Pœna non reſidentis quæ ſit.*

## ¶ DE CLERICIS NON RESIdentibus.. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de clericis qui priuantur à beneficijs propter conſortia mulierum, hic autem tractatur de his qui à beneficijs excluduntur eo, quod non reſident in eccleſijs in quibus beneficiati exiſtunt. & ideo ſubijcitur hic rubrica de clericis non reſi. in ec. uel præben. ¶ Videamus igitur quid ſit reſidere, qualiter clericus debeat reſidere. & q̃
1 ſit pœna non reſidentis. ¶ Reſidere † eſt deſeruire ut infra eod. c. conquerente. parum enim eſt reſidere niſi & reſidens curã eccleſiæ habeat in qua beneficiũ habet uel perſonatũ ut infra e. c. quia nõnulli. ¶ De
2 bet aũt † quis reſidere per ſeipſum nõ per uicariũ ut infra. eo. c. qm̃. Per uicarium. n. deſeruire nõ licet niſi in caſibus quos no. ſupra de of. uica. §. nunc uidendũ. ¶ Aduerſus non reſidentes ſic iura procedunt. Si quis cã cupiditatis trãſeat ad aliã eccleſiã quã ambit priuari debet utraq; habita & ambita ut 7. q. 1. ſi quis epiſcopus ſupra de trãſla. præla. c. pe. & ul. niſi eccleſia uelit eũ repetere. ut 7. q. 1. nõ oportet. ¶ Si aũt cã utilitatis puta ad eccleſiã maiorẽ & cũ licentia prælati ſui tranſeat. cũ corporalẽ poſſeſſionẽ eccleſiæ, ſecundæ tenuerit, & tẽpus præterijt, ĩfra qđ oĩa ꝑ agi poſſint, quæ pertinẽt ad plenã acquiſitionẽ ſecundæ eccleſiæ tũc primũ beneficiũ quod habuit

buit potuit alteri liberè conferri.ut ſupra de elec.cum in cunctis.§.cùm uerò.Sed ſi cauſa neceſſitatis puta propter perſecutionem tunc ceſſante perſecutione redibit ad ſuam eccleſiã.ut 7.q.1.paſtoralis. Sed ſi cauſa humilitatis. puta ſi ad religionẽ tranſeat de iure non redibit ad primam. ut 7.q.1.hic nequaquam ſupra de renunc.
3 poſt translationem.¶†Vbi autem leuitatis cauſa quis deſerit ſuam eccleſiam. puta uagatur per mundum. tunc ſi habeat primam eccleſiam pro derelicta. ut quia recipit aliam ut infra de præben. de multa infra de conceſ.præben.uel ec. non ua. literas &.c.cum noſtris.uel ducit uxorem. ut ſupra ti.proxi.diuerſis fallacijs. Vel mi les ſeu ioculator efficitur. tunc quia uitã aſſumit primæ profeſſioni contrariam.ut C. de mune.patrimo.l.profeſſio.libr.10. poterit eius eccleſia uel præbenda alteri conferri.Sed ſi non habeat eccleſiam pro derelicta trinæ citationis edictũ in abſentis eccleſia publicetur. & ſi nec ſic currauerit obedire, & ultra ſex menſes eccleſiam ſuam deſeruerit poterit ea priuari, & nihilominus ſuſpendi & excommunicari,non tamen degradari. ut infra eodem capitulo ex tuæ. Quod intelligo cũ neſcitur ubi ſit. & ſic non poteſt ad eum citatio peruenire. Alioquin monendus eſt abſens, nec aliter poſſet de iure priuari.ut. infra eodem capitulo ex parte. & capitulo qualiter. &.c. ultimo ad ipſius reditum congruo tempore per ſuperioris arbitrium moderando. ut infra eodem capitulo inter quatuor. Tamen in hoc diuerſa inueniò à iure tempora conſtituta. inuenio enim duos menſes. ut 7.q. præſentium. Tres ſeptimanas. ut 7. quæſtio.1.ſi quis in clero. Annum ut in autem. de ſanctiſ. epiſcopis. §.interdicimus. Quatuor annos. ut infra eo.ti.qualiter quinq; an. ut infra eo. cap. ex geſtis moderabitur autem ſuperior ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum abſentiam, & negociorum qualitatem. ut ſupra de lite non conteſt.quoniam. & ſupra de ap.cum ſit Romana,Si quis autẽ licentiatus à ſuo epiſcopo ad certum tempus ultra tempus ab fuerit, ſtatim poſt tempus priuari poterit niſi ex iniuſta cauſa poſt tẽpus impediretur.ut.7.q.1.preſentiũ.ubi enim dies apponitur pro homine interpellat ut C.de contrahen. & commit.ſti. l.optimam.1.de loc.& conduc. potuit.C. de iure emphi.l.pe.¶In sũma no.eſt quod reſidere intelliguntur quidam qui in ueritate non reſident, ut is qui extra eccleſiã procurat utilitatem ipſius ut. infra.e.c.ex parte.Item qui ſeruit epiſcopo extra eccleſiam ut.infra e.c.ad audientiam.Item quæ ſeruit papæ,ut infra eo.cum dilectus. Itẽ qui ſtudet in theologia.ut. infra de magiſ. ſuper ſpecula.§.docentes. Iſti omnes fructus præbendarum præcipient præter uictualia & quottidianas diſtributiones, quæ reſidentibus tantum debentur ut.infra.eod.c.de cætero.infra tit. proxi. licet. &.c.dilectus.

## *Summarium*

1 *Præbenda quid ſit,& quid ſit Canonia.*
2 *Præbenda cui, ſit conferenda.*
3 *Præbenda à quo conferri debeat.*
4 *Præbendæ quomodo ſint conferendæ.*
5 *Præbenda infra quod tempus conferenda.*
6 *Epiſcopo negligẽte ſi ad eum ſpectat collatio, deuoluitur ad capitulum ius conferendi.*
7 *Præbenda quando nomine beneficij contineatur.*
8 *Præbenda ſecunda recepta, an prima uacet ipſo iure.*
9 *Beneficia duo curam habentia ſi quis habeat, an poſſit retinere quod malit.*
10 *Diſpenſare quis poſſit in pluralitate beneficiorum.*
11 *Clericus recipiẽs diuerſa beneficia an peccet.*
12 *Epiſcopus an peccet conferendo beneficiũ ſcienter ei,qui alias beneficiatus exiſtit.*
13 *Clerico beneficiato poteſt aliud in beneficium uel ſtipendium ſine titulo conferri.*
14 *Epiſcopus ordinans clericũ ſine titulo uel præbenda,an ei prouidere teneatur.*
15 *Papa ſi alicui mandat cõferri præbẽda ſi qua uacat,& epiſcopus uel canonici ad quos ſpectat collatio,de mandato ſcientes alteri conferunt, an ille pro quo ſcriptum eſt ius in illa præbenda habeat.*

¶DE

## ¶DE PREBENDIS.
### Rubrica.

TRactauimus ſupra de uita & hone. clericorum nūc de rebus ad eos pertinentibus diſſeramus. & ideo ſubijcitur hic rub. de præben.¶ Videamus igitur quid ſit præbenda. cui conferri debeat. à quo, qualiter, infra quod tempus. & ad quē [illegible] deuoluatur conferendi poteſtas ſi is ad quem collatio pertinet in mo-
1 ra fuerit conferendi. ¶ Prebenda † eſt ius percipiendi prouentus in eccleſia competens alicui tāquam uni de collegio. quod ius ex canonia deſcendit, nō enim debet eſſe canonicus ſine prebenda. ut. infra eo. c. relatum, & capitulo dilectus. Canonia uerò eſt quoddam ius quod ex electione receptione in canonicum & in fratrē oritur uel de nouo creatur ubi certus canonicorum numerus non haberentur. ut. infra eo. c. dilecto. §. procurator. uerſ. prӕterea. Oritur in quam uel creatur in loco capitulo & in alijs quorum cōmunis eſt uſus. ut infra eodem capitulo relatum. &. c. pro illorum. & in prebendæ petitione ut
2 ſuperius dictum eſt. ¶ Eſt autem † conferenda prebenda idoneæ perſonæ quæ reſideat in loco, & curam eius per ſe ualeat exercere. ut. ſupra titul. proxi. rela-
3 tum. ¶ † Conferri debet regulariter à prælato ipſius eccleſiæ in qua conferenda eſt prebenda. ut. infra de inſti. ex frequentibus. &. c. ad decorem. ſicut & collatio eccleſiarum pertinet ad prælatum de iure ordinario. ut. ſupra de offi. or. cum uos. 1. q. 3 ſi quis epiſcopus. &. c. peruenit. &. 16. quæ. ulti c. nullus. licet in pleriſque locis ſecus obtineat. de conſuetudine ſpeciali tam in collatione prebendarum. ut. ſupra de elec. cum eccleſia Vulterana. infra de conceſ. preben. uel ec. non ua. c. nulla. quā in ordinatione eccleſiarum. 63. di. ſi in plebibus 59. diſc. c. 2. Alicub. ſpectat communiter ad prælatum & capitulum collatio prebendarum. ut. infra de con. preben. uel eccl. non ua. c. poſtulaſtis. Sed de iure communi ſicut dictum eſt prælatus una cum capitulo ſuo inſtitutiones & conceſſiones facere debet. ut. infra de his quæ fi. à prela. ſine con. ca. c. 1. 2. &. 3. & c. nouit Alicubi tamen obtinet ubi prælatus ſolus ſine capitulo conferre poſſet. ut. infra de his quæ fi. à præl. ſine com. ca. ea noſcitur. Et è conuerſo. alicubi capitulum ſine prælato. ut in dec. cum eccleſia Vulnerana. ¶ Plenè cum iuribus & pernentijs ſuis ſine diminutione aliqua conferendæ ſunt prebendæ. ut. infra ut eccl. benefi. ſine domini. confe. ut noſtrum. &. 1. quæ. 3. ſi quis prebendas. ut quod prebendis annexum eſt non ſeparetur ab eis. ut. ſupra de conſtit. cum omnes. infra eod. expoſuiſti. Turonen. autem concilium prebendarum inhibet ſectiones ut. infra eo. c. maioribus. Vnde duo ad unam prebendam eligi non poſſunt. ita quod inter ſe fructus diuidant prebendæ uel quod unus ex ipſis prebendam uacantem habeat. alter uacaturam expectet ut. infra eo. c. tuæ fraternitatis. Aliquando tamen poteſt una prebenda diuidi in duas dummodo talis ſit ut etiam diuiſa ſufficiat duobus. ut. infra eod. uacante. ¶ Item purè ſimpliciter ſine pactione & ſine modo conferri debent ut. infra. ut. eccl. benefi. ſine dimi. con. ut noſtrum. Spiritualia. enim talia nō patiūtur ut ſupra de pac. c. ul. 1. q. 1. quàm pio infra de ſimo. tu. &. c. per tuas. Sed contra infra eo. c. ſignificatum. Ad quod reſpondeo. non fuit ibi pactio habita cum perſona ſed ſit canonici inter ſe ſtatuerunt. ut quicunque illam præbendam habet hoc onus agnoſcere ut miſſam de beata uirgine quotidie debeat celebrare. niſi eſſet corporis infirmitate grauatus. & hæc canonicorum diſpoſitio fuit à ſummo pontifice confirmata. unde præbenda illa tranſibat cum onere ſuo ut. ff. de pigno. ac. l. ſi conuenerit. §. 2 ff. de uſufr. l. uſu fructu lega. §. ul. & l. ſi pēdentes. §. ſi quid. infra de deci. cum non ſit in homine. uel ubi cōditio ſiue modus in eſt ex natura rei non facit rem conditionalem. ut. ff. de cōdi. & demon. l. conditiones. uel ſi conditio ſiue modus ſit ſpiritualis rem non afficit ut in illa. ſignificarum. &. ſupra de ſeruis non ord. nullus. &. c. eo liberius. ¶ Debet autem

5 autem † conferri præbenda infra ſex menſes poſtquam uacauerit alioquin is ad quem ſpectat collatio priuatur poteſtate conferendi, ut infra de conceſ. præ. nulla. Ab hoc ſemeſtri deducitur tempus ſuſpenſionis illius ad quem ſpectat collatio. Et idem puto in excommunicatione, dummodo ſuſpenſus uel excommunicatus non ſit in mora petendæ abſolutionis ut infra de conceſ. præben. quia diuerſitatem, & ſupra de elec. his quibus. Alioquin contra ar. ca. di. quoniam de reſcrip. ſi autem. ff. de re iu. qui poteſt. ff. de re mili. l. omnes. §. qui præpoſitum. Nec obſtat quòd ſua culpa in excommunicationem uel ſuſpenſionem quis incidat. nã & ſi hoc ei imputetur non, tamen imputanda ſunt omnia quæ ex culpa illa procedunt. ut 15. q. 1. ſi concubina & c. inebriauerunt infra de ſponſa. ueniens. ff. de furtis. l. uerum. & l. qui iniuriæ in prin. ff. de pu. & uec. l. ſed & hi. §. ſin autem, ar. l. di. ſæpe. & c. ſtudeat. ff. quod metus cauſa. l. ſi mulier. Tempus illud ſemeſtre utile eſt nec currit eunti ad curiam Romanam manenti in ca. & dicedenti ab ipſa. Et idem in alio iuſto & legitimo impedimento. Itẽ non currit niſi à diæ noticię ut in illa quia diuerſitatem §. tẽpus ſupra de
6 ſup. neg. præ. licet. ¶Negligente † epiſcopo ſi ad eũ ſpectat collatio deuoluitur ad capitulum ius conferendi. Si autem ad capitulũ ſpectat negligat, deuoluitur ad epiſcopũ. Si cõmuniter pertineat ad utrunq; negligant deuoluitur ad ſuperiorem ut infra de conceſ. præ. nulla & c. poſtulaſtis. Sed moriẽte epiſcopo ad quẽ pertinet collatio, nõ deuoluitur ius conferendi ad ca-
7 pitulum. ut infra ne ſede ua. illa. ¶† In ſumma notãdum eſt ꝙ ſi ſcribitur pro aliquo ut in aliqua eccleſiarum ciuitatis uel diœceſi prouideatur ei in beneficio cõpetenti. nomine beneficij præbenda continetur ut infra e. c. pro illorum infra de uerb. ſigni. tua. quamuis alias nomen beneficij latius pateat quã præbendæ. quia beneficiũ diſtinctũ uel indiſtinctũ. præbenda uero nõ niſi diſtincta. ut infra de cõceſ. præ
8 bẽ. ex parte. ¶Sed quæritur an † recepta ſecunda præbenda prima uacet ipſo iure? Et uĩ ꝙ ſic. ut infra de cõceſ. præ. literas. Vnde qđ ſtatutũ eſt in beneficijs curã animarũ habentibus. ut infra e. c. de multa. & in perſonatibus de quibus idẽ iudiciũ eſt habendũ ut ſupra de elec. dudũ ẽt ſi iura animarũ non habeãt ut in decre. de multa in fi. idẽ intelligo & in præbendis & accedit ad hoc. 21. q. 2. ſi quis iã translatus ſupra de elec. cunctis. ff. de regulis iuris. l. 3. §. ſi ex conuẽtione. ff. de diuor. l. ult. in fine. Et intelligo hoc cũ ſecunda præbenda recipitur ut titulus, non ut ſimplex beneficiũ, uel ut ſtipẽdium. Tan. tñ & quidã alij doctores nõ cõpatientes pauperibus ſed diuitibus blandiẽtes. dixerunt hoc locũ habere tantum in beneficijs curam animarũ habentibus, & in perſonatibus, de quibus loquitur hæc decre. de multa. non autem in præbendis. Reſpondentes ad decre. illam literas. quòd allegationem continet & non ius. cum per literam illius decre. contrarium pateat manifeſtè. non ergo palpanda ſunt crimina ne uulnera incurata ſeruentur. ut. l. di. ſi quis diaconus. ue autem ſi nõ ſparſerimus ue ſi tacuerimus. non enim leue diſcrimen incumbit ſiluiſſe quod congruit. ut 43. diſt. diſpenſatio.
9 ¶Item quæritur an is qui duas habet præbendas uel beneficia curam habentia ſeu perſonatus poſſit retinere quod malit. Et uidetur quòd non quia primum uacat ut ſuperius dictum eſt. & ſi utrunque retinere contenderit carebit utrobique. ut infra de multa. & arg. 7. q. 1. ſi quis epiſcopus ſupra de transla. præ. quanto in fi. Item cum in culpa fuerit accipiendo utrunque optionem habere non debet. ut. ff. de petie. hæred. l. ſi rem & precium. ff. de teſta. tu. l. tutor, ita rectè. ¶Sed contra infra eo. ca. referente. Ad quod reſpondeo decre. illa docet qualiter ſuperior circa huiuſmodi gratioſe procedere poteſt. Vel optio illa locum habet ſecundum uetera iura, hodie locum non habet, quia recepto ſecundo primum uacat ipſo inre ut di
10 ctum eſt. ¶Sed † quæritur an alius a papa diſpenſare poſſit in pluralitate beneficiorum & ſcripſit Io. quòd ſic in eadem diœ-

ceſ.ut.70.di.ſanctorũ.Sed ĩ diuerſis diœceſibus nõ.& hoc propter iuris impoſſibilitatem qua ratione clericus habens beneficia in diuerſis epiſcopatibus teneretur recipere ordines ab uno epiſcopo.& ab alio.& utrique teneretur obedire.quod eſſe non poſſet ſi mandarent aduerſa. quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire.26. di.ecutius.hanc autem perplexitatem ſolus papa tollere poteſt. qui eo ipſo quòd diſpenſat ut liceat alicui habere plura beneficia in diuerſis epiſcopatibus concedere uidetur ut ei liceat ordines recipere à quo malit epiſcopo.& in cõtrarietate mãdatorum ei obediat cui uult. Verius eſſe puto quòd ſiue in eodem epiſcopatu ſiue in diuerſis nullius diſpẽſare poteſt niſi pa

11 pa. Et ſic curia tenet.¶ † Sed nunquid peccat clericus recipiendo diuerſa beneficia, maximè in diuerſis diœceſibus Reſpõſio ſic. Nam ſi ſanctiat primum uacaturum recepto ſecundo.peccat tamẽ in cupiditate, dum deſerit quod ſortitus eſt & eligit magis pingue.ut.7.q.1.ſi quis ſuę.&.5.ſi quis de ordine. Itẽ peccat contenendo ſuũ epiſcopum, dũ eo contẽpto recipit beneficiũ ab altero. Sed hoc mirũ uidetur quòd poſſit quis per receptionem ſecundi beneficij ſe liberare à ſuo epiſcopo cui forte iurauit & à quo ordines ſuſcepit, Ad quod dico quòd hoc locum habet cũ quis de licẽtia ſui epiſcopi recipit ſecũdũ beneficium. alioquin & ſi primũ beneficiũ uacet titulus tamẽ prioris eccleſiæ durauit. poterit ab epiſcopo uel à ſua eccleſia reuocari.ut. 7.q.1 nõ oportet.&.c.ſi uero.& erit in expectatione beneficij uacaturi. & ſic patet ꝙ quãuis primũ beneficiũ uacet ipſo iure prior tamẽ locus non uacat ipſo iure, niſi uelis dicere quòd & prior locus & primũ beneficium uacat quo ad illum qui recipit ſecundũ.non tamen quo ad eccleſiam uel epiſcopum priorem. Item nunquid epiſcopus peccat conferendo beneficium ſcienter ei qui alias beneficatus exiſtit? Videtur quòd non, ſcit enim uel ſcire debet quòd non duplicatur ei beneficium ſed primum uacat. ſed per ea quæ proximè ſuperius dicta ſunt, patet ipſum delinquere, niſi de permiſſu primi epiſcopi fiat. quòd autem primum beneficium uacet in pœnam recipientis ſecundum beneficium eſt ſtatutum. & ex hoc facti qualitas ſatis patet. Fuit enim commune uitium recipiendis & conferentis. ſicut commune uitium eſt malè ordinati, & malè ordinantis.ut.81. di. tantis. &.li.10. diſt. ordina-

13 tos. ¶ † Vnum tamen non omitto quòd clerico beneficiato poteſt aliud in beneficium uel ſtipendium ſine titulo conferri.ut 16.quæ.1.poſſeſſiones. &.q.7. illud.

14 ¶ Hoc etiam in ſumma † notandum eſt quòd quicunque epiſcopus ordinat clericum ſine titulo uel præbenda ei prouidere tenetur, quod in ſacris ordinibus locum habet ſicut curia tenet & ſeruat, licet iura indiſtinctè loquantur de ordinibus.ut infra eod.c.non liceat &.c.cum ſecundum apoſtolum. Quod uerum eſt niſi quis ad titulum ſui patrimonij fuerit ordinatus &.ſic intelligo infra eod. epiſcopis.&.c.tuis. talis enim taliter ordinatus beneficium aliud petere non poteſt. ut. 12.q.2.illi qui.16. quæſtio.1.c.ulti.in fin.

15 † Sed etiam illud quæritur quod frequẽs eſt & aſſiduum. Ecce papa mandat alicui conferri præbendam uacantem uel uacaturam epiſcopis ſeu canonici ad quos ſpectat collatio conferunt alteri in eluſionẽ mandati apoſtolici. nunquid pro quo ſcriptum eſt ius habet in præbenda illa. Puto quod ſic.ut infra eod.inter cætera.&.c. dilectus filius.g. in ultima dilectus. & ſupra de reſcrip. conſtitutus. Sed ad maiorem pænam ſtatutum eſt ut & collatio facta ualeat. & ei pro quo ſcriptum eſt de redditibus eccleſiæ ſingulis annis prouideant conferentes donec ei fuerit in beneficio præbendali prouiſum. ut infra eo. dilectus filius.g.in penul.dilectus.

## *Summarium*

1 *Clerici an propter morbum amouendi ſint à beneficijs perſonalibus & prælaturis, & alij in locum eorum ſubrogandi.*

2 *Famuli an tempore infirmitatis ſint paſcendi.*

¶ D 3

## ¶DE CLERICO AEGRO-tante. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de cler. non reſi.
quòd præbenda uel aliud benefi-
cium conferendum eſt reſidenti
& deſeruienti eccleſiæ. ſed quia quidam
infirmitate detenti deſeruire non poſſunt
de eis uidẽdum eſt, & ideo ſubijcitur hic
rubrica de clerico egrotante uel debilita-
1 to. ¶An igitur † clerici amouendi pro-
pter morbum ſint à ſuis beneficijs perſo-
nalibus & prælaturis & alij in locum eo-
rum ſubrogandi. diuerſi diuerſa ſenſerũt.
Hug. enim dixit quòd nunquam aliquis
ſubrogandus eſt uiuo niſi renuncianti uel
remoto ſeu translato. nec prætextu mor-
bi eſt aliquis amouendus. Raſ. diſtinxit
utrum morbus ſit curabilis uel incurabilis
ut ſi morbus ſit incurabilis fiat amotio &
ſubrogatio alias non. Sed hæc diſtinctio
nõ procedit: ut infra eo. ti. ex parte. Vin.
autem dixit quòd quãdiu infirmus poteſt
in collegio remanere nec amouetur nec
ei alius ſubrogatur. ſic enim mutatur iu-
dex ſi operam iudicio dare non poteſt: ut
ff. de iudi l. ſi longius. Tan. autem dixit
quòd ſi prælatus uel clericus non poſſit
in collegio remanere. quod in morbo le-
pre contingit. amouendus eſt, & ei alius
ſubrogandus. & hoc per quandam decre.
quæ erat in compillatione antiqua infra
de conceſ. præben. ex tranſmiſſa. quæ tan
quam iniquitatem continens eſt ſublata.
& per quandam aliam infra eo. ti. tua, mi
hi placet ſententia Hug. & confirmatur
infra eo. ca. 6. &. 7. q. 1. c. 1. 2. &. c. qualiter
&. cap. quamuis triſte. Quod autem dicit
decre. illa tua. ſic intelligo quod ab admi
niſtrationis debet officio remoueri ſubau
dio non tamẽ a titulo prælationis uel ſuæ
2 inſtitutionis. † ſeruire enim intelliguntur
famuli quos curamus egrotos. ut. ff. de ſta
tu. lib. l. 4. §. pe. & tempore infirmitatis pa
ſcendi ſunt, ut. ff. commo. l. in rebus com
modatis. §. poſſunt iuſtæ cauſæ. ¶Qui au
tem debiles & infirmi ſeu mutilati cele-
brare non poſſunt, no. ſupra de cor uitia.
¶Et ſi quæras quid, erit ſi quis propter
morbum reſidere uel deſeruire nõ poſſit.
Reſpondeo ſi eſt prælatus. dabitur ei coa
diuuator. ut infra eo. ca. de rectoribus. &
c. ul. &. 7. q. 1. ca. 1. &. c. quamuis triſte. Si
fuerit ſimplex clericus dabitur ei uicarius
ut no. ſupra de offi. uic. §. nunc uidendũ.

## *Summarium*

1 *Inſtitutio quid ſit. & quid ſit collatio & inueſtitura.*
2 *Clauium aſsignatio ſignũ eſt traditionis rei.*
3 *Inſtituere quis poſsit. & qui ſint inſtituendi.*
4 *Inueſtiri poteſt præſens uel abſens per alium, ſiue alius pro eo.*
5 *Ius quod inſtituto acquiratur.*
6 *Titulum quis non deſinit habere in priori eccleſia, quo uſque poſſeſsionem adeptus ſit in ſecunda.*

## ¶DE INSTITVTIONIBVS. Rubrica.

SVperius tractatum eſt de collationi-
bus præbẽdarum hic tractatur de in
ſtitutionibus perſonarum. et ideo ſu
bijcitur hic rub. de inſti. ¶Videamus igi-
tur quid ſit inſtitutio, quis poſſit inſtitue
re, et quos. Itẽ quod ius inſtitutione quæ
1 ratur. ¶† Inſtitutio eſt propriè clericorũ
perſonarum, & prælatorum. Collatio ue-
rò beneficiorum eccleſiarum uel præben-
darum. Inueſtitura autem eſt traditio uel
quaſi traditio. Quaſi traditio ideo dico
quia plerũque fit per annulum uel per li-
brum. ut ſupra de ſen. & re iud. cum olim
infra de conceſ. præ. uel ec. non ut propo
ſuit infra de his quæ fiunt a ma. par. ca
2 pi. ex ore. † Sicut & clauium aſſignatio eſt
ſignum traditionis rei. ut. ff. de contrahẽ.
emp. l. clauibus. & ſcotatio. ut ſupra de cõ
ſue. ex literis. Item inſtrumentorum da-
tio. ut. C. quæ res pign. ob. poſ. l. 2. C. de
do. ſi quis argentum. ſicut & deportatio
eſt intronizationis iudicium. ut ſupra de
ele. eccleſia ueſtra. ¶Quis autem inſtitue
3 re poſſit. † Dicas ut alias dixi. quis con-
ferre

ferre poſſit ſupra de præben. §. conferri. ¶Inſtituēdi ſunt uiri literati uel alias idonei ubicunque originem duxerunt ut infra eo.c. ad decorem.
4 ¶† Poteſt quis inueſtiri præſens uel abſens per aliā ſiue alius pro eo. ut ſupra de præben. accedens. Sic & poteſt aliquis per alium inueſtiri & cōferre. ut ſupra de præben. dilecto. infra de conce. præ. uel ec. non ua. conſtitutus. Et ſi is qui interponitur mandatum habeat ab illo qui inſtituitur quæret proprietatē & poſſeſſionem abſenti. ut. C. de acqui. poſ. l. 1. ſi hoc gerat ille qui interponitur, & is qui mādauit, uel ſaltem quæ mandauit. ut. ff. de dona. l. qui mihi. alioquin tūc demū q̃ritur abſenti poſſeſſio & ꝓprietas cū ei poſſeſſio fuerit tradita ut. ff. de acqu. re do. l. res ex mandato, ſed ſi is qui recipit nomine abſentis mandatū habeat tūc quæretur abſenti poſſeſſio & proprietas cum ratum habuit. ut. ff. de nego. ge. l. ſi
5 ego. ¶Nunc uidendum eſt † quod ius ex inſtitutione quæratur. In quo diſtinguo. Refert an inſtituatur in canonicū. & tunc id quæritur quod diximus queri ex canonia ſupra de præ. in prin. Si autem in prælatum acquiritur titulus prælaturæ. ſed non poſſeſſio niſi inſtitutus poſſeſſionem nactus fuerit corporalē ut ſupra de elec. cum in cunctis. §. cum uero 21. quæſtio. 2. ſi quis iam translatus. & arg. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes, in auten. ut or. præfec. colla. 5. ff. de bono. poſ. ex teſtamen. mili-
6 tis. l. ultima. in fi. Vnde † non prius deſinit quis habere titulum in priori eccleſia niſi poſſeſſionem adeptus fuerit in ſecunda: ut 92. diſtinctione ſi qui epiſcopi.

## *Summarium.*

1 *Eccleſia uel præbenda quæ dicitur non uacare.*

2 *Papa ſolus poteſt concedere non uacantes eccleſias.*

3 *Beneficium non uacans an poſſit conferri uel promitti. & nu. 4. 5. & 6*

4 *Recepto in canonicum & in fratrem ad primam uacantem acquiritur ius canoniæ.*

5 *Promiſſiones uel conceſſiones de non uacantibus quare reprobentur.*

6 *Recipientes an poſſint obijcere recepto, quòd contra concilium ſit receptus. & nu. 7.*

7 *Intellectus ad cap. cum eccleſiaſticæ. ſupra de exceptioni.*

8 *Intellectus ad cap. ex tenere, infra eo. tit. ad cap. cum iam dudum, & cap. cum non ignores, ſupra de præbend.*

9 *Intellectus ad ca. ſignificaſti, infra de diuorti. & ad c. intelleximus, infra de adulterijs.*

## ¶DE CONCESSIONE PRAEbendæ uel eccleſiæ non uacantis. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de præben. & inſti. ſed quia plerūque concedūtur ſeu promittūtur præbende uel eccleſiæ non uacātes. Ideò ſubijcitur hic rubr. de conceſ. præben. uel ec. non ua. ¶Videamus igitur quæ præbenda uel eccleſia dicitur non uacare. Item quis poſſit conceſſiones uel promiſſiones facere de non uacanti. quod ius acquiratur ſi quis recipiatur ad primam uacantem. & quæ ſit ratio quare cōceſſiones & promiſſiones de non uacantibus reprobentur. ¶Non uaca
1 re dicitur eccleſia uel præbenda quæ utroque modo non uacat de iure ſcilicet & de facto. ut infra eo. cum noſtris. Sed hoc uerum eſt in eo qui literas obtinet a ſuperiore ſuper eccleſia uel præbenda aſſerens eā uacare cum non utroque modo uacet: ut dictum eſt. Alias tamē conferri poteſt eccleſia uel præbenda uacās de iure non de facto. ut cum quis habens unam eccleſiam uel præbendam acquirat aliam. primā tñ de facto tenet. ut ſupra de præb. de multa. Et idem puto in omnibus beneficijs quæ de facto detinentur a clericis coniugatis. a a clericis depoſitis uel remotis. & generaliter in omnibus quæ ab aliquibus occu-
2 pata de facto tenentur. ¶Poteſt ſolus † Papa concedere nō uacantes ut ſupra de off. deleg. ex parte infra eo. cap. propoſuit. Et eſt ratio. quia ipſe eſt ſupra ius, ut in prædicto. cap. propoſuit. ipſe conſtitutionibus non ligatur ut. C. de legi. & conſti. l. di

3 gna. † Legatus hic non poteſt ut ſupra de præben. dilectus filius quilibet tamé prælatus promittere poteſt ſe prouiſurum cũ potuerit ut infra eod. ca. accedens. ¶ Ratio autem quare ualeat hæc ſpecies promitté di eſt quam aſſignat eadem decre. accedés quia in multis caſibus ſe facultas offerre poteſt in quibus collatio non eſt in expectatione uacaturi beneficij differenda, & ſic ſubtrahitur expectatio mortis. poterũt enim bona eccleſiæ ſuper excreſcere & de his in beneficio prouideri. ut ſupra de conſti. cum. M. infra de uerbo. ſigni. cap. ult. Sed opponitur. Nam idem uidetur in promiſſione non uacantis. nam pluribus modis euenire poteſt ut aliter quam per mortem facultas ſe offerat prouidendi. ut cum unum beneficiũ in duo diuiditur ex prouiſione ſuperioris. ut ſupra de præbé. uacan. Item cum aliquis ex canonicis remouetur uel promouetur uel reſignat uel pro derelicto habet beneficiũ uel religionem ingreditur. Ad quod reſpondeo. Iura iſta quę prohibent promiſſionem uel cóceſſionem de non uacante conſiderauerũt ea quæ frequentius accidunt, ad illa enim quæ frequentius accidũt iura aptantur ut. ff. de le. &. ſena l. nam ad ea, ff. ad Treb. l. poſtulantem. Frequentius enim accidit ut beneficia uacent per mortem quã per alios modos, in promiſſione primæ uacaturæ hoc agi uidetur, & ideo nó ualet promiſſio uerò cum potero. uel cum facultas ſe offerret. & generalior eſt & in ea non uidetur ad mortem reſpectus haberi. & ideo approbatur. ¶ † Recepto in canonicũ

4 & in fratrem ad primam uacantem acquiritur ius canoniæ ut ſupra de præben. dilectus filius. T. præbendam autem cũ uacauerit nó poteſt petere promiſſione. Sed quia canonicus nó poteſt eſſe ſine præbenda poterit communi iure ſcilicet canoniæ ut ſupra de præb. relatum. inter cætera. &

5 ca. dilectus filius. T. ¶ † Ratio autem quare promiſſiones uel conceſſiones de non uacantibus reprobantur eſt illa quæ continetur infra eo. c. nulla ſcilicet ne deſiderare quis mortem alterius uideatur in cuius locum & beneficiũ ſe credit ſucceſſurum. & eadem ratio eſt in pacto de futura ſucceſſione, ut. C. de pact. l. ult. & C. de inut. ſtip. l. ex eo. & de his legibus fit mentio. infra eo. nulla. ¶ Et notandum quòd

6 † ſi contra concilium illud aliquis ſit receptus recipientes contra eum excipere nó poſſunt ut infra eod. cum ſuper. Sed cum promiſsio de non uacante comparetur pacto de futura ſucceſsione dixerunt quidã quòd ſicut pactũ de futura ſucceſſione ualet in genere non in ſpecie. ut. ff. pro ſo. l. 3. §. de illo. Sic & promiſſio non uacantis. Quod non puto uerum ut infra eo. ca. conſtitutus. & ca. ex parte. Item dixerũt, quadam quòd ſicut pactum de futura hæreditate ualet ſi fiat de ratificatione illius cuius eſt hæreditas. ut. C. de pac. l. ul. ſic & promiſſio de non uacante. Quod non puto uerum niſi is de cuius beneficio agitur omnino renunciet. ut ſupra de offic. dele-

7 ga ex parte † Et quod dixi recipientes recepto obijcere non poſſe quod contra có cilium receptus ſit, ideo cótingit, quia cũ ſit in poſſeſſione canoniæ in pari cauſa turpitudinis peior eſt códitio agentis & melior poſſidentis. ut. ff. de condi. ſine cau. l. auunculo. C. de condi. ob tur. cau. l. 2. & ſecundum hoc intelligendum eſt quod legitur ſupra de excep. cum eccleſiaſticæ.

8 † Si uerò in poſſeſſione non eſſet ſed ageret ex promiſſione ut reciperetur tunc illi qui promiſſerunt cótra concilium poſſunt excipere contra eum. & in hoc caſu in pari cauſa melior eſt conditio rei. ut. ff. de regu. iur. cum par delictum. & ſic intelligo infra e. c. ex tenore ſupra de præ ben. cum iam dudum. & ca. cum non ignores.

9 † Nec obſtat infra de diuor. ſignificaſti infra de adul. intelleximus. ibi enim agenti datur replicatio in fauorem matrimonij uel ibi datur replicatio circa diuerſa delicta. Sed circa idem & commune delictum in hoc caſu non daretur agenti replicatio contra doli exceptionem. ut. ff. de doli except. apud Celſum. §. Marcellus.

## *Summarium*

1 *Sedes quando dicatur uacare.*
2 *Epiſcopus malus non eſt epiſcopus.*
3 *Eccleſia uacante an innouari aliquid poßit.*
4 *Facto minoris eo tempore quo non habet curatorem, iudex auctoritatem præſtat.*
5 *Eccleſia uacans non agit nec conuenitur.*
6 *Donari uel legari an aliquid poßit eccleſiæ uacanti.*
7 *Eccleſia uacans habens œconomum, ſyndicum uel actorem an per eum agere poßit & conueniri.*

## ¶NE SEDE VACANTE ALIquid innouetur. Rubrica

TRactatum eſt ſupra de inſtitutionibus & conceſ. quæ de iure communi habent fieri ab epiſcopis cum ſuis capitulis. ut not. ſupra de præbē. §. cōferri. Vacantibus autem epiſcopalibus ecclesijs capitula conferre non poſſunt. ut infra eo. c. illa. & ex hoc nacta occaſione tractatur hic generaliter quod ſede uacante nihil innouetur. & ideo ponitur hic rub. ne ſede ua. aliquid innouetur. ¶ Videamus igitur quæ eccleſia dicatur hic uacare. Item quæ ſint illa quæ ſede uacante innouari non poſſint & quare. ¶ Sedes
1 dicitur hic † uacare quæ non habet prælatum. ut infra eo. titu. per to. licet alias & quæ hæreticum habet nullum habere fingitur ut ſupra de præſcrip. c. 1. & qui non conſecratum habet nullum habere uideatur, quantum ad ea quæ munus conſecrationis expoſcunt. ut ſupra de tranſ. præ. inter corporalia. nam & qui malus eſt uidetur non eſſe. ut de pœna diſ. 1. ſcindite. & qui in habilis eſt ad agendum neceſſe uidetur ut. ff. quod cuiuſq; uniuerſi. no. l. 1. §. pe. Nec cautū uidetur quod uitioſe eſt
2 ſacerdos. ut. 40. di. multi. † Et malus epiſco
3 pus non eſt eps. ut. 2. q. 7. non omnes † Eccleſia uacante aliquid circa ſtatum ipſius innouari non debet ut infra e. c. 1. uacātia beneficia cōferri nō poſsunt. ut. infra e. c. illa Quod. n. obtinet in prælato negligente. ut ſupra titul. proxi. nulla. & c. poſtulaſti. non obtinet in prælato moriente. ut dictum eſt. Item uacante eccleſia clerici non poſſunt diſponere de reb. eccl. ut. 12. q. 2. ſi quis epiſcopis. 76. di. quoniam. H. tamen dixit quod poſſint ſicut inſtante neceſſitate. poſſunt clerici uacantis eccleſiæ aliqua alienare. ut 71. di. fraternitatem. dum tamen adſit auctoritas metro-
4 politanæ eccleſiæ. nam † & iudex præſtat auctoritate facto minoris eo tempore quo non habet curatorem. ut C. qui admit. ab bo. poſ. l. bonorum. Item in minoribus eccleſijs poteſt epiſcopus aliqua alienare mortuo ſacerdote. ut. 10. quæ. 2. ſi quis epiſcopus. Item dicebat quod ſi canonici faciunt aliquem contractum mortuo epiſcopo tenet. ſed ſi ab eccleſia ſit reſcindetur ut. 12. quæ. 2. ſi qua. ut uides in contractu minoris non habentis curatorem ut. C. de in inte. reſt. ſi curatorem. ſed hoc non placet. Nam hoc fieret uiuente prælato. unde dico quod non tenet contractus. ut infra eo. c. ul. ſicut nec tenet iudicium. ff. de iudi. l. acta. §. ulti. C. qui datu. poſ. l. uniuerſis. nam & iudicijs quaſi cōtrahere uidemur. ut. ff. de peculio. l. licet.
5 §. idem ſcribit. Item † non agit uel conuenitur eccleſia uacans. ut infra eo. c. ult. Quod intelligo uerum eſſe in negotio quod ad ſolum epiſcopum pertinet uel ad epiſcopum cum capitulo. ſecus ſi ad ſolū capitulum. ut ſupra de reſcrip. edoceri. Et idem dico in collatione beneficiorum ut capitulum ea conferre non poſſit ſi ad ſolum epiſcopum ſpectet. uel ad epiſcorū cum capitulo. Secus ſi ad ſolum capitulū.
6 ut not. ſupra de præb. §. conferri † donari aūt uel legari eccleſiæ uacanti poteſt & alia bene poſſunt fieri quæ ſunt ad utilitatē ipſins eccleſiæ uacantis. ne ſi aliter dicatur cedat in dānū quod fauore eccleſiæ eſt inductū. ut. C. de legi. & conſti. l. quod fauore. C. de procu. l. non eo minus. C. de ſecun. nuptijs. l. generaliter. §. in his. & C. de rei uxor. actio. lege una. §. acce-
7 dit. ¶ Sed pone quòd † eccleſia uacans habeat œconomum, ſyndicum ſeu defenſorem, uel actorem, nunquid per eum

agere poteſt & conueniri. Videtur quòd ſic.ut 12.q.2. nobis. & c. Vulteranæ. Et hoc idem innuit decre.infra eo.c.ult.cum dicit atteſtationes receptas uacante burgenſi eccleſia,& carente legitimo defenſore non ualere. innuit quòd ſi habuiſſet defenſorem atteſtationes ualuiſſent. Sed hoc non placet. Vnde ad canones reſpõdeo quòd nõ loquuntur in œconomo, ſed in coadiutore qui plenam habet adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus.ut 7.q.1.c.1.&.c.quamuis.

## Summarium

1 *Prælati eccleſiarum an & quando in earum negotijs requirere debeant conſilia & conſenſus ſuorum collegiorum, & num. 7. & 8.*

2 *Conſenſus qui requiratur in alienatione rerum ciuitatis.*

3 *Epiſcopi diœceſani auctoritas quando ſufficiat ſine conſenſu ſui capituli.*

4 *Alienationis prohibitio facta à teſtatore, non extenditur ad eam quæ fit in familiam.*

5 *Alienatio in fraudem facta eſt reuocabilis.*

6 *Clauſula quæ apponi debent per Romanam curiam, in literis impetratis per eccleſiã uolentem acquire à laico rem eccleſiaſticam malè detentam.*

7 *Prælati quando poſſint ſine conſilio clericorum donare.*

## ¶DE HIS QVAE FIVNT A præla. ſine cõſenſu capituli. Rub.

QVia ſuperius tractatum eſt de inſti.& conceſ.quæ ab epiſcopis ſine conſenſu capitulorum fieri nõ debẽt. ideo ſubiicitur hic rubrica his quæ fin.à præla. ſine conſen. ca. ¶ Videamus igitur quæ ſint illa quæ ſine conſenſu cle-
1 ricorum fieri non debent. ¶Et † quidem prælati eccleſiarum in negocijs eccleſiarum ſuorum collegiorum conſilia & conſenſus requirere debent. ſcilicet in cõtractibus. donationibus & conceſſionibus ut infra eo.c.1.2. & 3. In inſtitutionibus & deſtitutionibus & confirmationibus. ut infra eo.c.nouit. &.c.quanto. In ordinationibus faciendis ut 24.di.epiſcopus. In dignitatibus conferendis. ut 93.diſ. legimus. In diſpenſatione rerum eccleſiæ. ut 12.q.2.ſi qua de rebus. In cauſis audiendis. ut 15.q.7.felix.&.c.ſi autem. In alienationibus ut 10.q.2.in auth.hoc ius por
2 rectum & 12.q.2.ſine exceptione.† Sic & in Alienatione rerum ciuitatis requiritur conſenſus ciuiũ.C. de uen.re.ci.l.ult.libr. 10. Et ſicut tunc iurant maiores ciuitatis. ſic & in hac alienatione iurat ordinator domus, ut in prædicta auten.hoc ius porrectum. Et notauit Lau. quòd in hoc caſu requiritur conſenſus omnium ſimul & cõmunis. non ſeparatim & ſingulorum. non obſtante.l.ff.de ſerui.ur.præd.l.per fundũ quia loquitur in re communi quæ cuiuſlibet eſt ut.ff.de ritu nup.l.illud. Secus in re uniuerſitatis quæ nullius eſt.ut.ff.quod cuiuſque uniuer.l. ſicut municipum.§.1. Sed certè hoc non placet. Nam ſi inueniã hoc in electione ut requiratur conſenſus cõmunis non ſingularis. ut ſupra de elec. in geneſi. non tamen hoc requiritur in alienatione. nam alienatio quæ de iure nõ ualet, conualeſcit per conſenſum ſequentem.ut 12 q.2.ſi qua de rebus & infra eo. c.cum uos & c.cum apoſtolica & 16.q.1. c.ul. Quod in electionibus non contingit. ut ſupra de elec.auditis. ſufficiunt ergo in alienatione ſingulares conſenſus omniũ ſicut dictũ eſt. ¶Sed quæritur an in rebus
3 †eccleſiæ malè a laicis detentis ad eccleſiam aliquam reducendis uel reuocandis ſufficiat auctoritas diocæſani epiſcopi ſine conſenſu ſui capituli. Et certe ſic infra eo. cum apoſtolica & 16.quæſ.1.c.ul. Ad quod opponitur per collationem laici & conſenſum epiſcopi transfertur dominiũ rei in illam eccleſiam ad quã res tranſit. & ſic res illa alienatur quo ad priorẽ eccleſiam cuius fuit. Nam alienatio eſt oĩs actus per quẽ dominiũ transfertur ut. C. de ſun.dota.l.1.nec in ſecundam eccleſiã propriè res dicitur reuocari ſed de nouo. acquiri eo quòd prius nunquã eã habuit. Ad hoc reſpõdeo ſine dubio quædã ſpẽs alienãdi eſt quãtũ ad primã eccleſiã quæ per hunc modum rem perdit, ut dictum eſt &

eſt.& cum hæc ſpecies alienandi non eſt prohibita. ſed illa cum res qui alienatur eſt in poſſeſſione eccleſiæ quæ alienat.& ſic intelligo infra de rebus eccle.non alie
4 nati † Et prohibitio alienationis quæ fit à teſtatore non extenditur ad eam quæ fit in familiam. ut.C. de fideic.l. uoluntas. Vel hæc alienatio toleratur. ſicut alias deus magis uoluit immolari ſibi hoſtias quam demonijs.ut.22. quæ.1. conſidera. Item res iſta quodammodo recuperatur. & ſi non ab illa eccleſia cuius fuit, ab alia tamen. unde facilius & fauorabilius permittitur rei perditæ recuperatio quam habitæ & poſſeſſæ alienatio. nam & in rebus non habitis ſed habendis poteſt fieri deterior conditio per ſeruum ut.C. de ac-
5 qui. poſ.l. per ſeruum † Item ſi debitor alienat in fraudem creditoris res quas habet reuocantur.ut.ff. de his quæ in frau. cre.l.1.ſecus in his quæ non habet,ut ſi in fraudem creditoris non adit hæreditatẽ. ut.ff.eod.titul.l.qui autem. Item ſi libertus alienat aliquid in fraudem patroni reuocatur. Secus ſi in fraudem illius non adit hæreditatem.ut.ff. ne quid in frau.pa.
6 l.1.§.utrum. † Sed ſciendum eſt, quod ſi aliqua,eccleſia uult impetrare literas à curia.per quas liceat rem eccleſiaſticam alicui eccleſiæ acquiri male à laico detentam quæ alteri eccleſiæ pertinet, Romana curia talem ſolet adijcere clauſulam. priori eccleſiæ præſtita cautione, ut ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit rem ei reſtituat prius ſibi de præcio ſatisfacto.
7 ¶ In ſumma no. † eſt quod licet prælati generaliter in omnibus negotijs eccleſiarum requirere debeant conſilium clericorum.ut cum eis peragant & pertractent, & quæ ſtatuenda fuerint ſtatuant, errata corrigant, & euellenda diſſipent & euellant.ut.infra eod. c. quanto. & maximè ſuper illis quæ clericos ipſos contingere dinoſcuntur.ut infra eo.c.ultimo Poſſunt tamen quædam modica donare ſine conſilio clericorum.ut.12.q.2.terrulas conſiderata tamen rei donatæ quantitate & loci conſuetudine.ut infra de dona.ceterum. Item quinquageſimam & centeſimam.ut infra eod.c.paſtoralis. Nullus enim accuſare epiſcopum poteſt quod templa dei ædificat uel ædificata & indigentia ampliat.ut.12.quæſtio.2. aurum. Vnde non obſtante iuramento de non alienando poteſt de nouo eccleſia conſtrui. ut infra de ec.ædi.tua. ad hoc autem permiſſum eſt dari quinquageſimam uel centeſimam.ſ. ad nouam eccleſiam conſtruendam. uel constructam ampliandam.ut.12 q.2. bonæ rei. Vnde cum hoc ſemel ſit à iure permiſſum non eſt neceſſe ut nouus requiratur aſſenſus.ut.ff.de condi.inſti.l. quæ ſub cond.§. ulti. Sed contra.12.q.2. ſi epiſcopus unam.& infra eo.c.cum uos &.c.quanto.&.infra de dona. paſtoralis. Sed circa hoc ſcripſit Lau.quod talis donatio ualet donatore uiuente.eo autem mortuo poterit reuocari.ut.16.q.3.ſacerdos. Puto ex hac cauſa donationem reuocari non poſſe ne iuris auctoritate donatarij decipiantur.ut.C.de his qui ue.ęta. impet.l.1. Sed ex alijs cauſis poterit reuocari ſiue uiuente ſiue mortuo donatore. ut infra de do-
8 na.ſi apoſtolicæ.† Sed quæritur quid ſi epiſcopus plures donationes facit ita quod omnes aggregatæ excedant quinquageſimam uel centeſimam.ſingulæ autem infra ſubſiſtant. nũquid omnes reuocari debebunt.uel illa quæ excedit. Reſpondeo illa quæ excedit ar.12.q.2.ſi quis de ſeruis ar.ff.de iuriſ.om.iu.l.ſi quis. id quod. 17.q.4.quæſtio. Sed quod omnes, eſt ar. ff.de ap.l.ſi quis ſeparatim.§.1. Vel eſt de qualibet detrahendum.ut.C. de dona.l.ſi totas &.ff.ad le. fal.l.pœnales. §. annua. Verius tamen uidetur ut reuocetur extendens.ar.C.quãdo & à quibus quarta pars decuri.l.2.lib.12.Illud ei reuocandum eſt quod detrimentum inducit ar.C.de dona. ſi quis argentum.& 12.q.2.ſi quis.

## *Summarium*

1 *Maior pars quæ dicatur, & quomodo præualeat quod à maiori parte capituli fit. nume. 2.*

¶ DE

## ¶DE HIS QVAE FIVNT A maiori parte capituli. Rubrica.

DIctum eſt ſupra quod epiſcopi cũ capitulorum ſuorum cõſilio quæ dam peragere debent. Item alia ſunt negotia quæ tantum ad capitula ſpe ctant.ut ſupra de reſcriptis edoceri, ut no.ſupra de præben.§.conferri. Sed quia plerunque fratrum uota diſcordant.& ge neraliter obtinet quod à maiori parte cor poris uel collegij fuerit ordinatum ideo ſubijcitur hic rub.de his quæ fi. à ma. par
1 te capituli. ¶ Videamus † igitur quæ di catur maior pars capituli. & in quibus præualeat factum ſeu uotum maioris par tis,& in quibus factum minoris. ¶ Ma ior eſt pars quæ numeroſior eſt. Sed ſicut in electione non ſufficit partem eſſe ma iorem niſi ſit ſanior ut ſupra de elec.quia propter diuerſas,ſic & in cæteris agendis eccleſiæ requiritur maior pars quo ad nu merum, ſanior quo ad zelum ſupra de elec.eccleſia. Vel maior dici poteſt quæ maiori nititur ratione ut.9.di.ſana.&.40. di. multi.unde non tantum ad multitudi nem reſpici oportet ut 4.qu.3.§. item in
2 criminali. ¶ Generaliter † autem præua let quod à maiori parte capituli fit ut.65. di.c.1.2.&.3.Præſumitur enim pro plu ralitate, niſi ex parte altera præponderet auctoritas.ut ſupra de elec. dudum ſupra de teſtibus in præſentia.ff. de teſti.l. ob carmẽ.&.4.q.3.item in criminali, in prin ci. Interdum præualet minor pars. ut in fra eod.c.1.31.di. Nicena.ff. de ſerui. ru. præ.l.per fundum.12.q.2. non liceat.&. ff.de pac.l.maiores. Interdum non ſuffi cit quod maior pars conſentiat. ſed requi runtur duæ partes.ut ſupra de ele.licet & c. ſcriptum eſt. Aliquando requiritur ut duæ partes adſint ut.ff.de dec. ab or.fa.l. 3.ff.quod cuiuſq; uniuer.no.l.nulli. ut.C. de decu.l.nominationum. Et nota quod licet generaliter non obſit contradictio paucorum, obeſt tamen abſentia unde plus operatur contemptus paucorum quã conditio multorum.ut ſupra de elec.quòd ſicut, uenerabilem. & . c. bonæ memo riæ Cremon. & ſupra de poſt in ſecunda bonæ memoriæ.

### *Summarium*

1 *Beneficia eccleſiaſtica debent purè, palam, li berè, & ſine diminutione conferri. Quod intellige ut infra nu.2. & 3.*
3 *Præſumitur contra occultè dantes, facientes, & iudicantes.*
4 *Electiones clandeſtinæ non ualent,*
5 *contractus de nocte celebratus an ualeat.*
6 *Dies quando incipiat & finiatur in contra ctibus.*
7 *Iudex ante noctis tenebras iudicare debet.*
8 *Prouentus beneficij uacantis an poßint per prælatum uel capitulum in certos uſus conuerti.*
9 *Prælatus cum capitulo poteſt ex cauſa ſup primere perſonatum.*

## ¶VT ECCLESIASTICA BE neficia ſine diminutione confe rantur. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de beneficiis con ferendis,ſed quia cum integrita te & ſine diminutione aliqua cõ ferenda ſunt. ideo ſubijcitur hic rubr.ut
1 benefi.ec.ſine dimi. confe. ¶In † quo di cendum eſt breuiter quòd beneficia eccle ſiaſtica debent purè.palam, libere & ſine
2 diminutione conferri. † Purè ſine pacto & ſine conditione: ut no. ſupra de præb. §.plenè. Et ſine modo. nam ſicut condi tio ſimoniam inducit & rem ſpiritualem afficit,& ita modus. quia modus æquipol let conditioni. ut 27.q.1.ſi in fidelis infra de condi.appo.uerum.C.dele. & fidecom miſ.quæ ſub modo.l.1.immò magis obli gat modus quã cõditio. Nã is cui aliquid ſub modo relinquitur ſtatim petere po teſt ſi caueat de eo implendo.ut.ff.dele.3. l.ſi tibi legatum eſt. Sed ſi ſub conditio ne aliquid eſt relictum non plus illud præ ſtabitur quam conditio impleatur licet paratus ſit legatarius de adimplendo ca uere. ut.ff.de conditio. & demonſtratio. l.quę hæredi.§. ult.&. l.quibus diebus. §. ul.&.ff.de ſideic.li.l.cum in teſtamẽto in

pria.

3 prin. ¶Palam. † Occultè enim collationes ſuſpectæ ſunt ut infra eo.c.1. Præſumitur enim contra occultè dantes. ut dictum eſt. facientes & iudicantes ut.ff.de iure.fiſci.l.ita.ff.de admi.tu. non exiſtimo 18.q.2.pernicioſam ſupra de offi. dele. conſuluit.19.di. Anaſtaſius. Nam tenebræ aptæ ſunt ad fabricandum falſum.ut.ff. de uen. inſpi.l j.§.de inſpiciendo. Veruntamen ſi ille cui datum eſt occulte ſit capax non uitiatur occulta donatio. ut. C.de dela.l.
4 1.lib.10. † Sed electiones clandeſtinæ nõ ualent. ut ſupra de elect. quia propter di
5 uerſa.§.ult. † Contractus autem non minus ualet ſi celebretur de nocte. nullum enim tempus ſanæ mentis maioris 25. ann.conſenſum repudiat. ut. C. de tranſac.l.non minorem. Et eſt ratio in contra-
6 ctibus. quia † in eis dies incipit à medietate unius noctis & finitur in medietate al-
7 terius.ut.ff.de ferijs.l.more romano †. Iudex uerò iudicare debet ante noctis tenebras. ut in prædicta decre. conſuluit. Et ſic intelligo. quod dicitur ſedebunt autem iudices matutino meridie ac ueſpere ut in auten.de iu.§. ſedebunt, coll.6.& quod dicit alia lex incongruum eſt magiſtratibus eſſe in publico ueſpertinis horis ut.ff.de orig. iu.l.2.§. & quia, & facit ad hoc.2.q 6. biduum. & ff. quando app. ſit.l.1.§. biduum. Liberè. ut 1. quæ.3. ſi quis præbendas. Sine diminutione ut hic & in prædicto ca. ſi quis præbendas. & ſimile alias.16.quæ.1. ſi monachus. &.q.7. quicunque infra de decimis commiſſum. ex parte.&.c.tua.in fi &.c. ex tranſ-
8 miſſa † Veruntamen ſi prælatus cum ſuo capitulo ante collationem beneficij alicuius decernat fructus eiuſdem beneficij retinendos ad tempus uel in uſus certos cõ-
9 uertendos ex iuſta & neceſſaria cauſa ſatis licet.ut infra eod.cap.uno.in fi. † Nam ſi prælatus cum capitulo poteſt ex cauſa ſupprimere perſonarum ut ſupra de cõſti. cum acceſſiſſent.& poſſeſſiones alienare. ut infra titul. proxi. eccleſias ſubijcere & unire.ut infra de exceſ.præla. ſicut unire. multo fortius de prouentibus beneficij diſponere poteſt ut.12.q.1. his ita reſpondetur. Omnium autem beneficiorum prouentus in certos uſus conuertere non poſſet.& ideo hoc per indulgentiam obtinetur.ut infra de uer.ſigni.c.tua nobis.

## *Summarium*

1 *Alienatio propriè quid ſit.*
2 *Alienari quæ res eccleſiæ prohibeantur, & quæ non.*
3 *Alienatio rerum eccleſiarum quam ſolennitatem requirat.& nu.4.*
4 *Solennitas quæ requiſita ſit, in alienatione rerum monaſteriorum.*
5 *Alienatio contra debitam formam nulla eſt ipſo iure, licet facta fuerit in caſu conceſſo.*
6 *Eccleſia quando in uenditione decipitur, quid agendum, & nu.7.*
8 *Vaſa ſacra an alteri eccleſiæ uel priuatæ perſonæ uendi poſſunt.*
9 *Alienantes malè rem eccleſiæ qualiter puniuntur.*
10 *Eccleſiæ rem recipiens citra debitam formam qualiter puniatur.*
11 *Eccleſia qualiter poßit agere alienata ſua poſſeßione præter formam iuris.*
12 *Eccleſia nunquid teneatur cedere actionem ſoluenti contra alium, ſcilicet alienanti contra poſſeſſorem uel è conuerſo.*
13 *Epiſcopus an poßit repetere rem quam iniuſte alienauit.*

### ¶DE REBVS ECCLESIAE alienandis uel non alie. Rubr.

TRactauimus ſupra de rebus ſpiritualibus clericorum ſcilicet beneficijs & præb.nũc autem de rebus tpalibus eſt tractandũ. Et quia res tẽporales eccleſiarũ nõnunquã à clericis diſtrahuntur ideo de earũ alienatione dicamus, & propterea ſubiicitur hic rub.de reb. ec. alie.uel nõ. ¶Videamus igit quid ſit alienatio, q̃ res poſſint alienari. quib. ex cauſis q̃ ſit forma alienãdi. quæ pœna malè alienãtis & recipientis,& quæ pœna ſubſcribentium illicitæ alienationi. ¶Alienatio
1 † ſtrictè ſumpto uocabulo. eſt oĩs actus per quẽ dñium transfertur.ut.C.de fun. dota. l.1.quam-

l.1.quamuis uerba illius legis conuertantur ſic. omnis actus per quem dominium transfertur eſt alienatio. Hic auté ubi tractatur de rebus eccleſiæ alienandis uel nõ laxatur uocabulum alienationis.ut cõprehendat quoſdam contractus in quibus dominium non transfertur ut infra eo.ca.nulli & ſimile.C. de re ec. non alie. l. ſcimus in auten. de non alie. aut permu. re. ec.§. nos igitur, col. 2. Alibi alienare dicitur quæ uſucapi permittit & quæ non utendo ſeruituté amittit ut.ff.de uerb.ſigni.l. alie

2 nationis.¶Prohibetur † res eccleſiæ alienari.ut 12. quæſt.2.ſine exceptione,10.q. 2.in auth. hoc ius porrectum. & 12.quæſ. 2. per totum. & maximè in c. non liceat. &.C. de ſa. ſanc. eccle.l. iubemus.ſicut & res Ceſaris.ut.ff. de lega. 1. apud Iulianũ §. ultimo. ¶Excipiuntur quattuor caſus. cauſa neceſſitatis. ut cum debitum urget ut in l. illa hoc ius porrectum. Cauſa pietatis. ut pro redemptione captiuorum uel alimonia pauperum. ut 12. quæſtio.2. aurum. Cauſa utilitatis ut in c. ſine exceptione. Cauſa incõmoditatis uel minoris utilitatis. ut 12.q.2. terrulas. Poſſunt & aliæ cauſæ aſſignari.ut 7.quæ.2.aurum ſed fere omnes ad hos quattuor reducuntur. Mobiles res eccleſiæ quæ ſeruandõ ſeruari non poſſunt.citra ſolénitatem aliquam alienãtur ut res pupilli. ut. C. de admi. tu.l. lex quæ tutores. & l.ulti. & ea quæ magis expedit diſtrahi quam ſeruari, ut animalia, ſuperuacua ut ueſtes attrite. ut.C.quando

3 decreto opus non eſt.l. ul. † Aliæ auté res alienãtur cũ ſolénitate.ut olim quidẽ maxima requirebatur ſolénitas. nam duo de uicinis epiſcopis uocabantur qui de cauſa alienationis cognoſcebant,& alienationis contractui ſcribebant.ut 10.q.2.caſellas in fi. & 12. q. 2. quicunque ſuffragio. 17. q.4. nullus res, hodie ſufficit conſenſus epiſcopi & capituli. ut in ca. ſine exceptione. & ſi res modica ſit & neceſſitas magna non requiritur conſenſus capituli.

4 ut 12. q. 2. terrulas. ¶In rebus † monaſteriorum alienandis, ſecundum iura,requiritur conſenſus abbatis conuentus epiſcopi diœceſis.ut 12. q. 2. abbatibus. & 17.q.4. in uenditionibus. Sed iſtud non ſeruatur ubique. Et ideo puto ſufficere ſolénitates ſecundum locorum conſuetudines approbatas. In uenditionibus uerò rerum eccleſiæ parrocchialis requiritur conſenſus præsbyteri & epiſcopi.ut 12.q. 2. placuit. Solus autem epiſcopus ſine ſacerdote parrochiali non poteſt. ut 10. q. 2. c. ult. ¶Et nota quòd ſolénitas illa quæ ſtatuitur 10. q.2.hoc ius porrectum eſt. hodie non ſer-

5 uatur. ¶† Alienatio facta contra debitam formam nullam eſt ipſo iure. licet facta fuerit in caſu conceſſo. ut 12.q. 2. ſine exceptione ſed ſi facta fuerit forma ſeruata & in caſu conceſſo tenet de iure ar. ſupra de his quę fi. a præla.ſine cõ.ca. cũ nos infra de emp. & uendi. cum dilectus. &. ca. cum cauſa.ſed ſi dãnoſa fuerit eccleſiæ re-

6 ſcinditur per beneficium reſtitutionis. ut ſupra de in integ. reſt.ca. 1. † Sed ſi dolus det cauſam cõtractui puta dolo inducitur eccleſia ut uendat quod uẽditura nõ erat, tunc ipſo iure non ualet contractus. ut. ff. de dolo.l. & eleganter,arg. 12.q. 2. quiſquis epiſcopus. in fi.& infra de rerum permu. uniuerſorum.Si uero dolus incidat in contractum. ut quia eccleſia ſponte uendidit. quod uenditura erat. ſed circunuenta eſt in pretio, quia in minori pretio uendidit quam res ualeret. & hoc per circũuentione actoris tenet contractus. ſed agitur ut eccleſia nõ decipiatur.ut.ff.de act.emp.

7 & uen.l. Iulianus. §.ſi uenditor.† Vbi autem decipitur eccleſia in uenditione ultra dimidium iuſti pretij agitur de iure communi.ut infra de emp.& uen.cum dilectus &.c. cũ cauſa.et. C. de reſcin.uendi.l.rem maioris. Hæc omnia locum habent in rebus profanis nam res ſacræ. et religioſæ uendi non poſſunt. ut. ff. de contrahen. emp.l.et liberi licet tranſeant cum uniuer

8 ſitate. ut infra de iure pa. ex literis † Vaſa uero ſacra uendi poſſunt alteri eccleſiæ in propria forma, priuatæ uero perſonæ nõ niſi, conflata. ut.10.q. 2.hoc ius porrectũ

9 eſt.et. 12. q.2. aurum.¶Pœna † male alienantis rem eccleſiæ eſt depoſitio ſi ſuper hoc accuſatio inſtituatur.ut. 12.q. 2. monemus.et diaconi, niſi celeri reſtitutione

ſibi

ſibi proſpexerit alienator. ut infra eod. ſi quis præsbyterorum. Celerem reſtitutionem intelligo poſt appellationem eccleſiæ. ſi enim poſſeſſor qui facultatem habet rei reſtituendæ interpellatus congruo loco & tempore rem nō reſtituat uidetur in mora. Et idem dico in alienatione ſi interpellatus ab eccleſia non componat cū poſſeſſore. ut rem recuperet & eccleſiæ reſtituat, uel niſi poſt interpellationem agat contra poſſeſſorem quod forte ei licet ſuo iure ar. de cre. ſi quis præsbyterorum. 35. q. 9. ſi quis ſupra de ele. noſti, uel ceſſa ſibi actione ab eccleſia. uel niſi totum intereſſe præeſt eccleſiæ. ſemper uidetur ī mora. ſi ergo alienator per celerem reſtitutionem moram præuenerit euitabit pœnam depoſitionis de qua dictum eſt. & excommunicationis de qua agitur infra eo. ca. ſi quis præsbyterorum. Nam ſi quis rem alienauerit & deinde receperit euitat pœnam edicti. ut. ff. de ali. iu. mu. cauſa facta. l. ex hoc. §. ſi quis alienauerit. Et licet hic dicatur de celeri reſtitutione alibi habes celeri ſatisfactione ut infra de loca, & condu. 10 propter. & c. potuit. ¶ † Pœna uerò recipientis rem eccleſiæ citra præmiſſam formam eſt, ut rem cum fructibus reſtituat & actionem nullam habeat ad petēdum aduerſus eccleſiam. ut 12. quæſt. 2. nō liceat. & 10. q. 2. hoc ius porrectūm. in uer. quæ uero. & in auten. de non ali. aut per mu. re. ec. §. nos igitur, cum ſequentibus. §. ſed aduerſus alienantem ſic. Guari. tamen adiecit uerba. ſua. per quæ omnis omnino actio denegatur huiuſmodi acceptori. Sic enim dixit. ſed melius dicitur omnino denegādas eſſe actiones huiuſmodi acceptori, & aſſumpſit hæc uerba de lege quæ eſt C. de ſa. ſan. ec. l. ſcimus nemini. Sed corrigitur in auten. de non ali. aut per mu. §. quia uerò leonis. & per canonem 12. q. 2 Vulteranæ. Vnde ſiue bona ſiue mala rem acceperit habet regreſſum ad auctorem ſuum. ut infra eo. ti. ad audientiam. Hæc opinio eſt Io. Teuton. Lau. autem & quidam alij dixerūt quòd ſi mala fide quis accepit rem eccleſię. nec aduerſus eccleſiam nec aduerſus alienantem habet actionē. ut 16. q. 3. ca. uniuerſitas. niſi ſibi per cautionem de euictione proſpexerit. ut. C. de euic. l. ſi fundum. In caſu tamen ſpeciali malæ fidei agitur ad pretium ut. C. communia de le. l. ul. §. ul. Aequū tamen uidetur in caſu præmiſſo ubi etiam malæ fidei acceptor agat ad pretium contra alienantem ut infra eod. tit. c. ad audientiam. ¶ In 11 ſumma † notandum eſt quòd poſſeſſione eccleſiæ præter formam iuris alienata. eccleſia poteſt agere contra poſſeſſorem realiter contra alienantem perſonaliter ut. 12. q. 2. apoſtolicos. & C. ſi tutor uel cu. l. ultima. ¶ Sed pone quòd eccleſia conueniat poſſeſſorem & conſequitur rem & intereſſe nunquid poteſt conuenire alienantem. Reſpondeo non ut. ff. eo per quem fac. eſt. l. 1. §. ſi plures. Quid ſi cepit unū conuenire. nunquid ex hoc ſolo fit præiudicium quo ad alterum. ut alterum conuenire non poſſit. Reſpondeo non. nam demum per actionem tollitur actio. ut. ff. de po. l. 1. §. ſi apud. C. ſi tu. uel cu. l. ult. ¶ Quid ſi partem ſui intereſſe conſequatur ab uno. Reſpondeo tanto minus conſequetur ab alio ut. ar. ff. de exercito l. 1. §. ult. 12 hæc actio. ¶ † Sed nunquid eccleſia teneatur cedere actionem ſoluenti contra alium ſcilicet alienanti contra poſſeſſorē uel econuerſo. Non cum enim conueniatur ex maleficio uel ex ſuō delicto non petere ceſſionē actionum. ut. ff. de admi. tu. l. 13 ſi plures tutelam. ¶ Sed † queritur an epiſcopus qui male alienauit poſſit repetere ſi in adminiſtratione toleretur? Videtur ꝙ non. nam ipſe de euictione tenetur. & quē de euictione tenet actio eundem agētem repellit exceptio. ut. C. de euic. l. exceptiones. Sed contra hanc exceptionem replicabitur rem eſſe eccleſiæ. ſicut & replicat mulier ſe mulierem eſſe & ſibi competere Velleia. ut. ff. ad uell. ſi mulier. §. item ſi mulier. Nec eſt mirum ſi contingat in epiſcopo. nam & ſimile in priuato contingit. C. de ag. & cen. l. quemadmodum. libr. 11.

## Summarium.

1 Præcarium quid ſit.
2 Præcarij contractus gratuitus eſt, & ſimilis commodato.
3 Præcarium in quo conſiſtat. & nu.6.
4 Præcarium unde dicitur.
5 Præcaria quid ſit.
7 Differentia inter præcarium et donationem.
8 Præcarij et commodati differentia.
9 Præcarium recipiens non tenetur niſi de lata culpa.
10 Commodatarius tenetur de leui, et leuiſſima culpa.
11 Præcarium pluribus modis ſoluitur.
12 Præcarium per quam actionẽ reuocari poſsit.

## ¶DE PRAECARIO. Rubr.

DIximus de alienationibus in genere ſed quia præcarij cõceſſio ſpeciem alienationis habet ideò de præcario ſubijcitur hic rubrica. ¶Videamus igitur quid ſit præcarium. unde dicatur quid præcaria. quanto tempore durat. Quæ differentia ſit inter præcarium & donationem. Quæ inter præcarium & commodatum. Item quot modis ſoluitur præ-
1 carium. Præcarium † dicitur pignus obligatũ creditori. & a creditore debitori cõceſſum utendum quãdiu patitur qui conceſſit ut infra eod. cap. ul. & ff. e. l. 1. ¶Et
2 † eſt iſte contractus gratuitus & ſimilis cõmodato tantũ ut quidam dicunt hos duos cõtractus non differre niſi uerbis, ſed cer-
3 tè in re differunt ut infra notabo. ¶† Conſiſtit autem præcariũ in re propria, poſſeſſionis gratia quæ eſt apud creditorem nõ gratia proprietatis. ut. ff. eo. ti. l. certè. §.
4 ul. ¶† Dicitur præcarium contractus ad
5 præces. ¶† Precaria eſt cõtractus de quinquennio in quinquennium renouandus. ut infra. eo. c. 1. Item præcaria dicitur donatio ad preces facta uſq; ad mortem accipietis. ut 12. q. 2. ſæpe. 16. q. 3. clerici. Item præcaria dicitur conceſſio, uſusfructus ad præces facta. cuius forma habetur. 10. q. 2.
6 præcariæ. † Conſiſtit autem præcarium in rebus mobilibus & immobilibus. uelut ſi me rogaueris ut per fundum meum tibi ire agere liceat, uel in tectum ſeu in arcã ædium mearum ſtillicidium, uel in pariete meum tignum immiſſum habere ut. ff. e. l. 2. §. ulti. & l. 3. & 4. in prin. ¶ Differũt
7 præcarium & donatio inter ſe. † Nam qui donat ſic dat ut non recipiat quod dat. Sed is qui præcarium cõcedit ſic concedit ut recuperet quandocunque placebit. nam tã diu durat quãdiu ipſe patitur ut ſuperius
8 dictum eſt † Item præcarium & commodatum differunt, nam commodatum fit ad certum uſum nec reuocari poteſt niſi uſu expleto. ut. ff. commodati. l. in commodato. §. ſicut. Præcarium uero quandocunque ut infra eo. ca. præcarium. ff. eo. ti. l. 1.
9 & l. cum præcario. † Item is qui præcariũ recipit non tenetur præſtare niſi latã cul-
10 pam. ut. ff. eo l. quęſitum. §. & illud † Sed commodatarius tenetur de leui & leuiſſima. ut infra ti. proxi. ca. uno. Et eſt ratio diuerſitatis illa quam iam præmiſi. quia commodatarius maiorem utilitatem conſequitur de re commodata quàm præcarij rogator de re præcaria. & ideo magis tenetur. quod per ſe notare poteſt quilibet curioſus. nam fere ubicunque fit mentio de commodato ſubijcitur uſus ad quẽ cõmodatur. ut cùm dicitur commodaui, tibi equum ut ad uillam duceres pecuniam, ut ditior appareres. ut. ff. commoda. ſi 3. §. ulti. & l. 4. & l. 50. ut. §. ſed interdictum. & l. ul. ſic dicitur commodaui ſcalas ut feneſtras ſupponeres. ut inſti. de ob. quæ ex de
11 li. naſ. §. ope & conſilio. ¶ † Soluitur præcarium quinque modis. quamuis dec. infra eo. ponat tres. Soluitur enim contraria uoluntate eius qui conceſſit. ut. ff. e. l. 1. & hic eſt primus caſus ſiue modus. Secundus ſcilicet morte eius cuĩ conceſſum eſt. non autem obitu concedentis. ut. ff. e. l. cũ præcario. §. præcarij. Et eſt ratio. quia præcarij cõceſsio tranſit ad hæredem eius qui conceſsit non autem ad hæredem eius qui rogauit ut in l. prædicta. Tertius alienatione rei præcariæ ſi is cui alienatum eſt nolit pręcarium ultra durare. ut. ff. e. quæſitum

ſitum.§.quod à Ticio.Et eſt ratio quia per
conuentionem huiuſmodi non licet rem
alienam inuito domino poſsideri. ut.ff e.
l. cum præcario 1.℞. Quartus finito tem-
pore uſque ad quod præcarium eſt obten-
tum. ut in l. cum præcario . Quintus cum
debitor ſoluit creditori quod debet . tunc
enim finitur præcarium pignoris quia de-
12 ſinit eſſe pignus ut. ff. e.l.ſi debitor.† Sed
quæritur per quam actionem poſsit quis
præcarium reuocare. Ad quod reſpondeo
per interdictum de præcario, eſt enim na
tura ęquum ut tam diu liberalitate ea uta
ris.quãdiu uelim. & ut poſsim reuocare cũ
mutauero uoluntatem.ut.ff. eod.ti.l.2.Sed
hoc uerum eſt cũ ſimpliciter facta eſt præ
carij conceſsio.Nam tunc nulla ciuilis cõ
petit actio . Magis enim ad donationem
& beneficij cauſam quam ad negocij con-
tracti ſpectat præcarij condilio.& ideo ne
ceſſarium eſt interdictum. Si uero in con-
ceſsione præcarij ſpecialiter actum eſt ut
quandocunque liceat reuocare, tunc com
petit & actio præſcriptis uerbis.ut. ff.eod.
l.2. Cæterum ſi ſtipulatio interuenit ceſ-
ſat interdictum de præcario. ut.ff.eo.titu.
l.& habet.§.cum quis

## *Summarium*

1 *Commodatum quid ſit.*
2 *Commodatum unde dicitur.*
3 *Commodatum in quibus rebus conſiſtat.*
4 *Commodare quis & cui poſsit.*
5 *Res quæ commodari poſſunt .*
6 *Commodati quæ ſit natura.*
7 *Actiones quæ ex contractu commodati orian-tur.& quæ ueniant in actione directa cõmodati,& quæ in contraria.& quibus et in quos dentur. & nu 8.9.&.10.*
9 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

## ¶DE COMMODATO. Rub.

TRactatum eſt ſupra de contractu
præcarij qui ſit gratia accipientis
et quia cõmodatum ſit plerũq; gra
tia recipientis ideo ſubſequenter ſubijci-
tur hic rub.de cõmodato.¶ Videamus igi-
tur quid ſit cõmodatum, unde dicatur , in
quibus rebus conſiſtat, quis poſsit commo
dare res, & cui, & quæ ſit natura commo-
dati,& quæ actiones oriantur ex contra-
1 ctu commodati . ¶Commodatum †eſt ali
cuius rei ad aliquem ſpeciale uſum gratui
to facta conceſſio . Ideo autem dico con-
ceſſio & non translatio.quia qui commo-
dat retinet dominium & poſſeſſionem. ff.
eo. tit. l. rei commodatæ.Gratuito non di
xi. quia ſi interueniente mercede res tran
ſit in locationem uel in contractum inno
minatum, ut do ut facias. ut inſti. man.§.
ul. Ad aliquem ſpecialem uſum ideo adie
ci, ut notem differentiam inter commo-
datũ & præcarium ut dixi de hoc ſupra ti.
proxi.§ item præcarium & commodatũ.
2 ¶Dicitur autem † commodatum quaſi cõ
3 modo utentis datum.¶† Conſiſtit commo
datum in rebus mobilibus & ſe mouenti-
bus & in immobilibus. Item in incorpora
libus, puta in ſeruitute habitandi.ut.ff.eo.
l.1. Ea uero quæ uſu conſumuntur, ut pecu
nia cõmodari nõ poſſunt niſi ad pompam
uel oſtentationem,ut quis ditior uideatur
ut.ff. eo.l. ſed mihi.§.ul. ſæpe etiã ad hoc
commodantur pecuniæ ut ditis gratia nu-
merationis loco intercedant.ut. ff. eo.l.4.
4 Poteſt autem † commodare & ei commo
dari qui poteſt contrahere.unde non ſolũ
prælatus põt commodare & ei cõmodari
ſed & œconomus.nã & is contrahere põt
ut 10.q.2.in auté.hoc ius porrectũ.¶Poſſu
5 mus commodare † quæ noſtra ſunt poſſu-
mus ẽt & res alienas quas poſsidemus . et
ſi ſcientes aliena poſsidemus . ita ut ſi fur.
uel præpo cõmodauerit,habeat actionem
commodati.ut. ff. e.l. commodare.& l.ita
6 ut ſi fur. ¶† Natura commodati eſt ut res
ipſa reſtituatur . hoc enim eſt de iure na-
turali . ut.l. di. ius naturale. in uer. item
depoſiti uel commodatæ rei reſtitutio.
Nec poteſt prætextu debiti retineri ut.C.
7 eod.ti.l. ulti. Oriuntur ex † contractu cõ
modati duæ actiones directa et contraria.
Directa datur commodãti et eius hæredi,
cõtra cõmodatariũ et hæredé eius. Cõtra
ria daẗ cõmodatario et eius hæredi contra
cõmodantem et hæredes ipſius ut ff. eo.l.
in cõmodato.§.1 .de ac.et obli.l.ex depo-

ſiti.&.l.ex cōtractibus, & inſti.de perpe. & tem.ac.§.ſed & hæredibus. Venit autē in directā actionem cōmodati & reſtitutio.ut dixi ſupra.§.natura.Rei inquā non deterioratæ nec enim uidetur res reddita ſi deterior reddatur & ideo præſtabitur intereſſe.ut.ff.eo.l.ſed mihi.§.1. Si uero res non reſtituatur per contumaciam iuratur in litē contra contumacē. Si autē non fuerit contumax. ſed culpa ceſſat reſtituere rē æſtimatur quāti res ſit à tpe more uſq; ad ſententiā. Sed in ſtricti iuris iudicijs. æſtimantur à tempore more uſq; ad tempus conteſtatæ litis.ut.ff.eo.l.ſed mihi.§. in hac.Itē uenit in hac actione dolus. lata culpa.leuis & leuiſſima ut hic &.ff.e.t. l.ſi ut certo.§.commodatum. Et hoc cum gratia accipientis ſit commodatum. quod frequentius contingit. Cæterum ſi gratia dantis quod ratio ſit uerbi gratia cū quis commodat ſponſæ ſuæ ornamenta ut ornatus uel ornatior ad eum ducatur tūc preſtatur dolus & lata culpa. ut.ff. eod.l. ſi ut certo.§.ſed interdū. Si uerò gratia utriuſque commodatum fiat, ut cum communē amicum inuitamus. & tu curam eius rei ſuſcepiſti, ego tibi argentum commodaui,teneris mihi de dolo, culpa lata, leui non leuiſſima.ut ff.eo.l.in rebus.§.primo.

8 ¶ Caſus † autem fortuitus non uenit in hanc actionem. ut hic.&.ff eodem titulo l.in rebus. in princ. niſi in tribus caſibus qui hic ponuntur ſcilicet ubi culpa præcedit pactum.ut cum equum tibi commodaui ut ad uillam duceres.duxiſti ad bellum teneris de caſu. Cæterum ſi tibi commodaui ut ad bellum duceres, meum erit periculum. ut.ff.eod.titu.l.ſi ut certæ.§. ſed interdum. Item commodauit. tibi ſeruū ut de plano opus faceret. tu machinæ impoſuiſti, uel ſi commodaui ut in machina operaretur, machina uerò culpa tua male ligata eſt.& ſic periit ſeruus. ut in.l.prædicta. In pacto pone exemplum

9 ff.eo.ti.l.ſi ut certæ.§.2.† contractus enim ex conuentione legem accipiunt.ut.ff.de poſiti.l.1.§.ſi conueniat. Pone etiam exēplum.C.eo.ti.l.1.Item imputatur cauſas ex mora præcedente.ut.ff.eo.l.ſi ut certo.

10 §.ſed interdum. ¶Contraria † uerò datur commodatario aduerſus commodantem ad impenſas factas in re commodata.modica tamen impendia. ſicut cibariorum ad eum pertinent qui utēdum acceperit. Item datur commodatario aduerſus commodantē qui ſcienter cōmodauit uaſa uitioſa ſeu corrupta propter quod uinū uel oleum eſt effuſum ut.ff eo.ti.l.in rebus.§. poſſunt &.§.item qui ſciens &.l.pe.Item contra eū qui intēpeſtiuè reuocat mandatum ut.ff.e.t.l.in commodato.Itē datur & in alijs caſibus ut.ff.eo.l.rem mihi,&.l.in commodato.§.pe.&.§. quicunque.

## Summarium.

1 *Depoſitum quid ſit.*
2 *Depoſitum unde dicitur.*
3 *Depoſitum in quibus rebus conſiſtat.*
4 *Depoſitum qualiter fiat.*
5 *Depoſiti quæ ſit natura.*
6 *Depoſitum quando repetatur.*
7 *Actio depoſiti, qualis ſit.*
8 *Actio depoſiti cui detur. & nu.9.*
9 *Actio depoſiti an detur furi & prædoni deponenti.*
10 *Actio depoſiti contra quem detur.*
11 *Dolus uenit in actione depoſiti, & lata culpa.*
12 *Lata culpa qualiter præſumatur.*
13 *Depoſitarius an teneatur de caſu fortuito.*
14 *Damnatus ex actione depoſiti an ſit infamis. Actiones quæ infament.*

## ¶DE DEPOSITO. Rub.

DIximus ſupra de cōmodato quod frequentius ſit gratia recipientis, nunc uideamus de depoſito.quod generaliter ſit gratia deponentis.¶Videamus igitur quid ſit depoſitum, unde dicatur, in quibus rebus conſiſtit, qui ſit natura depoſiti,cui detur actio depoſiti cōtra quē,quādo,& in quātū,& qualis ſit actio.

1 ¶Eſt † autē depoſitū quod ad cuſtodiendū alicui traditū eſt. Contrahitur.n.re obligatio in depoſito.ut inſti.quib.mo.re contrahitur ob.l.pen.Rei uerò depoſitæ ſicut & cōmodatæ,& poſſeſſionē & proprietatem

tẽ retinemus ut.ff.e.l.lilium.§.rei.Quandoq; tamen rei depoſitæ, dominiũ tranſit in depoſitarium quod eſt contra nouiſſimos depoſiti & tamen depoſiti agitur, ut cũ de pono apud te quod eſt in numero pondere uel menſura, & cõuenio, ut illud idẽ reddatur mihi uel tantundem in eodẽ genere.quod obtinet ſiue id expræſſe cõueniã ſiue tacitè uidear ,conuenire . ut cũ prædicta,uel aliquid ex prædictis depono,non ſignata,nõ clauſa.nã ſi ſignata uel clauſa uideor prohibere ne utaris eis niſi in contrariũ agatur ut ff.eo.l.Lucius.&.l. die.§.qui pecuniã,&.l.quintus . ¶Eſt autẽ
2 †dictum depoſitũ quaſi deorſum poſitum deorſum inquã à ponente poſitũ ut oſtẽdatur totũ fidei eius cõmiſſum apud quẽ ponitur,quod ad cuſtodiã rei pertinet, & omnino uideatur ſeparata cuſtodia à deponente.Et ideo dicitur præpoſitio de au get depoſitum ut.ff.eo.t.l.1.in prin.Et ex his uerbis diffinitionis dixerũt quidam ꝙ ubiq; habet locũ actio depoſiti & mandati,eo quòd ſuper cuſtodia mãdatur.ar.pro eis.ff.e.t.l.1.§.quòd ſi rẽ . Alij etiã diſtinguũt utrũ in ipſa rei depoſitione cuſtodia committatur ut tunc non agatur mãdati. ſed depoſiti tantũ.An ante & tunc poſſet agi & mandati propter omiſſam cuſtodiã & depoſiti propter factam depoſitionem. Sed Azo ſicut in ſumma ſua notauit dixit indiſtincte agi depoſiti tantum. Et reſpõdet ad. inductam quòd ibi præceſſerat cõtractus mandati cuius forma & initiũ eſt
3 ſeruandum. ¶ Conſiſtit † depoſitum in rebus mobilibus & ſe mouentibus.Cauſaliter autem deponitur res immobilis cum res in quæſtione poſita ſequeſtratur . Et de ſequeſtrationis natura non noto hic
4 quia notaui ſupra de ſuo tractatu. † ¶Solet depoſitum fieri per chirographum uel cum chirographo. Huiuſmodi uerò chirographum ſolet diuidi. una pars depoſitario alia remanet deponenti . ut ex iunctura partium probatio fiat . Sed hæc probatio nec iuris eſt nec de iure quia priuatæ perſonæ non creditur niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum ut. C.qui potio. in pig. ha. ſcripturas , & in

5 authen.de fide inſtru.§. 1. ¶ † Natura depoſiti eſt ut res depoſita reddatur . hoc enim de iure naturali procedit . ut dixi in commodato . ut 1.diſtinct. ius naturale . in uer.item depoſitæ.Redatur inquã deponenti . Quod fallit in quatuor caſibus. Primus eſt cum,quis gladium deponit & furens repetit.22.quæſt.2. ne quis . Secundus cum deponens fuerit deportatus . nam bona eius in publicum deferuntur . Tertius cum fur deponit & repetit . ſi repetitio ueri domini cum furis repetitione concurrit. Quartus cum fur rem furtiuam deponit apud illum à quo ſurripuit ut.ff.depoſiti.l.bona fides . ¶Sed ſi res eccleſiæ comendetur ſeu apud eccleſiam deponatur quod fieri uidetur cum in theſaurariam uel ſacriſtiam infertur , tunc uidetur eſſe dicendum quòd eccleſia teneatur ſicut tenetur nauta & caupo de rebus inuetis & illatis ut.ff.nau.cau. ſta.l. parui refert.§. recipit . C. de his qui latro.occul.l.1.&.ff.furti aduer.na.l.1. Qđ tamen non intelligo fore uerum niſi præſente prelato & capitulo deponatur.alias non eccleſia ſed perſona quæ depoſitum recipito obligatur ſic intelligo infra eod.
6 c.1. Depoſitum † repetitur quandocunque etiam ſi eo pacto depoſitum fuerit ut demum poſt mortem depoſitarij repetatur,poterit enim deponens mutata uoluntate repetere. ut.ff.e.l.1.§. ulti. Niſi apud ſequeſtrum res depoſita fuerit , quæ non poterit repeti niſi lege ſequeſtrationis impleta . ut dixi ſupra in ſum.de ſequeſtra. Item in repetitione depoſiti compenſatio uel deductio locum non habet . ut infra eod.c.2.§ ſanè . nec exceptio ut. C.eod.l.pe.nec propter expenſas retẽtio. licet quidam contrariũ dixerunt per.l.ff. de acq.poſ.l.ſi quis.rem.ff.de furtis.l.ſi is qui rem. ſed leges illæ incommodato lo-
7 quuntur.¶Hæc actio † bonæ fin. eſt ut in ſti.de actionibus. §.actionum.Item famoſa , in tantum ut hæres ſuo nomine damnatus infamis fiat.ut.ff.de his qui not.infa.l.furti.§.illud &.C.eodem titulo.l.qui
8 depoſitum . ¶†Datur ei actio hic qui depoſuit. ſed hoc fallit in caſibus quos notaui

taui ſupra eod.§.natura.Item datur domi
no uel dominis deponentis. nam ſi ſeruus
deponens plurium erat.unicuiq; domino
rum in partes competit actio.ut.ff.eod.ti.
l.1.§. ſi ſeruus meus &.§. ſi ſeruus. &.§.ſi
9 duorum.† Datur hæc actio etiam furi &
prædoni deponenti non obſtante ſuo de
licto.agunt enim ex ſuo contractu.ut.ff.
eo.l.ſi prædo.Sed furti agere non poſſunt.
ne ex improbitate ſuá cõſequantur actio
10 nem.ut.ff.de fur.l. itaque fullo. † Datur
hæc actio cõtra eũ apud quẽ depoſitũ eſt
uel contra hæredẽ depoſitarij ex dolo de
functi.& multo magis ex ſuo.ut.ff.de acti.
11 & ob.l.ex depoſiti.¶† Venit in hac actio-
nem dolus.& ſi conueniat ne de dolo aga
tur.ut.ff.eo.l.1.§.ſi conueniat. Venit & la
ta culpa quam Nerua dicit eſſe dolũ quod
ſic exponitur, ideſt præſumi dolum. ut.ff.
eod.tit.l.quod Nerua.ff. mandati.l. ſi fide
iuſſor.1.℞.comporatur enim dolo.ut.ff.ſi
meſ.fal.mo.dix.l.1.§.lata.& eſt proxima
dolo.ut.ff.ſi quis teſt. lib.eſſe iuſ.l.1.§. nõ
12 autem.ff.de uer.ſig.l.magna. † Qualiter
autem lata culpa præſumatur dolus.ſic po
ne exemplum ut cum quis non intelligit
quod omnes intelligũt.ut.ff. de uerb. ſig.
l.latæ culpæ ut ſi apud ſequeſtrum depo-
natur homo uictus ut de eo quæſtio ha-
beatur. & ſequeſter intẽpeſtiuè miſericor
diã exercet circa eũ ipſum ſoluẽdo ut.ff.
eo.ti.l.ſi hominem. Quod ergo dicitur in
fra eod.c.2.bona fides abeſſe præſumitur
expone ideſt dolus adeſſe præſumitur ſi
rebus tuis ſaluis depoſitas amiſiſti. in quo
pone exemplum ſic.propria repoſuiſti in
archa. depoſita reliquiſti in banca. uenit
leuis & leuiſſima ſi te depoſito obtuliſti.
ut dicit hic. &.ff.eo.titu.l.1.§.ſæpe. In le-
ui ſic pone exemplum. depoſita in arca
depoſuiſti.ſed archam dimiſiſti apertam.
In leuiſſima ſic depoſita repoſuiſti in ar-
cha & clauſiſti.ſed clauẽ incautè dimiſiſti
Itẽ uenit leuis & leuiſſima ſi aliquid pro
cuſtodia recepiſti.ſed tũc non ueniet per
hanc actionem.ſed per actionem ex con-
ducto ſi pecuniam accepiſti.ut.ff.eod.l.1.
§. ſi quis ſeruum , ſi ſpeciem uel operas
per actionem præſcriptis uerbis . ut ibi &
inſti.mandati.§.ulti. Item uenit per hãc
actionem caſus fortuitus pacto culpa uel
mora præcedentibus. ut hic de pacto pro
batur &.ff.eod.titu.l.1.§. ſæpe contractus
enim ex conuentione legem accipiunt.
ut.ff.eodem titulo.l.1.§.ſi conuenerit. ſed
tunc neceſſarium eſt omnes caſus enume
rari. ut.ff.ſi quis cau.l.ſed & ſi quis.§.quæ
ſitum. In culpa ſic pone exemplum , de-
poſitarius uendit rem depoſitam & tra-
dit demum eam redimit . ut habeat in
cauſam depoſiti, ſed redemptam non ha
bet in eam cauſam , tenetur de caſu for-
tuito . cum ſemel dolo fecerit cum uen-
deret ut . ff.eod.l.1.§.ſi rem. Sed ſi pœni-
tentia ductus reclinat & in primo ſtatu
habeat purgatur uitium . ut.ff.de uſucap.
l.ſequitur Labeo ait . item ſi depoſitarius
ſit in mora rei reſtituendæ tenetur de
caſu fortuitu . Dixerunt tamen quidam
ſi erat res eo modo peritura apud de-
ponentem , alias ſecus . ut.ff. eodem.l.ſi
13 plures.§.ſcire . † Sed dominus Azo. di-
xit in ſumma depoſitarium & quemli-
bet debitorem teneri de caſu fortuito
ex mora quia ſatis eſt quòd res potuit
non perire pœnes actorem . ff. eodem ti-
tulo.l.ſi in aſia.§.ulti.ff. de legatis primo
l.cum res.§.ultimo . ¶ Sunt & alij caſus
in quibus tenetur depoſitarius de caſu
ſi gratia ſui fiat depoſitum . ut.ff. ſi cert.
petatur.l.ſi quis nec cauſam . Item ſi do-
lum committat & non in alienando ſed
in utendo ut.ff.de condi.fur.l.qui furtum.
14 ¶† Damnatus in hac actione infamis ef-
ficitur , quatuor enim actiones ex contra
ctibus deſcendentes & quatuor ex deli-
ctis infamant ut mandati depoſiti.tutelæ
& pro ſocio . Iniuriarum , ui bo.rap. fur-
ti,doli,ut probatur.ff.de his qui no. infa.
l.furti.§.mandati. &.§.ſequentibus . &.l.
1. Vnde uer. Iudice damnatos infames
reddit ubique . Quod ui diripitur . iniu-
ria furti. dolique . Actio mandati tute-
læ depoſitiq; . Directo ſed pro ſocio com
munis utrique .

## *Summarium*

1 *Emptio qualiter & quando contrahatur.*
2 *Arrharum datio quid operetur.*
3 *Emi & uendi quæ res poſſint.*
4 *Emptionis quæ ſit natura.*
5 *Venditor tenetur ita quod emptor habeat uacuam poſſeſſionem.*
6 *Res uendita an poſſit manu militari ab inuito uenditore extorqueri.*
7 *Res iuſto pondere & menſura uendi debet.*
8 *Falſis ponderibus & menſuris qui utitur, qualiter puniendus.*
9 *Emptor cogitur facere nummos uenditoris. Venditor an teneatur ſolum de euictione.*
10 *Contractus emptionis & uenditionis in quo quis decipitur, an teneat.*
11 *Emptor an & quando re euicta agat de euictione, & numero 12.*

### ¶DE EMPTIONE ET uenditione. Rubr.

DIximus de contractibus qui celebrantur gratia alterius contrahẽtium. Nunc uidendum eſt de his quæ fiunt gratia utriuſque. Et primo de uenditione & emptio. Ideo ſubijcitur hic rubrica de empt. & uenditio. ¶Videamus igitur quando & qualiter contrahatur, de quibus rebus, quæ ſit eius natura. ad quid emptor. ad quid uenditor teneatur. ¶Con
1 trahitur† emptio poſtquã de pretio conuenitur ea mente ut pretium ſoluatur. Nam ſi imaginariè & per ſimulationẽ de pretio conueniret. tũc emptio nulla eſſet. ¶Contrahitur autẽ ſolo conſenſu ſiue inter præſentes ſiue inter abſentes per nuntiũ uel epiſtolam. ut probantur hæc inſti. eo. t. in prin. ff. e. ti. l. 1. §. ul. & l. 2. §. 1. & l. cum in
2 uenditione & l. nuda. ¶Arrhe † autẽ datio non perficit emptionẽ. ſed eſt argumentũ emp. & uen. cõtractæ. ut. ff. e. l. quod ſæpe in pr. Arrhis aũt interueniẽtib. ſi quidẽ ſteterit per dantẽ quo minus cõtractus perficiatur perdit id quod dedit. ſi uerò ſteterit per accipiẽtẽ, hoc eſt per uẽditorẽ, duplũ reſtituere tenetur. ut inſti. eodem. tit. §. in his autẽ. Nec puto uenditorem teneri ad intereſſe cum ſatis ſit eum puniri in arrhis. Nam hoc inter contrahentes agi uidetur ut arrharũ amiſſione & dupli actione debeant eſſe contenti. Quidam tamen putauerunt uenditorem nihilominus ad intereſſe teneri. Arrha tamen computabitur ad intereſſe. Et quod dixi de pretio conuenire debere intelligendũ eſt in quãtitate non in ſpecie. Si enim emptor ſic dicat, dabo pretium quod eſt in ſacculo, tunc non eſt emptio nec uend. ſed contractus in nominatus ut. ff. de condi. ob cauſam da. l. ul. & C. eo. titul. l. empti. & inſti. eod. titul. §. item pretium. Quantitate autem intellige certa uel ſermone uel re ipſa. ut ſi dicatur ſit empta, emeris, uel quanti eſt in archa. ut. ff. eod. ti. l. hæc uenditio. §. huiuſmodi. Secus ſi dixerit. ſit empta pro eo quod in archa habeo, tunc enim quod in archa eſt uenit ut ſpecies non ut quantitas. ut. ff. de leg. 1. l. planè. §. 1. & l.
3 ſed & ſi certos. ¶Vendi† & emi poteſt omne id quod habet commerciũ. Sunt enim quædam quæ in cõmerciũ non ueniunt ut liber homo. res ſacra & religioſa. ut. ff. eo. ti. l. ſi in emptione. §. 1. & §. liberum. ff. de uer. obli. l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. Res tamen ſacræ & religioſæ tranſeunt cum uniuerſitate, cum uniuerſitas in profanis conſiſtit. ut. infra de iurepatr. ex literis. nam tunc ſacræ accedunt emptioni maioris partis. ut. ff. eo. tit. l. in modicis. ¶ Na-
4 tura † emptionis ut res ſit quæ uendantur ut precium intercedat. ut. ff. eod. l. 2. §. ſine & l. nec emptio. Item natura eius eſt ut rei emptæ lucrum & damnum pertineat ad emptorem, ut inſti. eo. titu. §. cum autẽ. ff. de pericu. & commo. rei uend. l. id quod. Vnde proponitur regula talis. Si uenditio fiat purè ſine ſcriptis certæ ſpeciei quæ deguſtationem non exigit omne periculũ ſpectat ad emptorẽ, excepto caſu publicationis, niſi pactum culpa uel mora interueniat. Purè ideo dicitur, quia ſi conditionalis eſſet, uenditio ante euentum conditionis pertinet ad uenditorem. ut in illa. l. id quod. Ideo autem ſine ſcriptis, quia ſi in ſcriptis fiat periculũ ſpectat ad uendi-

ad uenditorem antequam ſcriptura perſi
ciatur ut.C. de fide inſtru.l. contractus .
Certæ ſpeciei,ideo quia ſi ſub alternatiõe
fiat emptio diuerſarum rerum, periculum
primo pertinet ad uenditorem. ut.ff. eod.
titul.l. ſi in emptione.§ ſi emptio . Quæ
deguſtationem non exigit. ideo dicitur
quia in illis ante deguſtationes pertinet
periculum ad uenditorem. ut.ff. de peri-
cu.& commo.rei uen.l.ſi una. Item peri-
culum publicationis pertinet ad uendito-
rem.ff.loca.& conduc.l.ſi fundum . ¶Te-
5 netur † uenditor rem tradere ita quod em
ptor habeat uacuam poſſeſſionem. Vacuã
autem poſſeſſionem habere,hoc eſt,ut em
ptor potior ſit,ita quod ab eo auocari non
poſſit.nam ſi quis eam auocauerit per id
ac ſi tradita non fuiſſet . ¶ Quid enim ſi
alius ſit in poſſeſſione eiuſdem rei cauſa
rei ſeruandæ uel legatorum uel mulier
cauſa uentris. Tunc uacua poſſeſſio non
eſt tradita.ut.ff.de act. emp. & uendi.l.1.
§.1.&.l.3.&.l.emptio.℞.1.&.l. emptorẽ.
§.inde Neracius . Hæc autem traditio fa
cit emptorem dominum ſi uenditor domi
nus erat.ſi non erat obligatur nomine eui
ctionis . Si modo pretium ſit ſolutum aut
eo nomine ſatisfactum ut.ff.de act.empt.
l.excepto. ſi uenditor nolit rem tradere
tenetur ad intereſſe ut.ff.de emp. & uen-
6 di.l.1.† Sed nunquid manu militari pote-
rit ab inuito uenditore res uendita extor-
queri. Quod uiſum eſt domino Mar. per.
l.ff.de rei uendic.l. qui reſtituere iuſſus.
Sed Azo. contra per l.C.de act.emp.& uẽ
di.ſi traditam.ff.eo. titu.l.emptio.§. idem
7 ait.¶ † Vendi autem debent res iuſto pon
dere & menſura.ut.infra eod.c.2.22.quæ.
3.ſi quis romipetas.45.diſtin. omnis qui.
8 † Et ſi quis in falſis menſuris uel ponderi
bus fuerit interceptus extra ordinem pu-
nietur.ut.ff. de extraor. crimi.l. annona.
&.ff.de pe.l.in dardarios.¶ Emptor autẽ
9 † cogitur nummos facere uenditoris. ut
de act.emp. & uendi. exempto.℞. 1. in fi.
& eſt diuerſitatis ratio. quia uenditor te-
netur in ſpecie.& ideo ſufficit eum de eui
ctione teneri. emptor uero in genere , &
propterea cogitur nummos facere uendi-
toris.argu.ad hoc.ff.de lega.1.l. ſi à ſubſti
tuto.§.heres quoque ¶ In ſumma notan-
10 dum† eſt quod ſi eccleſia decipiatur in cõ
tractu emptionis & uenditionis.aliquan-
do non tenet contractus ipſo iure. aliquã
do tenet de iure ſed reſcinditur beneficio
communi.aliquando agitur ad decipien-
dum in pretio.aliquando ſubuenitur eccle
ſiæ uel minori per in integrum reſtitutio-
nem. ¶ Vnde diſtinguendum eſt cum do-
lus dat cauſam contractui, puto dolo te in
duxi.ut uenderes quod uenditurus non e-
ras. non tenet contractus. ut.ff. de dolo.l.
eleganter.arg.12.q.2. quiſquis epiſcopus
in fi.infra de rerum permu. cum uniuerſo
rum. Si uero incidat in contractũ.ut quia
eras uenditurus.ſed per circonuentionem
te induxi ut minori pretio uenderes. te-
net quidem contractus. ſed agitur ad deci
piendum.ut.ff.de act.emp.& uen.l. Iulia-
nus.§.ſi uenditor. Vbi uerò nec dolus dat
cauſam contractui,nec incidit in contra-
ctum. ſed res uendita eſt minori pretio
nec te in pretio circumueni. quamuis re
ipſa ſis deceptus in pretio ad nullum age
re potes niſi pretium infra dimidiam iu-
ſti pretij ſubſiſtat.tũc enim obtinet quod
legi. & no.infra eod.c. cum dilectus. &.c.
cum cauſam. &.C. de reſcin. uend.l. rem
maioris.niſi ſit eccleſia uel minor.25. an-
nis quibus ſubuenitur per in integrum re
ſtitutionem. Et hæc locum habent in con
tractibus bene,fidei. nam in contractibus
ſtricti iuris etiam ſi dolus det cauſam con
tractui tenet contractus.ſed excipitur con
tra agentem.ut.ff.de uerb.ob.l.ſi quis cum
aliter. C.de pactis.l.cum poſtea quam . Et
no.quod in contractibus bonæ fidei ſi do-
lus det cauſam contractui.non per contra
hentes ſed per mediam perſonam ideſt
per mediatorem.non tenet contractus.ut.
ff.de dolo.l. & eleganter.§. 1.In quolibet
autem contractu exigitur bona fides. ut.
C.de actio.& obliga.l.bonam. ¶ Et nota
quod non tenet contractus. & tamen ex
eo exigitur.ut.ff. de ac.emp.& uen.l. Iulia
11 nus.§.ſi quis colludente. † Item re uendi
ta euicta agit emptor de euictione quod
fallit in multis caſibus. ſi emptor ſuper re
uendita

uendita impetitus non nunciauit uenditori, uel ſi ab fuit tempore ſententiæ. uel per iniuriam contra eum ſententia lata fuerit. ut infra eod. c. ultimo. uel ſi non tempeſtiuè denunciet ſed iam propè ſentẽtiam. ut. ff. de euic. l. ſi rem quam. §. ulti. niſi contractu remiſſa ſit neceſſitas nunciandi. ut. ff. de euic. l. Herennius. uel ubi non potuit nunciari. ut. C. de euic. l. antepenul. ¶ Sũt
12 & † alij caſus in quibus emptor non agit de euictione ſi compromiſit. & ſententiã contrariam reportauit. ut. ff. de euic. l. ſi dictum. §. ſi compromiſſo. Item ſi culpa ſua poſſeſſionem amiſit. ut. ff. de euic. l. ſi rem quam. §. ſi duple. Item ſi habuit rem pro de relicto. ut. ff. de euic. l. ul. Item ſi ſeruũ emptum manumiſerit. ff. de euic. l. ſi ſeruum. Item ſi ancillam emptam proſtituat. ut. ff. de euict. l. ſi mancipium. Item ſi emptor uſucepit rem emptam ut. ff. de euic. l. rem alienam. Item ſi uenditore abſente emptor condemnatus non appellauerit. ut. ff. de euict. l. Herennius. §. 1. ff. mandati. l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorantes.

## *Summarium*

1 *Locatio quid ſit.*
2 *Locator quis dicatur.*
3 *Locatio & conductio qualiter contrahitur.*
4 *Locari militibus prædia non poſſunt, & quando monachis.*
5 *Locatio poteſt fieri in perpetuum & ad tempus.*
6 *Conductore mortuo infra tempus conductionis, eius hæres in iure conductionis ſuccedit.*
7 *Locari quæ poßint, & quæ non.*
8 *Actiones quæ naſcantur ex contractu locationis & conductionis.*
9 *Merces & penſio locationis quo tempore ſit ſoluenda.*
10 *Inquilinus in quibus caſibus poßit expelli.*
11 *Inquilinus quando poßit domum deſerere.*
12 *Remißio quando fiat in contractu locationis. & num. 14.*
13 *Sterilitas quando eſſe dicatur.*

## ¶ DE LOCATO ET CONDUCTO. Rubrica.

AVdiuimus de cõtractu emptionis & uenditionis. ſed quia contractus locati & conducti nimiam cum ipſo habet ſimilitudinem. in tantum quod in quibuſdam caſibus inquiri ſoleat utrum ſit locatio an uenditio. ut. ff. eo. l. 1. & 2. ideo poſt tractatum de emptione & & uenditione ſubijcitur iſte de locato & conducto tanquam familiaris ſimilis & affinis. ¶ Videamus igitur quid ſit locatio & conductio, quis dicatur locator. qualiter contrahatur. & in quibus rebus. & quæ actiones ex locato & conducto naſcantur. ¶ Locatio † eſt perſonæ uel rei
1 ad uſum facto conceſſio mercede in pecunia numetanda conuenta. Alioquin ſi de alia re danda facienda ue conuenerit. non erit locatio ſed contractus innominatus. & agetur præſcriptis uerbis. ut. ff. communi diuidun. l. ſi conuenerit. & ff. de poſi. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ¶ Locator dicitur
2 † qui re ſua alium uti permittit mercede ſibi conuenta. ut cũ loco tibi domum meã ad inhabitandum. locator ego dicor & tu conductor. ut infra eod. c. propter. ff. eo. l. ſi tibi. & l. cum fundum. & C. eo. tit. l. nemo. & l. conductores. Aliquando locatio dicitur firma. ut. infra eod. c. ueſtra. & infra ne cle. uel mo. ſecundũ dictum. Quod intelligo ſecundum uulgare prouinciæ alicuius. Aliquando locatio ponitur pro emptione & conuerſo. ut. ff. de actio. emp. & uen. l. ueteres † Contrahitur locatio &
3 conductio quibuſcunque modis contrahitur emptio & uenditio. Et ideo quæ in ſuperiori tractatu dicta ſunt de conſenſu rebus & pretio. hic intelligas repetita.
4 ¶ † Militibus prædia locari non poſſunt. ne amiſſo armorum uſu ad opus rurale ſe conferant. nec curialibus. ut infra eod. ti. l. milites. & l. ultima. & l. curialis. & ff. eo. ti. l. ſi ignorans. Sic nec monachis. ut infra ne cleri. uel mona. ſecundum niſi cauſa neceſſitatis faciant cum ſufficiẽtia prædia non habent ut infra de deci. dilecti. & in auten. de ſanctiſ. epiſco. §. ultimo. col. 9. ¶ Poteſt

5 9.¶ Poteſt † autem fieri locatio in perpe
tuum & ad tempus.ut.ff.ſi ager uectiga-
6 lis.l.1.&.2 † Et ſi moriatur conductor in-
fra tempus conductionis. ſuccedit hæres
in iure conductionis. ſecus in uſufructu.
quę perſonalis eſt & extinguitur cum per
ſona. ut.C.eodem titu.l.ſi unam. &.C.de
7 uſufruc.l.ſi domina.¶Locari poſſunt † om
nia quæ & uendi poſſunt. quæ autem uen
di non poſſunt. nec locari. quia titulus lo
cationis non eſt gratuitus.& iſti. duo con
tractus emptionis & locationis ſimillimi
ſunt ut ſuperius dictum eſt. ¶ Naſcuntur
8 ex hoc contractu duæ actiones. † actio &
locato quæ datur locatori.& actio ex con
ducto quæ datur conductori. In actione
ex locato ueniet & in primis merces ſol-
uenda de qua conueniet ueniunt & alia de
quibus actum eſt in contractu. ut.C. eodē
titu.l.legem.&.ff.eodem titul.l. ſi in lege.
9 §.ſi domus.& l.dominus.§.ul.¶ † Quo au
tem tempore merces & penſio debeant
ſolui dubitatur. Quædam enim leges ui-
dentur uelle quod in principio ſit ſoluen-
da. unde dicitur poſſe inquilinum expelli
niſi ſoluerit penſionem.ut.C.eodem titu.
l.3.ſupra de iureiuran.querelam ſupra de
dila. literæ.10. q.2. hoc ius porrectum.§.
qui uero.ff.e.tit.l.quæro.§. inter quædam
autem iura innuunt quod in medio tem-
pore ſicut dicitur in ſalario quod fiſcus
dat ſuo patrono . ut.C.de aduo.diuer. iu-
di.l.per hanc. Quidam dicunt quod in fi-
ne, ut cum quid debetur in diem.ut.ff.de
uerborum obliga.l. quod hoc anno.ff. de
migran.l.1.§.penſio. Ego puto ſeruādum
eſſe quod actum eſt . quòd ſi id non appa-
reat. ſeruabo morem regionis. quòd ſi is
non appareat. quia forte uarius inuenitur
tunc, quod minus eſt obſeruabo ſcilicet
ut exigatur in fine anni . ut.ff. de regul.
iur.l.ſemper in ſtipulationibus . licet er-
go dominus non poſſit exigere actum ſi
inquilinus ultro ei non ſatisfaciat.domi-
nus poterit eum impune expellere.maxi
me elapſo tempore penſionis . unde ſi lo-
cator promiſerit penam ſi expelleret con
ductorem intelligitur hæc conditio ſi con
ductor ſoluat penſionem . ut.ff.eodem ti-
10 tulo.l.quæro.§.inter locatorem . † Poteſt
autem dominus inquilinum expellere in
quatuor caſibus . Primus eſt ſi domus lo-
cata ſit ſuæ habitationi neceſſaria . Quod
intelligo cum aliam domum habuerit lo-
cator tempore lacationis & illi caſu pe-
rijt. nam ſi tunc nullam habuerit niſi il-
lam quam locauit.etiam ad ſuam habita-
tionem illam recuperare non poteſt . hoc
enim à principio proſpicere debuit.ut.ff.
eodem titul.l.ſi quis domum.§. hinc ſub-
iungi . Secundus cum neceſſaria eſt do-
mus refectio . Quod ſimiliter intelligo
cum tempore locationis refectio illa ne-
ceſſaria non erat . ſed poſtea emerſit.alio
quin ſecus ut in caſu præmiſſo . Tertius
ſi conductor peruerſè in domo uerſetur.
Et in hoc caſu non fiet remiſſio penſio-
nis pro rata temporis ſecundum Azo.
Sed dabitur domino domus actio legis
Aquiliæ . Quidam autem dixerunt quod
& hic fiet remiſſio penſionis . In alijs ue-
rò duobus caſibus præmiſſis ſecundum
omnes fit remiſſio penſiouis pro rata tem
poris , uel prouidebit dominus inquili-
no de alia domo æquè idonea ad inhabi-
tandum.ut.ff.eod.titu.l.cum in plures . in
princ. Quartus cum inquilinus canonem
per biennium non ſoluit . ut infra eodem
c.propter.&.ff.eodem titu.l. quæro.§. in-
ter locatorem. Sed ſecus eſt in re data in
emphyteuſim ubi ſecundum leges ſtatui-
tur triennium inter priuatos . ut.C.de iu-
re emphy. l.2.Sed in re eccleſiaſtica bien
nium . ut infra eodem.c.potuit . & 10.qu.
2. in authen. hoc ius porrectam . in uer-
ſic. qui rem huius . Fiſcus autem non ſol-
uentem ſtatim expellere poteſt . ut.ff.de
pub. & uectig.l.uectigalia . §. non ſolu-
tis . Fuerunt autem aliqui qui dixerunt
quòd in omnibus præmiſſis caſibus non
poteſt dominus inquilinum expellere.
niſi completo tempore locationis, ut ſic
dominus ex ſua parte perficiat . ff. de a-
ctio.emptio.& uenditio.l.Iulianus.§. of-
ferri.&.ff.de migran.l.1.§.1.Sed hoc non
placet . nam completo tempore locatio-
nis etiam præter illos caſus poteſt in-
quilinus expelli . niſi per tacitum con-

ſenſum conditio reuocetur. ut ſic dominus ex parte ſua perſiciat contrarium. ut.ff.eodem titulo.l. item quæritur.§. qui
11 impleto. † Et ſicut dominus poteſt in caſibus expellere inquilinum ut ſuperius dictum eſt. ſic & inquilinus poteſt domum deſerere caſualiter inuito domino & penſione pro futuro tempore non ſoluta. ut.ff. eodem titulo. l. habitatores. §. uerum & .l.dominus.§.ultimo.
12 ¶ Fit autem remiſſio † propte ſterilitatem. ſterilitas enim cenſus & mercedis ſolutionem excuſat. Item uis maior cui reſiſti non poteſt. Item quod præter conſuetudinem euenit. ut.ff. eodem titulo.l.ex producto. §.1.& 2.&.ff. de cenſi.l.
13 forma. † Sterilitas autem & ubertas intelliguntur ſecundum uulgi opinionem ff. de ſun. inſtru. inſtumen. que le.l.cum de lanionis. §.aſina. licet quidam dixerint ſterilitatem eſſe cum ſemen non percipitur. ut.ff. eodem titulo .l. ex conducto.§.ſimilis.&.l.ſi labes.& l.ſi in uno. Et ſic ſi ſterilitas contingat ex caſu fortuito. merces minuitur. ut dictum eſt. Si uero uitio, debilitate, uel uetuſtate rei non. ut in.l.ex conducto.§.1.&.l. ſi in uno. Ita & ubertas ſi caſu fortuito contingat augenda eſt penſio non autem ſi diligentia poſſeſſoris. arg. earundem legum.&.l. colonus. nam & colonus modicum damnum æquanimiter ſuſtinere debet. & modicum lucrum non aufertur ei.ut.ff. eod.titul.l.ſi merces.§.ius maior. Fit autem compenſatio ubertatis & ſterilitatis præcedentium nanorum cum ſequentibus.ut.ff.eod. titu. l.ſi uno. Loquor autem de eo colono qui numis colit. nam partiarius quaſi iure ſocietatis & damnum & lucrum cum domino fundi partitur ut ff. eod. titu.l.ſi merces.§.apparet. Item ſicut ſi mercedis remiſſo propter caſum fortuitum. ut in.l.ex conducto.§.cum quidam. &.l. qui inſulá. ſic & propter neceſſariam refectionem. ut.ff. eod. titul.l. ſed addes.§. ſi quis cum rei. Si tamen conductor aliqua parte prædij utatur non ſit deductio mercedis.ut.ff. eodem titulo.l.habitationes.§.ſi uicino. ¶ Hæc omnia locum habent in locato
14 & conducto. † Sed eſt quidam contractus medius inter contractum locationis & uenditionis ut contractus emphyteuticus qui nec eſt emptio nec locatio. ſed inter utrunque medium ſicut dixi. de hoc loquitur infra eod.c.potuit. Contractus ille locum habet in rebus ſoli. uenditio & locatio in omnibus. In illo contractu requiritur ſcriptura. ut C. de iure emphyteut.l.1.in iſtis non. In illo contractu non exigitur pecunia. in iſtis ſic. In illo contractu non amittit dominus directum dominium per traditionem. ſecus in uenditore. Item locator ad modicum tempus non habet ius in re nec uendit. nec uendicat emphyteut. facit utrunque ut hic in. c. potuit. & C.de iure emphyteu.l.2. & .ff.ſi ager uec.l.1.

## *Summarium*


1 *Permutatio quid ſit, & qualiter contrahatur.*
2 *Permutationis natura quæ ſit.*
3 *Res quæ permutari poſſunt.*
4 *Eccleſia an poßit cum eccleſia permutare. & an poßit permutare cum priuato.*
5 *Ex ſola conuentione permutationis, re nullæ hinc inde ſecuta, neutri aliqua competit actio.*
6 *Actiones quæ dentur ex permutationibus, & quando competant.*


### ¶ DE RERVM PERMVtatione. Rubr.

DIximus ſupra de emptione & uenditione. ſed quoniam permutatio uicina eſt emptioni.ut.ff.eo. tit.l. quoniam.&.C.eo.ti.l.permutatione.ideo ſubiicitur hic rub.de rerum.per. ¶ Videamus igitur quid ſit permutatio, qualiter contrahatur. quæ ſit eius natura, quæ res ualeat permutari, & cum quibus eccleſia
1 ualeat permutare. ¶ Permutatio eſt † unius rei cum altera uicaria præſtatio.
¶ Contrahitur permutatio ſicut pleriſque

riſque placuit quando inter aliquos conuenitur ut certa ſpecies detur pro certa. ut. C. eod. titu. l. quoniam aſſeris. Si enim conueniret ut daretur certa pro incerta. uel in certa pro certa, non eſſet contractus permutationis, ſed alius contractus innominatus do ut des. ¶ Eſt igitur
2 † natura permutationis ut rerum interuẽtu contrahatur, nõ ſolo pacto ſicut & emptio, in qua & ſi res & pretiũ eſſe debeant ut. ff. de contrahen. emptio. & uen. l. nec emptio. & l. 2. §. fine. Contrahitur tamen poſtquã de pretio conuenitur ut notaui ſupra de emptio. & uendit. §. 1. Aliquando autem & ſine re contrahitur emptio, ut in prædicta. l. nec emptio. §. aliquando. ¶ Poſſunt permutari quæcunque poſſunt
3 uendi. † Sed & quædam permutantur quæ non ueneduntur ut eccleſiæ. ut infra eo. c. ad quæſtiones. & .16. q. ult. nemini. Sed opponitur, cum permutationis contractus non ſit gratuitus. ut. ff. eod. titul. l. 2. quomodo in ſpecialibus interuenire poteſt quæ gratis ſunt conferenda. ut. 1. quæſtione. 1. gratia. & q. 7. Daibertum quæ abhorent pactum modum & conditionem. ut. 1. quæſtione. 1. quam pio. infra ut eccl. beneſi. finem diſ. confe. ut noſtrum infra de ſimo. tua. & c. per tuas. Itẽ ſi eccleſiæ permutentur, & alter ex permutantibus agat ex permutatione petendo eccleſiam. petere uidebitur prælaturam ſic. ſed hoc fieri non debet. ut infra de iure patro. per noſtras. Reſpondeo permutatio in ſpiritualibus non ex pacto partium nititur ſed auctoritate ſuperioris totum enim quod geritur in arbitrium ſuperioris confertur. qui ex arbitrio ſuo de rebus permutandis diſponit. & propterea omne uitium aboletur. ut. ff. de his qui no. infami. l. furti. §. quæ iuſſu. & ſupra de præben. & ſupra de pac. cum pridem. ſuperior enim poteſt commutationes rerum facere & perſonarum. ut infra eod. cap. quæſitum. 7. quæ. 1. mutationes. ſcias, omnis quæ. 16 quæ. 1. temporis qualitas. 16. quæ. ulti. ſi quis uult. 74. diſtin. quorundam. Et hæc determinatio colligitur ex illa decre. quæſitum. & infra eod. ca. cum uniuerſorum in uerbo. illo. licet ipſi per ſe de iure non poſſent eccleſiaſtica permu
4 tare. ¶ Poteſt eccleſia † cum eccleſia permutare indẽnitate utriuſque ſeruata, poteſt, & cum principe. ut. 10. quæ. 2. hoc ius porrectum eſt. in uerbo ſed & permutare. & infra eod. c. 1. Poteſt & cum priuato permutare. dummodo utilitas eccleſiæ hoc expoſcat. ut infra eod. c. 2. Quod autem dicit. infra eod. c. mancipia & . c. iuſtum. ſ. quod mancipium eccleſiæ permutari non poteſt cum mancipio priuati niſi ad libertatem. intelligendum eſt de ſeruo eccleſiæ dato & conuerſo facto qui cũ ſit religioſa perſona ſeculari homini ſeruire non debet. quod ſemel deo conſecratum eſt ad humanos actus uel uſus transferri non debet. ut in. c. mancipia. 12. q. 2. nulli liceat. 14. quæſ. 6. comperimus. 19. quæſ. 2. qui ſemel. 12. quæſ. 2. aurum. 10. q. 2. hoc ius. uel intellige quod permutatio mancipiorum de facili fieri non debet. Et eſt ratio illa quæ aſſignantur in ſeruis minorum non uendendis. C. de admi. tut. l. lex quæ tutores & . ff. de fideicommiſ. lib. l. cum quaſi. §. furioſi. Vel forte loquũtur iſtæ dec. quando non expedit eccleſiæ mancipia permutare. Et notandum quod ſicut ſpirituale cum temporali permutari nõ poteſt. ut ſuperius dictum eſt. ſic nec temporale cum ſpeciali, cum permutatio de ſpiritualibus ad tẽporalia improbetur. ut infra eo. c. ul. ¶ In ſumma no
5 tandum eſt. † quod ex ſola conuentione permutationis. re nulla hincinde ſecuta neutri aliqua competit actio. ut. C. eod. ti
6 tul. l. ex placito. † Sed res ſecuta quæritur an ex placito. l. ex conuentione uel ex rei traditione actio detur. Ad quod reſpõdeo. ex pacto ut ex. l. illa ex placito. colligitur manifeſte & probatur hoc idẽ. ff. de pac. l. iuregentiũ. §. 1. ff. de pecu. l. quæſitum. §. is qui. & . l. quotiens. §. ſi ſemel. Datur igitur ex contractu actio. ſed demum re ſecuta. Sicut aliter dicimus ex contractu naſci actionem ſed non ſtatim competere. ut in mutuo. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eod. §. ſi nummos. Sic dicimus in ſocietate. ſic in tutela, ut detur actio ex contra-

contractu. ſed demum ſocietate uel tutela finita ut. ff. de tute & ratio. diſtra. l. ſi tutor reipublicæ. §. ulti. & l. ſed non datur. Sic obtinet in mandtao. ut. ff. de of. procon. & leg. l. obſeruandum. §. ulti. Sic & actio de dote naſcitur quidem ex contractu ſed non datur niſi demum matrimonio ſoluto. ut. C. de repudi. l. 1. ¶ Sed quæritur quid ſi ex una parte res ſi ſecuta. nunquid alteri parti quæ neſciunt pactum dabitur actio. Reſpondeo non ut probatur. C. de pac. l. ſi certis annis. Sed hæc quæſtio uidetur inutilis. ad quid enim dabitur actio ei cui completum eſt quod conuenit. ipſe tamen alteri non compleuit. Sed hæc legalia ſunt nec ulterius proſequor.

## *Summarium*

1 *Feudum quid ſit.*
2 *Feudum unde dictum.*
3 *Res quæ in feudum concedi poſſunt.*
4 *Feudum iterato collatum non dicitur nouum.*
5 *Verbum reddendi, quid importet.*
6 *Decimæ an poßint in feudari laicis.*
7 *Laici decimas poßidere non poßunt.*
8 *Feudum qualiter amittatur.*
9 *Filius an ex delicto patris perdat feudum.*

## ¶DE FEVDIS. Rubr.

DIctum eſt ſupra de quibuſdā modis & contractibus per quos res eccleſiæ alienantur. Sed quia in feudatio eſt modus alienandi idcirco interſeritur iſte tractatus de feudis. ¶ Videamus igitur quid ſit feudum. unde dicatur, quæ res ualeant infeudari. quibus res eccleſiaſticæ, dari poſſunt in feudum. ex quibus cauſis feudatarij perdunt feudum.

1 ¶Feudum † eſt conceptio rei pro homagio facta. ut infra de ſimo. ex diligenti.

2 ¶ Dicitur † autem feudum à fidelitate quam feudatarij ſeu uaſalli dominis ſuis iurare & præſtare tenentur. ut ſupra de

3 iureiur. ueritatis. & infra eam te. † Res feudales, id eſt, quæ conſueuerunt dari in feudum. poſſunt concedi in feudum, quæ autem non ſunt feudales de nouo infeudari non ualent præter quam in quatuor caſibus tres habentur infra eodem. c. ex parte. Quartus infra de donat. per tuas.

4 † Non autem eſt nouum feudum quod iterato confertur. ut infra eo. ex parte, ſicut non eſt nouum ædificium quod ſuſcitatur. ut. ff. de noui oper. nunciat. l. 1. §. ſi quis ædificium infra de iudæis conſuluit. Item aliud eſt infeudare quod non licet. aliud reinfeudare quod licet. ſicut aliud eſt facere & aliud reficere ut. ff. de iti. actu-

5 que priua. l. 3. §. reficere. † quamuis uerbum reddendi & per ſe dandi ſignificationem habeat. ut. ff. de uerbor. ſignificatio. l.

6 uerbum reddendi. ¶ †Sed quæritur an decimæ poſſint laicis infeudum cōcedi. Ad quod reſpondeo non in perpetuum, probatur hoc per multa iura. 10. q. 1. c. ult. infra de deci. prohibemus. 16. q. 7. c. 1. quoniam ſupra de his quæ ſi. à præla. ſine conſenſu. cap. cum in apoſtolica infra de deci. ad & hoc. c. quamuis ad tempus autem non ut titulus ſed ut ſtipendium decimæ perceptio laico poſſet concedi argum. 32. di. ſi uerò iure dominij & poſſeſſionis pe-

7 nes eccleſiam remanente † quia laici decimas poſſidere non poſſunt. ut ſupra de præſcript. cauſam. Ideo uero dixi perpetuum, quia feudatarius perpetuus habet utile domininm ſicut emphyteuta, publicanus & is qui ad non modicum tempns conduxit. ut. ff. ſi ager uectigal. l. 1. & ff. de

8 ſuperficie. l. 1. §. quòd ait. ¶ Amittitur † feudum ſi uaſallus illud alienauerit, uel maiorem partem ipſius, & dominus poteſt illud uendicare à quolibet poſſeſſore. Si uero minorem partem ipſius uaſallus dederit ad libellum uel pignori obligauerit. dummodo in ſeruitio domini remaneat non perdit feudum. ut in lib. feudorum in titu. quibus mod. feud. amitt. §. 2. & 3.

9 †Sed quæritur an ex delicto patris filius perdat feudum. Videtur quod ſic argu. ff. de bonis liber. l. quæritur. C. de quæſtionibus. l. diuo. ff. de iure. patrona l. iura. & l. quæ contra legem. ſed argu. contra. ff. de in ius uo. l. adoptiuum, in fin. ff. de decu. l. 2. §. nullum. ff. de bonis dam.

l. cum

l.cum ratio.§.1.&.2.Sed circa hoc recurrendum eſt ad conſuetudines & conſtitutiones feudorum.

## Summarium

1 *Pignus quid ſit.*
2 *Pignus unde dicitur.*
3 *Pignus an differat ab hypotheca.*
4 *Pignus quot modis contrahatur.*
5 *Pignus generaliter & ſpecialiter contrahitur.*
6 *Pignoris triplex diuiſio.*
7 *Pignori quæ res obligari poſſunt, & quæ non. & num. 10.*
8 *Rem alienam an quis uendere poſſit & an ſint in bonis.*
9 *Seruitutes an poſſit pignori obligari. & ſupra num. 8*
10 *Sacræ res an obligari poſſint.*
11 *Pater ob neceſſitatem famis poteſt uendere filium & obligare.*
12 *Amiſſio pignoris an liberet debitorem.*
13 *Dator pignoris an teneatur ad impenſas in pignore per creditorem factas.*
41 *Res uni pignorata, alteri pignorari non poteſt.*
15 *Creditor integrè ſoluto debito, pignus reddere tenetur.*
16 *Creditor tenetur reddere pignus, non alij obligatum, nec deterioratum.*
17 *Pœna adiecta in contractu pignoris, an faciat illum præſumi uſurarium.*

## ¶DE PIGNORIBVS. Rubrica.

POſt prædictas alienationis ſpecies conſequenter de pignoribus annectamus. ¶ Videamus igitur quid ſit pignus. unde dicatur, qualiter pignoris obligatio contrahatur quæ res pignori obgligari poſſit. ad quid dator. ad quid
1 acceptor pignoris teneatur.¶Pignus † eſt res obligata pro debito quod ad ſecuritatem fit creditoris, quia tutius eſt pignori incumbere. quam in perſonam agere: ut inſtitu. de obligatio. quæ ex delic.naſcũ-
2 tur.§.furti. ¶ † Dicitur autem pignus res propriè mobilis pignori obligata & tradita. à pugno.ſ.quaſi à pugno uel manu tradita.ut.ff. de uerbo. ſignifi.l. plures.§.pignus,in prin. tamen in re immobili traditione rei pignoris obligatio contrahitur.
3 & pignoraticia actio naſcitur. † Vbi autem res nõ tranſit in creditorem dicitur hypotheca.ut.ff.de pig.act.l. ſi rem.¶.propriè, ſed quantum ad hypothecariam actionem nihil refert inter pignus & hypothecam. ſono enim tantum differunt. ut. ff.eod.titul. l.res hypothecæ.§. inter pignus.& inſtit. de.actioni.§. inter pignus.
4 ¶ † Item contrahitur pignus duobus modis.tacitè uel expreſsè. Tacitè ut in rebus miniſtri quæ tacite intelliguntur obligatæ eccleſiæ pro adminiſtratione rerum. ar.13.q.2.illud. ſi bona mariti tacitè obligantur ut.C.in quibus cauſis pig. tac.con l.1.& 2.Sic,& bona tutoris tacitè obligãtur pupillo,ut.C.in quibus cau. pig. taci. con.l.ſi mater.&.ff.eodem.titul.l.ulti.Sic, & bona conductoris inuenta & illata tacite pro penſionibus obligantur ut in quibus cauſis pign.tacite con.l. ſi non inducta.&.l.ulti.&.ff. eod. titul.l. eſt diffe-
5 rentia. † Item contrahitur pignus generaliter & ſpecialiter. Generaliter ut cum quis omnia bona ſua pignori obligauit, quo caſu obligata intelliguntur habita & habenda.ut.C. quæ res pigno. obli. poſſunt l.ulti.Specialiter obligantur ut ager,
6 liber,uel æquus. † Item triplex eſt diuiſio pignoris. quia pignus. aliud conuentionale. aliud prætorium. aliud iudiciale Conuentionale ex ipſo facto nomen ſumpſit.ut.ff.eod.titul.l.1. Prætorium conſtituitur permiſſionem in poſſeſſionem. ut. ff.depigno. act.l.non eſt mirum.§. ſciendum. Eſt autem prætorium pignus ſi fiat ex ea cauſa quam prætor fieri iubet. puta ut caueatur pro legatis, uel de damno infecto, uel de opere demoliendo in noui operis nunciatione. Iudiciale pignus eſt ut cum iudex iubet mitti in poſſeſſionem. uel ſententiam diffinitiuam executioni demandat. tunc primò capiuntur mobilia poſt modum immobilia. demum peruenit ad nomina.ut.ff.de re iudi. l.à diuo Pio. Aliquando iudiciale dicitur præto-

prætorium et econuerſo prætorium iu-
diciale . quia utrumque a iudice conſtitui
tur.ut.C. de præto pig.l.2. ¶Pignori ob-
7 ligari poſſunt † quæcunque uendi poſſunt
quæ autem uendi non poſſunt nec pigno-
ri dari poſſunt ut. ff. quæ res pigno. obli-
ga.non poſ.l.1.§.ulti. Quædam tamen uē
di poſſunt quæ pignori dari non poſſunt
8 † nam rem alienam quem uendere poſſe
nulla dubitatio eſt.ut.ff.de cōtrahē. emp.
et uen.l. rem alienam , ſed obligare non
poſſumus,niſi ea quæ de bonis noſtris ob
noxia facimus . ut . C. quæ res pigno.
obliga.poſ.l. qui filios . Ratio diuerſita-
tis hæc eſt . quia in uenditione hoc agi-
tur ut res tradatur,et uenditor de euictio-
ne obligetur. ut. ff. de act. emp. et uen.l.
exempto . in 1. reſponſo . §. inde Nera-
cius . Sed in pignore hæc agitur ut ius in
re conſtituatur. unde pignoris conuentio
in rem parit actionem creditori. ut.ff.eo-
dem titu. l. pignori . Et quod dixi rem
alienam uendi poſse uerum eſt immobi-
lem . Si enim mobilis res aliena uenda-
tur furtum committitur . et ideo nec em-
ptio nec uenditio contrahitur. ut. ff. de
contrahen.emp. et uendi.l.ſi in emptio-
ne. et inſti. de uſuca. §. unde in rebus .
Item obligari poſsunt , res præſentes
et futuræ . ut fructus pendentes, par-
tus ancillæ . fœtus pecorum , et ea quę
naſcuntur. ff. eodē titu.l.& quæ nondum .
Item res corporales & incorporales . ut
cautiones & nomina. ut.ff.eo. titu.l. cum
uenit. Item ſeruitutes perſonales & uſus
& fructus.ut.ff. eodem titu.l.ſi is.§. uſufru
ctus Item ſeruitutes prædiales & ruſticæ
ut. ff. eodem titu.l. ſed an uiæ . Iura ue-
ro prædiorum urbanorum pignori dari
non poſſunt in l.is.§. ulti. Ratio diuerſita
tis eſt ne ex uarietate uſus & utentium
ædificia deſtruantur & inutilia fiant .
9 ¶ † Sed opponitur contra id quod dixi
ſeruitutes ruſticas poſſe pignori obliga-
ri , nam ſeruitutes nec in bonis noſtris
ſunt , nec extra bona . ut . ff. de uſufruc.
lega. l. 1. et ideo obligari non poſſunt .
ut . C. quæ res pigno. obli. poſ. l. qui fi-
lios.et. ff. de pigno. l. et quæ nondū ſunt
§. quod dicitur. Ad quod reſpondeo. ſer-
uitutes dicuntur nō eſſe in bonis.quia nō
per ſe ſubſiſtunt. ſed corporibus accedūt,
unde dici poſſunt non per ſe in bonis eſſe
ſed cum his quibus accedunt. Vel dicun-
tur non eſſe in bonis, quia res ſua nemini
ſeruit. Vel dici poſſet quòd obligatur cō-
moditas ſeruitutum urbanorum , ſicut in
ruſticis hoc contingit . ſecundum liceat
creditori ire & agere . ut in.l. ſed an uiæ.
10 ¶Res ſacræ † obligari non poſſunt ut ua-
ſa ſacra & ornamenta ut. C. de ſacroſan.
eccl.l.ſancimus nemini niſi eccleſia ſuper
flua uaſa habeat & debitum urgeat.ut 10.
q.2.in auth. hoc ius. uel niſi in alijs cauſis
neceſſarij in quibus res eccleſiæ alienari
poſſunt . ut 12. q.2.aurum , & nota ſupra
de rebus eccle. non alienan.§. excipiun-
tur. Sed nec eccleſiæ poſſunt pignori ob-
ligari.ut in auten.de alie. emphyt.§.quo-
niam. Item liberi hominis obligatio nul
la eſt, quia contraria eſt libertati & natu
ræ ut rnfra eo.ca.2.C. de actio.& ob.l. ob
es.C.quæ res pigno. obli. poſ.l. qui filios
in auth.ut nulli iudi.§. quia uero,In caſi-
bus tamen tenet obligatio liberi . homi-
nis, ut in redempto ab hoſtibus ut.C. de
capel.& poſtli. re.l.ulti. &.ff. de leg. 1. l.
11 ſenatus.§ ulti.† Item ob neceſſitatem fa
mis pater filium obligare poteſt . nam &
uendere poteſt.ut. C. de partibus qui fili.
diſtra.l.2.Item libera perſona conſentiēs
poni poteſt in obſtagio. ut ſupra de iure-
iur. ex reſcripto. 23. q. ulti. ut pridem.ff.
qui teſta. fa. poſ. l. obſides , ff. de iure fi-
ſci.l. diuus . Verè tamen non tenet obli-
gatio pignoris in libero homine ut ius
conſtituatur in rem præterquam in caſi-
bus præmiſſis ſed detinetur homo quali-
tercunq; ut fiat quod conuenit.Vel dic ꝙ
liber homo non poteſt obligari pro pecu
nia. ſed pro pacto ineundæ pacis uel con
ſimili ſic. Prima tamen reſponſio compe
tit ad decre.illam ex reſcripto. ¶Tenetur
12 dator pignoris † nihilominus ſoluere de
bitū. ſi pignus perijt abſq; culpa credito-
ris. ut inſti.quibus mo.re. con.ob. §.ul.ni
ſi actū ſit ꝙ amiſſio pignoris liberet debi
torē.ut.C.de pig.actio.l.qui fortuitis. Itē
13 † impenſas

13 † impenſas in pignore à creditore bona
fide factas reddere debet niſi fuerint im-
moderatæ.ut.ff. de pigno.acti. l. ſi ſeruos.
14 † Sed & rẽ uni pignoratam alteri pigno-
rare non debet. alioquin ſtellionatus cri-
mine poterit accuſari ut.C.de crimine ſtel
lionatus l.1.& ul.niſi res ſit talis quòd utri
que ſufficiat ut.ff.de pign.ac.l.ſi quis in pi
gnore.§. ulti. Item ſi debitor ſcias rẽ alie
nam abſque domini uoluntate obliga-
uerit.uel obligatam ſubripuit crimini ſtel
lionatus ſubiectus erit . ut . C. de crimine
15 ſtellio.l. 2. & ff. eo. ti.l.3.† Creditor autẽ
integrè ſoluto debito pignus reddere te-
netur.ut.C. de luitio pigno.l.ul.Ideo au-
tem dixi integrè.quia debito pro parte ſo
luto pro reliqua parte totum pignus rema
net obligatum.ut.C. de diſtra. pign.l.quã
16 diu . † Item tenetur reddere pignus non
alij obligatum nec deterioratum.ut.ff. de
pigno. actio.l. ſi cum. l. uenit. &.l. credi-
17 tor.¶Illud†in ſumma notandum eſt quòd
aliquando colore quæſito in fraudem iu-
ris canonici quod uſuras reprobat & re
petitioni fauet tranſitur de contractu pi-
gnoris ad cõtractum emptionis qđ ex for
ma contractus & ex qualitate conuincitur
creditoris . ut infra eo. titu. illud & ſupra
de emp. & uen. ad noſtram. ſicut præſumi
tur contractus uſurarius in quo pœna adij
citur quæ legitimum modũ uſurarum ex-
cedit.ut.ff. de act. emp.& uen.l. Iulianus.
§. ibidem. ff. de pig. act. l. uel uniuerſorũ.
ff. de uſuris.l. qui ſemiſſes. ff. ad Macedo.
l.ſed Iulianus.§.quod dicitur.ff. de leg. 3.
l.nummis, C. de epiſcop. audien.l. nemo
deinceps.

## *Summarium*

1 *Fideiuſſor quis ſit ſit.*
2 *Fideiuſſor differt à conſtitutore & manda-
tore.*
3 *Fideiubere qui poſsint.*
4 *Fideiuſſor accedit omni obligationi ciuili &
naturali.*
5 *Fideiuſſor ad quid teneatur.*
6 *Exceptiones quæcunque rei cohærentes com-
petentes principali competunt & fide-
iuſſori.*
7 *Fideiuſſor quibus modis agat contra principa
lem debitorem.*

## ¶DE FIDEIVSSORIBVS. Rubrica.

TRactauimus ſuperiori titulo quali-
ter res pro debito pignorentur.
Nunc uideamus de perſonis quæ
pro alieno debito obligantur.unde ſubij-
citur hic. Rubrica de fideiuſſo. ¶Videa-
mus igitur quid ſit fideiuſſor, quis poſſit ſi
deiubere . pro quoad quid teneatur fide-
iuſſor, ad quid is pro quo fideiuſſit. ¶Fi-
1 deiuſſor † eſt qui alterius obligationem
in ſuam fidem ſuſcepit . ¶Eſt autem fide-
iuſſoris nomen generale ut contineat mã
2 datorem & conſtitutorem. ¶†Differt au-
tem fideiuſſor a conſtitutore & mandato
re, quia mandato præcedit . conſtitutor
ſubſequitur obligationem . fideiuſſor &
præcedere & ſubſequi poteſt ut inſti.de ſi
deiuſſore. &.ff. de iudi.l.non quemadmo
dũ . Vnde hic tractatur de fideiuſſore qui
per ſtipulationem pro alio obligatur ni-
hilominus ipſo obligato remanente. ¶Si
enim pro titio debitore tuo apud te Re-
ſpondeo. fideiuſſor ero . Si uerò mandem
tibi ut titio credas mandator ero. ¶Sed
ſi obligationem a te in me transferam et
me pro te liberando conſtituo debitorẽ.
conſtitutor ero . & actione de conſtituta
potero conueniri.ut C. de conſti. pecu.l.
3 1. Fideiubere † poſſunt omnes qui poſ-
ſunt obligari. Fallit in militibus ut.C. lo
ca & conduc.l.milites.In clericis ut in au
ten.de ſanctiſ. epiſ.§. alium. Et in mulie-
ribus.ut.C.et. ff. ad Vell. per totũ.33. q.
5. mulier eſt. Quod autem de clericis di
ctum eſt per autẽ.idem obtinet et per ca-
nones. ut 11. q. 1. et quidem et c.ſicut. Si
tamen fideiuſſerint obligantur ut infra e.
c.peruenit. et ca.conſtitutus. Monachus
autem fideiubere non poteſt, niſi de man
dato abbatis uel conuentus ut infra eo.c.
quod quibuſdam.et ſi fideiuſſerit nulla eſt
obligatio . Clerici tamen uicario, modo
inter ſe fideiubere debent deſiſtendo in
iudicio.ut. C. de epiſ. et cle. l. omnes. §.
hoc

4 hoc nihilominus. ¶Omni autem † obligationi fideiuſſor accedit ciuili, & naturali, ut. ff. eodem titulo l. fideiuſſor obligari. §. ſi fideiuſsor accipi poteſt. Vnde ſi quis pro pupillo ſine tutoris autoritate obligato prodigo, uel furioſo fideiuſſerit, efficaciter tenetur, ut ff. eo. tit. l. marcellus, & l. ubicunque quamuis reus exigi non poſsit. qui naturaliter remanet obligatus. Nec obſtat quòd alibi dicitur fideiuſſorem non poſſe in plus obligari quam principalis ſit obligatus. Eſt enim acceſſoria obligatio, & plus non debet eſſe in acceſsione quàm in principali, ut inſti. eod. titu §. fideiuſsores. Plus enim quatuor modis dicitur, ut ſuprà de plus pen. c. uno. inſti. eo. titu. §. plus quorum nullus aptari poteſt ad id quod præmiſi. Et quod dixi fideiuſsorem obligatum pro pupillo ſine tutoris auctoritate teneri locum habet ubi pupilli obligatio ex re uenit. puta impédi in rem communem mihi & pupillo. uel pupillus damnum dedit in re cómuni. ut. ff. de actio. & obli. l. furioſus. Alias contra. ut. ff. eodem ti. l. ſi à reo. §. ſi a furioſus. Si uerò nulla ſit obligatio principalis. nulla eſt acceſſoria. ut. ff. eo. ti. l. qui contra. & l. cum lex. & l. ſi quis

5 poſtquam. ¶Fideiuſſor † tenetur ad id quod tenetur principalis, nec enim fideiuſſor in duriorē cauſam obligari poteſt quàm principalis. ut. ff. eo. l. obligari. §. qui certo loco. Et eſt ſciendum quòd ſecundum uetera iura in poteſtate creditoris erat à quo exigere mallet. a reo uel a fideiuſſore. ut. C. eo. ti. l. iure. Hodie autem non licet exigere a fideiuſſore præſente reo & exiſtēte ſoluendo in toto uel in parte. Sed & ſi abſens fuerit dabitur certum tēpus infra quod fideiuſſor deducat reum primo conueniendum ipſo fideiuſſore in ſubſidium reſeruato. ut. C. eo. ti. in auten. præſente. Et ſi plures ſint fideiuſſores quilibet tenetur inſolidum. ut inſti. eod ti. §. ſi plures. niſi actor diuidat actionem ſuam agēs contra unum pro parte. ut. C. eod. ti. l. liberum. Secus ſi eligat unum ex pluribus agendo contra eum & inſolidum & non exigat. nam nihilominus alij inſolidum tenentur ut. C. eo. ti. l. reos. Sed cum plures fideiuſſores inſolidum tenentur habēt beneficium nouæ cóſtitutionis per quam diuidenda eſt actio inter eos, ut. C. de duobus reis. in auté. hoc ita, uel epiſtolæ diui Adriani qui eſt. C. de conſti. pecunia l. ul. quod locú habet niſi beneficio diuidendæ actionis fuerit renunciatum, nam tunc pactum ſeruabitur. ut. C. de pac. l. pacta. & l. ulti. & ſupra de pac. c. 1. Et quod dixi plures fideiuſſores teneri inſolidum uidetur locum habere cum a principio ſpecialiter hoc actum eſt, ut dicit auct. præalle. hoc ita. Vel forte auten. loquitur in duobus reis tantum. ſicut & iure ueteri cautum erat. ut. ff. de duobus re. l. reos. §. ulti. non autem loquitur in fideiuſsoribus quorú quilibet debet inſolidum teneri. ſicut & principalis, pro quo quilibet intercedit etiam expreſſe hoc non agitur ut quilibet inſolidum teneatur. Et tenetur fideiuſsor in omnem cauſam. ſiue hoc agatur expræſſe ſiue ſimpliciter fideiubeat ut cum unus dicit fideiubeo pro illo. nam in omnem cám fideiubere uidetur. ut. ff. e. ti. l. ſi quis pro. eo. §. ſi nummos. & l. amiſſi. §. fideiuſsores. & l. ſi ut proponis. & l. ſi ita ſtipulatus, & ff. ut leg. no. l. 1. §. belliſſime. & ff. loca. & condu. l. quæro. Cæterum ſi expreſſe agatur de ſorte de uſuris autem nihil dicatur. non uidebitur fideiuſsor obligatus in uſuris, quia in maiori quantitate quam actum ſit obligari non debet. ut. ff. de fideiuſ. l. ſi in pignore. ſed & ſi fideiuſsor qui in omnem cauſam uel qui ſimpliciter fideiuſſit obligetur ut dictum eſt. habet tamen exceptionem quo ad uſuras quæ indebitæ ſunt de iure canonico ut ſu

6 pra de iureiuran. debitores † Et quæcunque exceptiones rei coherentes competunt principali & fideiuſsori competunt. ut. ff. de. except. l. exceptiones. §. rei. ¶In

7 ſumma † notandum eſt quòd fideiuſsor agit in quattuor caſibus contra principalem debitorem. Primus eſt ſi diu ſtetit in obligatione ut. ff. manda. l. Lucius. Secúdus ſi reus dilapidat bona ſua. Tertius ſi fideiuſsor condemnatus eſt debitori. Et

hij tres caſus ponuntur infra eod cap.ult. Quartus ſi hoc conuenit à principio. ut. C. mand. l. ſi pro ea. Sed contra fideiuſſorem fideiuſſor agere non poteſt niſi ei a creditore actio cedatur. ut.ff. eodem ti. ut.l. ut fideiuſſor. Eſt autem faciēda ceſſio ante ſolutionem poſtea enim cedi nō poterit niſi ante ſolutionem hoc actum fuerit ut cedatur. ut. ff. de ſolu.l. Modeſtinus.

## Summarium

1 *Solutio quod ſit.*
2 *Solutionis quot ſpecies ſint.*
3 *Solutio cui fieri debeat.*
4 *Creditor inuitum, debitorem liberare poteſt.*
5 *Solutionis quis ſit effectus.*

### ¶DE SOLVTIONIBVS. Rubrica.

QVIA ſolutione eius quod debetur tollitur obligatio. ut inſtitu. qui mo tol. obliga. Ideo poſt tractatum de obligationibus, competenter ſequitur de ſolutionibus. & ideo ponitur hic rub. de ſol. ¶Videamus igitur quid ſit ſolutio, quot eius ſpecies, quis ſoluere poſſit, & cui, & quis ſit ſolutionis effectus.
1 ¶Solutio † eſt eius quod debetur redditio. ut colligitur hæc deſcriptio, inſti.qui mo. tol.ob in prin. Vel large ſumpto uocabulo ſolutionis. Solutio eſt ab obligatione liberatio. Liberatio inquam quocunque modo facta magiſque ad ſubſtantiam obligationis refertur quam ad nummorum ſolutionem.ut.ff.eo. ti.l. ſolutionis.¶Duæ
2 ſunt ſpecies ſolutionis † alia ciuilis alia naturalis.ſiue alia uera alia imaginaria.naturalia ſiue uera ſit per redditionem eius quod debetur. Ciuilis ſiuæ imaginaria fit multis modis. per nouationem, delegationem acceptilationem & compenſationē. de quibus omnibus in ſuis ſpecialibus rubricis tractatur & tangitur.C.eo.ti.l.ſi obligatum &.l. eius quantitatis.Item per cōfuſionem ſeu ſucceſſionem, ut ſi creditor debitori ſuccedat uel econuerſo. ut. ff. ad le.Fal.l.1.§. ſi debitor. ff. de fideiuſ.l. Stichum. §. a Ticio.& l. Vranius.& ff. de ſolu.l.Stichum.§.a Ticio.Item per oblationem, depoſitionem & conſignationem ut C. eo.ti.l. obſignationem. & ff. depoſi ti.l.1.§.ſi pecuniam.in fi.Item per fructuū perceptionem. ut ſup. de pig. cum contra g.& C. de pig. ac.l.1. &.2.& infra de uſu. ca. 1. Item per pactum de non petendo. ¶Soluere debet debitor principalis qui ſi fuerit compos & maior tollitur omnis obligatio principalis & acceſſoria. nam ſi pupillus uel adultus tutorem uel curatorem habens ſine tutoris uel curatoris auctoritate ſoluat, liberatio non contingit niſi pecunia ſit conſumpta.ut.ff.eod ti. l. quod ſi forte.§. ul. Ideo autem dixi curatorē habens. quia ſi curatorem non habeat ſecus. ut.C. de in inte. reſti. mi. l. ſi curatorem. Item hæres debitoris ſoluere debet.Item fideiuſſor & eius hæres. ut. ff. de fideiuſ.l. poteſt.§.j.Sic & prelatus ſoluere debet debitum ſui prædeceſſoris pro eccleſiæ utilitate contracta ut infra eo.c.1.alias enim contractus eſſet inualidus ut 10.q.2. in auten.hoc ius porrectum eſt.12.q.2.ſine exceptione.qui reſcindi poſſet per inte. reſt. ut ſupra de in inte.reſ. requi. Quippe prælatus ſui prædeceſſoris quaſi hæres uidetur.ut 23.q.8. conuenior.40.di.c.1 Vt tamen caueāt prælati pro alienis debitis eccleſias obligare ut infra e.ca. ſi quorundā. Sed quilibet extraneus pro debitore ſoluere poteſt. & ſoluendo ignorātē liberat & inbitum.ut.ff.e.ti.l. ſoluere.ff.de nego.ge. l.ſoluendo. Sunt autem quidam qui ſoluere tenentur. nec ſunt tamen quo ad debitum obligati. ut tutores, curatores, et alij adminiſtrationem habentes. ut. ff. de admi.tu.l quoties.§. ſicut autem.¶Soluen
3 dum eſt † ei cui debetur. uel adiecto in ſtipulatione.ut ff.eo.ti.l.quod ſtipulatus.et. l. ſequenti. Item ſeruo creditoris.ut.ff.eo. ti.l.ſi quis ſeruo.et.l. ſeruus pecuniam.et. l.quod ſeruus. Procuratori autem litis nō ſoluitur.ut.ff. eo. ti.l. hoc iure. Si uero inuito et ignorante creditore alteri ſoluatur

non liberatur debitor ut ſupra de iureiu. cauſa te. C. de ſolu.l. inuito.&. ff. eo.ti.l. ſi alieni.Niſi alter eſſet ſocius ut.ff.de pac. l. ſi unus. Niſi ſit procurator cuius ignoratur reuocatum eſſe mādatum.ut.ff.ſi cer. pe. l. eius.ff. de ſoluti.l. uero.Cuicunque autem ſoluatur uoluntate creditoris contingit liberatio .ut.C. eo. ti.l. nihil. ¶Il-
4 lud in ſumma notabitur. † ꝙ creditor inuitum debitorem liberare poteſt. ut.ff.eo. ti.l.ſi debitor. Sed inſtrumenti redditio uel cancellatio niſi de uoluntate creditoris fiat non liberat debitorem. ut.C. eod. ti. l. quod debitori.ff. de proba. l. ſi chirographum. Qui autem ſolutionem allegat probare debet. quo facto chirographum condicere poteſt ut.C. eo.ti.l.ul.Item omnis ſatisfactio pro ſolutione habetur ut.ff. eod. tit.l. ſatisfactio. dummodo uoluntas creditoris accedat.ut.ff.de pig. ac.l.ſi quis rem alienam.§. omnis. Aliquando tamen cogitur creditor aliud pro alio recipere.ut C. eo.ti. in auten. niſi debitor. ff. de le.1. l.ſi domus.§. qui cōfitetur.ff.de au.& arg. le.1. in fi. Item in noxali actione. ut.ff. de re iudi.l. miles.§.1.& 2. ¶Effectus ſolutio
5 nis † eſt ut omnis obligatio tollatur principalis & fideiuſſoria. ut inſti. qui mo. tol. ob.in prin. Item naturalis obligatio ut.ff. eodem ti.l. ſi pupillus.

## *Summarium*

1 *Donatio quid ſit.*
2 *Actio de euictione locum non habet indonatione.*
3 *Donatio unde dicatur.*
4 *Donationum quot ſpecies ſint.*
5 *Donare qui prohibeantur.*
6 *Donari quæ res poſſint.*
7 *Donatio an ſcripturam requirat ſeu inſinuationem.*
8 *Donatio qualiter perficiatur.*
9 *Donator ad quid teneatur.*
10 *Donatio quibus ex cauſis reuocetur & quæ donationes reuocari poſſunt numero 11. & 12.*

## ¶DE DONATIONIBVS.
### Rubrica.

TRactauimus ſupra de his quæ alienantur non gratuito titulo. Nunc uideamus de his quæ gratis in aliū transferūtur. unde ponitur hic rubrica de donationibus. ¶Videamus igitur quid ſit donatio. unde dicatur. quot eius ſpecies. quis donare poſſit.& quid quæ donatio requirat ſcripturam qualiter perficiatur ad quid teneatur donator. & ex quibus cauſis
1 donatio reuocetur. ¶Donatio † eſt mera liberalitas quæ nullo cogente conceditur ut.ff.eo.ti.l. donari.ſola autem ciuilis obligatio præcedens non impedit donationē eo ꝙ illa non eſt efficax ad agendū uel retinendum ſeu etiam conſtituendum ut. ff. de conſtitu. pecu.l.3.§.1.ſed naturalis ſic. quæ ſufficit ad conſtituendum. ut. ff.de cō ſti. pe.l.1.§. debitum. & probatur.ff.de dona.l.hoc iure.§.ul.Mera ideo dicitur quia ſi ex neceſſitate, nō eſt donatio.in neceſſitatibus enim nemo liberalis exiſtit.ut.ff. de admi.le.l. rem legatā. Et propterea beneficiorum cōceſſiones qui a prælatis fiūt nō ſunt donationes.quia potius ex neceſſitate quā ex uolūtate procedūt. Nā tales donatores de euictione tenentur. ut ſi contulerint quod non poſſint, cōferant quod colatum teneat ut ſupra de præben. inter
2 cætera 7.q.1. præſentiū. † In meris autem donationibus actio de euictione locū non habet ut. ff. de ædi. edi. l. ad res donatas
3 ¶ † Dicitur autem donatio a dono quaſi doni datio. ut. ff. de dona. cauſa mortis.
4 l. ſenatus. §.1. ¶Donationum † autem duæ ſunt ſpecies, alia ſimplex. alia ob cauſam. Simplex quæ cauſam non habet. Ob cauſam ut pote donatio cauſa mortis, donatio propter nuptias. Item donationū alia inter uiuos.alia cā mortis. Donatio inter uiuos quando rē quā dono malo illū habere cui dono quam me. Donatio cauſa mortis eſt quando rem quam dono malo me habere ꝙ illū cui dono.ſed magis illū quā heredem meum.ut.ff.de do.cā mor.l.
5 1. ¶ Donare † non poteſt monachus uel

conuerſus quia nihil habet ut 54.diſt.ab bati.nec abbas ſeruum eccleſiæ quia in illa donationis ſpem neceſſaria eſt compenſatio ſcilicet ut dentur eccleſiæ duo ſerui eiuſdem meriti & peculij ut 12.q.2. epiſcopus qui mancipium. Alias autẽ res cum conſenſu capituli uel ſolus donare poteſt ſed cum ſolus donat donatæ rei quantitas & illius terræ conſuetudo diligentius eſt attendenda,& ſecundum hoc donum eſt ratum uel irritum iudicandum ut infra eo.cæterum.Item donare non poteſt minor 25.annis ut.C. ſi maior fac. alie.ra.ha.l ulti.furioſus prodigus & is cui bonis interdictum eſt,ut.ff.eo.ti.l.Modeſtinus.ff.de cu.fu.l.Iulianus.ff.de uer. obl. l.is cui. Itẽ is cui interdicta eſt alienatio ut quia commiſit crimen læſæ maieſtatis uel eſt hæreticus.C.ad le. Iul.ma.l.ult.& C.de hære.& mani.l. manicheus.6.q.1.§. uerum infra de hære.ad abolendam.&.c. uergentis.In aliis criminibus donare non poteſt quis poſt ſententiam.ut.ff.eo.tit.l. poſt tractatum &.l.donationes.§.ul.Item donare non poteſt ſeruus nec filiusfamilias.ut.ff.eo.ti.l.filius. Nec pupillus ſine auctoritate tutoris.ut.ff.de acqu.re. do.l.
6 pupillus.¶Donari† non poteſt quod in alterius dominium transferri non ualet ut ff.eo.ti.l.in ædibus.§.ult.Donari non poteſt à prælato ſine conſenſu capituli. ut infra eod.c. fraternitatem. &.c. paſtoralis.niſi ſit res modica ut ſuperius dictũ eſt & præter quinquageſimam & centeſimã. ut ſupra de his quæ fiunt à præla.ſine cõſenſu cap.c.paſtoralis. & de hoc plenius nota.eod.ti.§.in ſumma. Item nõ poſſunt donari aliqua in enormem eccleſiæ læſionem.ut infra eo c.fraternitatem.Sed quid ſi plures & modicas donationes grauiter lædatur eccleſia tamen nulla illarum per ſe allatura ſit detrimentum.Dixerunt quidam omnes donationes reuocari debere ar.ff.de iure pa.l.ſi libertus. Sed circa hãc quæſtionem dicas quod not. ſupra de his quæ fiunt à præla.ſine con.ca.in fi. ¶Re-
7 quirit † ſcripturam illa donatio quæ excedit ſummam quingentorum aureorum. ut.C.de dona.l. pe. & ul. Vocatur autem hæc ſcriptura inſinuatio. quæ ſi fiat in actis non eſt neceſſarium adhibere teſtes. Nam ſuperfluum eſt adhibere teſtes cum publica munimenta ſufficiant. ut.C.eo.titu.l.in donationibus. Aliæ uerò donationes quæ infra prædicta quantitatem ſubſiſtunt ſine ſcriptura fieri poſſunt.ut. C. eodem.tit.l.1.in extraneos.Sed donationes quæ fiunt à principe in priuatũ cuiuſcunque ſint quantitatis ualent ſine ſcriptura.ut.C.eo.ti.l.ſancimus. .1.Et è conuerſo quæ fiunt à priuato in principem ut.C.eod.titu.in auct.ibi ſignato quod incipit. item & à priuatis. Itẽ cum donatur pijs locis in quibus optima menſura eſt rerum donatarum immenſitas ut in auc. de.non alien. aut permu.re.eccle.§. ſi nimis col.2.Item ſponſalitia largitas inſinuationem non deſiderat. ut.C.de dona. ante nup.in auc. eo decurſum.Item & cũ creditor futuri temporis remittit uſuras. ut.C.eod.titu.l.Modeſtinus. ¶Perficitur
8 donatio † nudis uerbis. ut inſtitut. eodem titu.§.perficiuntur. conſenſu tamen donatoris & donatarij interueniente. alias ſecus ut.ff.de actio. & obligatio.l. obligationum ſubſtantia. quia nuda ratio ſcilicet non concurrente conſenſu alterius non facit aliquem debitorem. ut.ff.eod.
9 titu.l.nuda. ¶†Tenetur donator ad rem tradendam. ut inſti.eo.tit.§.perficiuntur. C.eo.ti.l.ſi quis argentum.§.ult. Et ſi res euincantur non tenetur donator de euictione.ut.ff.eod.tit.l.Ariſto.niſi ex pacto conuenerit.ut.C.eo.t.l.2.uel niſi donatio à promiſſione incepit.ut.ff.de uerb.obl.l. ubi autẽ non apparet.§.ulti. Item tenetur donator inquantum facere poſſit, id eſt, habita ratione ſui ne egeat ut.ff.de re iu. l.ſunt qui &.l.inter eos &.l.Neſenius. & ne liberalitate.&.ff.de re. iur.l.in condẽ-
10 natione.¶Reuocantur † donationes multis ex cauſis propter conditionem in donatione adiectam. ut infra de conditio. ap.uerum. Propter pacti turpitudinem. ut infra de ſimo. de hoc autẽ. &.c. audiuimus &.c.ueniens. Propter dati enormitatem ut 12.quæſtio.2.ſi quis iraſcitur. Propter ſuſcipientium fraudem. ut 16.

quæſtio.ulti.conſtituit. Propter ſuperue-
nientem filiorum natiuitatem . ut 17. q.
ulti.quicunque . Propter, dantis impoten
tiam. ut 17.q.ult.quæſti.Propter cauſæ de
fectum . ut & de cle.coniuga. quòd te cũ
Inimicis. Item reuocatur aliquando do-
natio quatenus exceſſit . ut 12.quæſt 2. ſi
quos de ſeruis. ut.C.eod.titu.l. ſancimus.
Item propter ingratitudiuem . ut infra
eodem c.ult.Item ſi quis impugnet eum
à quo beneficium habet perdit beneficiũ.
ut ſupra de poſtu.c.ulti.infra de reuo.do-
na.l.generaliter.Sic perditur feudum . ut
96.diſt.ſi imperator. & legatum. ut.ff. de
in offi.teſtam.l.Papinianus.§.meminiſſe .
Sic reuocatur in ſeruitutem qui patronũ
impugnat . ut.C. de obſe. patro. præſ.l.ſi
manumiſſori.12.q.2.liberti.&.c. octauo .
11 ¶ Sunt & † quædam cauſę ciuiles propter
quas donatio reuocatur.ut donatio facta
liberto quæ ſola ratione non præſtiti ob-
ſequij reuocatur . Et quod magis eſt mi-
rabile etiam res empta ex pecunia dona-
ta.ut.C.de reuo.do.l.1.ex hac tamen cau
ſa non reuocatur libertas ut. C. de libe.
cauſa.l.ſolo . Item reuocatur donatio fa-
cta libertis tota propter liberos poſteà
à patrono ſuſceptos.ut.C.de reuo.do.l.ſi
unquam,aliàs non reuocatur tota . ut.C.
de in offic.do.l. ſi totas . ¶ Donationes
12 † uero in filium emancipatum factæ re-
uocantur ex quinque cauſis ingratitudi-
nis.Quatuor continetur infra eod.c. ulti.
adde & quintam per.l.C.reuocan.do.l. ul
ti.ſcilicet ſi non compleantur conuentio-
nes adiecto . Sed mater quæ filio dona-
uit & poſt modum ad ſecundas nuptias
tranſiuit . ex his quinque cauſis donatio-
nem reuocare non poteſt . ut.C. de reuo.
do.l.his quæ.Sed ex tribus.ſ.ſi filius uitæ
matris inſidietur,manum in eam inferat ,
totius ſubſtantiæ molliatur iacturam. ut
in auté.ſuper.l.illa ſignato. quod incipit.
ſed poſtquam. Ceterum ſi in extraneum
donatio conferatur poterit ex quinque
cauſis ſuperioribus reuocari. ut.C. de re-
uoc. dona.l.ulti.inſti.eod. ti.§.aliæ.

## *Summarium*

1 *Peculium quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Peculij duæ ſunt ſpecies.*
3 *Clerici an poßit habere peculium.*
4 *Clerici an de peculio teſtari poßint.*
5 *Clerico relictum an præſumatur intuitu eccleſiæ uel perſonæ.*
6 *Clericus qui in terra eccleſiæ uineam fecit uel agellum, illud pretium in ſuo peculio uſque ad ſuum obitum retinet.*

## ¶ DE PECVLIO CLERICORUM. Rubrica.

DIximus in ſuperiori titulo de do-
nationibus . Sed quoniam cleri-
ci ex ſuo peculio donationes fa-
cere poſſunt . ideo ſubſequenter ſubijci-
tur hic rubr.de peculio clericorum.¶ Vi-
deamus igitur quid ſit peculium unde di-
catur.quæ ſit eius ſpecies . quibus cleri-
cis liceat habere peculium. & quid de ip-
1 ſo facere poſſunt. ¶ Peculium † clerico-
rum eſt patrimonium clericorum . Nam
peculium patrimonium appellatur. ut.ff.
ad Trebel.l. cogi. in prin. Stricto tamen
modo & uſualiter peculium dici ſolet fi-
liorum. & ſeruorum quod pater filio &
dominus ſeruo cõcedit. ut.ff.de pecu. per
totũ.¶Dicitur aũt peculium à pecunia to
tum.n.quod hoĩes habẽt pecunia appella
tur pecunia uero à pecorib.quia quicquid
antiqui habebãt in pecoribus cõſiſtebat.
ut.1.q.3. per totum. ¶ Peculij duæ ſunt
2 ſpecies. † aliud enim profecticium aliud
aduentitium . Profecticiũ quod proficiſci
tur ex bonis patris . Aduentitium quod
quæritur aliunde . Sic & in clericis dici
poteſt ut peculium profecticium ſit quod
de bonis eccleſiæ procedit. uel quod ec-
cleſiæ contemplatione acquiritur.Aduen
titum quod acquiritur ex opera, uel alias
prouenit intuitu perſonæ nec diſtingui-
tur ut in tit. proxi.requiſiſti.¶ Poſſunt ha
3 bere†clerici propriapaternæ uel mater-
næ ſucceſſionis uel iure cognationis uſ-
que ad quartum gradum . ut.C. de epiſc.
& cle. in auté.licentiam & in auten.de ec
cleſiaſti

cleſiaſti.titu.§.interdicimus,col.9. Vel ex artificio ſuo.ut infra ti.prox.quia uos.&.c. relatum,in fi.91.di.clericus.nā & apoſtolus arte & manibus uictum quærebat.ut. 10.q.3.cauendum in fi. Vnde idem dixit. ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ. ut. 21.q.1.c.1.in fi. Et hoc uerum eſt niſi aliqui renunciauerunt proprijs ut monachi. canonici regulares & conuerſi profeſſi.ut infra de ſtatu mo.monachi.& c. cū ad monaſterium ſubiacen.12.q.1.nolo.&.c.non dicatis. infra de priuil. cum & plantare.§. de confratribus &.c. cū priuilegia. &.27. q.1.ut lex.& idem dico in omnibus religioſis qui ſe ad abdicationē proprietatis aſtringunt. poſſunt tamen religioſi habere peculium quibus fuerit ab abbatibus ſeu prioribus permiſſum ut in decre.cum
4 ad monaſterium.§. qui uero. † ¶ Clerici de peculio aduenticio teſtari poſſunt ut infra ti. proxi. quia uos, & ſi in parentum poteſtate fuerint poſſunt teſtari de peculio caſtrenſi uel quaſi.ut.C.de epiſ. & cle. l.ſacroſanc.C.de aſſer.l.uelut. Sed & ſi ab inteſtato decedant ſuccedunt cognati in his bonis.ut.12. q.1.ſicut manifeſte. &.c. epiſcopus qui filios.&.q.3.c. ul.ſed & uiuentes poſſunt de eis facere quidquid uelint.ut infra de ſucceſ. ab inteſt.c.1.12.q. 3.fixum. De peculio autem profectitio teſtari non poſſunt. Quod in immobilibus uerum eſt nam de mobilibus bonis eccleſiæ poteſt clericus cognatis amicis & familiaribus & pauperibus erogare. ut. 86.diſt. non ſatis.& ſi ſit ſanus ut ibi. Itē infirmus & compos mentis. ut infra eod. c.ad hoc. Item in morte. ut infra eod. c.
5 relatum.§.licet.¶ Illud in ſumma † notandum eſt quod ſi clerico prælaturam uel adminiſtrationem aliquam non habenti aliquid datum fuerit uel relictum à cognato uel extraneo. eius peculium eſt, intelligitur enim relictum non intuitu eccleſiæ ſed perſone. ut infra titul. proxi.
6 requiſiſti.§.illud.† Item ſi clericus in terra eccleſiæ uineam fuerit uel agellum illud precium in ſuo peculio uſque ad ſuum obitum retinebit. ut infra eod. ca. ſi quis, nam huiſmodi præcari à poſſeſſio quæ ad præces clerico ut ſtipiendium datur cum uita finitur. ut.12.q.2. ſæpe.

## *Summarium*

1 *Teſtamentum quid ſit.*
2 *Teſtamentum unos dicitur.*
3 *Teſtatoris uoluntas eſt ambulatoria uſque ad mortem.*
4 *Teſtamentorum quot ſpecies ſint.*
5 *Teſtamentum quas ſolennitates requirat. & nume.6.*
7 *Teſtamentum minus ſolenne quando ualeat.*
8 *Teſtamentum quis facere poſſit.& nu.9.*
10 *Teſtamentum qualiter infirmentur. & numero 11.*
11 *Teſtamentum non legitimè factum an ſit ipſo iure irritum.*
12 *Vltimæ uoluntatis quis ſit effectus.*
13 *Teſtamētorum defenſio ad eccleſiam pertinet.*
14 *Inteſtatus quando quis decedat.*

## ¶DE TESTAMENTIS.
### Rubrica.

TRactauimus ſupra de donationibus inter uiuos & cauſa mortis. Sed quia donationes cauſa mortis in teſtamentis fieri ſolent. Ideo dicamus de teſtamentis. Vel alias. Supra dictum eſt in proxi. titul.de peculio tam profectitio quam aduētitio. ſed quia clerici de aduentitio teſtari poſſunt. ideò de teſtamentis ſubijciamus. ¶ Videamus igitur quid ſit teſtamentum. unde dicatur. qualiter conficiatur. quot ſint eius ſpecies. quot teſtes requiruntur in eod. quis poſſit facere teſtamentum qualiter confirmetur uel infirmetur & quis ultimæ uolunta
1 tis effectus. ¶ Teſtamentum † eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem ſuam quis fieri uoluit. ut.ff. eo. tit.l.1. Et intellige cum quis in teſtamēto de toto ſuo patrimonio diſponit ut excludatur codicillus & ſpeciale relictū. Vt tñ hoc ſcias ꝙ ſi quis hæredē inſtituat in re certa uel in parte & de reliquo nō diſponit.& de toto diſpoſuiſſe uidetur unde

ſcriptus hæres totum capiet. quia & in parte totus as continetur.ut.ff.de hære.in ſti.l.ſi quis ita ſcripſerit.& C.eo.ti l.quo
2 ties.¶Dicitur autem teſtamentum† quaſi teſtatio mentis, non tamen quælibet ſed
3 illa quæ de hæreditate diſponit.† Et eſt uoluntas teſtatoris ambulatoria uſq; ad ſummum uitæ exitum.ut.ff.de adimen.le. l.4.ff.de dona.inter uir.& uxor.l.cum hic ſtatus.§.præſentiam.C. de codicillis.l.3. infra de cele.miſ.cum Marthæ.Vnde apoſtolus.teſtamentũ in morte confirmatur. & in tantum ut ante mortem quandocunque mutari poſſit.etiam ſi pacto conuenerit ne mutetur.ut.C.de pac.l.pactũ dotali.ſi etiam quod teſtamentum ſit per principem confirmatum.ar.C. de teſte.l.omnium.¶Teſtamentorum duæ ſunt ſpecies
4 †aliud nuncupatiuum, aliud in ſcriptis. Nuncupatiuum in ſola nuncupatione conſiſtit teſtatoris non ſolennitate ſcripturæ.
5 †ſeptem tamen teſtes neceſſarium ſunt. & hæredis nominatio. ut inſti.eo.ti.§. ul. C.e.ti.hac conſultiſſima.§ per nuncupationem. Item eſt neceſſarium quod fiat uno contextu. ideſt, nullo alio actu interpoſitio, niſi forte actu naturæ. ut cum neceſſitate ſuceditur ad depoſitionem ſuperflui ponderis.uel cum forte interponitur tur datio medicinæ uel breuis languor interuenit.ut.C.e.ti.l.cum.antiquitas.ff.eo. ti l.heredes.§.ul.¶ Quod autem ſit in ſcri
6 ptis † exigit numerum ſubſcriptiones & ſignacula.7.teſtium.Et ſi teſtator uelit occulta eſſe teſtibus quæ teſtatur.chartã ſui teſtaméti clauſam & inuolutã teſtibus repreſentet.Et dicat eis. hoc eſt teſtmentũ meum rogo ut ſubſcribatis & eis ſubſcribentibus ſubſcribat & ipſe teſtator uel alius loco octaui teſtis.ut.C.eod.tit.l.hac conſultiſſima. Subſcriptio autem teſtatoris continebit nomen eius & nomen hæredis.ut.C.eod.titu.l.iubemus.Sed ſi teſtator propria manu ſcripſerit teſtamentũ, & hoc ſpecialiter in ſtriptura poſuerit quòd manu fecerit. non requiritur alia ſubſcriptio ut.C.eo.t.l.cum antiquitas.§.
7 ult.† Ab his ſolennitatibus excluditur teſtamentũ militis.ut.C.de mili.teſt.l.quanquam.Teſtamentũ ruſtici in quo ſufficiũt quinq; teſtes.ut.C.eo.ti.l.ult.Teſtamentum coram principe cõfectum. cuius præſentia ſufficit pro ſolẽnitatibus omnibus. ut.C.eo.tit.l.omnium.Excipitur teſtamẽtum quod fit inter liberos.ut.C.e.t.l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.& in auth. ibi ſignificato hoc inter liberos &. C.fa. erciſc.l.ult.Item in his quæ relinquuntur eccleſijs ſufficit minus ſolennis uoluntas. ut infra.eo.c.cum eſſes &.c.relatũ.Quidã tamẽ dixerunt per decr.illas derogatũ legibus loquentibus de ſolennitatibus teſtamentorũ. Tertij dicunt uerũ eſſe quod derogatur dũ agitur in foro eccleſiæ ſecus ſi agatur in foro ſeculari. Item uidelicet teſtamentum minus ſolẽne ſi ſpeciali priuilegio principis ſolennitas ſit remiſſa. ut C.eod.tit.l.ſine ſpeciali. ¶Nunc dicamus
8 quis teſtamentum facere poſſit. † Quod ſatis apparebit ſi dixerimus quis facere non poſſit ut ar.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iuris.l.1.in pri.&.ff.de procu.l.Põponius.§.ſi ſtipuletur. ¶Nõ poteſt facere teſtamentum ſeruus.Itẽ filiusfam.niſi ſit miles qui de peculio caſtrẽ. uel quaſi poteſt teſtari.ut inſti.quibus non eſt permiſ. fa. teſta.&.C.de aduo.diuerſo.iudi.l. fori. & inſti.de mili.teſta.§.ulti.Item impubes furioſus non habens dilucidum interuallũ. Prodigus cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta.Mutus qui nihil loquitur.Surdus qui omnino non exaudit.ut inſti.quibus non permiſſ.fa.teſtamentum. Cæcus autem poteſt cum ſolennitate quæ habetur.C.quibus non eſt permiſ.facere teſt. l.hac conſultiſſima.Item illi qui proprijs renunciauerunt qui nihil habent. totum .n.dedit qui ſe Deo obtulit.Vnde ingreſſi monaſteria ſe & ſua dedicant Deo.non ergo teſtari poſſunt. ut pote nec domini rerum.ut in autẽ.de monachis.§.illud. C. de ſacroſan.eccl.l.ingreſſi 19.q.3.§.quia ingredientibus. Sed ſi filios habens monaſterium ingreditur nullo condito teſtamento permittitur eis diuidere.ut in auten.de ſanct.epiſcop.§. ſi qua mulier. C.de ſacroſan.eccl. in auten. ſi qua mu-
9 lier. ¶ Sed nunquid eremitæ † & alij

ſolitaria

ſolitariam uitam agentes. qui nulli ſe ec-
cleſiæ tradiderũt teſtaměta condere poſ-
ſunt. Reſpondeo ſic.ut.19.q.3.§.eod.con
tra paulus. ¶ De quibus autem rebus cle-
rici teſtari poſſunt & de quibus non poſ-
ſunt dixi.§.ti. proxi.§. clerici. ¶ Confir-
matur autem teſtamentum morte teſtato
10 ris ut ſuperius dictum eſt. ¶ † Infirmatur
uoluntas primi teſtamenti per ſecundũ ut
inſti. quibus mo. teſta. infir.§. ſed ſi quis.
Infirmantur aũt teſtaměta per agnationẽ
poſthumi. ut.C.de poſthu.l.1.Per ſecundi
teſtamenti confectionem quod iure per-
fectum eſt quantum ad ſolennitatem iu-
ras.& quia in eo inſtituti ſunt illi qui prę
teriti dicerent teſtamentum ipſo iure nul
lum. Nam in ſecundo teſtamento præte-
riti ſunt filij in poteſtate teſtatoris conſti-
tuti,cum ipſo iure non teneat ſecundum.
non rumpitur primum. ut inſti. quibus
mo.teſt.infir.§.1.&.2.ff. de uulg. ſubſti.l.
ſi quis.§.ul.Item per capitis diminutionẽ
ipſius teſtatoris ut inſti.eod. titul.§. alio
quoque. Item ſi teſtator mortem ſibi con
ſtituerit.ut.C.de bo.eo.qui mor. ſibi con-
ſci.l.1.Item rumpitur per bonorum poſ-
ſeſſionem contra tabulas & per querelã
11 in officioſi. ¶ Eſt † autem irritum teſta-
mentum ipſo iure ſi non legitimè factum
eſt.ut.C.eod.titu.l.ex imperfecto. Item ſi
filius in patria poteſtate conſtitutus præ-
tereatur.ff. de iniuſto rup. teſt.l.1. Vnde
tunc dicit teſtamentum ipſo iure nullum
uel impugnat per quęrelam inofficioſi.ut.
ff.de inof.teſta.l.3.Sed emancipatus expu
gnat de iure prætorio.ſ. per bonorum poſ
ſeſſionem contra tabulas. Nec mireris ſi
dicam aliud in ſuo & aliud in emancipa-
to. nam licet dicatur alias ſublatam eſſe
diferentiam emancipationis & patriæ po
teſtatis ut inſti.de habere.ab inteſta.§.nul
lam uero. & inſti.de exhære.lib.eod.§. no
ſtra autem, uerum eſt quo ad hoc ut tam
iſtæ quam ille admittatur contra patris,
12 teſtamentum ſed quilibet ſuo iure.† Effe
ctus ultimæ uoluntatis eſt ut ei omnino
ſtetur. ut. 13.qu.2.ultimæ infra eod. nos
quidẽ. Vnde uoluntas teſtatoris eſt lex.
13 ut in aut.de nup.§. diſponat. † In ſumma
notandum eſt quod teſtamentorum de-
fenſio ad eccleſiam pertinet. ut infra eod.
ſi hæredes.tua nos quidem &.c.executo-
res.ff.de pe.hære.l.ſi hæreditas.§. ſi defun
cto.non autem eorum publicatio. ut.C.
14 de teſta.l.conſulta diualia. † Item non ui
detur decedere inteſtatus qui extremam
uoluntatem alterius diſpoſitioni commit
tit.ut infra eodem cum tibi. ſecus ſi com-
mittatur uoluntati.ut ſi dicat. inſtituo Ti
cium hæredem ſi ſeius uoluerit hæc enim
inſtitutio captatoria eſt.ut.C.de teſtamẽ.
mili.l.captatorias. Et eſt quia in hoc ca-
ſu teſtamentum expræſsè committitur ar
bitrio alieno. ſed in primo tacitè. & ideo
ius diuerſum.ut.ff.de hære. inſti.l.illa in-
ſtitutio &.l.ſi quis Sempronium &.ff. de
condi.& demon.l. nonnunquam. ff. de le.
2.l.1.&.ff.de le.1.l.captatoriæ. An autem
prælato & eccleſiæ coniunctum. uel præ-
lato tantum.uel eccleſiæ tantum. relictũ
aliquid in teſtamento uideatur attendere
diſtinctionem quam facit infra eod.c. re-
quiſiſti. De quartis autem hoc non dico
quia materia legalis eſt tota. ſed recurras
ad ea quæ nota. ſupra eodem capitulo.
Raynucius & capi. Raynaldus.

## Summarium

*1 Inteſtatus decedere quot modis quis dicatur.*
*2 Laico decedenti ab inteſtato quis ſuccedat.*
*3 Clerico inteſtato morienti qui ſuccedant. & nu.4.5.& 6.*
*7 Inteſtatus non uidetur decedere qui monaſterium reliquit hæredem.*

## ¶ DE SVCCESSIONIBVS AB inteſt. Rub.

EGimus de ſucceſſionibus ex teſta-
mento. nunc agendũ eſt de ſucceſ-
ſionibus abinteſtato. & ideo ſu-
bijcitur hic rubri. de ſucceſ. ab inteſta.
¶ Videamus igitur quot modis dicatur
quis inteſtatus decedere.. quis inteſtato
morienti ſuccedat. & in quibus rebus.
1 ¶ Quatuor modis † dicitur quis inteſta-
tus.ſ.ſi omnino nõ fecit teſtamentnm uel
ſi fecit & non iure, uel fecit iure, ſed po-
ſtea ru-

ſtea ruptum eſt aliqua de cauſis quas notaui ſupra titul. proxi.§. infirmantur. uel ſi ex illo teſtamento nemo ſit hæres. ut in
2 autem.de hære. ab inteſta. in prin.¶ † Laico decedenti ab inteſtato, ſuccedunt cognati primò deſcendentes poſt modum aſcendentes deinde collaterales.ut in prædicto auten. de hære. ab inteſta. His autem omnibus deficientibus ſuccedit uir uxori.& uxor uiro. ut.C.unde uir & uxor. l.1.ultimo ſuccedit fiſcus. ut.C. de bo.ua-
3 can.l.1. li.10. ¶ † Clerico inteſtato moriente ſuccedunt cognati ſecundum ordinem prænotatum.Et hoc uerum eſt in his bonis quæ ſibi perſonæ intuitu obueniũt. ut.12.q.ulti.c.ulti.& ut no. ſupra titu.proxi.§. clerici. omnibus deficientibus ſuccedit eccleſia quaſi ſiſcus. ut infra eod.c. 1.12.q.2.c. ulti. Et hoc intelligo ubi res clerici decedentis ſunt manifeſtæ à rebus eccleſiæ.12.q.j.ſint manifeſtæ.Nam ſi fuerint res confuſæ ut dubitetur an habuerit aliquid proprium uel certum ſed neſcitur quid uel quantum. In primo caſu præſumitur pro eccleſia & totum ſibi uendicat. ar.12. quæſt.3. quicunque.ff. de reb. dubijs.l.ciuibus. Si uerò certum ſit quòd habuerit.ſed neſcitur quid uel quantum,locum habet diſtinctio decre. infra eod.c.2. ut ſumatur tantum de bonis eccleſiæ quãtum creditur habuiſſe defunctum. & illud in partes quatuor diuidatur. nec indigne. nullus enim nobis proximior hæres quã quæ nos deo proximos facit. ut infra de pæ præsbyter. Vel loquitur decre. illa in illis præsbyteris qui ex ſeruis facti ſunt præsbyteri.Et hunc intellectum innuit illud uerbum præsbyteros ſuos.ſ. ſeruos olim & illud ſicut liberti facti ſunt. & illud peculium.ſ. reſpectu prioris ſtatus. † Sed
4 quid ſi clericus ab inteſtato decedens in pluribus eccleſijs intitulatus fuerat. Dico bona illins ſi cognatos non habeat debere diſtribui inter illas pro rata beneficiorum quæ obtinuit in eiſdem. ut ſupra
5 ti.proxi.relatum.§.ulti. † Item quid ſi clericus habens cognatos decedat ab inteſta to relictis bonis de quibus dubitatur an quæſita ſint intuitu eccleſiæ uel perſonæ. Reſpondeo ſi fuerit prælatus præſumo quod intuitu eccleſiæ quæſita. ſi priuatus præſumo quæſita gratia perſonæ.arg.ſupra ti.proxi. requiſiſti.§.ult. &.C. epiſco. & cler.in auteu. licentiam.Vel dico quod ſi eccleſia poſſideat bona de quibus agitur. cognati agentes probare debent quæſita fuiſſe contemplatione perſonæ. Vel è contra ſi poſſideant cognati, & eccleſia uendicet, ipſa probabit bona quæſita fuiſſe intuitu eccleſiæ, non enim ſine cauſæ cognitione talia auferenda ſunt poſſeſſori.ut.12.quæſtione.5.nulli.¶ In ſumma no
6 tandum eſt. † quod ſi clericus uxoratus non habens cognatos ab inteſtato decedat. uxor ei ſuccedit in proprijs bonis & eccleſiæ præfertur.ut.C.de epiſco. & cle-
7 ricis.ſi quis presbyter.¶†Item nota quod non uidetur decedere inteſtatus qui monaſterium reliquid hæredem. ut ſupra de probatio. in præſentia.

## *Summarium*

1 *Sepultura quid ſit.*
2 *Ius funerandi quotuplex.*
3 *Sepelieri apud quam eccleſiam quis debeat.*
4 *Portio legitima quæ ſit.*
5 *Eccleſiaſtica ſepultura quibus interdicatur.*
6 *Portio canonica in quibus non habeat locum.*
7 *Canonica portio cui eccleſia ſpectat.*
8 *Peregrinus uiator decedens in qua eccleſia habent ſepulturam.*
9 *Defunctus ſi reliquit in teſtamento parum eccleſiæ parochiali,& multum eccleſiæ in qua ſepulturam elegit,an parochialis eccleſia illo modico contenta eſſe debeat.*
10 *Cui communicamus uiuo, communicamus & mortuo.*

## ¶DE SEPVLTVRIS.
Rubrica.

DIctum eſt ſupra de ſucceſſionibus in bonis defunctorum ſiue ex teſtaméto ſiue ab inteſtato. ſed quia morientei ſepelliuntur. Ideo ſubſequenter ponitur hic rub de ſepul. ¶ Videamus igitur quid ſit ſepultura. quid ius funeran

di, quæ eccleſia habeat ius ſepulturæ, & apud quam eccleſiam debeat quis ſepeliri.& quibus interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. ¶ Sepultura quidem multas ha-
1 bet acceptiones. † Quandoque dicitur officium quod impenditur ſepeliendis & ſecundum hoc intelligitur quod alias dicitur ſepulturam uendi nõ poſſe. ut infra de ſimo.non ſatis.13.q.2. præcipiendum. & 1.q.1.dictum. Quandoque dicitur ipſa terra. Et tunc ſi eſt de cœmiterio ſiue fuit aliquis ibi ſepultus ſiue non uendi non poteſt.ut.ff.de rei uen.l.quæ religioſis.Quandoque tumba marmorea uel lapidea dicitur ſepultura.& hæc uendi poteſt ſi ſit pura idest,ſi nullus in ea ſit ſepultus. Si autẽ aliquis ſit in ea ſepultus. quia per hoc locus factus eſt religioſus. ut.ff. de relig. & ſumpt.fu.l.2.13.q.2. quæſti.&. c.poſtquã, uendi non poteſt. Quandoque dicitur terra deputanda ad uſum ſepulturæ. & hæc uendi non poteſt.ut.12.q.2. aurum. ¶ Ius
2 funerandi eſt duplex.† Vnum quod competit eccleſijs. Secundum quod dicitur poteſtas ſepeliendi in cœmiterio proueniẽs eccleſijs ex conceſſione pontificis. Tenetur enim epiſcopus aſſignare maioribus eccleſijs cœmiterium.40.pedum.minoribus.30. ut.17.q.4. ſicut antiquitus. & debet cœmiterium tale aſſignari quando locus eccleſiæ conſecratur. ut de conſe. diſtinc.1.nemo.Quædam autem ſunt eccleſiæ quæ non habent ius funerandi, ut capellæ quæ ſunt in caſtris, uel in ciuitatibus in locis ſtrictis. ut.17.q.4. quiſquis.in fi.& quibus epiſcopi cœmiteria nõ conceſſerunt.¶ Eſt & ius funerandi quod his cõpetit quibus ius eſt mortuos inferendi. ut.ff.de mor. inferen.per totum.¶ Apud quã
3 eccleſiam quis debeat ſepeliri † diuerſi diuerſa ſcripſerunt. Hug.enim dixit ibi aliquem ſepeliendum ubi audiuit diuina & recipit ſacramenta. ut infra eodem c.1. niſi in tribus caſibus. cum quis uult ſepeliri in eccleſia epiſcopali. ut.13.q.2. ubicunque. Vel niſi eligat ſepulturam in loco magis religioſo. ut infra eod.fraternitatem. Vel niſi uelit ſepeliri in ſepulchro patrum ſuorum.ut infra c.1.&.13.q. ſecunda placuit.Mihi autem uidetur ut quis poſſit ſibi eligere ſepulturam ubicunque uelit.dum tamen eccleſiæ parochiali legitima portio relinquatur. ut infra eodem c. 1.&.c.de his. &.c. cum ſuper. Et hoc uerum eſt etiam ſi ſepultura eligatur in loco minus religioſo. ut infra eodem ca. in noſtra. Iura uerò contrarium inuentia intelligo quando ſepultura eligitur ex electione alterius aut ex odio uel contemptu proprij ſacerdotis, uel quando moriẽs non relinquit eccleſiæ parochiali legitimam portionem. Si uero aliqua eccleſia receperit corpus alicuius in caſu non conceſſo.reddet corpus cum omnibus quæ, obuenerunt ei ratione corporis. ut infra eod.c.fraternitatem,in fi.& c. ex parte.&.
4 c.in noſtra. ¶ † Legitima portio dicitur tertia iudicij.ut infra c.1.uel dimidia. ut infra eodem.c.relatum,uel quarta. ut infra eod.cum ſuper. Sed hæc uarietas determinatur ſecũdum locorum conſuetudinem. ut infra eod.c.certificari. ¶ Sed quid ſi nulla appreat conſuetudo. Quarta debetur. ut infra eod.in noſtra. In hoc enim prædicta iura conuenire uidentur. ut arg.ff. de arbi.l. diem.§. ſi plures. ¶ Quid ſi ſit cõſuetudo quod aliquid detur. Puto quod non ualeat cum non ſit rationabilis ut ſupra de conſue.c.ulti.& ſit contra ius.ut infra eod.c.1.Portionem iſtam intelligunt quidam de toto iudicio uel teſtamento.& hoc inuunt duæ decre.infra eod. c.1. &.c. cum ſuper. Alij dicunt quod illa portio debetur de his quæ defunctus iudicauit uel reliquid gratia ſepulturæ illi eccleſiæ in qua eligitur ſepultura. ¶ Inter dicitur ec
5 cleſiaſtica † ſepultura hæreticis & paganis. Et eodem modo iudæis. ut de con. diſt.1 eccleſiam.&.c.ſeq.Item eodem modo excommunicato. infra de hære. ſicut. etiam excommunicatione minori. ut.24. q.2.ſane quod ſuper.¶ Quid ſi excõmunicatus ſepultus in cœmiterio fuerit. Extumulari poterit niſi oſſa ipſius eum oſſibus nõ excõmunicatori ita permixta fuerit & confuſa ut nequeant ſeparari. ut infra e.c. ſacris. Itẽ decedẽti in peccato mortali manifeſto ſine pœnitentia ut.13.q.ulti.quæſitum. &

rum.& c.quibus. & c.pro obeuntibus.23. q.5.placuit.&.q.7. quicunq; clericus. Itẽ uſurarius manifeſtus.ut infra de uſu. quia. Sed ſi confiteatur ſicut corpus Chriſti ei cõceditur.ita & ſepultura. ut in c.quæſitũ. &.95.di.illud.& idem eſt ſi in morte ſigna confeſſionis & pœnitentiæ appareant. ut infra de ſenten. excom. à nobis. in fi. Fallit hoc in quibuſdam caſibus in quibus ad terrorem inducitur ut concedatur corpus chriſti & ſepultura negetur. ut infra de tormentis.ca.1.de rap. ſuper eo. Vel hoc inductum eſt in confuſionem hæredum. ut facilius ſatisfacere compellantur. Iure tamen nouo ſtatuitur, ut ſi quis pro crimine fuerit excommunicatus & in extremis agens fuerit ſecundum formam eccleſiæ,abſolutus.ne cœmiterium ei, nec eccleſiæ ſuffragia denegentur. Sed hæredes & propinqui,ad quos bona peruenerint, ſatisfacere compelluntur.ut infra eodem. c.parochiano. ¶ In ſumma notandum eſt
6 †quod canonica portio de qua ſuperius dictum eſt locum non habet in his qui ſaui per ingreſſum religionis ſe dedicant deo. ut infra eo.c.de his. Itẽ in armis & æquis templaris & hoſpitalarijs gratia ſepulturæ relictis,ipſi enim deputati ſunt in ſubſidiſ terræ ſanctæ, & hæc tanquam ad uſum ſubſidij neceſſaria per priuilegiũ ſunt excepta ut non ſubiaceant canonicæ portioni. ut infra eo.c.in noſtra.Sunt & quædam alia quæ in hanc non ueniunt portionem.ut ſupra de teſta.c.ulti.¶Sed quæ
7 ritur † quid ſi quis in una eccleſia habeat ſepulturam. in alia præcipiat ſacramenta in tertia eligat ſepeliri.cui eccleſiæ competit canonica portio. Reſpondeo.diuidetur inter duas primas. Vel obſeruabitur loci conſuetudo.argu.infra de deci.apoſtolicæ. Item quid ſi quis aſſumatur in confratrem alicuius loci religioſi. bonis ſuis retentis nec oblatis & ibi ſepeliatur. Reſpondeo non liberatur à canonica portione ſicut nec eximitur ab epiſcopali iuriſditione.ut infra de priuil.cum & plantare.§.de confratribus.&.c.ut priuilegia. ¶ Item quid ſi quis intrat religionem. Puto non debere eccleſiæ parochiali canonicam portionem. quamuis exire potuerit tamẽ nõ exiuit ſed religioſus & in religione deceſſit.& ſi non monachus. quia non profeſſus.& hoc ſufficit ad quartæ retentionem. ut infra eo.c. de his. & c. no-
8 ſtra. ¶ † Item quid ſi peregrinus uiator decedat in loco in quo parochiam non habeat nec ſepulturam. Dico ipſum ſepeliẽdum apud maiorem eccleſiam uel apud eccleſiam in cuius parochia mortuus eſt. ut.13.q.1.eccleſias.¶ Item pone quod de
9 functus † reliquit in teſtamento parum eccleſiæ parochiali. multum autem eccleſiæ in qua ſepulturam elegit nunquid eccleſia parochialis erit contenta illo modico. quoduis non attingat ad canonicã portionem. uel petet nihilominus integram portionem uel aget ad ſupplementum computato eo quod relictum eſt in legitima portione. Reſpondeo ſi non recipit illud modicnm quod ſibi relictum extitit ſalua manet petitio ad integram portionem. Si autem accipit legatum agere poteſt ad ſupplementum,computato in canonica portione quod legatum eſt & acceptum, ad ſimilitudinem filij cui minus legitima portione relictum eſt.ut.C. de inoffic. teſtamen.l. omnimodo. &.l.ſi quando.§.illud. Quod uerum eſt niſi teſtator tali modo illud modicum reliquiſſet ut eo contenta eſſet. tunc enim recipiendo illud modicum & ſcienter,debitæ portioni renunciare uidetur,ut ſupra de teſta. officij. Vel dici poteſt quod ubi abſolutè & ſine conditione modicum eſt legatum eccleſia parrochialis & illud habebit. & nihilominus integram portionem canonicam.argum. illud decre. officij. & c. requiſiſti. quaſi teſtator uelle uidetur ut utrunque habeat. argum.C. de rei ux. ac.l.una.§.ſciendum. ¶ In ſumma notan-
10 dum eſt † quod cui communicamus uiuo & mortuo commmunicare debemus.ut infra.eo.ti.ex parte.&.24.q.2.ſane quod ſuper.niſi poſt mortem appareat quare non fuerat communicandum in uita, ut ſi probetur defunctum fuiſſe hæreticum.ut.24. quæſtio.2.ſane profertur. Eſt & alia regula contraria cui nõ communicamus uiuo

nec mortuo communicare debemus. ut infra eo. c. ſacris & 24. q. 2. ca. 1. Et in hac regula excipiendum eſt niſi poſt mortem appareat quare communicandum erat uiuo. ut infra de ſentent. excommunica. à nobis.

## *Summarium*

1 *Parochia quid ſit.*
2 *Ius parochiale in quibus conſiſtat.*
*Oblationes an neceſſario ſint ſoluendæ parochiali ſacerdoti.*
3 *Parochianus transferens domiciliũ ad aliam parochiam cui ſubijci debeat.*
4 *Domicilium ibi eſt, ubi quis habitat.*
5 *Fines parochiarum an poßint præſcribi.*

## ¶ DE PAROCHIIS ET ALIEnis parochianis. Rubr.

IN ſuperiori rubrica tractatũ eſt aliquid de iure funerandi habetur, nunc ſubijcitur rubrica de parochij & alienis parochianis in qua generaliter agitur de iure parochiali. ¶ Videamus igitur quid ſit parochia. in quibus ius parochiæ conſiſtat. & an fines parochiæ præ-
1 ſcribantur. ¶ Parochia † eſt locis in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus. Diuiſio autem parochiarum à Dionyſio incepit. ut 13. quæſtione 1. cap. 1. ¶ Ius
2 † parochiæ conſiſtit in hoc ut omnes parochiani in diebus dominicis & feſtiuis miſſas audiant in eccleſia in quarum parochijs habitant. ut infra eodem c. 2. de con. diſtinct. 1. ſi quis etiam extra. Conſiſtit in decimis perſonalibus quæ eccleſiæ parochiali debentur. ut. 16. q. 1. ſi quis laicus eccleſiæ. quicunque, de decimis. & c. ſtatuimus infra titu. proxi. ad apoſtolicæ. Conſiſtit in oblationibus quæ dandæ ſunt ſacerdoti parochiali. qui & pro populo orare debet. ut 10. quæſtione 1. qu a ſacerdotes ſanctorum. Hanc conſuetudinem de his oblationibus quæ in manu ſacerdotis uel altari ponuntur dixit Hug. quòd neceſſariò ſunt ſoluendæ, & niſi ſoluantur poteſt ſacerdos parochialis excommunicare non ſoluentes. ut de conſecra. diſt. 1. omnis chriſtianus. 16. quæſtione 1. ſtatuimus 32. diſtinctione præter hæc 12. quæſt. 2. duo. Alij autem intelligunt illud. c. omnis, de oblatione interiori. uel bonorum operum uel conſilium eſt quod ibi dicitur. Alia uerò duo ca. ſuperius allegata intelliguntur de oblationibus & donationibus factis eccleſiæ inter uiuos uel cauſa mortis, quæ poſtquam factæ ſunt neceſſariò ſunt ſoluendæ. In hoc tamen concordant omnes, quòd ſi ſacerdos pauper eſt poteſt cogere parochianos ad offerendum per ſubtractionem diuini officij, Nam ut ait apoſtolus. Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare infra de ſimo. cum ſit. Ar. tamen contra 91. diſtinct. clericum uictum. Si tamen parochiani alicuius eccleſiæ conſueuerint in certis feſtiuitatibus certa ferre. agere poteſt ſacerdos per ſuperiorem eos compelli ad obſeruandam laudabilem conſuetudinem. ut infra de ſimo. ad apoſtolicam. Eccleſia tamen aliquorum oblationes reſpuit in deteſtationem criminum ut puta notorie diffidentium. Item eorum qui opprimunt pauperes. ut 90. diſtin. oblationes. Item raptorum. ut infra de rap. ſuper eo. Item uſurariorum. ut infra de uſu. quia in omnibus. Item meretricis ut in deuteron. non accipias mercedem proſtibuli. Et Iſa. Non accipias mercedem meretricis. Itẽ immunitatem eccleſiæ uiolantis. ut 17. q. 4. miror. Item conſiſtit ius parochiale in eo ut parochiani pœnitentiam à ſuo præsbytero parochiali percipiant. niſi ab eo licentiam habeant ut ab alio recipere poſſint de pœ. diſt. 6. placuit infra de pœ & remi. omnis utriuſque ſexus. Item conſiſtit in cœmiterio, & in his ſacramentis conferendis, & officijs celebrandis ſuis parochianis quæ ſimplici compe-
3 tunt ſacerdoti. ¶ Et eſt ſciendum † quod ſi parochianus transferat domicilium ſuũ ad aliam parochiam illi ſacerdoti ſubiectus erit quo ad ius parochiale in cuius parochia habitat in omnibus præterquam in decimis prædialibus quæ illi eccleſiæ ſunt ſoluendæ in cuius parochia

ſita

ſita ſunt prædia. ut infra eod. ſignificauit 16. quæſt. 1. ſi quis laicus. In perſonalibus uero per tranſlationem domicilij ſubtrahitur à iuriſditione illius, in cuius parochia erat ante tranſlationem. ut
4 13. q. 2. §. quia ergo. Ibi † autem uidetur quis domicilium habere ubi manet. ut ff. ad municip. l. municeps, § miles. Quædam tamen lex contrarium dicere uidetur. dicit enim quòd licet ſenatores domicilium habeant in urbe, retinent in prouincij unde ſunt oriundi. ut. ff. de ſena. l. ſenatores. Sed illud uerum eſt quo ad honores non quoad onera. ut in prædicta. l. municeps. in prin. & de hac materia plenius dic. ut not. ſupra de foro com-
5 peten. §. item ſortitur. ¶ † Fines parochiarum non præſcribuntur. quod enim de finibus prouincialibus ſtatutum eſt non præſcribendis. ut 16. q. 3. quæcunque. & de epiſcopalibus intelligendum eſt. ut 16 q. 3. inter memoratos. locum habet & in finibus parochiarum. ut infra eo. ti. ſuper eo. & ea quæ finibus eorum cohęrent eiuſdem ſunt naturæ cum finibus. ut ar. ff. de rei uen. l. quæ religioſis &. ff. de contrahé. empt. & uen. l. in modicum. Cætera de hac materia dicas ut notaui ſupra de præſcrip. § item exigitur.

## Summarium

1 *Decima quid ſit.*
2 *Decimarum quot ſpecies ſint.*
3 *Decimæ animalium an inter prædiales uel perſonales numerare debeant.*
*Boues intelliguntur de eo fundo in quo laborant, non in quo morantur.*
*Arbor cuius ſoli eſſe cenſeatur.*
4 *Decimæ perſonales cui dandæ.*
5 *Clerici an teneantuc ad decimas.*
*Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum,*
6 *Religioſi an ad decimus teneantur.*
7 *Leproſi an teneantur dare decimas.*
8 *Decimæ de quibus rebus dari debeant.*
9 *Decimæ an dari debeant deductis expenſis.*
*Decimæ qualiter ſint dandæ.*
10 *Decimæ an ſint diuidendæ.*
11 *Decima an ſit ſoluenda de illicitè acquiſitis. & numero 12.*
12 *Semen an ſit deducendum in ſolutione decimæ.*
13 *Laici an poſsint ſine peccato decimas percipere.*
14 *Laicus an per priuilegium Romanæ ſedis poſſit percipere decimas, uel eximi à ſolutione ipſarum.*
15 *Clerici habentes ſufficiens patrimonium an poſsit habere decimas.*
16 *Decimas ſi detinet laicus nec eccleſia poteſt ab eo reuocare, nunquid redimere poſsit ſine periculo ſimoniæ.*
*Decimæ cum rebus temporalibus permutari non poſſunt.*
17 *Longa conſuetudo an excuſet decimas non ſoluentes.*
18 *Pœnitentia quæ in ponenda ſit non ſoluenti decimas ad pœnitentiam rouerſo.*
19 *Decimæ omnes an debeantur de mandato Domini.*
20 *Decimæ an de omnibus fructibus dari debeant, ſi in eadem terra, eodem anno diuerſa ſemina ſparguntur.*
21 *Debens decimam ſi acerunm frumenti indecimatum alienat, an eccleſia uendicare poſſit partem ſibi debitam ab emptore.*
22 *Eccleſia an teneatur cedere actionem ſuam uenditori contra emptorem.*
23 *Mala quæ proueniant ex ſubtractione decimarum.*
24 *Decimas dantes quadrupliciter remunerantur.*
25 *Primitiæ debentur de iure diuino.*
26 *Oblationes quæ dicuntur & qualiter diuidendæ ſint.*

## ¶ DE DECIMIS PRIMITIIS & oblationibus. Rubr.

DIctum eſt ſupra dixi proximo tit. de parochijs & parochianis. Sed quia parochiani tenentur ad decimas primitia & oblationes. Ideo ſubſequenter ponitur hic rubr. de decimis primitijs & oblationibus. ¶ Videamus igitur de prima parte rubricæ, uidelicet de decimis & primò quid ſit decima, quibus & a quibus. & qualiter danda ſit, & qualiter

1 qualiter diuidenda. † ¶Decima eſt om-
nium iuſtè quæſiturum pars Deo debita,
ut infra eod. ca. tua in ſecunda tua Deus
enim qui dignatus eſt totum dare. decimā
dignatur recipere.nō ſibi ſed clericis pro
futuram.ut 16.q.1.decimæ. ¶Decimarum
2 duæ ſunt ſpecies.†Quædam enim ſunt per
ſonales quædam prædiales. Perſonales
ſunt quæ debentur ex his quæ proueniūt
ex opera perſonali. Prædiales uerò quæ
debentur ex his quæ proueniunt ex fru-
ctibus prædiorum. Nec in hoc diſtinguo
an prædicta ſunt ruſtica uel urbana. ut in-
fra eodem ca. ad apoſtolicæ & ſupra titu.
proxi. c. ultimo. ¶Sed dubitatur de deci-
3 mis animalium † an inter prædiales uel
perſonales debeant numerari. Et uidetur
quòd inter prædiales. Nā ibi decimę ſol-
uuntur animalium ubi ipſa paſcuntur. ut
13.q.1.§.1.in uerbo qui paſcit gregem &
de lacte eius non edit. Item ſeruitus paſcē
di pecora prædialis eſt. ut. ff. de ſerui. ru.
præ.l. pecoris. & boues de eo fundo intel
liguntur in quo laborant. non in quo mo-
rantur ut. ff. de fundo inſtruc. inſtru. quæ
lega.l. cum quidam Sic & arbor illius ſo-
li cenſetur in quo uiuit & in quo radices
habet non ex illo in quo uidetur exiſtere
& in quo truncus ſuſtinetur ipſius.ut.ff.de
arb.cæ.l.ſi plures.§.ſi radicibus. & facit ad
hoc infra eo.c. commiſſum. Licet ſit ar.cō
tra alias. Nam is qui natus eſt ex manci-
pijs urbanis & miſſus in uillam nutrien-
dus.inter urbana non inter ruſtica manci-
pia numeratur. ut. ff. de uer.ſigni. l. is qui
4 natus. ¶Dandæ † ſunt decimæ perſona-
les clericis a quibus laici audiunt diuina,
& recipiunt ſacramenta.ut infra eo. c. ad
apoſtolicę. 16.q.1. quæ. 13.q. 1.§.1. præ-
diales uerò debentur illis clericis in quo-
rum parochijs prædia ſunt conſtituta ut
ſupra ti. proxi.c.ul.infra eo. quoniam 16.
q.1. ſi laicus.13.q.1.§.1. Nec ob. his, in-
fra eo. ad apoſtolicæ ubi circa hoc dubiè
reſpondetur, illa enim dubitationem non
iuris perplexitas ſed diuerſarum conſue-
tudinum inducit uarietas. ¶Dande ſunt
5 † decime a laicis.ut 16.q. 7.decimas quas.
Sed nunquid a clericis uel religioſis. Vi-
detur quòd non ut infra eo. c. nouum ge-
nus. quamuis in ueteri teſtamento leuitæ
darent ſacerdotibus decimas ut infra eo.
ca. 1. in prin. Sed uidetur quòd & hodie
clerici teneantur ut 16. q. 1. ſi quis laicus.
Ad quod reſpondeo decre. illa loquitur
in clericis coniugatis qui ab alijs non cō-
iugatis accipiunt miniſteriorū labores. ut
in illa nouum genus, in fi. Vel locum ha-
bet in decimis patrimonialiū prædiorū.
Item adhuc uidetur quòd clerici tenean-
tur ſumpto ar. a contrario ſenſu ex illa de
cre.16.q. 1. decimas. Ibi enim dicitur qđ
clerici communiter uiuentes non tenen-
tur. ergo à ſenſu contrario communiter
non uiuentes tenentur. tale autem ar. for
tiſſimum eſt.ut.ff. de offi.eius cui man.eſt
iuriſ.l.1. 15.q.3. ex eo. ff. de teſti.l.ex eo.
25. diſt. qualis 32. di. hoſpitiolum ſupra
de his quæ fi. à præla.ſine conſenſu ca.cū
in apoſtolica in fi. Ad quod ego commu-
niter uiuentes. ſubaudio maxime. nam &
6 in alljs idem obtinet. ¶†Quid de religio
ſis. Reſpondeo. Monachi albi. templarij
& hoſpitalarij Heroſolimitani non tenē
tur dare decimas de, poſſeſſionibus ſuis
quas proprijs manibus uel ſumptibus ex-
colunt. Secus ſi eas tradunt alijs ex colen
das. ut infra eo. ex parte, in 1. Monachi
uero nigri. canonici regulares & ſecula-
res tenētur dare decimas de omnibus poſ
ſeſſionibus ſuis exceptis noualibus, ortis
& nutrimentis animalium. ut probantur
hæc infra eo.c. ex parte. in prima.&.c.li-
cet.&.c. ad audientiam. Et hoc uerum eſt
niſi aliqui ex his amplius eſſent priuile-
giati a papa. ¶Item quod dictum eſt à mo
nachis albis templarijs & hoſpitalarijs in
telligēdum eſt de poſſeſſionibus quas ha
bebant ante concilium generale. de illis
autem poſſeſſionibus quæ gratis poſtea
ſunt collatæ uel quas emerunt pro mona
ſterijs de nouo fundandis. Nam aliter
emere non liceret. & de quibus ante deci
mæ ſoluebantur ſoluere tenentur illis ec-
leſijs quibus ſolui ſoluebāt priuſquā poſ-
ſeſsiones peruenirent ad ipſos quamuis
poſſeſſiones eaſdem proprijs manibus uel
ſumptibus excolant. ut infra eodem cap.

nuper abbates. Scripſit autem Ray. in ſumma ſua quòd tunc demum monachi nigri decimas ſoluere debent cum populum nō habent. nam ſi habeant tunc recipient, tā perſonales quam prædiales ut infra eo. c. dilecti. & c. ſuggeſtum. Sed non bene excipit. quia & ſi populum habeant. & ab eo decimas de iure percipere debeant perſonales & prædiales de prædiis infra limites eorum parrochiæ conſtitutis & nihilominus ſoluent decimas eccleſij ſecularibus in quorum parochijs habent prædia ſicut ſuperius dictum eſt, niſi poſſint priuilegio uel legitima præſcriptione defendi. ut ſupra de præſcri. ueniens infra eo. c. a nobis. Ceſſat autem priuilegium tam nigrorum quam alborum ſi enormen læſionem inducat ut infra eod. cap. ſuggeſtum infra de uer. ſigni. quid per nouale. Ceſſat per pactionem ſeu per tranſactionem ut infra eodem ex multiplici. Ceſſat cum per ſolutionem renunciant priuilegio. ut infra de priuilegijs. ſi de terra ſupra de conſti. cum acceſſiſſent. Ceſſat alborum templariorum, & hoſpitaliorum immunitas in prædijs alienis conductis. ut infra eo. dilecti. Ceſſat in ſuis alijs locatis ut infra eodem cap. licet. ¶ Item leproſi tenen-
7 tur † dare decimas præterquam de ortis & nutrimentis animalium ut infra de eccle. ædi. cum dicat apoſtolus. Dandæ
8 ſunt decimæ † de omnibus fructibus terrarum. pontis arborum, herbis ortorum, de apibus. nutrimentis animalium, lana, lacte. feno. lignis, piſcationibus, uenationibus. fictis penſionibus. molendinis. furnis. balneis fullonicis, argentarijs. metallarijs, lapicidinis de negocijs artificijs & de omnibus bonis ut infra eodem cap. nnncios ex parte, non eſt in poteſtate & cap. paſtoralis 16. quæſtio. 1. decimæ ſunt tributa. & quæſtio. 7. quicunque omnes decimæ & etiam de tempore. ut
9 de conſe. diſtin. 5. quadrageſima. † Dandæ ſunt decimæ prædiales non deductis expenſis. cenſu. tributo. ſeu partiarij ſortione. ut infra eod. cum homines. & cap. tua nobis. Nam dandæ ſunt ſtatim antequam ſeparatio fiat. Cæterum ſi prima ſeparatio facta fuerit. tunc ſicut ruſticus decimare tenetur quod apud ipſum remanet, ſic & dominus quidem quod ad ipſum peruenit. ut infra eodem tua nobis, & cap. cum non ſint in homine. In perſonalibus autem quæ, ex negociatione, uel artificio, proueniant diſtingnitur. an ſurgant, ex pecunia decimata uel non. In primo caſu deducuntur expenſæ. in ſecundo non. ut infra eod. paſtoralis. Perſonales dandæ ſunt in fine anni. interest enim eccleſiæ ſimul recipere totum in fine anni potius quàm primitias ſingulariter de quolibet quæſtu. ar. ad hoc. ff. fa. erciſcun. l. plane. ſupra de pigno. ex literis. C. quomodo & quando quarta pars debetur. l. 2. in prin. li. 10. De animalibus uero meliora nec deteriora ſed mediocria pro decima ſolui dicunt. ut. 10. q. 2. hoc ius porrectum eſt. & ff. eſt ædil. edi. l. ſi quis uenditor. §. ulti. Deteriora autem dari non dicunt. nam indignum eſt dare Deo quod dedignatur homo. ut. 49. di. cap. ulti. 16. q. 7. omnes decimæ. Et eſt notandum quod quicunque tenetur ad decimas per cenſuram eccleſiaſticam cōpelli poteſt ad ſolutionem. ut infra eod. cap. tua nobis. & c. cum non ſit in homi-
10 ne. ¶ † Diuidendæ ſunt decimæ diuiſione canonica quæ habetur. 12. quæſtio. 2. Sed quia illa in paucis eccleſijs obſeruatur ſtandum eſt in hoc conſuetudini loci ut ſupra de ſepul. certificari. Quæri-
11 tur † an decimæ dari debeant de iniuſtè quæſitis. puta ex malicia iniuſta, uenatione prohibita, furto, rapina, ſimonia. uſura. meretricio. hiſtrionatu. item de his quæ per concuſſionem extorquentur. Et de his quæ dantur iudici, uel teſti corruptionis cauſa. ¶ Et uidetur quòd non ut infra eodem cap. ex tranſmiſſa 1. quæſtio. 1. non eſt putanda. Sed contra dandæ ſunt decimæ de omnibus fructibus. Solutio decimæ aliæ prædiales, aliæ perſonales. ¶ In prædialibus planum eſt. quia quocunque, poſſidente prædia clandeſtino nel uiolento, iudeo, hæretico ſeu pagano decima dari debetur. ¶ Et eſt ratio quia non

nõ intuitu perſonæ ſed gratia prædij. prædialis decima datur. Et idem in tributo contingit.ut.ff. de pactis.l. inter debitoré C. ſine cen. uel reli. l. 1. delictum autem in talibus priuilegium non indiget. ut 16. q. 1. legi. nec pœna habet immunitatem. ut.ff. de minoribus.l. Papinianus exuli re
12 uerſo. † In perſonalibus uerò deſtinguo. aut trãſfertur dominium ut in his quæ acquiruntur ex meretricio uel hiſtrionatu. Et tũc decima dari debet. Meretrix enim turpiter facit, quia meretrix. non turpiter accipit cum ſit meretrix.ut.ff.de condi. ob tur. ca.l. item ſi.§. quoties. Sed eccleſia recipere non debet. ne per hoc uideatur crimina approbare. ſicut plerumque in deteſtationem criminum eccleſia reſpuit aliquorum oblationes. ut no. ſupra tit. proxi.§.2. Aut non transfertur ut in furto & rapina & præda. Et tunc nec dari poteſt decima, nec recipi debet. Prædam uoco ex iniuſto bello. ut 13. q. 1. militare ſupra de iureiur. ſicut. Secus ſi ex iuſto.ut 13. q. 5. dicat. Et idem eſt in his quæ turpiter quæruntur. & dominium transfertur. ſed competit repetitio ut in his quæ ex uſura. ſimonia. ex concuſſione uel correptione quæruntur. quamuis magiſter Raym. ſcripſit in ſumma ſua in e.ti. quòd non transferatur dominium in uſuris. Quod non admitto cum uſura à uolente & ex conuen-
12 tione ſoluatur. ¶ † Sed quæritur an ſemẽ ſit deducendum. Videtur ꝙ ſic. Nam primum ſemẽ dominus miniſtrauit & illius uſumfructum agricolæ conſtituit.unde ſaluum de fructu debet eſſe ſemen ad inſtar pecuniæ in uſumfructum datæ ut.ff.de uſu fru.ea.re. quæ uſu.conſu.l. 2. ſupra de pigno.c. ultimo.& ad inſtar gregis in uſum fructum conceſſi. ut. ff. de uſufru.l. uetus fuit.& ſicut in negotiatione deducitur capitale decimatum ut infra eo.c.paſtoralis. ſic uidetur quòd deducendum ſit ſemen decimatum.Sed cõtra infra eodem c. tua nobis in princi.& c. non eſt in poteſtate. Solutio.puto ſemen non debere deduci. Et ad ſuperiora reſpondeo. Primum ſemen non fuit a domine in uſumfructum datum. Item non obſtat quòd opponitur de negotiatione in qua ſolum lucrum decimatum decimatur. at in ſatis decimatur quiquid naſcitur. Dominus enim qui totum largitur. decimam recipere dignatur. ut. 16. q. 1. decimæ. Eſt & alia ratio. quia ſemen mortificatur & ideo non deducitur. ſed pecunia i merce data ſalua manet. Itẽ decima prædialis eſt tributum, ut in decre. tua nobis & 16.q.1. decimæ ſunt tributa egentium animarum. Sicut ergo tributum ſoluitur nulla facta deductione, ſic & decima. ut in eadem decreta. tua nobis.
13 ¶Item quæritur † an laici ſine peccato decimas percipere poſſint. Et uidetur quòd non Dominus enim præcipit in Leuitico eas dari leuitis ut.ſit cibus in domo domini.ut 16.q.1.reuertimini. Et iura prohibẽt laicis percipere decimas uel detinere infra eod. ca. prohibemus. Ad hoc & ca. quoniam ſupra de præſcrip. cauſam ſupra de his quæ fi. a præla. ſine con ca. cum in apoſtolica in fi. 16. q. 1. quoniam, et. q. 7. decimas. 10. q. 1. quia ſacerdos et. c. hanc.conſuetudinem.et facit ad hoc ſupra de arbi. peruenit.Contra hæc iura conſuetudo generalis obſtare uidetur.Solutio ad tempus ut ſtipẽdium non ut titulus.nec in perpetuum. nec trãſitoria ad hæredes decima laico dari poteſt. ſicut et aliud beneficium in ſtipẽdium nõ in titulũ datur eidem.ut 32.diſtinct.ſi quis uero.et 12.q. 2. quia tua ſanctitas. dominio ac poſſeſſione penes eccleſiam remanẽte. quia laicus decimam poſſidere non poteſt ut ſupra de præſcrip. cauſam. Iura uero ſuperius inducta ſic intelligo. laicus decimam retinere non poteſt ſeu poſſidere. uerum eſt pro ſuo. quaſi habeat ius in re. Item in perpetuum et trãſitoriam ad hæredes ſed ad tempus in eleemoſynam uel aliqua iuſta cauſa nomine et iure eccleſiæ percipere poteſt. ¶Sed his omnibus obſtare uidetur infra eo.c. tua, in prima tua. quæ dicit quòd decimatione antiqua laico in feudũ conceſſa decima noualium uſurpari non debet. Sed illam intelligo ſicut et aliã.ſupra de his quæ fi. à præla.ſine conſenſu c. cum in apoſtolica, ſcilicet in decima malè in feudũ conceſſa.et quia illicita et inualida

ualida erat con. ideo tanquam teproba & odioſa reſtringitur ut eam decima noualium non ſequatur. alias autem cui conceditur decimas, de laboribus & de noualibus conceſſa uidetur ut infra eod. cap.
14 ex parte. ¶Item quæritur an per † priuilegium Romanæ ſedis poſſit laicus percipere decimas. uel eximi a ſolutione ipſarum. Et puto quod ſic ſiue in perpetuũ ſiue ad tempus priuilegium ſit indultum. nam alias papa ius ſpirituale laico concedit. ut infra de iurepa. nobis. 63. diſt. Adrianus &.c. in ſynodo. Sed in hoc caſu conceſſionem ueteris decimæ decima nonalium non ſequetur. quia in talibus odioſis reſtringenda eſt licentia potius quã laxanda ut infra eo. tua. in prima tua.
15 †¶Item quid de clericis habentibus ſufficiens patrimonium qui decimas percipiunt. Reſpondeo ſi eccleſijs non ſeruiunt quarum contemplatione percipiũt. & ad hoc recipiunt ut in malos uſus conuertant & ſua ſeruent. ſacrilegium profecto committunt ut 1. q. 2. clericos 16. q. 1. quoniam in fin. tunc enim ſine peccato unde pauperes uicturi ſunt non accipiũt. ut 1. q. 1. paſtor. Tunc locum habet quod Augu. dicit. Panis egentium uita pauperis eſt. qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. ut 14. q. 5. immolans. Et quod dicit Ambroſi. Eſurientium panis eſt quem tu detines nudorum indumentum eſt quod recludis ut 47. diſt. ſicut hij. Cæterum ſi deſeruiunt eccleſiæ debentur eis decimæ & ſtipendia eccleſiaſtica quamuis habeãt ſufficientia bona paterna uel materna uel aliunde iuſtè quæſita. ut 12. q. 1. illi autem 12. q. 2. charitatem. l. de re. iuris. l. ſecundum naturam. Quod uerum eſt niſi ad ſuorum patrimoniorum titulos ſint promoti. quod fieri poteſt. ut ſupra de
16 præben. epiſcopus &.c. tuis. † Item quæritur ſi laicus detinet decimas nec eccleſia poteſt ab eo recuperare nunquid redimere poteſt ſine periculo ſimoniæ. Videtur quòd non. Sicut enim ſpiritualia non poſſunt emi, ſic nec redimi. ut infra de ſimo. querelam. & expreſſius ad hoc 16. q. 7. decimas quas populus 1. q. 3. altare; Item decimæ cum rebus temporalibus permutari non poſſunt. ut ſupra de re. permu. exhibita. quia ſpiritualia cum temporalibus non permutantur. ut ſupra de re. permu. ad quæſtiones. Puto tamen poſſe redimi ſi hoc fiat auctoritate epiſcopi. nam in talibus auctoritas ſuperioris uitium abolet ſupra de præbend. niſi ſupra de re. permu. quæſitum. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. qui iuſſu. Poſſet etiam eccleſia ſuas decimas à laico male detentas recipere in pignore nec computare fructus in ſortem ut ſupra de feu. c. 1. &. infra de uſuris. c. 1. & c. conqueſtus. Suas ideo dixi. quia alienas in pignore recipere nõ poſſet. ut infra eod. c. ulti. ¶Item nunquid
17 longa† cõſuetudo excuſat non ſoluentes? Reſpondeo non. cum enim ex mandato domini decimæ ſunt ſoluendæ. ut. 16 q. 1. reuertimini. non dare pactum eſt. imò minus dare uel tardius dare. ut. 16. q. 1. decimæ, & propterea conſuetudo non excuſat, & ſi in tota prouincia obſeruaretur ut. 32. q. 7. flagicia. in talibus diuturnitas nõ minuit pactum ſed auget. ut infra de ſimo. non ſatis. nec crimen leuigat qui diu reſiſtit. ut. 24. q. 1. ſchiſma. ¶ Sed his obſtare uidetur infra eod. titu. in aliquibus. quæ dicit illæ quippe decimæ neceſſariò ſunt ſoluendæ quæ debentur ex lege diuina, uel loci cõſuetudine approbata. Ad quod reſpondeo. illud intelligo de conſuetudine approbata per Papam, alias non excuſaret quantumcunque longa conſuetudine, quæ ſine mortali peccato ſeruari non poſſet ut ſupra de conſuetu. ca. ulti. Vel illa conſuetudo attenditur circa minutas decimas, quamuis & illæ ſint ſoluendæ iuris rigore. ut infra eod. ex multiplici. &. c. cum in tua. Vel illa conſuetudo locum habet in decimis prædialibus. cum prædia ſita ſunt in una parochia. & domini prædiorum ſunt in alia conſtituit. ut infra eodem. cap cum ſint homines. &
18 c. da apoſtolice. ¶†Item quid ſi is qui longo tẽpore non ſoluit decimas uel minus ſoluit. ueniat ad pœnitentiam. Reſpondeo. imponatur ei quod minus plene dedit modo emendet ut. 16. q. 6. quicunque.

prouiſo enim ut ei remaneat unde uiuere
poſſit quoniã quidquid habẽt clerici pau
perũ eſt ut.16.q.1.quoniã quidquid. Et res
clericorum pauperũ ſunt.ut.23. quæſtio.
7.quod autem. nam & ſecundum leges à
quibuſdam debitoribus exigitur. prouiſo
tamen ne egeant.ut.ff.de re iudi.ſunt quæ
in id.& legibus ſequentibus. &.ff. de reg.
iur.l.in.condemnatione.imponetur etiam
ei ut in totum ſatisfaciat ſi ad fortunam
deuenerit pinguiorem. ut ſupra de ſolu.
Odoardus.&.ff. de ceſſio bono.l.4. ¶ Itẽ
19 †quæritur nunquid omnes decimæ debeã
tur de mandato domini. Dicunt theolo-
gi quod prædiales tantum non perſona-
les. ut patet per textum Leuitici perſona
les autem ex conſtitutione eccleſiæ. Et ſi
hoc uerum eſt ſatis dici poſſet. ſaluo ta-
men iudicio meliori ut in ceſſatione ſolu
tionis perſonalium decimarum excuſare
poſſit conſuetudo contraria talis quæ ius
obrogat poſitiuum. ut no. ſupra de con-
ſuetudi.¶ Item excuſare poſſet fortè pa-
ctio tranſactio ſeu remiſſio. Item in tali-
bus fortè decimis locum habet decre. illa
infra eod.c.in aliquibus.§.ille. Quippe de
cimæ neceſſariò ſunt ſoluendæ quæ debẽ
tur ex lege diuina ut prædiales. uel loci
conſuetudine approbatæ ut perſonales.li-
cet & alijs modis intellexerim decre. il-
lam ſupra eodem.§.2. Hoc ideo dixi quia
in paucis locis ſoluuntur decimæ perſona
20 les. ¶ † Item quid ſi in eadem terra eo-
dem anno diuerſa ſemina ſpargantur.nun
quid de omnibus fructibus decimæ dari
debent. Sic. ut infra eodem.ca. ex parte.
non enim eccleſia diuerſo iure cenſeri de
bet.ut in quibuſdam fructibus ſit decima
lis, & in quibuſdam non ut infra eodem
c.cum in tua,& ſimile 12.qu.2. cognoui-
mus infra de priuil.quia &.ff. de uſucap.
eum qui quamuis contrarium. ar.ſit.ff. de
peculio.l.huic.§.1.ubi dicitur quod pecu-
21 lium duplici iure cenſetur. ¶ †Item quid
ſi is qui tenetur ad decimam acerunm fru
menti indecimatum alienet. nunquid ec-
cleſia poteſt uendicare partem ſibi debi-
tam ab emptore? Reſpondeo ſic. quoniã
tranſiuit ad eum aceruus cum onere deci
marum. ut infra eodem.c.cum non ſit. &
ſi ab eo exegerit non patet à uenditore
hoc enim non patitur bona fides. ut bis
idem exigatur.ut.ff.de regu.iur.l.bona fi-
des. & abſit ut eccleſia petat aliquid cum
augmento. ut 12.q.2. fraternitas. Sed ſi
egerit & non exegerit quia emptor in-
uentus eſt non ſoluendo. nunquid redire
poteſt eccleſia contra uenditorem.Sic.ut
22 C.ſitu. uel cu.l.ultima. ¶ † Sed nunquid
eccleſia tenetur cedere actionem ſuam
uenditori ſoluenti contra emptorem?Re
ſpondeo non.qua enim fronte hoc petet
qui ex ſua nequitia condemnatur. ut.ff.
de adminiſtratio.tuto.l.ſi plures.ff. de iu.
& ra.di.l.1.§.nunc tractemus. Et idem di
co emptore malæfidei ſecus autem ſi eme
23 rit bona fi.¶Item in ſumma † notandum
eſt quod ex ſubtractione decimarum hæc
mala proueniunt quatuor. Primum ſcili-
cet præuaricatio diuini mandati. Secun-
dum quia cum olim homines ſoluentes
decimas bonis omnibus abundarent. ut
16.q 7.maiores. nunc quia decimam non
ſoluunt ad decimam conuertuntur. 16.q.
1.decimæ. Tertium quia dominus nos in
crepat locuſtæ nec plagas amouit.ut 16.
q.1.reuertimini.Quartum quia quod non
accipit tempus hoc tollit fiſcus ut in præ
24 dicto.c.maiores. † Decimas uero dantes
qua dupliciter remunerantur. Prima re-
muneratio eſt abundantia fructuum. Se-
cunda corporum ſanitas. Tertia indulgen
tia peccatorum. Quarta præmium æter-
num. ut probantur hæc. 16.q 1.decimæ.
¶Nunc uideamus de ſecunda parte rub ſ.
25 de primitijs.†Et ſciendum quod primitię
ſunt ex præcepto domini dicentis in exo
do.Decimas & primitias non tardabis do
mino offerre. Et alibi. Prmitias frugum
terræ tuæ deferes in domum domini dei
tui. Item ex conſtitutione canonica. ut.
16. q.1. reuertimini.32. diſt. præter hoc
Quãtitas autem primitiarum libris Moy
ſi non inuenitur expreſſa. Dicit.n. Hiero.
maiorũ traditione inductũ eſſe qui pluri
mum dabant quadrageſimã partẽ dabant
qui autẽ minimũ ſexageſimã, & ſic 40. &
60.licebat offerri pro uoluntate ſoluẽtis.
ut infra

ut infra eodem ca. 1. Et hæc uerum eſt in aridis & liquidis ī pecudibus uero primogenitum datur. Sed Hug. putans hoc eſſe durum dixit quòd de ducētis dandum eſt unum. Et ſi quis tot capita nō habeat proportionabiliter dabitur æſtimatio. Lau. & Io. dixerūt centeſimum eſſe dandum. Melius autem uidetur ut ſtetur circa hoc conſuetudini. ut ar. ſupra ti. 2. c. certificari. uel recurratur ad conſuetudinem uicinarū eccleſiarum. ut ſupra de cōſue. cum olim. Ita ut ex multis mediocritas obſeruetur ar. 10. q. 2. hoc ius uel quod minimum eſt detur ut infra de cenſibus ex parte. &. ff. de leg.
26 3. l. minimis. ¶Oblationes † uero dicuntur quecunque de proprijs & licitis rebus eccleſiæ à fidelibus offerūtur infra de uer. ſig. ca. Et ſunt diuidendæ oblationes et primitiæ ſicut et decimæ. ut 12. quæſtio 2. quatuor 10. quæ. 1. antiquis. 12. quæſt. 2. conceſſo.

## *Summarium*

1 *Regulares qui dicantur.*
2 *Religioſi qui ſint.*
3 *Regulares tria profiteri debent.*
4 *Profeſsio quid ſit.*
5 *Tempora probationum.*
6 *Cauſæ propter quas egreſsi pueri excuſantur.*
7 *Filius oblatus a parentibus religioni an exire poſsit.*
8 *Anni diſcretionis qui dicantur.*
9 *Filium infra annum diſcretionis per ſe ingredientem religionem reuocat pater, reuocat tutor.*
10 *Annus probationis à quo tempore currat.*
11 *Monachalem habitum per annum geſtans compellitur monaſterio profiteri.*
12 *Egreſſus a religione a qua egredi de iure competit, qui alium laxiorem compellitur ingredi, an poſsit poſt egreſſum aſſumptè & ante ingreſſum aſſumendæ cōtrahere matrimonium.*
13 *Habitus probationis qualis eſſe debeat. Habitus non facit monachum.*
14 *Profeſsionis præſumptio quando oriatur.*
15 *Votum quot modis ſolennizetur.*
16 *Epiſcopus ſi uult ad religionem tranſire non ſufficit licentia poſita. ſed requiſita & obtempta.*

## ¶DE REGVLARIBVS. Rubrica.

TRactauimus ſupra de clericis & rebus eorum, nunc dicamus de regularibus & his quæ pertinent ad regulares. ¶Videamus igitur qui dicuntur regulares, qui religioſi. qui profiteri debeant regulares, & quibus uerbis, & in cuius manibus, quāto tempore nouicij ſunt probandi. in qua ætate religionem ingrediēs obligetur & ex quibus cauſis nō profeſſus pro profeſſo habeatur ¶Regulares
1 † ſunt qui ad uiuendū regulariter ſe aſtringunt. ſiue ſint monachi: ſiue canonici regulares qui & ſi a ſanctorum monachorū conſortio non computentur ſeiuncti. regulæ. tamen inſeruiunt laxiori. ut infra de ſtatu regula. quod Dei timorem. In multis autem eorum conditio concordat. ut infra ne clerici uel monachi. ex parte. 20. qu. 3. præſens infra ne cle. uel mona. ſuper ſpecula. Et conuerſi profeſſi. ut 27. q. 1. ut lex. Secus eſt in conuerſis non profeſſis qui ſe & ſua non dedicarunt Deo. ut infra de priui. cum & plantare. §. de confratribus. & ca. ut priuilegia. ¶Religioſi
2 † autem largo modo dicuntur qui in proprijs domibus religioſè uiuunt, quamuis non profeſſi. ut. 33. q. 5. quod Deo patri.
3 ¶† Tria profiteri debet regularis obediētiam, caſtitatis cuſtodiam. abdicationem proprietatis. hæc enim ſunt ſubſtantialia uitæ regularis, nam cum regularis hominem Dei uice ſupra caput ſuum conſtituit 19. q. 3. ſtatuimus. renunciat propriæ uolunrati ut 12. quæſtione. 1. non dicatis. ſimiliter cū quis religionem ingreditur ſe & ſua dedicat Deo ut C. de epiſco. & cleri. in auten. ingreſſi. 19. quæſtione 3. quia ingredientibus. ſi qua mulier. & ca. tunc autem. & ideo poſt ingreſſum poteſtatem in corpore & in rebus amittit. In his autem ſubſtantialibus, diſpenſari non poteſt. ut infra de ſtatu regu. cum ad
4 monaſterium. in fi. † Profeſſio autem

nihil aliud eſt quam ſolemnis religio-
nis promiſſio in qua promiſſione hæc tria
conueniunt quæ prædixi. Fit promiſſio in
manu.prælati.ut infra eodem.c.porrectũ.
&.c.ad apoſtolicam. Fit & in manu priua
ti.15.q.1.uidua infra qui cleri.uel uo. ue-
niens.&.c.inſinuante. ¶Probationis tem-
5 pora ſunt diuerſa. † nam clericus notus
probat & probatur per annum.ut 17.quæ
ſtione 2.Conſaldus. clericus ignotus &
laicus notus per biennium. ut 19.q.3.mo
naſterium. laicus ignotus per triennium.
ut 17.q.2.ſi quis incognitus. 53. diſtinct.
legem. Hodie autem hæc diuerſitas tem
porum reducitur ad annum. ut infra eo-
dem titu.ad apoſtolicam. poſtulaſti. &.c.
ex parte. ¶De ætate ingredientium reli-
gionem hoc ſeruandum eſt ut ſi poſt 14.
annum qui intrauerit religionem. exire
non poſſit. Nec obſt. infra eodem.c. ad
6 noſtram. † Quinque enim cauſæ conſi-
derantur in illa propter quas egreſſi pue-
ri excuſantur. Prima quia impetuoſè &
ſine deliberatione intrauit, ideo ingreſ-
ſus non fuerit obligatorius apud deum.
qui animum conſiderat & non opus. cor
interrogat & non manum. ut.14.qu.5. ſi
quid inueniſti.15.qu.6.c.1.Licet ſit argu.
contra 17. qu.4.ſunt qui opes. Secunda
quia intellectus. Tertia quia ſine proba-
tione habitum ſuſcepit. Quarta quia pro
pe pueritiam intrauit. Quinta quia infra
triduum exiuit. Si uerò minor quatuor-
decim annis intrauerit. poterit egredi
cum uenerit ad 15.annum. ut 20.quæſtio
ne.1.illud Hug. autem dicebat diſcretum
ingredientem religionem obligari etiam
ante.14. annum quia ſicut ante annos il-
los poteſt quis obligari diabolo.ita& deo
7 ut infra de delic.pue.pueris. ¶ † Sed quid
ſi filius à parentibus ſit obligatus? Re-
ſpondeo ſi fuerit in annis diſcretionis &
non contradicat. exire non poteſt.ut in-
fra eodem.ca.cum uirum. Si ante annos
illos adhuc exire non poteſt. ut infra eo.
tit.ſignificatum.Sed ueniens ad 16. annũ
inquiretur. & tunc ſi ratum habet quod
factum eſt non exibit. ut in prædictis
decreta. Si autem diſſentiat poteſt exire.
ut 20.quæſt.2.illud.& infra eodem.c.cum
ſimus. Nec obſt.his 20.q.2. monachum.
ubi dicitur monachum autem paterna
oblatio aut propria facit deuotio. Nam il
lud ſic intelligo. Monachum facit pater-
na oblatio occaſionaliter ut cum filius
paternæ oblationis ex debito honeſta-
tis non neceſſitatis obtemperans cum po
teſt contradicere non reclamat. uel pa-
terna oblatio facit monachum ut cum fi-
lius habens diſcretionis annos oblatus à
parentibus non contradicit tunc uere fa-
cit monachum,ſecus ſi contradicat.ut 20.
qu.3.præſens. Vel tertio modo paterna
oblatio facit monachum, ut ſi filius in-
fra diſcretionis annos oblatus fuerit,an-
te diſcretam ætatem exire non poſſit ut
ſuperius dictum eſt. & ſecundum hoc in
telligenda ſunt omnia capitula 20. quæ-
ſtione prima uſque ad.§. cum ergo.
8 ¶ † Anni uero diſcretionis ſunt anni ad
uotum emittendum, & matrimonium
contrahendum qui ſunt. 12. in muliere.
& 14. in maſculo ut 20 quæſtione 1.c.1.
& 2 quæſt.2.capitulo 1.&.2. Illa enim æ-
tas ſoluit ius patriæ poteſtatis per ingreſ
9 ſum religionis. † Filium autem infra an-
nos diſcretionis per ſe ingredientem re-
uocat pater, reuocat tutor. ut 20. quæ-
ſtio.2.ſi puella uſque ad annum. ut infra
eodem titulo ſi quis ante. ut in prædicto
capitulo ſi puella. Quod intelligo uerum
eſſe niſi monaſterium ſit ualde remotum
ut per tantum temporis ad illud peruen-
re non poſſit, quia tunc maius indulge-
tur tempus arg.12.q.2.ſi quis incognitus.
10 ¶†Sed quæritur à quo tempore currat an
nus iſte. Videtur quòd à tpe ſcientiæ. ut
ar.2 q.7.biduũ.uel a tẽpore amonitionis.
ut ar.ſupra de cõceſ.præb. quoniã diuerſi
tatẽ.Vel dicemus illud tempus eſſe conti
nuum ita ut cedat ignoranti. ut.ff. de his
qui no.infa.l. genero. Credo quod annus
iſte incipiat cedere à tempore ſciẽtiæ. ar.
11 17.q.2.ſi quis incognitus. ¶ † Non pro-
feſſus compellitur profiteri qui monaſte-
rium ingrediens per annum geſtauit ha-
bitum monachalem. ut infra eo.c. ex par
te. Item ingreſſus religionem non profeſ
ſus ad

ſus ad priorem ſtatum redire non poteſt
ſi tempore ingreſſus euidẽter in eo ſigna
appareant quod abſolute uoluerit uitam
mutare. ut infra eod.c.ſtatuimus. Intelli-
go autem hæc ſigna apparere ſi is qui in-
greditur teſtamentũ facit & transfert om
nia bona ſua in hæredes & legatarios uel
diſtribuit omnia bona ſua eccleſijs & pau
peribus erogauit omnia bona ſua. Item ſi
in monaſterio diſtinctus ſit habitus noui
ciorum ab habitu profeſſorum. & ingre-
diens hoc ſciens aſſumpſit habitum pro-
feſſorum. ſimiliter ad priorem ſtatum re-
dire non poteſt. ut in prædicta decre. ſta-
tuimus. Additur & quartus caſus.ſ.cum is
qui ingreditur proponit abſolute uitam
mutare & ſi de hoc non appareant euiden
tia ſigna.ut infra eod. conſulti ſumus Vel
poſſet ſuppleri in eo quod de ſignis addi-
12 tur in decre. ſtatuimus. ¶ † Sed quæritur
quid ſi ingreſſus cui egredi de iure compe
tit religionem aſſumptam ſed reingredi
compellitur laxiorem nunquid ſi poſt e-
greſſum aſſumptæ & ante regreſſum aſſũ
mendæ, contrahat matrimonium tenet.
Et uidetur quod ſic.na habitus ſolus quẽ
aſſumpſit non ſolennizauit uotum. ut in-
fra eod.c. porrectum. & ſimplex uotum
non dirimit matrimonium. ut infra qui
cle.uel uo.conſuluit. &. c. rurſus.27. di.c.
1.&.2.§.hinc diſtingendum eſt. Puto ta-
men contrarium quod ſi habitus ſolus nõ
ſolennizat quantum religiorum aſſum-
ptam ſolennizat tamen in genere quan-
tum ad religionem quam generaliter con
ſentit intendens abſolute uitam mutare
cum habitum aſſumpſit. Et ſi obijcias eſt
monachus. cuius ergo monaſterij. Reſpõ
deo hæc obiectio non procedit. Nam po
teſt quis eſſe profeſſus in propria domo.
poteſt quis eſſe etiam monachus nullius
tamẽ monaſterij.ut.33.q.5.quod deo.27.
q.1.de uiduis &.C.de epiſ.& cle.l.rapto-
13 res. ¶ Quæritur in quo † habitu debeat
quis probari & probare. Et uidetur quod
in ſeculari.ut infra eo.ti.ſuper eo.53.di.le
gem.54. di. multos. & arg.17.q.2. ſi quis
incognitus. Lau. dixit quod in monacha
li habitu eſt probandus.ar.in. prædicta de
cre. ſuper eo.&.19.q.3.in monaſterijs.a-
lias non poſſet probare auſteritatem re-
gulæ monachalis. cum magna pars auſte
ritatis in habitu conſiſtat. Solutio in hu-
iuſmodi puto ſtandum conſuetudini &
& ſtatutis monaſteriorum magiſquam iu
ri ſcripto. Sed ſecundum iura moderna
habitus probationis religioſus eſſe de-
bet. Vnde in quibuſdam locis diſtinguitur
habitus nouiciorum ab habitu profeſſorũ
uterque tamen eſt religioſus:ſed ſi non di
ſtinguatur nihilominus ad aliquam diffe-
rentiam denotandum benedicendæ ſunt
ueſtes profeſſorum ut.infra eo.tit. ſtatui-
mus in fi. Sed obijcitur. habitus non facit
monachum. ut.infra eo.c.porrectum ſu-
pra de tranſac. ex traſmiſſa infra qui cle.
uel uo.conſuluit infra e.c. ut clerici. Quæ
dam tamen iura uel euidentur quod habi
tus faciat monachum. ut infra eodem ti-
tul.uidua.27.diſt.quod interrogaſti. Ad
hoc dico, quòd eſt profeſſio uera & ex-
præſſa, præſumpta & occulta. Vera eſt &
expræſſa quæ fit uerbis. ut.20. quæſtio.1.
uidua. infra titulo proximo dudum. Præ-
ſumpta & occulta,ut infra eodem ſtatui-
mus. Priora igitur iura ſic determinanda
ſunt habitus non facit monachum profeſ
ſione uera & expreſſa. Poſteriora uero
quæ dicunt quod habitus facit monachũ.
ſic intelligenda ſunt uerum eſt profeſſio-
ne præſumpta. Oritur autem profeſſio-
14 nis præſumptio ex nimia mora in mona-
ſterio.uel ex mora per annum uel per eui
dentiam ſigna.uel per aſſumptionem ha-
bitus profeſſorum. ut.27.quæſ.1. uidua in
fra eod.titul.uidua.27.diſt. quod interro-
gaſti infra eod.c.ex parte.&. c.ſtatuimus.
¶ † Sed quæritur quot modis ſolenniza-
15 tur uotum. Et certe tribus. Per profeſſio
nem ueram & expreſſam.præſumptam &
occultam ut ſuperius dictum eſt. Item per
ordinis ſuſceptionem ſolennizatur uotũ
continentiæ. ut.28.di.diaconi. &.84. diſ.
cum in prætorio. Item & per habitus ſu-
ſceptione.ut.infra titul.proxi. ex parte in
fra qui cle.uel uouẽ. inſinuante.27.q.1.c.
1.Sed in hoc ultimo membo iura illa ob-
uiare uidentur quæ ſuperius allegaui &
quæ dicunt

quæ dicunt quod habitus non facit monachum. Ad quæ reſponderi poteſt. iura illa locum habent cum habitum non præcedit uotum, ſecus ſi uotum præcedat & ha-
16 bitus ſubſequatur. ut dictū eſt. ¶ † In ſumma notandum eſt quòd licitum eſt religioſis ad artiorem uitam per religionem ſe transferre. petita à prælatis licentia quamuis non obtenta. ut infra eo. c. licet quibuſdā. Et ſi nec ēt petita transeat quis ad maiorem religionem uidetur quod ualeat tranſitus. ut infra eo. c. ſane. Quidam tamen dicunt illam de permiſſione loqui ex eo quòd dicit permittas. Vbi autem epiſcopus uult ad religionem tranſire non ſufficit licentia petita ſed requiſita & obtenta. ut in decre. licet & hoc ſiue ſit conſecratus ſiue non ut ſupra de transla præla. inter corporalia. Et eſt ratio nimia utilitas quæ prouenit poteſt ex officio paſtorali. ut ſupra de renunc. niſi cum pridem. §. ulti. ¶ Si eo modo militetur quo noſter iubet imperator. ut 40. di. ante omnia. Item cum quis leuitatis cauſa tranſit etiam ad maiorem. non ſufficit licētia petita ut 19. q. 3. ſtatuimus. ¶ De fugitiuis autem requirendis excommunicandis uel retrudendis ſeruatur quod legitur infra eod. tit. ne religioſi.

## *Summarium*

1 *Coniugum alter, an ante conſumatum matrimonium altero inuito, poſſit ad religionem tranſire.*

2 *Monaſterium intrare an poſſit alter coniugum poſt copulam carnalem altero inuito.*

3 *Matrimonium cōtractū per reuocatum à religione, poſt mortem reuocantis an ualeat.*

4 *Alter coniugum qui altero abſente & ignorāte religione intrauit, et in ea profeſſus fuit reuocatus, an mortuo reuocāte, teneatur reſumere religionem dimiſſam.*

5 *Cōiugatus qui conſentiēte uxore ingreſſus eſt monaſterium, & poſtea ad uxorem reductus, an mortua uxore reintrare teneatur*

6 *Vxor illius qui ea inuita et ignorante religionem intrauit. an ſimiliter eo inuito monaſterium intrare poſſit.*

7 *Vxor adulteri an eo inuito poſſit intrare religionem.*

8 *Adulter an poſſit intrare religionem innocente inuito.*

9 *Cōiugē unū ſimpliciter cōſentire an ſufficiat, ut alter ad religionē trāſeat, uel neceſſe ſit remaneri in ſeculo & uitam mutare.*

## ¶ DE CONVERSIONE CONIUGATORUM. Rubrica.

SVperius dictum eſt in genere de trāſeuntibus ad religionem, hic autem tractatur in ſpecie de tranſitu coniugatorum. ¶ Videndum eſt igitur quando alter coniugum altero inuito poſſit religionem intrare. ut infra eo. titu. c. 2. uel ſacros ordines promoueri. Item an ſufficiat alterum ex coniugibus ſimpliciter cōſentire, ut alter ad religionem tranſeat, uel oporteat illum qui remanet uitam mutare. & quid iuris ſit ſi alter tranſeat altero inuito. ¶ Eſt igitur ſciendum. † quod
1 ante cōſummatum matrimonium poteſt alter coniugum altero inuito ad religionem tranſire infra e. c. 2. & c. ex publico. ita ut infra duorum menſium ſpacium alterum faciat. uel religionem aſſumat, uel ad coniugem reuertatur. Sane quod dominus in euangelio dicit. non licere uiro niſi ob cauſam fornicationis uxorem ſuā dimittere, intelligendum eſt ſecundum interpætationē ſacri eloquij de his quorum eſt matrimonium carnali copula conſumatum. ut in illa ex publico, in fine Sed ſi alter iſtorum uel & inuito altero in domo propria remanere quaſi propoſitum caſtitatis in ſeculo ſeruaturus nihilominus conſumandum eſt matrimonium iam contractum. niſi uoto ſe aſtrixerit ad obſeruantiam regularem, in quo caſu compelli poteſt ut relicto ſeculo religionis propoſitum exequatur. ut infra eod. c. ex
2 parte, in fine. † Poſt conſumatum autem matrimonium non licet alteri coniugum altero in ſeculo remanente religionem aſſumere, & ſi is quæ remanet hoc permittat niſi eſſet ſenex & de incōtinētia nō ſuſpectus infra e. cū præditus. & c. uxoratus tūc enim ſufficit ſi is qui remanet cōtinētiam promittat. ut ibidē quā perpetuò obſeruabit etiā altero in religione defuncto & intan-

& intantum ut ſi poſt mortē ingreſi is qui
remāſit & cōtinētiā promiſi cōtrahat ma
trimonium.non teneat: & hoc ad ſimili-
tudinem coniugis illius quæ permittente
uxore & continentiam permittēte ordina
tur.ut 33.di.ſeriatim & 28.diſt.quia ſunt
culpæ.nam uotum uxoris quod intelligo
ſimpliciter fieri in promiſſione continen
tiæ ſolennizatur in ordinatione uel pro-
feſſione mariti. uir enim & uxor ſibi com
municant actiones. ut 30.q.4.ſi quis uiuis.
¶Si uero alter coniugum ingrediatur re-
ligionem altero inuito . non ualet ingreſ
ſus,& is qui remanſerit poterit reuocare
ingreſſum reuocatus autem uiuo reuocan
te nō exigit debitum.ſed reddet exactus.
potuit enim permittere id quod in ipſius
erat poteſtate ſcilicet non exigere. Non
reddere autem nō potuit promittere. quo
niam hoc non erat in eius ſed in mulieris
poteſtate. Vnde apoſtolus. Vir non habet
poteſtatem ſui corporis ſed mulier. ut in-
fra eo.c.quidam intrauit.27.q.2.ſunt qui.
3 ¶†Sed quæritur an ſi poſt mortem reuo-
cantis contrahat reuocatus matrimoniū
ualeat uel non. Et puto matrimonium te
nere, quia is qui intrauit potuit ſimpli-
citer uouere & ſe in eo quod in ipſo eſt
obligare ut ſuperius dictum eſt. Sed uo-
tum illud ſolennizare nequit inuita uxo-
re.nam ſolennitas uoti tollit utrunque ſ.
poteſtatem exigendi & redendi debitum
coniugale, ſolennizatio enim uoti ſi rite
fiat continentiam perpetuam inducit,quę
eſt eſſentiale profeſſionis.ut infra de ſta-
tu mo. cum ad monaſterium in fi. ¶ Item
4 quid † ſi alter coniugum altero abſente
& ignorante religione aſſumat.& profitea
tur in ea,demūm ab altero reuocetur.nū-
quid reuocatus mortuo reuocāte tenetur
reſumere religionem dimiſſam. Reſpon-
deo conſultius eſt ei & congruentius ad
ſalutem ut ad monaſterium redeat ubi bo
na ductus intentione profeſſionem fecit
& habitum religionis accepit. Si uero ad
hoc induci non poterit.ipſum inuitum cre
dimus non cogendum. ut infra eo. placet.
5 ¶† Sed ſi alter coniugum altero ſciente
& conſentiēte.cuius cōſenſus non ſufficit
etiā ſi cōtinētiā promittat. ſed requiritur
ut & ipſe ſimiliter cōuertatur. ut.23.q.5.
qui uxorē.monaſteriū ingrediatur & de-
mū ad uxorē de monaſterio reducatur.nū
quid mortua uxore reintrare tenetur. Re
ſpōdeo ſic etiā ſi poſt mortē primæ aliam
duxit.nam & tunc per excōmunicatione
cōpellitur ut muliere dimiſſa ad ſuū mo-
naſteriū reuertatur ſub regulari habitu de
cætero domino ſeruiturus ut infra eo. ex
ꝑte.Et eſt rō diuerſitatis ĩter illā decr.pla
cet.& aliā ex parte abbatis.quia in illa pla
cet.is qui intrauit non habuit conſenſum
cōiugis.& iō ſimplex uotū nō potuit ſolē
nizare altero ignorāte uel inuito ut ſupe
rius dictū eſt. Sed in illa ex parte.is qui in
trauit habuit conſenſum uxoris. unde in-
greſſui mariti nō in fuit alius defectus niſi
ſuſpicio de incontinentia uxoris quæ per
mortē ipſius aboletur. unde mortua uxo-
re religio uiri inuenitur ex omni parte ſuf
fulta,& quia profeſſio interuenit. nec de-
fuit conſenſus uxoris.& ſupicio in cōtinē
tiæ ceſſat,& propterea cōpellitur reitrare
6 ut dictum eſt. ¶ † Sed nunquid uxor illius
qui intrauit ea inuita uel ignorante pote-
rit ĩtrare eo ſimiliter inuito. In hoc diſtin
guo. Refert an maritus ſit de monaſterio
eductus & reconciliatus uxori. Et tūc eo
uiuente & inuito non poteſt intrare. An
non ſit eductus, & tunc poteſt uxor intra
re inuito,marito ut uigeſimaſeptima quæ
7 ſtione ſecunda. Agathoſa. ¶ †Item quid ſi
maritus adulterium commiſit nunquid li-
ceat uxori eo inuito intrare religionē.Re
ſpōdeo ſic ſi fuerit per ſnīam ſeparata 35.
q.6.multorū & 33.q.2.ſeculares.quia poſt
ſnīam nō poſſet de monaſterio reuocari ar
gu.ad hoc optimū infra eo.c.ult.ubi alter
coniugū religionē ingreſſus nō reuocatur
ab altero qui ſpiritualiter fuerit fornica-
tus.cū iam ſententia diuortij lata eſt inter
eos. Sed ante ſententiam non poſſet irre-
uocabiliter intrare, quia ſi fornicator pe-
teret reſtitutionem ingreſſi indulgere-
tur, eidem nec obſtaret fornicationis ob
iectus.ut ſupra de reſtitu. ſpol. item cum
quia argum. C. de dona. inter uirum &
uxorem.l.ſi.maritus. ¶ Non obſtat his

27.q.2.

27. q. 2. Agathoſa. ubi non reuocetur ingreſſus a fornicatione. nam illud intelligo cum ſententia diuortij lata eſt. Vel loquitur canon ille cum adulter agit contrà ingreſſum petitorio. ſecus ſi agat reſtitutorio ſicut dictum eſt. Adducunt quidam & alium caſum in quo licet alteri coniugum altero inuito religionem intrare ſcilicet cum alter notoriè fornicatur ut infra de diuor. ſignificaſti. Sed decre. illam intelligo cum ſpoliatus poſt ſpoliationem adulterium committit & ſic petitioni reſtitutionis qui ſibi iam competit præiudicium parat. præcedens autem adulterium non ei obſtaret. ut dictum eſt. & ſic intelligo
8 infra eo. cōſtitutus. ¶Sed quæro † an adulter intrare poſſet religionem innocēte inuito? Reſpondeo non. Pœna enim ex adulterio meretur hanc immunitatem non inducit ut a nexu coniugis liberentur. ut. ff. de interdic. & rele. l. relegatorum. §. ulti. nec ex delicto debet conſequi actionē. ut. ff. de fur. l. itaque fullo. & ſupra de ſuetudine ex parte. ¶Item quid ſi ſententa diuortij lata eſſet, nunquid adulter intrare poſſet innocente inuito reſpondeo nō. quia innocens poſſet adulterium inuitum ſibi reconciliare uelet. ut 32. q. 1. non erit & ca. quod autem in auten. ut nulli iudi. §. manifeſta. colla. 9. & ſignatur illud autē. C. de adulterijs & incipit. ſed hodie. Et quæ dicta ſunt ſupra de religione aſſumēda ab uno coniugum altero inuito. ſed in caſibus idem puto in ſacris ordinibus reci
9 piendis. ¶Nunc uideamus an † ſufficiat ex coniugibus ſimpliciter conſentire ut alter ad religionem tranſeat uel neceſſe ſit ipſum qui remanet in ſeculo uitam mutare. Et in hoc dicit Hugo. quod uno intrante monaſterium & profitēte de conſenſu alterius. is qui remanet intelligitur profiteri & ammodo contrahere non poteſt ut 28. di. quia ſunt culpæ. 32. diſ. ſeriatim & 33. q. 5. qui uxorem 27. q. 2. agathoſa. Sed obſtat ei infra de eo qui duxit in mat. quā pol. per adulte. ex literarum. Poſſet tamē ad illam Hug. reſpondere. quòd ibi non habentur quòd interuenerit cōſenſus eius qui remanſit. Alij dicunt quòd ſi alter coniugum permittat alterum intrare nec cōtinetur in ſeculo remanere & ſimpliciter permittat. nec tenetur intrare niſi eſſet iuuenis & ſuſpectus. Puto autem uiam mediam eligendam ut coniunx qui permiſerit alterum intrare. ſi ſuſpectus eſt is qui permiſerit compellatur intrare & profiteri. Si uero non eſt ſuſpectus continentia promiſſa poterit in ſeculo remanere. ut infra eo. ca. cum ſis prædictus, & ca. uxoratus. Et ſecundum hoc intelligo primam decretalem huius ti. Nec ob. his infra eo. tit. ca. ueniens. ubi uir intrauit uxore permittente iuuene & ſuſpecta. nec cogitur ipſa intrare. ¶Sed hoc ideo. quia licentia illa fuit per fraudem elicita & per captionē extorta. ut ex illa littera colligitur manifeſtè. Et ſi hoc eſt uerum quare nō fuit maritus de monaſterio reuocatus. Reſpōdeo propter fornicationem uxoris poſt ingreſſum mariti commiſſam. ut ibi patet. alias licuiſſet reuocari maritum. ut 33. q. 5. notificaſti. In eo autem quod dixi. ſupra quòd ſi maritus intret religionem permittente uxore & profitetur. quòd uxor intelligitur uouere & uotum ſuum ſolennizare ſolennizante marito. quia uir & uxor ſibi communicant actiones. Adijciebat Io. & cauta eſt adiectio ſcilicet ſi mulier hoc ſciret & intelligeret hunc eſſe effectum ſuæ permiſſionis. Tunc enim poſt mortem uiri contrahere non poſſet. nec contractum tenere. Cæterum ſi mulier ſimplex & iuris ignara hoc non intelligeret neque ſciret nec intēderet ſic ſe ad perpetuam continentiam obligare. quamuis uotum ſimplex quod intelligitur emiſiſſe permittēdo maritum intrare perpetuo debeat obſeruare & ſic etiam poſt uiri obitū continere. ſi tamē contraxit matrimoniū tenet ar. ad præmiſſa infra eo. ueniens.

## *Summarium*

1 *Coniugum alter infidelium ſi conuertitur ad fidem, uel unus ex coniugatis fidelium, in hæreſim labitur, an eorum matrimoniū diſſoluatur.*

2 *Sacramentum fidei & baptiſmi primum eſt et fundamentū ac ianua oīm ſacramentorū.*

3 *Diffe-*

3 *Differentia inter fornicationẽ carnalem & ſpiritualem.*

4 *Vnus ex duobus fidelibus coniugibus ſi labatur in hæreſim & demum ad fidem reuertitur, is qui ad fidem remanſit compellitur ei uolenti cohabitare.*

5 *Diuortio facto apud quem filij remanere debeant.*

¶DE CONVERSIONE INFIDELIUM. Rubrica.

IN ſuperiori rubrica tractatum eſt de conuerſione coniugatorum ad religionem hic autem tractatur de conuerſione infidelium ad fidem. ¶ Eſt ergo uidendum quid iuris ſit ſi alter coniugatorum infidelium conuertatur ad fidem, & è conuerſo ſi unus ex coniugatis, fidelium labatur in gentilitatis errorem. ¶ † Sit itaque
1 in hac materia diſtinguendum. Quia ſi matrimonium contrahatur. inter duos fideles, matrimonium ratum eſt. ideſt, indiſſolubile niſi morte quo ad ſubſtantiam matrimonij. Nam & ſi diuortium intercedat non aboletur confederatio nuptialis. ut. 32. q. 7. licite. &. c. interueniente. Si ergo alter illorum labatur in hæreſim poteſt alter qui remanſit in fide agere ad diuortium propter fornicationem ſpiritualem. & tunc ſententia neceſſaria eſt quæ ſeparet quo ad thori cohabitationem & mutuam ſeruitutem uinculo matrimonij
2 perdurante. † Et eſt ratio quia ſacramentum fidei quod ſemel admiſſum nunquam admittitur ratum efficit coniugi ſacramẽtum ut ipſum in coniugibus illo durante perduret. ut infra de diuor. quanto, ſacramentum enim fidei & baptiſmi primum eſt & quaſi fundamentum & ianua omnium ſacramentorum. ut. 32. diſt. §. porro. in fi & infra de prisby. nõ bap. m. ueniẽs. unde poſito fundamento quod ſemel poſitum non amittitur ut dictum eſt. & probatur in eadem decre. quanto. & de conſ. di. 4. oſtenditur, ſuper ædificatio aliorum ſacramentorum firma eſt. Sed ſi illud fundamentum non ſit poſitum aliorum. ſacramentorum ſuper ædificatio ualida non cõſiſtit. Et in caſu præmiſſo cum diuertitur non habet locum illa conſideratio an uelit lapſus cohabitare uel non. Vnde mirabiliter & enormiter errauit Vincen. in hoc quia ipſe in glo. ſuis quas ſcripſit ſuper illa decre. ſupra titul. proxi. mulier hæc conſideraſſe uidetur quòd in hoc caſu quem præmiſi locum nõ habet in alio ut iam dicam. Vbi uerò matrimonium contrahitur inter duos infideles & unus ad fidem cõuertitur. monet apoſtolus fidelem ut cohabitet infideli. Ideo autem monet, quia hoc poteſt eſſe multorum occaſio lucrandorum ut fideles coniuges in reliquẽdis infidelibus permiſſa licentia non utantur ut. 28. q. 1. iã nunc. ſed ſi infidelis nolit cohabitare fideli. uel uelit ſed cum blaſphemia, ſaluatoris uel ut trahat fidelem ad mortale pactum in his caſibus ſine iudicio & præter ſententiam ſoluitur uinculum matrimonij. Contumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonij. ut in illa decre. quanto. Ideo autem ſoluitur quia cũ contractum fuit hoc matrimonium non inuenit fidei firmitatem ſuper qua ſtabiliri poſſit coniugij ſacramentum. Et hæc eadem ratio eſt quare in diuortijs ſuperioris matrimonij requiratur ſententia non autem in hoc matrimonio diſſoluendo. Item nota quod in caſu primo poſt diuortium ſeparatus altero uiuente non contrahit. in ſecondo contrahit. & ideo fidelis ut hic licenter & libere faciat teſtes adhibeat cum in fidelis renuit cohabitare uel cum cohabitans blaſphemat uel trahit ad mortale peccatũ ut de his uel eorũ aliquo fides fiat † Item nota. differentiam in
3 ter fornicationem carnalem & ſpiritualem, quia propter unicam fornicationem carnalem poteſt maritus diuertere ab uxore. ut. 32. q. 1. dicit. &. c. in coniugio. & infra de diuor. gaudemus. in fin. Sed propter unicam ſpiritualem non niſi perſeueretur in ea. ut. 28. q. 1. non ſolum. In alio autem conuenientia eſt inter utranque fornicationem. Sicut enim maritus uxorem fornicantem carnaliter excludere à ſua cohabitatione tenetur ut. 32 q. 1. c. ſi quis uxorem. ſic & fornicantem ſpiritualiter

liter ſi in hoc perſeueret. ut 28. q. 1. non ſolum. Sed cum inter duos iudæos contrahitur matrimonium. & alter ad fidem cõuertitur. quamuis is qui remanſit in iudaiſmo habitare conſentiat & ſine blaſphemia uel contumelia creatoris. fidelis tamẽ ei cohabitare non poteſt, ut 28. quæſtio. 1. iudæi. Et eſt ratio quia iudæi habent leges & prophetas & domeſtici ſunt fidei noſtræ. Et ideo timetur ne iudæus Chriſtianum ſubuertat. ¶In ſumma notandum

4 eſt. † quòd ſi unus ex duobus fidelibus coniugibus labatur in hæreſim. & demum reuertatur ad fidem is qui in fide remanſit compellitur ei uolenti cohabitare. niſi ante conuerſionem fuiſſent per ſententiã ſeparati ut infra de diuor. de illa hodie tamen uidetur correcta illa diſtinctio infra de diuor. quanto in fi. ubi uidetur quòd indiſtincte cohabitare cogatur. ¶Diuortio

5 †autem facto ſi quæratur apud quẽ filij debeant remanere. Dicendum eſt quòd ſecundum uetera iura infantes uſque ad triẽnium apud matrem ſunt alendi. nam uſq; ad tempus illud magis indigent lacte quã eſca. Poſt triennium uerò apud patrem ut. C. de patria po. l. nec filum. eo ſaluo quòd ſi iudex decerneret etiam tales apud matrem nutriendos. ipſæ æſtimabit an apud patrem uel apud matrem filii nutriantur. ut C. de diuor. l. una. Sed iure autenticorum aliud conſideratur an pater dederit cauſam diuortio uel mater. ut ſi pater. tunc filij alantur apud matrem expenſis patris. ſi mater filij nutriantur apud patrem expenſis matris. ut in authenti. ut licę. ma. & auiæ. §. illud quoque. & ſignatur. C. de diuor. fac. & incipit. ſi præſtiterit & hoc idem conſideratur infra eodem ex literis. Et alia duo, patria poteſtas, & fauor fidei Chriſtianæ: ut ibi colligitur. & 28. quæſtio. 1. iudæi. Patræ uero defuncto præſes determinet ubi pupilli debeant educari ut. C. ubi pu. debe. edu. l. 1. & 2.

## *Summarium*

1 *Votum quid ſit.*
2 *Votorum ſpecies quot ſunt.*
3 *Votum uoluntarium ſubdiſtinguitur.*
4 *Votum ſimplex impedit matrimonium contrahendum; & dirimit iam contractum.*
*Votum frangens an peccet, & ſupra nu. 3.*
5 *Vouere quis poſſit.*
6 *Votum quod quis ante monachatũ emiſit, an poſſit per abbatem reuocari.*
7 *Vota omnia an poßint redimi & commutari & nu. 9.*
8 *Anima prætioſior eſt cunctis rebus.*
10 *Diſpenſare quis poßit ſuper uoto.*
11 *A uoto quot modis diſcedi poſſit.*
12 *Vouens an poßit differre uotum exequi.*

## ¶DE VOTO ET VOTI redemptione. Rub.

DIctum eſt ſupra de tranſitu ad religionem. Sed quia poſtquam tranſitur ad religionem uotum emittitur, uel prius emiſſum ſolennizatur. Ideò ſubſequenter tractatur hic de uoto & uoti redemptione. ¶Videamus igitur quid ſit uotum. quot ſint ſpecies uotorum qui uouere poſſunt, in quibus caſibus, & qualiter poſſit redimi, & qualiter poſſit a uoto diſcedi. & an in uotis ualeat diſpen-

1 ſari. & per quem. ¶Votum † eſt alicuius boni cum deliberatione Deo facta pollicitatio alicuius boni, ideo dixi. quia ſi de malo quis uoueat non obligatur, quia in malis promiſſis reſcinde finem, in turpi uoto muta decretum ut 22. q. 4. in malis. Cum deliberatione ideo adieci. quia uotum quod & facilitate animi magis quam ex arbitrio diſcretionis emittitur non eſt uſquequaque obligatorium ut infra eodẽ cap. uenientis ſupra de reg. ad noſtram.

2 ¶† Votorum due ſunt ſpecies neceſſitatis & uoluntatis. Vota neceſſitatis ſunt illa quæ quis neceſſario in baptiſmo promittit. ut abrenunciare dyabolo. & pompis eius, tenere fidem, ſeruare decalogum. de conſe. diſtin. 4. prima. Vnde cum homo peccat poſt baptiſmum dupliciter reus eſt. & quia peccat in eo quòd committit. & quia uotum præuaricatur non tamen tãquam pro duobus mortalibus peccatis pœnitentia indicetur. ſed tãquam pro una circunſtantia tranſgreſſionis

nis grauato. Vota uoluntatis ſunt illa quæ quis uoluntariè emittit ſuper his ad quæ ante uotum quis non tenetur. ſed poſt uotum ſic. ut ſunt uota continentiæ. abſtinentiæ peregrinationis & ſimilium. Et de his dicitur uouete & reddite domino Deo neſtro. ut primum ad conſilium. ſecundum ad imperium referatur. ut infra eodem cap. magnæ. Et de utraque ſpecie uotorum dicit Augu. Sunt quædam quæ etiam non uiuentes debemus. quædam etiam quæ niſi uoluerimus non debemus. ſed poſtquã ea Deo promittimus neceſſario Deo reddere aſtringimur. ut 17. quæſt. 1. cap. 1. Ea autem ſunt in noſtris officijs grauiora. quæ cum liceret nobis non impendere tamen cauſa dilectionis impendimus. ut 28. quæſtione 1. Idolatria.

3 ¶ † Votum uoluntarium, ſubdiſtinguitur. quia aliud ſimplex, aliud ſolenne. Simplex eſt omne illud cui nulla ſolennitas adhibetur. Solum autem continentiæ uotum ſolennizatur. Sed quot modis ſolennizatur uotum notaui ſupra de regul. §. ſed quare. Tu tamen ſcias quòd quantum ad Deum non minus obligat ſimplex uotum quàm ſolenne. Nam ex ſui natura eandem obſeruantiam habet utrunque, in perpetuum eſt ſeruandum. utriuſque fractio inducit mortale. utrunque prohibet, contrarium actum. Sed quia eccleſia conſiderat circunſtantias. ut 40. diſtin. homo Chriſtianus. & de pæ. diſtin. 5. cap. 1. & ſolennitates uerborum attendit ut infra qui cleri. uel uo. rurſus. 22. quæſtio 5. iuramentum huius Idcirco

4 co diuerſum ſtatum in utroque. † ut ſimplex impediat matrimonium contrahendum ſolenne dirimat iam contractum. ut in prædicta decreta. rurſus 27. diſtin. per totum. 27. quæſtio. 1. per totum. Item maiorem pœnam ſtatuitur in fractione ſolennis quam ſimplicis. ut 27. diſtin. ſi uir. & 27. quæſtio. 1. uirginibus. & cap. de uotum. Et ex hoc ſatis apparet grauius delinqui in fractione ſolennis quàm ſimplicis uoti. Quis enim dubitet ſceleratius eſſe commiſſum quod grauius uindicatur ut 24. quæſtio. 1. non aſſeramus. Et hæc omnia quæ dico in uoto ſimplici & ſolenni locum habent in promiſſo ſimplici & iuramento ut 22. quæſt. 5. iuramenti. Et eſt ratio quare magis peccatur in fractione ſolẽnis quam ſimplicis quia qui frangit ſolenne peccat in Deum. offendit conſtitutionem eccleſiæ & homines conſcios ſcandalizat quod in ſimplici non cõ

5 tingit. ¶ † Poteſt uouere quilibet, quia illud conſilium uouere &c. cõmune eſt omnibus. qui enim uouet opera pietatis ſpiritu dei ducitur. & ideo non eſt ſub lege. ubi enim ſpiritus Dei ibi libertas ut 19. q. 1. duæ ſupra de regul. licet. Excipiuntur quædã perſonæ quæ ſine cõſenſu aliorum religionem uouere nõ poſſunt, ut epiſcopus ſine licẽtia papæ. ut in prædicta licet & infra eo. ti. magnæ. Impubes ſine patris uel tutoris auctoritate ut 20. q. 1. c. 1. & 2. Et ſeruus abſq; domini uoluntate ut 17. q. 2. ſi quis incognitus. Vxor ſine licentia uiri. ut ſupra de conuerſione coniugatorum. per totum. Sed nec monacho licet uouere ſine licẽtia abbatis. ut 20. q. 4. monachis. Quod intelligo in uoto abſtinentiæ per quod alij fratres ſcan

6 lizarentur. ¶ Sed nuquid † uotum quod quis ante monachatum emiſerit poteſt abbas reuocare. Videtur quòd ſic. ar. 33.

7 quæſtione. 5. noluit. ¶ † Omnia uota uoluntatis redimi poſſunt & commutari auctoritate ſuperioris. ex cuius arbitrio dependebit conſiderare qualitatem perſonæ & cauſam commutationis ut ex hoc colligat an recompenſatio melior ſit, et Deo magis accepta ut infra eodem cap. 1. Præter uotum continentiæ in quo diſpenſari non poteſt ut infra de ſtatu regul. ad monaſterium in fi. Quod ideo contingit, quia uix poſſet aliquid inueniri quod deberet caſtitas commutari. ar. 32. quæſtione pri. nuptiæ. 33. quæſtio. 5. tunc ſaluabitur. ¶ Et caſtitas ſola eſt, quæ poteſt cum fiducia Deo animas præſentare. ut in autentico de leno. §. ſanctiſſimus. colla. 2. Nulla autem commutationem poteſt ho

8 mo dare pro anima ſua. † cum anima ſit præcioſſior omnibus rebus. ut. 24. quæ-

 ſtio-

ſtione.3 ſi habes. Ideo autem dixi. uota uoluntatis commutari non poſſunt quæ in baptiſmo promittuntur. Hoc enim eſſet diſpenſare contra deum uel contra fidem. quod non licet. ut.25.q.1. ſunt qui-
9 dam.15.diſt.ſicut.11.q.3.qui reſiſtit.†Sed uota uoluntatis.ut dictum eſt commutari poſſunt. quia in ueteri lege in qua non minus obligat præceptum domini quam hodie uotum obliget in eccleſia primogenita quæ domino mandabantur offerri quædam domino redebantur,ut primogenita leuitarum. quædam redimebantur ut aliarum tribuum.quædam commutabãtur in aliud.ſicut primogenitum aſini. quod cõmutabatur pro oue.ut infra eodẽ.c.1.ma-
10 gne.¶†Sed nunquid quilibet prælatus poteſt præſtare auctoritatem commutationi uoti. Dicunt quidam quod nullus niſi is cui permittitur hoc à papa ſpecialiter.ut infra eodem titu.ex multa. Credo tamen quod cuilibet epiſcopo permiſſa ſit commutatio uoti. ut infra eodem.c.1. Et quod dicit illa decre. ex multa. ſpeciale eſt in uoto ultramarino.quod ſtatutum eſt ob fauorem ſubſidij terræ ſanctæ. Sed is cui uoti illius fuerit diſpenſatio ſpecialiter delegata in comutatione uoti illius habet attendere ea quæ continentur infra eod.c.quod ſuper his.& c.ex multa.
11 ¶†Poteſt a uoto diſcedi quatuor modis. Primo ſi auctoritati ſuperioris fuerit commutatum uel dilatatum. ut infra eo.c.1.& c.non eſt.Secundo cum uouẽs uotum ſuũ quod in temporali obſequio conſiſtit in perpetuam religionis obſeruantiam propria auctoritate commutat. ut infra eod. tit.ſcripturæ. Et ſic poteſt intelligi quod ſupra de iureiur.peruenit. Si tamen quis uotum temporale perficeret & demum ad religionem migraret. tutius uideretur argum.infra de ſpon.commiſſum.Tertio propter defectum conditionis ut ſupra de iureiur.peruenit 2. Secus ſi abſolutè quis uouear,nulla.n.conditione rũpenda ſunt quæ ſine ulla conditione uouentur. ut 32. q.ult. c.ult.Quarto propter defectum cauſæ propter quam uouetur.ut infra eodem titu.magnæ in fine.Secus tamen eſt in uoto religionis. quod ex falſa cauſa non uitiatur ſupra de conuerſi. coniuga. ex parte. Et quod dixi à uoto conditionali poſſe recedi intelligo ſiue conditio ſit ſpecialis & expreſſa. ut infra de condi. appo.uerũ. de illis. & c.ſuper eo. & ſupra de reſtitutio. ſpolia.olim cauſam.ſiue ſit tacita. ſed talis quæ ex ſui natura inſit uoto, ut ſi potero.ſi uixero. ſi deus uoluerit. niſi deus aliter reuelauerit ut probantur hæc 16. quæſtione 1.in parochia 22.qu.2.Beatus.
12 27.q.1.Beata Maria.¶In ſumma † notandum eſt quod ſi uouens impediatur exequi uotum in potentia facti.expectandus eſt donec ceſſet impedimentum ut infra eodem titu.quod ſuper his.ff.de uaca. mune.l.ultima infra de ſentent. excommu. de cætero. Nec interim habendus eſt uoti tranſgreſſor. arg.ff.qui ſatiſ.co.l.ulti.uoti obligatione in ſui robore perdurante, quia difficultatis cauſa ad incommodum promiſſionis non ad impedimentum ſtipulationis pertinet.ut.ff.de uer.obl.l.continuus.§.eſt autem.

## *Summarium*

1 *Monachi & canonici regulares qualiter debeant uiuere.*

2 *Monachi an poßint præfici eccleſiis parochialibus.*

3 *Monachi tranſeuntes ad prælaturas ſeculares à quibus abſoluantur, & nu. 4.*

4 *Monachus cui commiſſa eſt cura eccleſiæ ſecularis an abſoluatur ab obedientia abbatis.*

5 *Monachi in quo conueniant cum canonicis regularibus, & in quo differant.*

6 *Monachorum uiſitatio qualiter fieri debeat.*

7 *Priores per electionem canonicam inſtituti, an poßint remoueri.*

8 *Epiſcopus de eo quod monachis offertur nihil poteſt uendicare.*

## ¶DE STATV MONACHORUM & canonicorum regularium. Rubrica.

Dictum eſt ſupra de cõuerſione ad religionem. Sed quia qui conuertuntur frequentius monachi fiũt uel

uel canonici regulares. Ideo ſubiiciuntur
tractatus de ſtatu monachorum & cano-
1 nicorum regularium. ¶ Videndum † eſt igi
tur qualem uitam debeant ducere mona-
chi & canonici regulares. Item in quo
conueniant & in quo differant monachi
& canonici regulares. qualem habitum
gerere debeant. & quæ ſint neceſſaria ad
uitam regularem obſeruandam. ¶ De ui-
ta quoruudam monachorum & habitu tra
ctatur infra eo. c. ad monaſteriũ. Sed quia
circa hoc diuerſæ inueniuntur obſeruan
tiæ & ſtatuta magis hoc per inſtitutiones
eorum inſtruitur quam per iura. Vt tamẽ
ſciamus quòd monachi peculium habere
non poſſunt niſi ab abbate fuerit per in-
iuncta adminiſtratione permiſſum. ut in-
fra eo. c. 2. in prin. &. §. quia uero. Nam &
in regula Beati Benedicti præcipitur pro
uideri per quorum manus negocia mona
ſterij procurentur. ut infra ne cleric. uel
mona. c. 1. Singuli per uillas & oppida nõ
ponantur. ut infra eo. c. 2. infra de c. mo-
2 na. c. ulti. & pe. † An autem in eccleſijs pa-
rochialibus poſſint præfici & eis anima-
rum cura committi. dubitari ſolet. Dicũt
enim quòd olim ex diſpenſatione pote-
rat 55. diſt. priſcis. Hodie de iure commu
ni poteſt. ut 16. q. 1. in parochia. cum pro
utilitate doctos & c. ſi monachus. Tertij
dicunt quod nec hodie poſſunt præfici ſe
cularibus & parochialibus eccleſijs ſine
diſpenſatione ut infra de cap. mo. c. 1. Sed
in hoc dici poteſt quod olim non poterãt
præfici niſi ex neceſſitate ut in prædicto.
c. priſcis, hodie uerò poſſunt etiam utili
tatis cauſa. ut in præalle. c cum pro utili-
tate. Et hoc locum habet in eccleſijs in
quibus plures monachi eſſe poſſunt. Se-
cus ſi eccleſia talis ſit in qua monachum
oporteat ſolum eſſe. ut infra eod ca. 2. in
princ. & infra eo. c. quod dei timorem. Pu
to autem quòd epiſcopi monachos poſ-
ſunt præficere ſecularibus eccleſijs cum
abbatum conſenſu. ut 63. diſtinct. c. 1. Et
hoc uerum eſt in eccleſijs quæ non ſpe-
ctant ad monachos pleno iure. ut ſupra
de ſup. negli. prela. ſicut ſupra de præben.
de monachis. & infra de priuile. cum &
plantare. §. in eccleſijs 16. quæſt. 1. ſane &
c. ſtatuendum. In his autem quæ ad eos
pertinent pleno iure. ſufficit abbatis con
ſenſus. ut 16. quæſt. 2. uiſis. & ſi ſic fuerint
inſtituti poſſunt prædicare, baptizare.
miſſam ad populum celebrare. & certa
officia ſacerdotalia miniſtrare. ut. 16. q. 1.
§. ecce. in hoc cum omnibus ſequentibus.
c. uſque ad. §. his omnibus. Aliter non ha
bent huius officia. ut. 16. q. 1. per totum uſ
que ad prædictum. §. ecce in hoc capitulo.
3 ¶ † Et ſciendum quod cum monachi ad
prælaturas tranſeunt ſeculares abſoluun
tur à quibuſdam obſeruantijs. ut à ieiu-
nio ſilentio & uigilijs. Et eſt ratio quia ut
dicit canon. nemo poteſt eccleſiaſticis ob
ſequijs deſeruire & in monaſtica regula
ordinatè perſiſtere, ut diſtrictionem mo-
naſterij teneat qui quotidie in monaſte-
rio eccleſiaſtico cogitur permanere. ut 16
quæſtio. 1. nemo. In alijs autem non ab-
ſoluitur ut habitu obſeruando continen-
4 tiam & de proprio non habendo. † Sed
nunquid abſoluitur ab obedientia abba-
tis. In hoc diſtingue. Quia aut transfer-
tur ad eccleſiam epiſcopalem. aut ad aliã
minorem. ſi ad epiſcopalem omnino ab-
ſoluitur à iuriſditione & obedientia ab-
batis. ut. 18. q. 1. c. 1. ſi ad aliam minorem
ſubdiſtingue. aut illa eccleſia eſt ſubiecta
abbati ſuo aut non. ſi eſt ſubiecta abbati
ſuo quo ad temporalia tunc eximitur ab
obediẽtia illius quo ad ſpiritualia. ut. 16.
q. 2. ſane infra de cap. mona. c. 1. ſi uerò
eccleſia ſit ſubiecta abbati ſuo in ſpiritua
libus & temporalibus, tunc tranſlatus re
manet ſubiectus abbati in omnibus, &
ſeruabit omnia ſicuti prius præter tria. ie
iunia. ſilentium & uigilias. quæ in eccle-
ſia ſeculari ſeruari non poſſunt, ut ſupe-
rius dictum eſt ſi autem eccleſia in nullo
ſit abbati ſubiecta tunc monachus tranſla
tus in nullo tenetur abbati. ut. 16. q. 1. in
parochia. nec eccleſiam ſuam reget ſe-
cundum officium monachale. quia ad
quam cunque eccleſiam ueneris illius cõ
ſuetudinem ſeruabis. ut. 12. di. illa. 41. diſ
quiſquis. ſed nunquid ab eſu carnium
eximitur à regula monachali. Videtur
quòd

quod non quia canon cauſam infirmita-
tis tantum excipit in monacho. de conſe.
diſt.5.carné.ſatis tamen dici poſſit quod
ſic. ne alijs cum quibus uiuit hoc ſcanda
lum inducatur. ut 41. diſtinct. quiſquis.
ſed ubi alijs non eſt ſcandalum uel ubi
monachus commonachum habet cũ quo
uiuit ut infra titu. quod dei timorem ſer-
5 uabit regulam quo ad eſum. ¶†Monachi
& canonici regulares conueniunt inter ſe
in his quæ ſunt ſubſtantialia religionis
ut in abdicatione proprietatis, obedien-
tia. & continentia. ut infra eodem titu.
cum ad monaſterium, in fin. 12. quæſt. 1.
non dicatis, ut infra eod. ſuper quodam.
Et ſecundum hoc dicit Nicolaus Papa.
Non enim putamus quod abſit religioſos
canonicos à ſanctorum monachorum cõ-
ſortio ſeiunctos. ut 20. quæſt. 3. præſens
in fi. & infra eodem titulo quòd dei timo
rem. Item ſicut iſti ſic nec illi clauſtrum
exire debent. ut infra ne cle. uel mona.
non magnopere. & c. ſuper ſpecula. Item
ut communiter dormiant & ueſcantur. ut
ſupra de uita & hone. cleri. quoniam 32.
diſtinct. præter hæc. de conſe. diſtinct. 5.
in omnibus. 12. quæſt. 2. neceſſario. Item
& in alio ut infra eod. in ſingula. ¶ Diffe-
runt autem in quibuſdam. quia quod ſta-
tutum eſt de monachis ut ſinguli per uil-
las & oppida non ponantur. ut infra. c. 2.
de canonicis regularibus ſpecialiter non
cauetur. Item quo ad habitum. & quo
ad eſum regulæ ſeruiunt laxiori. ut infra
6 eodem. c. quod dei timorem. ¶ † Ad ob-
ſeruantiam regularem neceſſarium eſt ut
in ſingulis regnis ſiue prouincijs fiat de
triennio in triennium commune capitu-
lum. Abbatum atq; priorum abbates pro
prios non habentium qui non conſueue-
runt capitulum tale exercere in quo dili-
gens habeatur tractatus de reformatione
ordinis & obſeruantia regulari & hij qui
capitulo præſunt corrigant & reforment
quæ correctionis & reformationis officio
nouerint indigere. ut infra eodem titulo
in ſingulis. Item ut in corectionibus & re
formationibus & diſciplinis regularibus
non appellentur. ut ſupra de appella. ad
noſtram. & c. repræhenſibilis. infra ne cle
ri. uel mona. relatum ſupra de appel. cum
ſpeciali. Quod intelligo cum modus cor-
rectionis qualitatem peccati nõ excedat.
ut 23. q. 3. qui peccant. in fi. Nam nimiæ
aſperitatis increpatio nec correctionem
recipit nec ſalutem ut 45. diſtin. cum bea
tus. Item ut mittantur uiſitatores per pro
uincias qui de ſtatu monaſteriorum & ob
ſeruancijs regularibus diligenter inqui-
rant. & tam in ſpiritualibus quam in tem
poralibus corrigant & reforment quæ ui
derint corrigenda monachos corrigi fa-
ciant per abbates. nihilominus & ipſi cor
rigent quos contumaces inueniunt & re-
belles. Quod ſi abbates in hoc fuerint ne-
gligentes. proclamentur & puniantur in
capitulo generali. Si uero uiſitatores ali-
quem abbatem dignum inuenerint admo
tione. denuncient epiſcopo loci. Quod ſi
epiſcopus implere neglexerit uiſitatores
uel præſidentes capitulo generali. hoc re-
ferant apoſtolicæ cedi. Si uero abbas a-
mouendus fuerit exemptus, poteſt ſuſpen
di ab adminiſtratione per uiſitatores uel
præſidentes in capitulo generali. amotio-
ne illius ſummo pontifici reſeruata. ut in-
fra eod. c. ea qui. Et hoc locum habet in
monaſterijs monialium quo ad articulos
corrigendi reformandi, ſuſpendendi &
amouendi. ut infra eo. decreta. ea quæ in
7 fi. ¶ † In ſumma notãdũ eſt ꝙ ſi priores ali
qui per electionẽ canonicã fuerint inſtitu
ti ſine cauſa & ſine iuris ordine remoueri
non poſſunt. ut infra e. c. 2. §. priores & ac
cedunt ad hoc. 56. di. ſatis peruerſum 16.
q. ulti. inuentum. 15 q. 5. c. 2. ſupra de iudi.
c. 1. Alij aũt priores qui non ſic eliguntur
ſed eos abbates inſtituunt & ſicut uolunt
de facili remouentur ut infra de ſimo. per
tuas, in fi. In primis cõfirmari poſſũt prio
ratus. ut ſupra de præbẽ. In poſterioribus
nõ. ut infra e. ti. cũ ad monaſteriũ. §. in re-
fectorio, in fi. ſupra de cõfir. uti. uel inuti.
8 ad noſtrã & c. porrectũ. † Itẽ notandũ ꝙ
de oblationibus quotidianis de his quæ
conferũtur in uita cõferentiũ eccleſia ca
thedralis non habebit aliquam portio-
nẽ. ut infra e. c. 1. & 16. q. 1. cũ pro utilita-
te. Cæ-

re. Cæterum ſi mortis uel ſepulturæ cauſa aliquid monaſterio conferatur maior eccleſia habebit portionem canonicam, ut ſupra de ſepul. de his. c. relatum & ſupra de teſta. requiſiſti. Item in cathedrati cum ſoluunt monachi. ut 10. quæſt. 3. inter cætera. niſi ne hoc a fundatione eccleſiæ conueniſſet. ut 18. q. 2. Eleutherius. Et quo ad hæc monaſteria dicuntur non ſubeſſe legi diœceſanæ & 18. quæſtio. 2. quam ſic ſupra de offic. ord. dilectus. Capellæ tamen monachorum ſubſunt ſupra da offic. ord. conquerente. con. de præben. de monachis. Nec obſt. canon ille. 10. q. 3. inter cætera ubi dicitur monaſteriorũ baſilicis ab hac ſolutionis expreſſione ſeiunctis. Illud enim ſic exponitur baſilicis monaſteriorum ideſt baſilicæ quæ ſunt monaſteria. Et hæc uera ſunt niſi monaſteria cum capellis libertati donentur tũc enim ea lege qua monaſteria. & capellæ cenſentur. ut infra de priui. quoniam. & c. cum capella. & ar. 16. q. 2. uiſis & de hac materia not. ſupra de offi. or. §. quæ autẽ.

## *Summarium*


1 *Religioſæ domus quæ dicantur.*

*Oratorium quid ſit, & an oratoria dicantur loca religioſa.*

2 *Domus religioſæ qua auctoritate conſtrui debeant, & cui ſubſint.*

3 *Domus religioſæ ad uſus ſeculares reduci non poſſunt.*

4 *Abbas an poßit præiudicare monaſterio.*

5 *Monaſterium ſi alteri monaſterio uniatur epiſcopo ignorante, cui ualeat uiuo.*

6 *Religioſis licitum eſt ad artiorem ſe transferre religionem, petita licentia quamuis non obtenta.*

7 *Eccleſia una tribus modis unitur alteri.*

8 *Eccleſiarum unio ex quibus cauſis fieri poßit.*


## ¶ DE RELIGIOSIS DOmibus.

TRactatum eſt ſupra de conuerſione & ſtatu religioſorum. hic ſubijcitur tractatus de domibus eorundem. Et ideo ponitur hic rubr. de religioſis domibus ut epiſcopis ſint ſubiectæ. ¶ Videndum eſt igitur quæ dicantur religioſæ domus, cuius auctoritate ſint conſtruendæ cui ſubiectæ ſunt. & in quibus. an ad ſeculares uſus conuerti ualeant. quę religio ſit aſſumenda poſtquam domus

1 fuerit conſtituta. ¶ † Religioſæ domus dicuntur monaſteria. templa. hoſpitalia & alia loca ſimilia. ad pios & religioſos uſus deputata quocunque nomine cenſeantur. ut infra eod. c. de zenedochijs. & C. de epiſco. & cleri. orphanotrophos. & l. omnia. Oratoria etiam quæ aliqui ex deuotione in proprijs domibus auctoritate epiſcopi conſtituerint loca religioſa ſunt. ut. 42. di. oratorium. 19. q. 2. quidam, de conſe. diſt. 1. unicuique. & c. clericos. & c. ſi quis. Oratorium autem idem eſt quod eccleſia ſeu capella. ut infra de eccle. ædifi. c. ult.

2 ¶ † Conſtruendæ ſunt domus religioſæ auctoritate epiſcopali. ut. 16. q. 1. quicunque. cum ſolennitate illa quæ habetur de confeſ. di. 1. nemo, in auten. de eccl. titul. §. ſi quis autem uoluerit col. 9. Subſunt autem tam eccleſiæ quam domus religioſæ illi epiſcopo in cuius diœceſi conſurgunt. ut. 16. q. 7. baſilicæ. & 18. q. 2. monaſteria. & 1. eod. ca. de zenedochijs. niſi priuilegio ſint munitæ. ut infra eod. cap. conſtitutus. uel præſcriptione. ut ſupra de præſcript. auditis. Subſunt autem inquam duabus legibus lege diœceſana & iuriſdictionis ut dixi ſupra de off. or. §. quæ autem. ſed utranque legem diœceſenam & iuriſdictionis epiſcopus remittere poteſt. ut infra e. c. conſtitutus. & infra de cenſi. cum uenerabilis, in fi. & 16. q. 2. uiſis. Licet uideatur quod iuriſdictionem remittere non poſſit. quia ſicut ſubiectus ſeipſum eximere à iuriſdictione prælati non poteſt. ut ſupra de foro cõpe. ſi diligẽti. 11. q. 3. ſi clericũ cuiuſlibet, & c. clericũ nullũ. ſic nec prælatus poteſt à ſe excutere iuriſdictionem ordinariam quã habet in ſubiectis ar. ff. de offi. præ. l. legatus. Verius eſt tamẽ quod prius dixi. Nam epiſcopus poteſt dare decimas extra eccleſiam baptiſmalem. ut. 16. q. 1. ſtatuimus. poteſt uni eccleſiæ detrahere & dare al-

date alteri ut infra de excep.præ.ſicut uenire 12.q.2.bonæ. dummodo cum conſenſu ſui capituli. ut ſupra de dona. paſto
3 ralis. ¶ † Domus religioſæ ad uſus ſeculares reduci non poſſunt. ut infra eod. titu. inter quattuor. Et eſt hoc generale in omnibus cōſecratis. uel Deo dedicatis.ut 19. q. 2. quæ ſemel ſupra de re. permu. mancipia. de conſe. di. 1. ligna & ca. uaſa. & ff. de reli. & ſumpti.fune. l. ſi quis ſepultura. Vnde ſi monaſterium aliquod fuerit deformatum per monachos eiuſdem ordīs ſi poteſt fieri reformetur alioquin per monachos alterius ordinis. ut infra ne cle. uel mona. relatum. non autem per clericos ſeculares ut infra eodem tit.per quattuor.& accedit ad hoc 18.q.2.peruenit dudum, & ſupra titu. proximo.c. ultimo. §. uſti. poſtquam autem domus aliqua fuerit conſtructa aſſumēda eſt religio una de approbatis ut infra eod. titu. ne nimia. noua enim ſine licētia domini Papæ aſſumi nō poſſet, ſicut nec nouum inſtitui collegiū
4 ſine principe ut.ff.de coll.l.3.¶ †In ſumma notandum eſt quòd ſi abbas uel prior alicuius monaſterij præter aſſenſum fratrum obedientiam promittat epiſcopo loci.ſi monaſterium ſit exemptum uel legitima præſcriptione munitum non præiudicatur eidem. ut infra eo. c. cum dilectus fi
5 lius. † Item quid monaſterium aliquod alteri monaſterio uniatur epiſcopo ignorante nunquid unio ualet. Videtur quòd ſic maximè ſi uniatur monaſterio regulæ
6 artioris.†Nam licitum eſt cuilibet ad artiorem tranſire religiouem petita licētia & ſi non eſt obtenta. ut ſupra de regu. licet.& ca. ſane. Item per unionem huiuſmodi non eximitur monaſterium a iuriſdictione diœceſani epiſcopi. ut infra eod. titu.quia monaſterium. unde epiſcopus ratum debebit habere quod alteri prodeſt & ſibi nociturum non eſt. ut.ff. de aqua pluuia arcenda.l.in ſumma.§. item uarijs. Sed cōtra hæc ſic allegatur.ad ipſum ſpectat unire eccleſias infra de exceſſi. prælato. ſicut unire. prudentiæ enim ipſius cōmittitur qualiter eccleſiæ ſuæ diœceſis cōſiſtere debeant.ut 70. diſtinctione ſanctorum. Item per unionem præiudicium. ſic epiſcopo. quia monaſterium quod unitur gaudebit priuilegijs & immunitatibus illius cui unitur. quod enim alteri aggregatur eius debet imitari naturā. ut infra de ſtatu, regulariū recolentes. C. de rei uxo. actio.l.una.C. communia de leg.l.1.Puto ſine conſenſu epiſcopi hoc fieri non debere & intelligo quòd in decreta ſupra de his quæ ui met.ue cauſa fiunt cū dilect.
7 habitus fuit conſenſu epiſcopi. ¶ † Tribus autem modis unum monaſterium uel una eccleſia unitur alteri uno modo ſit ut cum una alteri ſubijcitur. Et tūc ſubiecta uniet ſecundum obſeruantias eius cui ſubijcitur & priuilegijs eius utetur ut in prællegata decre. recolentes, circa fi. & ideo neceſſarius eſt epiſcopi conſenſus ut prædixi.& ſecūdum hoc dicitur una eccleſia dependere ab altera ut ſupra de æta. & qua. in or. præfi. eam te. Secundo modo ſic ut cum duæ eccleſiæ uniūtur ita & neutra ſubijciatur alteri. nec eſt ſcire quæ ſit illa quæ unitur quæ ſit illa cui uniatur altera. ſed ambæ eccleſiæ ſic conueniunt ut canonici unius uel monachi ſint canonici uel monachi alterius. & ſint omnia communia. & tunc erunt quaſi una eccleſia et quaſi unum collegium.et uiuent ſecundū meliores obſeruantias et conſuetudines qui hactenus in utraque uigebant et reſpondebūt epiſcopis diuerſarum diœceſum uel eiuſdem ſicut prius. ut illi qui uiuunt in illo loco reſpondeāt ſuo diœceſano in his in quibus debent. et iſti qui uiuunt in iſto reſpondeant ſuo ſi diuerſos habeant diœceſanos ut unio non noceant diœceſanis. ut infra eodem capitulo quia monaſteriū. Tertio modo fit unio duarum eccleſiarū ut duæ remaneant. et poſſeſſiones diuiſæ ſint ſicut prius et collegia duo. ſed in hoc tantummodo unum habeat prælatum qui pręſit utrique. Sic et Imperator duas dignitates coniungit in unum. ut in auten. ut iudices ſine quoquo ſuffra.§. illud. col. 2.De iure autem epiſcopi erit quod dixi
8 in modo ſecundo. ¶ † Quattuor autem ſunt cauſæ propter quas unio eccleſiarum fieri poteſt. Propter temporis qualitatem

ſeu

ſeu turbationem. ut.21.q.1. & temporis qualitas. Item duarum eccleſiarum uicinitas.ut ibidem.Item eccleſiæ paupertas. ut.10.q.3.unio circa finẽ. Item a clericis uel monachis deſolatio uel deſtitutio. ut infra eodem. quia monaſterium.

## Summarium

1 *Monachi & alij religioſi quid iuris habeant in capellis monachorum.*

2 *Intellectus ad.c.tributum.23.q.8.*

3 *Religioſi ſi acquirunt capellas ex donatione epiſcopi, quod ius in illis habeant, & num. 4.*

4 *Actio de ſubiectione capellæ,an contra ipſam uel poſſidentem competat.*

## ¶DE CAPELLIS MONAcorum. Rubrica.

IN ſuperioribus rubricis tractatum eſt de monachis & alijs religioſis. hic tractatur de eorum locis & capellis. & ideo ſubijcitur hic rub. de locis uel capellis monachorum ſeu aliorum religioſorum.

1 ¶† Eſt igitur uidendum quid iuris habeant monachi & alij religioſi in ſuis capellis. Et in hoc diſtinguendum eſt.quia aut monachi ius habent in capella ex fundatione aut ex donatione laici.Si monachi capellam in proprio ſolo expẽſis proprijs fundauerint. habent in ea omnia tẽporalia & epiſcopus omnia ſpiritualia.Et hoc eſt quod alibi dicitur ſacerdotes de populi quidam cura epiſcopis reddant rationem. abbati uerò pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant & ſic ſua cuique iura ſeruentur. ut.16. q.2. ſane.&. c.ſtatuendum.infra de priuile. cum & plãtare.§. in eccleſijs.infra eod.c. infra ſupra de præben. in lateran.&.c. de monachis. Habent & nihilominus ius præſentandi. ut ſupra de ſupplen.neg. præ. ſicut.

2 † Et per hoc notare potes quod cum collegium regularium. & idem in ſecularibus puto fundat aliquam eccleſiam, pinguius ius habet ex fundatione quam laicus. qui & ſi ius habeat præſentandi.ut infra titul. proxi.in poſſeſſionib. tamẽ eccleſię quas etiam ipſe confert nullam retinet poteſtatem. ut.10.q.1.nouerint.poſſunt tamẽ laico patrono ſtatui aliqui prouentus in eccleſia percipiendi. ut infra titu. proxi. præterea. Et ſic intelligo.23.q.8. tributum,quod intelligo ante conſecrationem eccleſiæ. ar.C.de dona. quæ ſub modo l. perfecta.&.16. quæſtio. ult. filijs poſſunt autem ante conſecrationem uel poſt poſſeſſiones aliquæ beneficij uice concedi & maximè patrono.ut.16.q.6. illud. &.16. q.1.poſſeſſiones. Si uero ex donatione epiſcopi monachi ius habeant. ut in capel

3 la tunc ſi certo † modo donauit eis epiſcopus ius illud habebũt quod expræſſum eſt. ar.ff.de pac.l.in traditionibus. Si uerò epiſcopus contulit pleno iure, tunc monachi habebunt temporalia & ſpiritualia & institutiones ut.16.q.2.uiſis. Quod ſi epiſcopus ſimpliciter donet. tunc illam portionem contuliſſe uidetur quam epiſcopus temporaliter in eandem percipere conſueuit,forte aliquid tempore dedicationis impoſitum. Sed ſi epiſcopus nihil tale percipiebat in ipſa tunc donaſſe uidetur omne id quod ſpirituali iure percipiebat in ea. ut tertiam uel quartam de obligationibus uiuorum & mortuorum. præter cathedraticum. Vt autem hæc donatio ſit legitima conſenſus eſt capituli requirendus. ut infra de dona. paſtoralis. Vbi uerò ex donatione laicis ius ſibi uendicant religioſi in eccleſia tunc tantummodo ius obtinent patronatus ut. infra e. c.cum ſeculum. & ſi quid aliud percipiebat laicus temporaliter in eadem ut ſuperius dictũ eſt.non enim potuit laicus plus iuris in eccleſia conferre laico quam ſibi competeret. ut infra de dote poſt diuor. reſ.c.nuper. 1.q.1.&.1.q.7.Daibertum.ff. de re.iur.l.nemo plus. &.ff.de contrahen. emp.& uen.l.alienatio.Quãuis caſualiter & ſpecialiter hoc generale fallat ut ſupra de ele.ſuffraganeis.ff.de uſufru.l.quod noſtrum.ff.de acqui.re.do.in.l.nõ eſt nouũ,

4 &.ff.de acqui.poſ.l. interdum. † Sed quid ſi in eccleſia malè à laico detenta ex do-

natione ipſius in uſus tranſierit monacho
rum, epiſcopo loci præbente conſenſum.
Conſtabit hæc donatio perpetua firmita
te ſubnixa ut.16.q.1.c.ult.ut ſi laicus erat
patronus ius patronatus tranſeat .in eoſ-
dem & nihilominus quod temporaliter
epiſcopus abtinebat.ſi uero laicus patro-
nus non erat ſaltem ius epiſcopi tranſit ſu
pra de do.paſto.infra de iure patro.illud.
Et hæc omnia locum habent monaſterijs
quæ non ſunt exempta cum ſuis capellis.
aliquin diœceſanus nihil iuris habet in ca
pellis ſicut nec in monaſterijs ex quibus
capellæ dependēt.ut notaui ſupra de ſta.
5 mona. in fi.¶ † In ſumma notandum eſt
quod ſi agatur de ſubiectione capellæ nō
eſt agendum contra ipſam. ſed contra ſu
periorem qui eſt in poſſeſſione uel quaſi
ſubiectionis ipſius ut ſupra.tit. proxi.cum
uenerabilis ſupra de elec.querelam 16.q.
3.inter memoratos. ſupra de reſcript. ex
parte.ff.de lib.exhi.l.ul.ff.de ſerui.l.ult.&
ff.ſi ſer.uen.l.is cuius & nihilominus agi
poteſt contra rectorem capellæ ut ſupra
de appe.ad audientiam ſupra ut lite non
conteſta.quoniam 12.q.2. quicunque. &
in prædicta decre.ex parte.

## *Summarium*

1 *Ius patronatus quid ſit. & ex quibus proueniat.*

2 *Patrono quæ competant.*

3 *Inſtitui non debent ſine præſentatione in eccleſia quæ patronum habet.*

4 *Patronus qui præſentauit unum, an poſſit uariare & alterum præſentare.*

5 *Clericus plus peccare dicitur quam laicus in eodem genere delicti.*

6 *Intellectus ad c. cum* Bertoldus. *de re iudica. c. & decreuimus.16.q.7.*

7 *Ius patronatus qualiter in alium transferatur.*

8 *Ius patronatus an transferatur in alium ſine auctoritate.*

9 *Plures quando ſunt patroni, et in præſentatione epiſcopi diſcordant, quid ſit agendum.*

10 *Epiſcopus quid agere debeat quando inter præſentatores eſt contentio quis eorum ſit patronus.*

11 *Ius patronatus an ſit apud quemlibet heredem inſolidum quo ad omnes effectus. & quomodo intelligatur. & num.12.*

12 *Ius patronatus ex gratia cadit in laico.*

13 *Epiſcopus in aliena diœceſi eccleſiam ædificans poteſt quemcunque clericum præſentare.*

14 *Differentia utrum ius patronatus ſpectat ad clericum iure eccleſiæ, uel patrimonij ratione.*

15 *Vnus ſi conſtruit eccleſiam & ei plures ſuccedunt hæredes omnes ſunt patroni.*

16 *Plures ſi eccleſiam conſtruant uel dotent, an omnes habeant unum ius, an pro beneficij portione.*

17 *Clericus habens ius patronatus, nunquid poſſit ſeipſum præſentare.*

18 *Excluditur ab officio procuratoris qui ſe ingerit.*

19 *Patronus poteſt eligere filium.*

20 *Patronus donando, tradendo & concedendo eccleſiam, uel inſtituendo in ea, quo ad eccleſiam nihil agit.*

## ¶ DE IVRE PATRONATVS.
### Rubrica.

EGimus ſupra de iure patronatus in
ſpecie .ſ. quid competit monachis
& alijs religioſis. Nunc communi-
ter & generaliter de iure patronatus aga
mus unde ſubijcitur hic rub. de iure pa-
tronatus. ¶ Videamus igitur quid ſit ius
patronatus.ex quibus proueniat quæ com
petunt patrono. an ſine præſentatione ua
leat inſtitutio. qualiter ius patronatus in
alium transferatur. Itē quid ſi plures ſint
patroni & diſcordant in præſentando.
Item infra quod tempus patronus debeat
1 præſentare. ¶ † Ius patronatus eſt aucto
ritas ſeu poteſtas proueniens ex benefi-
cijs ante conſecrationem eccleſię collatis.
¶ Patronatus autem ius prouenit ex fun-
datione dotatione ſoli collatione.16. q.
7 filius.&.c.quicunque.18.q.2. abbatem.
Et hoc uno uer.continentur. Patronum.
2 faciunt dos edificatio fundus. ¶ † Com-
petit patrono aliquid honoris. aliquid
oneris.aliquid utilitatis. Aliquid hono-
ris ut

ris ut ſi eccleſia nõ fuerit collegiata. præſentet. ut infra fere per totum. ſi fuerit collegiata, tunc non electioni faciendæ. ſed iam factæ honeſtius patroni poſtulaturus aſſenſus, niſi ex ſpeciali conceſſione btineat ut partes ſuas interponere debeat electioni tractandæ. ut infra eod. c. nobis. Item habet aliquid honoris. quia primus in proceſſione incedit. ut. 16. q. 7. piæ mẽtis. & c. Frigentius. Habet aliquid oneris, quia tenetur defendere eccleſiam ab oĩbus oppreſſionib. ut. 16. q. 7. filijs. Habet aliquid utilitatis. q̃a ſi uergat ad inopiã alendus eſt de bonis eccleſiæ. ut 16. q. 7. filius & c. quicunq;. Et notatur duobus uerſibus. Patrono debetur honor onus. utilitaſq;. Præſentet præſic. defendat. ala ture genus. Poteſt etiam patronus præter egeſtatem aliquos reditus habere moderatos ab eccleſia cuius patronus exiſtit ut hic notaui ſupra titul. proxi. circa princi.

3 † Sine præſentatione inſtitui non debent in ea eccleſia quæ patronum habet & ſi ſpretis patronis hoc factum fuerit ſecundum rigorem iuris eſt inſtitutio irritanda ut infra eo. c. illud in fi. uel irrita nuncianda. & ad inſtituentis uerecundiam inſtitutus amouendus eſt, & alius quem patronus condignum elegerit ordinandus. ut

4 16. q. 7. decreuimus. † Sed ſi laicus repræſentet unum & poſtea uariat alium præſentando uidetur à primo diſcedere poſteriorem præſentando. ut. ff. de procur. l. ſi cum. §. ulti. & ſupra de procura. non iniuſte. & tunc uidetur arbitrio epiſcopi relinquendum quis eorum alteri præferatur ut infra eo. c. cum autem aduocatus ui in caſu iſto ſit locus gratificationi ſicut alias. ff. de reli. & ſump. fu. l. ult. ff. de donat. l. ſtichum. §. ſi decem. ff. de peculio. l. ſumma. ff. depoſi l. ei apud quem §. 1. ff. loca. & conduc. l. in naue Saupheli, in fin. Licet ſitis argu. contra quòd non ſit locus gratificationi. ff. quæ in fraudem cre. l. pupillus. Admittitur hæc uariatio patroni laici duplici ratione. Vna quia in caſu iſto locus eſt pœnitentiæ. ſicut & alias 2 quæſtio. 3. ſi quis iratus. & c. ſi quẽ pœnituerit & quæſ. 6. §. ſi uero & l. ſi quis libellos. Alia ratione. quia præſentato ex præſentatione non acquiritur ius in re. unde alio præſentatio & inſtitutio potior eſt conditio poſſeſſoris. quoniam antequam præſentato per diœceſanum epiſcopum approbetur ratum nõ eſt quod à patrono fuerit inchoatum. ut infra eodem c. quod autem conſulis. Et propterea ſicut dixi, ſuperior uariantem admittit. quia nonnunquam prætor uariationem admittit & conſilium mutantis non aſpernatur. ut ff. de col. l. nonnunquam. Quamuis alter inconſtantia arguatur. ut. ff. de procur. l. in cauſæ. ¶ Variatio autem non admittitur in perſona eccleſiaſtica uariante. ut in prædicta dec. cum autem aduocatus, in fin. Et eſt ratio quia quædam res prohibentur in clericis quæ in lai

5 cis tolerantur, † & in eodem genere delicti plus dicitur peccare clericus quam laicus. ut. 15. diſtinct. nulli fas. 1. quæſt. 3. ſaluator. 11. quæſt. 3. præcipue. 32. quæſt. 5. qui uiderit. 19. diſtinct. nulli infra de hære. excommunicamus. §. præterea. ff. de re.

6 mi. l. omne delictum. §. augetur. † Et quod dixi præſentatum à laico non habere ius in re eo quod ratum non eſt à patrono quod fuerit inchoatum priuſquam à prælato fuerit approbatum recipit contra ſupra de re iudi. cum bertoldus. ubi primo præſentatus & non admiſſus agit contra ſecundum præſentatum & inſtitutum ut amoueatur. In quo ſic dicendum ſi quis præſentetur ab eo qui ius habet præſentandi. & cum ſit idoneus non admittitur à prælato. & patronus non uariet. ius habet in re & agere poteſt contra inſtitutum à nemine uel à falſo patrono præſentatum. Et ſic loquitur. c. cum Bertoldus. ſic loquitur. 16. quæſt. 7. decreuimus, ubi autem uerus patronus aliquem repræſentat & uariat alium repræſentando locum habet. c. cũ autẽ aduocatus. & c. quod autem conſulis. ut primo præſentatus ius non habeat in eccleſia ad quem primo fuerit præſentatus ut poſſit agere aduerſus ſecundo præſentatum & inſtitutum. Sed poterit agere contra prælatum qui eum præſentatum & idoneum mali-

cioſè non admiſit forte differendo inſtituere & difficultates. aliquas ingerendo ut uariet patronus & alterum præſentet. & aget ut prouideat ei in beneficio competenti. ut infra eo.ti.paſtoralis. Et quia prælatus non admittens præſentatum idoneum ſic punitur. dixerunt quidam non eſſe locũ gratificationi & correctam eſſe illam decre.cum autẽ aduocatus. per illã paſtoralis.Sed uerius eſt quod primo dixi. ut gratificationi ſit locus.& qui gratificando prælatus eccleſiam cõtulerit eius erit & alius nullũ ius in eccleſia habebit quãuis primo præſentato & idoneus ſubueniatur.ut ſuperius dictum eſt.Admittenda eſt igitur præſentatio patroni uel eius qui ẽ in quaſi poſſeſſione iuris patronatus ut infra e.conſultationibus,infra ſex menſes à tẽpore uacationis. ut e.c.eam te.uel infra quatuor à tpe motæ litis.ut infra eo.quoniã in quibuſdã infra e.c.cũ propter diſcordiã.Quidã aũt dicũt correctã eſſe illã dec. eam te per poſteriorẽ cũ propter diſcordia & tẽpus ſemeſtre reductũ eſt ad tẽpus
7 quadrimeſtræ.¶ † Transfertur in aliũ ius patronatus gratuito titu.ut infra eo. c. ex inſinuatione &. c.illud.&.c.cura paſtoralis.Non gratuito autem titulo non tranſit cum ſit ſpirituale uel ſpirituali annexũ ut infra eo.c.de iure. quia clerici.&.c.præterea.Cum uniuerſitate autem tranſit ius patronatus etiam non gratuito titu. ut infra eo. ti.cum ſeculum. ut fundus dotalis qui per ſe generaliter non tranſit. ſed cũ uniuerſitate transfertur. ut.ff.de fun.do.l. 1. quædam enim ſunt per ſe ſola non tranſeunt ſed cum alijs transferuntur.ut.ff.de acquir.re.do.l. quædam.ff. de contrahen. empt.uend.l.in modicum. Vnde uerſus. Iura patronatus tranſire facit nouus hæres. Res permutata donatio uenditioq;. Nam ex ſucceſſione tranſit in hæredem. ut infra capitu.1.Et permutatur cum alio ſpirituali ut.16. quæſtione.7. nemini. Et uenditur cum uniuerſitate ut in decre. cũ
8 ſeculum. † Sed nunquid ſine auctoritate epiſcopi trãsfertur. & uidetur quod in ſingularem perſonam non. ſed in collegium ſic.& hoc innuitur manifeſte infra eod.illud ubi dicit licet religioſo loco patronatus ius conferendi liberam habeat poteſtatem. Et eſt ratio qua ius canonicum libenter amplectitur ut id quod eſt ſpirituale uel ſpiritnali annexum à laico ad eccleſiam reuertatur, ut alias uideo. 16. qu.1. c.ulti.ſupra de his quæ fi.à præla. ſine cõ. ca.cum in apoſtolica. tunc enim ius reddit ad ſuam naturam ut.ff.de pac.l. ſi unus §. idem dicemus. Non ob. infra eodem titu.ex inſinuatione, nam illam intelligo cum conſenſus capituli interuenit. Sed obſtat infra eodem. cap.nullus quæ dicit quicquid eccleſiaſtici iuris eſt non poſſe monaſteriis conferri ſine conceſſione epiſcopi. Sed ibi excipi poteſt ius patronatus. Vel ſi uelis ſtabis ei quod dicit illa decr.nullis.ſine aliqua exceptione. Et reſpondebis ad illam decretalem illud quia quod dicit licet religioſæ domui &c. non determinat proximam clauſulam præcedentem illam ſcilicet tum quia laicus. ſed aliam ſcilicet tum quia de re non uacante &c.ut ſit ſenſus laicus eccleſia non uacante ius patronatus quod habet in ea etiam cum conſenſu epiſcopi priuato conferre non poteſt licet religioſo loco conferre poſſit ſubaudi non tamen ſine conſenſu
9 epiſcopi. ¶ † Si plures ſint patroni & diſcordant. quidam enim repreſentat unũ quidam alium. ſi conſtat eos eſſe patronos ſtabit epiſcopus maiori & ſaniori parti illorum ſi partes præſentati non uideantur æquales tunc attendantur merita eorum quæ præſentantur.ut ſupra eo.c. quoniam in quibuſdam 62.diſt.ſi forte. Sed ſi præſentati pares in meritis uideantur tunc eſt locus gratificationi de qua ſuperius dictũ eſt.uel dicet epiſcopus patronis.iterũ præſentate.ar.79.di.ſi duo. Nec puto quod in caſu iſto alter eorum habebit contra epiſcopum aliquam actionẽ. quia epiſcopi ſeſe impediunt in concurſu ſicut duo fructuarj. ut.ff.quibus mo. uſu.amit.l. ſi duobus.§.cũ ſingulis.ff.de uſuf.l. quoties ſicut duo hæredes ſub cõditione inſtituti ut.ff. de condi.& iſti.l.ſi titius hæres erit.Sed ſi patroni nolint quẽ præſentare, epiſcopus reliquias de illa eccleſia ſi fieri poteſt ſine ſcandalo.

ſcandalo. & ſeruet uſque ad diem concor
diæ.atq; eiuſdem eccleſiæ claudat hoſtia
ut nullus in ea ſacrum miniſterium ce-
lebret antequam unum eligant præsbyte
rum qui ſacroſancta idoneus ſit procura-
10 re.ut.infra e.c.quicunque.¶†Cũ aũt inter
præſentantes ſit contentio quis eorum ſit
patronus expectet epiſcopus ad ſex men-
ſes.& ſi uſq; tunc non fuerit diffinitũ pro
uideat epiſcopus eccleſiæ de paſtore. ſal-
uo in poſterũ iure eius qui euicerit.ut in-
fra.e.t.ſi uero.& ſi noluerit epiſcopus tan
to tẽpore ſpectare,faciat hoc in fine qua-
tuor menſiũ.ut infra.e.c.quoniã in quibuſ
dã.Si autẽ inter epiſcopũ & præſentantes
ſit qõ.forte epiſcopo ignorante eos fore
patronos tũc donec quæſtio ſopiatur epi
ſcopus ponat in eccleſia œconomum pro
reditibus conſeruandis qui aut eos in uti-
litatẽ eccleſiæ conuertat.aut fideliter futu
ræ perſonæ reſeruet . ut ſupra de offi. ord.
11 cũ nos plerũq;.¶†In ſumma notandũ eſt
quòd ius patronatus apud quẽlibet hære-
dẽ eſt in ſolidum quo ad oẽs effectus præ-
ter ſacerdotis præſentationẽ quę eſt apud
omnes ita quòd apud nullũ.ut infra e.c.1.
& 2.Et hoc ideo quia cum ſit res ſimplex
perueniens ad quẽlibet hæredum inſoli-
dum . etiam ſi ex diuerſis & inæqualibus
partibus ſint hæredes ut.ff.de ſeruitu.l uia
ff.ad.l.Fal.l.1.§.ſi uſufructus.quia ſpiritua
lia non diuiduntur . ut 7.q.1.nihil . Vnde
alia in corporalia ut nomina. & ſi non ue
niant diuidenda.ut.ff.famil.erciſ.l.2.§. ul
ti.&.l.hæredes.§.1.C.eo.tit.l. ea quæ ue-
niunt tamen adiudicanda & aſſignanda .
ut.ff.fam.erciſ.l.3.non ſic in iure patrona
tus.quod nec uni aſſignatur nec diuidatur
inter omnes ſed conſiſtit inſolidum apud
12 omnes ut ſuperius dictum eſt. ¶†Item no
tandum eſt quod ius patronatus. quãdoq;
ſtat in ſuo nomine quãdoq; dicitur aduo
catia.ut infra e t.quia clerici.quandoq; ui
cedominatus.quãdoq; cuſtodia.quandoq;
guardia apellatur ut infra.eo.ti.præterea.
quãdoq; ius frequẽtationis ſeu proceſſio-
nis.ut 16.q.7.piæ mẽtis.&.c. Trigentius.
¶Item nota quod ius patronatus de gra-
tia dicitur obtineri.ut 16.q.5.ſi quis epi-
ſcoporũ eccleſia enim ſuſtinet patronos
in hac parte.ut infra.e.ti.quoniam in qui
buſdam.Et hoc ideo quia cum ius patro-
natus ſit ſpirituale uel ſpirituali annexum
ut ſupra de iudi.quãto.infra eo.ti.de iure.
& laici de rigore iuris non debeant eccle
ſiaſtica & maxime ſpiritualia tractare ne
gocia ut ſupra de iudi. decernimus . & cũ
eccleſiæ cum ſuis dotibus ad ordinationes
epiſcoporũ pertineant.ut 10 q.1. decretũ.
& c.nouerit ex permiſſione iuris procedit
ut hoc ius cadat in laicum . & actus præ-
ſentandi qui merè eſt ſpiritualis. hæc ta-
men permiſſio ſiue gratia conuerſa eſt in
ius commune.& ob hoc dicitur ius patro
natus annexum ſpirituali cum tamen ſit
ſpirituale . quia cum laicus nullum ſpiri-
tuale ualeat poſſidere . poſſidet tamẽ uel
quaſi poſſidet ius patronatus.Item ius fu
nerandi ut.ff.de mortuo inferẽ.l.1. & præ
terea ius eligendi.ſi ex priuilegio compe
13 tat.ut infra eo.t.nobis.¶†Item notandũ
eſt quod ſi epiſcopus in alia diœceſi eccle
ſia ædificauerit hæc gratia ſit ei ut liceat
ipſi quemcunq; clericum præſentare un-
decunque ſit.ut.16.q.3.ſi quis epiſcoporũ.
contra illud.71.di. hortamur. quaſi ſuffi-
ciat teſtimonium epiſcopi præſentantis.
ar ad hoc.7.quæſtio.1.epiſcopus. de loco
ſicut & monacho ſufficit teſtimonium ab
14 batis . ut.16. monachi uagantes.† Et eſt
ſciendum differentia eſt utrum ius patro
natus ſpectat ad clericũ iure eccleſiæ , uel
patrimonij ratione . Nam in primo caſu
poteſt legatus ratione eccleſiæ conferre
eccleſiam ſpreto tali patrono.ut infra eo.
c.cum dilectus. Et eſt ratio. quia cum lega
tus cõferat eccleſias & alia beneficia quæ
inuenit uacantia,& qua uacare incipiunt
poſt ſuum ingreſſum . non obſtante iure
inſtitutionis quod ordinario competit ,
multominus obſtabit ius patronatus quod
clerico competit beneficij ratione . quia
plus iuris habet prælatus in conferendo
quam patronus in præſentando . & ni-
hilominus illud quod pluris eſt abſorbe-
tur prærogatiua legati . ut ſupra de offic.
15 ord.dilectus. † Sed quid ſi unus conſtruat
eccleſiam & ei plures ſuccedunt hæredes
nun-

nunquid omnes erunt patroni. Sicut infra.c.1.Sed nonne grauatur conditio eccleſiæ multiplicatis patronis. Non quia multiplicantur defenſores.ut 16.qu.7.filius ac nepotibus. Idem ius competit omnibus & inſolidum quod competebat defuncto.non ſecundum diuiſiones hæredi-
16 tis. ¶Item † quid ſi plures conſtruant eccleſiam uel dotent.nunquid omnes habebunt unum ius an pro beneficij portione. Reſpondeo unum & æquale. quia ſicut ſuperius dixi ius patronatus eſt ſimplex & indiuiſibile. fateor tamen quod in alẽdo & in honoribus qui debentur patronis habebitur reſpectus ad eum qui plus donauit & ſi gratificationi locum adeſſe contingat concurrentibus magis debet prælatus gratificari præſentato ab illo qui plus cõtulit quam ab illo qui minus.
17 ¶Sed † quid ſi clericus ius habeat ius patronatus. nunquid ſeipſum præſentare poteſt. Non ut infra eodem titu. per noſtra & ſimile. 8.qu.1.in ſcripturis. In multis enim iuris articulis hoc reprobatur. ut
18 quis ſe ingerat ad aliquod officium.† Nã qui ad officium procurationis ſe ingerit ſeipſum excludit, ſuſpectus enim habetur. ut.ff.de procu.l.quæ omnia. & qui ſibi tutelam aſcribit. ut.ff. ad leg. Cor. de fal.l.uxori.§.qui ſe.nec poteſt quis ſibi auctoritatem præſtare ut.ff. ad Treb.l.1.§. fuit & accedunt ad hæc.ff.de teſta. tu.l.ex
19 ſententia.ff. de aucto præſt.l.1.¶ † Sed opponitur. pater & filius eadem perſona cẽſentur.ut.C.de impube & alijs ſubſtitu.l. ult.& tamẽ pater eligit filium.ut.ff. quod cuiuſque uniuer.l. illud. Ad quod reſpondeo. pater & filius cenſentur una & eadem perſona fictione iuris non ſecũdum ueritatem. Item opponitur, tutor ſibi ipſi poſſeſſionem tradit ut.ff. de contrahen. empt.& uen.l. fiſtulas.§ fundum. Et ad hoc reſpondeo. non ſimpliciter ſibi tradit ſed ægrediente pupilli familia ipſe in-
20 greditur. ¶ † Vltimo notandum eſt ꝙ patronus donando tradendo & concedendo eccleſiam uel inſtituendo in ea quo ad eccleſiam nihil agit.ut infra eo.ti.c. ul. Veruntamen ſi quis utatur tali ſimplicitate uerborum. dono tibi eccleſiam & concedo,donare intelligitur quod habet in ea ius,uidelicet patronatus ut infra eod.ca. quod autem. Nam plerunque hoc nomen eccleſia pro iure patronatus ſupponit. ut. 16.q.ul. ſi plures.&.15.q.3.nemini.

## *Summarium*

1 *Cenſus quid ſit. & an per cenſum fiat probatio ſubiectionis.*
2 *Cenſus à quo imponatur. & quando. & numero 3.*
4 *Cenſus nouus imponi non debet nec antiquus augeri.*
5 *Nouus cenſus quis dicatur.*
6 *Cenſus an poſsit remitti.*
7 *Cenſus ſi fuit tanto tempore ſolutus quòd non extet memoria quando fuerit impoſitus.uel quando primo ſolutus an pro iure conſtituto habeatur.*
8 *Quid ſi per quadraginta annos cenſus ſoluatur & cauſa impoſitionis uel ſolutionis ignoretur.*
9 *Epiſcopus quid exigere debeat ab eccleſiis.*
10 *Procuratio quare debeatur. & qualiter in procurationibus ſe habere debeant, & conſiderare habeant ſuperiores,*
11 *Procuratio an à pauperibus eccleſiis exigatur.*
12 *Viſitator eccleſiæ nunquid quod domi ſolet expendere expendere debeat in uia dum uiſitat,ut ſaltem in eo eccleſiæ releuentur.*
13 *Procuratio non uenit in generalem remiſsionem iuris epiſcopalis. quia nec uiſitatio nec correctio remitti poteſt.*
14 *Viſitatio eccleſiarum quando fieri debeat. & quoties.*

## ¶DE CENSIBVS.
Rubrica.

DIctum eſt ſupra de quodam onere eccleſiarum. ſcilicet de iure patronatus,nunc autem ſubſequenter & de quibuſdam alijs oneribus tractatur. Ideo ſubijcitur hic Rubrica de cenſibus & actionibus & procurationibus. ¶ Videamus igitur quid ſit cenſus

ſus. quis cenſum imponere poteſt. Item
an poſſit augeri, & an poſſit remitti. Item
ex quibus cauſis fieri pōt exactio ab eccle
ſijs. Itē ex qua cā debeatur procuratio, &
1 cui & a quibus. ¶ † Cenſus eſt annua pēſio.
quæ epiſcopo de prouentibus eccleſiæ de
betur ut 1.q. 3. quæſitum in fi. Per cenſū
ſit probatio ſubiectionis ut infra eo. c. om
nis anima. Aliquando cenſus præſtat in-
dicium præſtitæ libertatis aliquando per-
ceptæ protectionis ut infra de priuile. re-
cepimus. unde cenſus in poſitio non ſem-
per probat exemptionem. Nam ex dupli-
ci cauſa imponitur ut ſuperius dictum eſt.
& ideo non probat hoc eſſe quod ad hoc
contingit ab eſſe. Protectio autem non in
ducit exēptionem ut infra de priuile. ex
parte tua. licet aliquando ſuperpoſitio ſub
protectione domini papæ inſtar appella-
tionis habeat. & ſic ſuper re certa eximat
& ad tempus ut ſupra de ap. ad audientiā.
Nam appellans quodammodo eximitur a
iuriſdictione illius a quo appellat. ut ſu-
pra de appel. directe & in hoc diſtinguo.
refert an cenſus imponatur ab epiſcopo
uel a papa imponatur. Si ab epiſcopo tūc
cenſus impoſitio ſubiectionis eſt ſignum.
ex hoc enim apparet quòd eccleſia cēſua-
lis exiſtit de iure communi ſubdita. ſi pri-
uilegio eſt munita ar. ad hoc. ca. di. contra
morem & ſupra de tranſ. præterea. Si uero
cenſuis imponatur a papa. ex hoc appa-
ret quòd eccleſia illa quæ cenſum ſoluit
ſpecialis beati Petri exiſtit & ad iudicium
perceptæ liberatis impoſitus eſt cenſus. ut
illa. recipimus & ſic probatur exempta.
2 ¶ † Imponitur cenſus & papa ut dictū eſt.
Imponitur & ab epiſcopo cum epiſcopi
concedunt aliquas eccleſias pijs locis ali
quid ſibi reſeruant in eis nomine penſio-
nis ut ſupra de reli. do. conſtitutus. Et hoc
eſt cum cōſenſu ſuorum capitulorum ut ſu
pra de his quæ ſi. a præla. ſine con. cap. pa
3 ſtoralis. ¶ † Imponitur & ab alijs qui-
bus eccleſiæ ſubſunt. ut infra eo. ti. præte
rea. forte archidiaconis quibus eccleſiæ
ſunt ſubiectæ. ut ſupra de offi. archi. dile
cto ſupra de inſti. cū ueniſſent. uel ab ab-
batibus quibus eccleſiæ ſeculares aliquā-
do ſubſunt in temporalibus ut dixi. ſupra
de locis monachorum in prin. Aliquam
archipræsbyteris ſunt ſubiectæ eccleſiæ
in iure inſtituendi. ut ſupra de offi. dele.
ſuper eo. Aliter cenſus impoſitus uitam
eius qui ſoluerit non excedit. ut ſupra de
tranſac. de cætero. rectores enim eccle-
ſiarum non poſſunt eccleſias quibus præ-
ſunt auctoritate ſua pręſertim poſt deceſ-
ſum ſuum efficere cenſuales ut infra eo. ti
tu. præterea. ¶ Apparer igitur ex præ-
miſſis quòd cenſus imponitur. cum exem
ptio conceditur uel immunitas indulgeť.
Itē imponitur tpe fundationis uel dona-
tionis cēſus uel tributū ſoluendus uel ſol
uendum patrono ut ſupra ti. proxi. præte
rea. Item tempore dedicationis imponi-
tur cenſus annus epiſcopo ſoluendus. ut
4 18.q.2. Eleutherius. ¶ † Nouus cenſus im
poni debet nec antiquus augeri ut infra
e. ti. prohibemus ſupra de his quæ ſi. a præ
la. ſine con ca. paſtoralis infra eo. ti. ſigni
ficauit. & c. cum clerici. ſupra de tranſ. de
cætero ſupra de præb. extirpandæ in ſi. &
c. auaritiæ & accedunt. 16.q.2. ſeruitium.
et. c. hoc tantum. C. noua uecti. impo. non
poſ. l. 3. infra eo. ti. eccleſijs et c. innoua-
mus. Sed procuratio augetur excreſcenti
bus rebus ut infra e. ti. quanto ſupra de cō
ſti. cū. M. ff. de fideicō. lib. l. generaliter §.
ſi alienum. ff. qui et a quibus ma. lib. nō ſi.
c. ſi mortis. Sic eſt in penſione rerum lo-
catarum quæ creſcit in ubertate et decre
ſcit in ſterilitate. ut. ff. loc. et condu. l. ſi
uno et ſupra de loca. et con. propter ſte-
rilitatem. Sed contra. C. de allu. l. 3. in
uerbo illo doleant. Ad quod dico. quòd
priora iura locum, habent cum uber-
tas procedit ex gratia diuina. poſte-
riora cum ſtudio et diligentia colentium.
Quamuis hoc ultimum recipiat contra-
rium ar. de conſti. cum. M. Sed de hac ma
teria plenius noui. ſupra de lo. et condu. §.
5 ſit autē remiſſio. † Nouum autem cenſum
intelligo, illum, qui non fuerit impoſitus
tempore fundationis. donationis, con-
ſecrationis, exemptionis ſeu immuni-
tatis indultæ. his enim temporibus uel
imponitur uel offertur. ſed quamuis tunc
cum

cum offertur ſit uoluntarius. poſtmodum tñ tráſit in neceſſitatem & debitum ſicut alias hoc contingit ſupra de cummo. ca. uno.ff.commodati.l.in commodato.§.ſicut. C. de ac. & ob.l. ſicut initio. ut ſupra de uo. re.magne. ¶ † Poteſt cenſus remit
6 ti.ut infra eod. ti. cum uenerabilis ita tamen ut epiſcopus remittat cum conſenſu capituli ut ſupra de do.paſtoralis. & ſupra de his quæ fi. a præla. paſtoralis.¶ † Sed
7 quid ſi cenſus fuerit tanto tempore ſolutus,quod non extet memoria quãdo fuerit impoſitus uel quando primo ſolutus. uidetur quod pro iure conſtituto debeat haberi.ut.ff. de aqua plu. ar.l.1.§.ulti.& ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ut tum is qui cenſum petit nõ innitatur tempori quod non eſt modus inducendæ obligationis.ut.ff.de ac.& obli. obligationũ.§. placet.C.de pac.l.ſi certis annis. C. de uſu.l. creditor. ſed innitatur impoſitioni quæ ex tempore præſumitur ut.ff. de uſuf.l. cũ de in rem uerſo. ¶† Sed
8 nunquid ſi per. 40. an. cenſus ſoluatur & cauſa impoſitionis uel ſolutionis ignoretur,uidetur,quòd a quo exigatur non teneatur ad ſolutionem, cenſus enim ignorantio id eſt, cuius cauſa ignoratur,nec diuinis nec humanis legibus inuenitur. ut infra eo. tit. peruenit Item quia tempus non eſt modus &c. ut ſuperius dictum eſt & accedunt ad hoc 1. q. 1. nullus epiſcopus grauamen 10.q.3.c.quia cognouimus infra de exc eſ. præla. ſane. & cap. cum ad quorundam.&.C.ne ux. pro ma. in ul. Sed contra 18.q. 2. ſeruitium. 1.q.3. quæſitum ff.ſi ſeruitutus uendi.l. ſi quis diuturno ſupra de elec. cumana ſupra de cauſa poſ.& proprie. cum eccleſia Sutrina. C. de ſerui.& aqua.l.1.&.2.et de ſeruitijs tẽpore acquirẽdis loquitur expreſſe lex. C. de agri.& cen. l. litibus. dico autẽ in hac quæſtione ſicut & in præmiſſa ut is qui cẽſum petit dicat impoſitum ſi tamẽ nõ credit contrarium & probet per tanti temporis ſolutionem. ¶ Nunc uideamus de ſecũda parte rubricæ ſcilicet de exactionibus. † Et eſt ſciendum quod epiſcopus ni
9 hil debet ab eccleſijs exigere niſi canonica & conſueta, cathedraticum quod erit duorum ſolidorum ut. 10.q.3. placuit. priſcis.c. illud.& ſupra de offici. ordi. conquerente ad plus minoris enim quantitatis eſſe poteſt. ut infra eodem titulo olim 10.q.3. numerus. Et forte hic ſolidus appellatur aureus. ut C. de ſportul.l.2.inſti. de pœna te. liti. in fine. uel erunt ſolidi uſuales & cõmunis monetæ regionis. ut. ff. de le.3. l. nummis.et ſi plures ſint monetæ in regione forte dabũtur meliores, ut.ff. de iureiur.l. quanto, in fi.uel mediocres argumen. 10.q. 2. hoc ius porrectũ. ff. de au. et argen. legat. l. qui lancem uel minores. ut. ff. de le. pri. l. nummis.ff. de re. iuris. l. ſemper.ff. de legatis primo apud Iulianum.§. ſcio. infra eodem titu.ex parte. Alibi appellat ſynodaticum.ut infra eodem titulo olim.Cathedraticum dicitur quod ad honorem cathedræ ſoluitur ſynodaticum quia frequẽter in ſynodo datur. Item exiget tertiam uel quartam patrem oblationum. ut 10.quæ.3. unio. et ab his duobus monaſteria erunt libera.ut not. ſupra de ſtatut.mo.circa fi. Item cenſum ut ſuperius dictum eſt. Item aliquid impoſitum ſoluendum in die dedicationis. ut 10. quæſtio. tertia nec numerus.ut 18. q. ſecunda Eleutherius. Canonicam portionem de his quæ offerũtur gratia ſepulturæ. ut no. ſupra in ſumma de ſepul. Item procurationem de qua inferius dicam. Suſtinetur etiam pro multis neceſſitatibus quæ aliquotiens ſuperueniunt vt ſi manifeſta rationabilis cauſa extiterit: cũ charitate moderatum ab eis auxilium valeant poſtulare vt infra eo.ti. cum apoſtolus. §. prohibemus. Sed ſi in dubium reuocetur.an ſit rationabilis cauſa an non, quare exigitur ſuperioris arbitrio decidatur.ut 10.q.3. quia cognouimus. et 11.q. 1.ſi clericus aduerſus. Talias uero et exactiones prælati eccleſijs imponere nõ debent ut in prædicta cum apoſtolus. §.prohibemus.et ca. eccleſijs.1.q. 1.nullus epiſcopus grauamen. ab alijs tamen inditionibus et neceſſitatibus eccleſiæ et clerici ſint immunes. ut. 16. q.1. §. nouarum cum, ſequenti placet. Et de hac materia dicam

dicam plenius infra de immu. eccle. ¶Re
ſtat dicendum de tertia parte rubricæ ſci
10 licet de procurationibus . † Procuratio
quidem debetur ratione uiſitationis.ut ſu
pra de præſcrip. cum ex officij . & infra
eo. ti. procurationis. & ideo redimi non
poteſt . ſecundum ut detur non uiſitan-
ti. ut 10. quæ. 1. relata. Sed taxari poteſt
danda cum uiſitauerit 10 . q. 3 . relatum.
¶In procurationibus exigendis utetur ſu-
periores illo moderamine quod ſtatuitur
infra eo.c. cum ſecundum apoſtolum.Itē
conſiderabunt facultates eccleſiarum . ut
infra eo.ti. ſoſpitæ &.c. quanto.& cap cū
inſtantia 10. q.3. cauendum ſupra de offi.
ordi.conquerente & infra eo.cum nuper.
11 Sed nunquid a pauperibus eccleſijs pro-
curatio exigetur. Et uidetur quòd non.ne
ſupra uires ſit ut 10.q. 3. illud &, longi tē
poris quæſtum hora breuis conſummat .
ut infra eod. cum apoſtolus . & accedunt
ad hoc.1.q.2. placuit 10.q.3. cauendum .
Sed uerius eſt quòd pauperes eccleſiæ cō
ferent & alijs coniungentur ut infra eod.
c. cum inſtantia.&.c. procurationes & ſu
12 pra de reſcrip. accedentes . ¶Sed † nun-
quid quod domi ſolet expēdere uiſitator
eccleſiæ expendet in uia dum uiſitat ut ſal
tem in eo. eccleſiæ releuentur uidetur ꝙ
ſic ar.in auten.de manda prin.§.illud col.
3.& in auten. ut iudices ſine quoquo ſuff.
§. nulli. col 2. ſed puto contrarium.quia
in ciuitate manens & uiſitans nihilomi-
nus procurationes exigere poteſt ut in-
fra eo. ti. uenerabili , non obſtante cano
næ antiquo qui contrarium innuere uide
batur.ut tūc demum procurationem poſ-
ſit prælatus exigere,cum non per ſuæ ciui
tatis parochias fatigatur ut 12.q. 2.chari
tatem. ſed ſi modum excedat ſuperior in
exigendo poterit inferior denegare . ut
infra de exc. præla. ſane.& c. cum ad quo
rundam. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §.
Trebatius . Tenuis enim uite homines
ſub prætextu aduentus officialium breui
ſupellectili ad eorū uſum translata inui-
tus non uexentur.ff. de offi. præſ.l. illici-
13 tas.§.2. ¶†In ſumma notandum eſt quòd
in generalem remiſſionem iuris epiſco-
palis non uenit procuratio.quia nec uiſita
tio nec correctio remitti poteſt . ut infra
eod.ti.cum uenerabilis.16.q.2. uiſis in fi.
ſicut nec cathedraticum . ut ſupra de do-
na. paſtoralis. Nec ob ſupra de relig. do.
conſtitutus . ubi uidetur quòd generali-
bus uerbis eccleſia generaliter eximatur.
ſed ibi hoc operatur confirmatio domini
papæ ſicut enim ſubditus à ſe non poteſt
reijcere iuriſdictionem epiſcopalem ut ſu
pra de renunci. admonet ſupra de foro
compe. ſi diligenti. & ca. ſignificaſti , ſic
nec prælatus iugum ſui officij a ſe execu
tere poteſt ar. ff. de offi. præto. l. legatus
Ceſaris . ſic patronus quantūcunque ge-
neralibus uerbis utatur in remiſſionem
iuris patronatus, aliqua iura tamen reti-
net in liberto . ut. C. de bonis liber. l.3.
14 ¶ †De uiſitationibus autem propter quas
procurationes exigi habent ſic ſummarie
tango.Dixerunt enim quidam quòd ſi ne
ceſſitas fuerit tunc poteſt epiſcopus ſingu
lis annis diœceſim uiſitare 10.q.1. relata.
& q. 3. cauendum. ſed ſi non eſt neceſſi-
tas : tunc de triennio in triennium uiſita
bit. ut ſupra de offi.arc.ut archidyaconus.
Verius puto quòd ſiue neceſſitas fuerit ſi
ue non annua uiſitatio fiet . ut 10.q. 1.de
cernimus. ſed ſi neceſſitas fuerit tunc uiſi
tabitur quoties opus erit ut ſupra de offi.
archi. mandamus infra de hæreti. ad abo
lendam. 18. q. 2.nō ſemel 10. q.1. regen
da. Nec obſtat infra eo.titu. cum uenera-
bilis . ubi dicitur procurationem accipiat
his in anno . illam enim intelligo cum a
fundationis onus bine procurationis erat
impoſitum. Vel forte monaſterium illud
conſueuit uiſitare a fauentinis epiſcopis
bis in anno .

## *Summarium*

1 *Eccleſia uel altaria à quo conſecranda.*
2 *Eccleſia qualiter conſecranda .*
3 *Conſecrationes quando fieri poſſint.*
4 *Epiſcopus nec primarium lapidem eccleſiæ ponere poteſt niſi prius dote conſtituta & aſſignata a fundatore.*
*Eccleſia a quo debeat dotari.*
5 *Eccleſiam ædificare ſi quis inceperit , an &*

*quando teneatur perficere.*
6 *Eccleſiæ in quibus caſibus reconſecrari ualeant.*
7 *Eccleſia quando conſecrari non debeat.*
8 *Infideles uiuentes ab eccleſia repellendi ſunt.*
9 *Eccleſia quibus uiuentibus non communicat, et mortuis communicare non debet.*
10 *Mulier prægnans ſi eſt ſepulta in eccleſia, nunquid poßit conſecrari ea non abiecta.*
11 *Altaria quæ & quomodo conſecrentur.*

## ¶ DE CONSECRATIONE eccleſiæ uel altaris. Rub.

IN tractatu ſuperiori dictum eſt de cẽſibus. ſed quia in conſecrationibus ſolent immunitates eccleſijs indulgeri & cenſus ab indulgentibus retineri uel imponi. ut no. ſupra tit. proxi. §. apparet. ideo ſubſequenter ponitur rubrica de cõ. ec. uel. al. ¶ Videndum eſt igitur à quo, qualiter, & cuius auctoritate eccleſiæ uel altaria ualeant conſecrari. & in quibus ca
1 ſibus poſſint reconſecrari. † Et quidẽ per epiſcopos conſecrandæ ſunt eccleſiæ uel altaria. ut de con. di. 1. c. 1. Per ſimplices autem ſacerdotes nec conſecrationes nec eccleſiarum reconciliationes fieri poſſunt. etiam ex commiſſione epiſcoporum ut infra eod. ti. à qua. Pœnitentia tamen quibus ab epiſcopo iniuncta eſt pœnitentia & excommunicatorum reconciliatio poteſt ſimplici ſacerdoti committi. ut. 26. quæſtione. 6. præsbyter. &. ca. aurelius.
2 ¶ † Debent autem conſecrari eccleſiæ cũ miſſa. ut de con. diſtin. 1. omnes baſilicæ. quam Ber. dicebat fore de ſubſtantia conſecrationis. Hugo uero dicit quod non. Item dixit quod ſi epiſcopus conſecret & præsbyter cantet miſſam quod eccleſia conſecrata eſt. licet aliud ſit in ordinatione clericorum. ut. 23. diſt. quorundam. ¶ Olim conſecrationes fieri non poterãt niſi de mandato ſummi pontificis. ut de con. di. 1. de locorum. cum quatuor. ſeq. capitulis. Sed contra. 22. quæſt. 2. bonæ rei. & de con. diſt. 1. nemo. &. infra eo. ti. c. 2. & 3. Et ideo illis. 5. canonibus eſt ho-
3 die derogatum. ¶ † Et eſt ſciendum quod conſecrationes poſſunt fieri tam diebus ſolennibus quam priuatis. ut infra eo. tit. tua licet in pluribus ſecus obtineat quia nec clerici ordinantur nec uirgines aut epiſcopi conſecrantur nec chriſma conficitur niſi certis diebus. ut ſupra de tempo. ord. ſanè. 20. q. 2. deuotis. 75. diſtin c. 1. de
4 con. di. 4. omni tempore. ¶ † Item notandum eſt quod epiſcopus nec etiam primarium lapidem eccleſiæ ponere poteſt niſi prius dote conſtituta & aſſignata à fundatore. ut de con. di. 1. nemo. in aut. ut determinatus ſit numerus clericorum. §. 1. & tanta debet eſſe dos quæ ſufficiat ad luminaria & ad uitam miniſtrorum. ut. 16. quæſt. 7. piæ mentis. & in prædicto. c. nemo duorum ad minus ſupra de fil. presby. propoſuit. uel trium. ut de con. diſt. 1. hoc quoque. Item ad hoſpitalitatem exercendam & ad reſpondendum epiſcopo de epiſcopalibus. ut. ſupra de ſup. neg. præla. ſicut ſupra de præben. de monachis. Sed ſi hoc omiſſum eſt tempore primarij lapidis ponendi reſtauretur tempore conſecrandi. ut infra e. ti. cum ſicut. &. 1. q. 2. placuit. Sed quid ſi hoc utroque tempore ſit omiſſum. Dixit Hug. quod epiſcopus dotare tenetur ſicut & cum ordinat clericũ ſine titulo. ut ſupra de præben. epiſcopus. Sed melius dicitur quòd fundatores teneantur ad hoc. ut. 16. 7. piæ mentis. & argu. ff. de ritu nup. l. qui liberas. & lex dicit quod hæres fundatoris tenetur. ut in auten. de eccle. titulo. §. ſinautem. &. §. ſi quis ædificationem. Sicut & ſucceſſor epiſcopi prouidet illi quem prædeceſſor ſine titulo ordinauit. ut ſupra de præben. cum ſecundum apoſtolum. Sed illis exiſtentibus non ſoluendo dicerem actionẽ dandam in epiſcopum. ut. ff. ſi menſor fal. mo. dixe. l. 3. §. 1. &. ff. de eo per quem fac.
5 erit. l. ulti. ¶ † Item ſi quis inceperit ædificare eccleſiam & nõ conſumauerit. Reſpondeo tenetur perficere uſque ad. 5. annos ſi eſt oratorium. Si autem eſt thochiũ uel zenodochium uſque ad annum. ut in autẽ. de ecc. ti. §. ſi quis ædificationẽ. ¶ In
6 quibus † autẽ caſibus eccleſiæ recõſecrari ualeant uideamus. Et aſſignauerũt in hoc antiqui

antiqui doct. ſex caſus. Primus cum dubitatur an eccleſia ſit conſerata. ut de con. di.1.eccleſiæ. Secundus cum mouetur altare maius. Tertius cum eccleſia eſt exuſta. Quartus cum parietes ſunt de nouo funditus reparati. Quintus propter adulterium. Sextus propter homicidium. ut de coo. di.1.ſi motum.&.c.ſeq.&.c. de fabrica. Vnde uerſus. Alraris motus. dubitatio ſemen & ignis. Effuſus ſanguinis paries ſi corruat ipſe. Hæc ſunt quæ faciunt iterato templa ſecrari. ſed hodie ſecus eſt. Nam alia eſt conſecratio eccleſiæ alia altaris. unde ſi tabula altaris moueatur uel enormiter frangatur ſeu diminuatur, reconſecratur altare & non eccleſia. ut infra eo.ti.c.1.& è conuerſo. Si eccleſia deſtruatur & non altare reconſecretur eccleſia & non altare. Ideo propter adulterium uel homicidium non reconſecratur eccleſia. ut infra de adulterijs ſignificaſti. & infra eodem.c.propoſuiſti. Quod autem dictum eſt eccleſiam diruptam uel exuſtam iterũ conſecrandam. intelligendum eſt quando parietes penitus ſunt deſtructi uel decruſtati uel maior pars ipſorum. alias ſecus. argu. ff. de contrahen. emp. & uendi. l.domum. Item hoc intelligebat Hug. nõ ſucceſſiuè. Nam ſi ſucceſſiuè cum parietes ſimul deſtructi ſint & ſucceſſiuè reparati. tunc eadem intelligitur eccleſia. argumen. ff. de legatis primo. l. quod in rerum natura. ff. de iudicis. l. proponebatur. Et nota quòd licet tectum uel alia pars eccleſiæ comburatur dummodo parietes integri maneant. non reconſecratur eccleſia

7 ut infra eodem. capi. ligneis. ¶ † In ſumma ſciendum eſt quod eccleſia conſecrari non debet ubi paganus ſepultus eſt ante eiectionem ipſius, ut de conſecratio. diſtinctio.1.eccleſia. & idem eſt in hæretico uel iudeo. ut in eadẽ diſtinctio. in alio. c.eccleſiam. Idem intelligo & in excommunicato ſi tameu oſſa infidelium diſcerni poſſunt ab oſſibus fidelium. Alioquin neutri ſunt eijciendi. ut ſupra de ſepultu. ſacris. Sed ſi diſcerni poſſunt. tunc euulſis corporibus infidelium ſed auctoritate epiſcopi uel principis. ut de conſecratione diſtinctione.1.corpora. ff. de religio. & ſump. fu.l. oſſa. Huius rei ratio hæc eſt

8 † quia infideles uiuentes ab eccleſia expellendi ſunt. ut. 21. diſtinctio. cleros. 25.

9 diſtinc. perlectis. ergo & mortui. † quia quibus uiuentibus eccleſia non communicat & mortuis communicare non debet. ut. 24. quęſt. 2. c. 1. &. c. ſane. Licet hoc caſualiter fallat infra de ſenten. excom-

10 munica. à nobis. Sed † quid ſi in eccleſia non conſecrata ſepulta ſit mulier pręgnãs nunquid poterit eccleſia conſecrari ea non eiecta? Reſpõdeo ſic. quia fœtus pars uiſcerum eſt. ut de conſe. diſtin. 3. ſi quid.

11 &. ff. de uentre inſpi. l. 1. §. 1. ¶ † Item altaria dedicanda ſeu conſecranda non ſunt ſine reliquijs. ut de conſecratione diſtin. 1. placuit. Dicunt tamen doctores ſufficere corpus chriſti. Item altaria ſi non ſint lapidea non conſecrantur. ut de con. diſtin. 1. altaria. Nec obſtat quod dominus præcepit in exodo fieri altaria de lignis Cethin quæ ſunt imputribilia & Salomõ fecit altare aureum. nam illa facta ſunt in figura.

## *Summarium*

1 *Miſſam ſolus ſacerdos cantare poteſt, & quæ ſeruari debeant in miſſo celebratione.*

2 *Miſſa quando celebrari poßit.*

3 *Intellectus. c. nocte, diſt. 1.*

4 *Mißam una tantum cantare debet ſacerdos.*

5 *Miſſam celebrans debet habere ſocium qui ei reſpondeat.*

6 *Sacerdos ieiunus miſſam celebrare debet.*

7 *Sacerdos nunquid poſt medicinam ſumptam poßit celebrare.*

8 *Sacerdos an celebrare poßit poſt petum aquæ calidæ uel frigidæ.*

9 *Sacerdos pranſus an conficiat ſacramentum.*

10 *In miſſa decem ſunt præfactiones.*

11 *Sacramentum conficiendum eſt de azimis, non de fermentato.*

12 *Sacramentum an conficiatur de pane ex lolio facto.*

13 *Frumento ſi admiſceatur piper uel eximium,*

*mium, & fiat inde panis, nunquid totum conuertetur in corpus Chriſti uirtute uerborum. & quid ſi admiſceatur aliquid de formento.*

14 *Corporis Chriſti tres ſunt opiniones.*

15 *Euchariſtiæ in ſacramento tria intelliguntur eſſe diſcreta.*

16 *Conſuetudo eccleſiæ in quibus locum obtineat.*

17 *Officia divina qualiter dici debeant, & quis modus in eis ſit ſeruandus.*

18 *Clerici diuinis officijs intereſſe debent.*

19 *Clerici qui ſunt in ſcholis an teneantur dicere diuinum officium.*

20 *Vir tenetur miniſtrare neceſſaria uxori, quæ debitum reddere non ualet.*

21 *Intellectus ad c. omnes de conſec. diſt. 1. & ad c. epiſcopus. 16. q. 6.*

## ¶ DE CELEBRATIONE MISſarum ſacramento euchariſtiæ & diuinis officiis. Rub.

DIctum eſt ſupra de conſe. eccl. uel alta. ſed quia conſecrationes fieri ſolent & debent cum miſſa ſecundum illos qui dicunt miſſam eſſe de ſubſtantia conſecrationis. ut no. ſupra titul. proxi. in princ. Ideo ſubſequẽter ponitur hic rubrica de celebratione miſſarum & additur de ſacramento Euchariſtiæ & diuinis officijs. ¶ Videamus igitur quæ ſeruari dicunt in celebratione miſſæ ut dignè celebretur demum de alijs partibus

1 rubrice. ¶ † Miſſam quidem cantare poteſt ſolus ſacerdos. Nemo enim conficere poteſt niſi ſacerdos qui ritè fuerit ordinatus ut ſupra de ſum. Tri. firmiter. §. una. de cõ. diſt. 1. c. 1. & c. ſicut & 1. q. 1. dictum. ¶ Omnis autem ſacerdos non præciſus. ut tollatur obiectio de ſuſpenſis & de excommunicatis miſſam cantare poteſt præter ſimoniacum. ut infra de ſimo. tanta & præter enormiter delinquentes ſeu mediocriter quorum crimina ſunt notoria de iure uel facto. ut ſupra de tempo. ordi. c. ulti. ſupra de renuncia. niſi cum pridem in princ. hij enim ſunt ſuſpenſi & quo ad ſe & quo ad alios. Vel dici poteſt ſolum ſimoniacum & occultum ſuſpenſum eſſe quo ad ſe & quo ad alios. & hoc in deteſtationem criminis. & notorium fornicatorem. ut 32. diſtinctione nullus & c. præter hæc. Cæterum ſacerdotes in aliis mortalibus conſtituti & ſi ſuſpenſi ſint quo ad ſe non tamen quo ad alios. ut 1. quæſt. 1. ſacerdotes. Vnde quod dicitur omnis peccator miſſam cantare poteſt. intellige de officij

2 poteſtate. non de merito uite. ¶ † Miſſa celebranda eſt diuerſis horis ſecundum diuerſitatem dierum. Nam in diebus ieiuniorum celebrari debet in hora nona. ut de con. diſt. 1. ſolent. In quatuor temporibus circa horam ueſpertinam cũ ordines celebrantur. ut 75. diſtin. quod à patribus & c. ordinationes & 76. diſt. dilectionis. In diebus autem dominicis & priuatis ſiue feſtiuis poſſunt prima parte diei miſſarum ſolennia celebrari. ut de con. diſt. 1. §. 1. & c. neceſſe. ſed ſi ſacerdos ſolus erit in eccleſia non celebrabit uſq; ad tertiam horam ſed uſque tunc ſeruabit ieiunium, ut neceſſitatibus peregrinorum & hoſpitum ſiue diuerſorum commeantium infirmorum atq; defunctorum ſuccurrere poſſit infra e. t. c. 1. accedit. 43. di. c. non licet.

3 ¶ † In conuentualibus autem eccleſijs ſiue collegiatis. & ſi miſſa cantetur prima hora diei ut dictũ eſt. nihilominus & in tertia cantari debet ſolennis. & ſic intelligo de con. di. 1. nocte. Vbi dicit reliquis uerò temporibus miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minime celebrentur

4 ſubaudi ſolẽnes ¶ † Vnam autem miſſam cantabit ſacerdos in die & de die. Felis enim eſt qui unã digne celebrare poteſt, & aliam ſi neceſſe fuerit cantare poterit pro defunctis. ut de con. di. 1. ſufficit infra eodem titulo referente. De die igitur dixi. quia quidam poſtpoſito officio feriali miſſam celebrant de ſanctis quorum feſtiuitatis. tunc non ſunt. ut infra eod. ti. quidam. Nam ſecundum congruentiã dierum miſſarũ ſunt ſolẽnia celebranda.

5 ut infra e. t. cum creatura. ¶ † Cũ autẽ celebrat ſacerdos non erit ſolus. ſed ſociũ habebit qui ei reſpondeat. ut 7. q. 1. illud. 81. di. in omnibus. de con. di. 1. c. hoc quoque ſtatutum. & 1. q. 2. placuit. Item ieiunus cele-

celebrare debet. Nam potus uel cibus quā
tumlibet minimus impedit celebratio-
nem.ut.7.q.1.nihil quod ob reuerentiam
ſacramenti inductum eſt.ut de conſe. di-
ſtinc.2.liquido.& idem in alijs ſacramen
tis.ut de conſecra.diſtin.5. ut ieiuni.75.
diſt.quod à patribus ſupra de tempo.ord.
literas.22.q.5. honeſtum. Vnde uinum
perfuſionis aſſumptum impedit aliam ce
lebrationem. ut infra eodem titul. ex par
7 te. ¶ Sed † nunquid poſt medicinam ſum
ptam poteſt celebrare ſacerdos. Dixit
Ioan. quod ſic. quia medicina inter ali-
menta non continetur.ut.ff. de pe. leg.l.
non omne. ſed tutius puto contrarium.
Nam medicina abhominationem ſolet
inducere & timendum eſt ne poſt confe-
ctionem inducat uomitum. Et hæc ratio
attenditur. alias dum quæritur quare non
conficitur in calice de ere aut de aurical-
8 co. ut de con.diſt.1. calix. ¶ † Sed nun-
quid poſt potum aquæ calidæ uel frigidæ
debet celebrare ſacerdos. Reſpondeo nō.
quia ut dicit Io. aqua potus eſt. & canon
præallegatus.7.quæſt.1.nihil. dicit quòd
poſt potum uel cibum quemlibet mini-
mum alias litera quodlibet minimum miſ
9 ſam celebrare non debet. ¶ † Sed quæri
tur an pranſus conficiat. Ad quod reſpon
deo.& ſi malè faciat pranſus celebrando
in contemptum prohibitionis canonicæ.
conficit tamen quia quòd à ieiunio con-
ficiatur non eſt de ſubſtantia ſacramenti.
10 ut de con.di.2. liquido. ¶ † Decem ſunt
præfationes in miſſa. nouem habentur de
con. diſt.1.inuenimus.& decima.70. diſt.
ſanctorum. Et uariantur ſecundum uarie
tatem temporum & feſtiuitatum. Sunt au
tem in miſſa & in canone quædam addi-
ta quæ in textu euangelij non continen-
tur, ſed ea credimus ab apoſtolis & ſan-
ctis patribus eſſe adiecta. ut infra eo.tit.
cum Marthæ in.1.reſponſo.&.11.di.eccle
11 ſiaſticarū. ¶†Conficiendū eſt de azimis.
nō de fermētato.ut infra e.ti.literas.unde
ſi quis de fermentato conficeret ſecundū
Hug.nihil conficeret. per id quod le. de
con.diſt.2.in ſacramento.& per illam au
ctoritatem,non in fermento ueteri ſed in
12 azimis ſinceritatis &c. ¶ Sed†cum de fru
mento naſcatur lolium.ut dicūt ruſtici, &
ut innuit canon.56.di.naſci.nunquid ſi de
lolio fiat panis tranſubſtantiabitur in al-
13 tari uirtute uerborum. non.¶†Item quid
ſi frumento admiſceatur piper uel cymi-
num.& fiat inde panis nunquid totum cō
uertetur in corpus chriſti uirtute uerbo-
rum.Non ſed reliquum quod de frumēto
eſt.Quid ſi admiſceatur aliquid de fermen
to. Tūc nihil cōuertitur in corpus chriſti
quia nihil azimini eſt cuius cōſecratio fie
14 ri poſſit.¶†De corpore autem chriſti tres
ſunt opiniones.Vna dicit quod illa ſubſtā
tia quæ prius fuit panis & uinū poſtea ſit
corpus & ſanguis.ut de con.di.2.panis eſt
in altari.eod.c.quia corpus.Alia tenet qđ
ſubſtantia panis & uini deſinat ibi eſſe &
tantū accidētia ipſorū ibi remanent.ſ.ſa-
por color.& pōdus.& ſub illis accidētibus
eſt corpus chriſti. Et hoc uidetur uelle cō
ciliū ſupra de ſum.Tri.& fi. catho.c. uno.
Tertia uerò aſſerit quod remanet ibi ſub-
ſtantia panis & uini. & in eod.loco.& ſub
eadem ſpecie eſt corpus & ſanguis chriſti.
arg.de con.diſt.2.ego.Et quælibet harum
opinionum fatetur uerū corpus chriſti eſ
ſe in altari. Quarta opinio dicit non eſſe
in altari corporis & ſanguinis ueritatem.
ſed imaginem tantum ſpeciem & figu-
ram. Et iſta reprobatur infra eodem cum
15 Marthæ.§.ex eod. ¶† In hoc ſacramento
tria intelliguntur eſſe diſcreta. uidelicet
forma uiſibilis. ueritas corporis, & uir-
tus ſpiritualis.forma eſt panis & uini,ueri
tas carnis & ſanguinis, uirtus unitatis &
charitatis.Sed primum .ſ. forma panis &
uini eſt ſacramentū geminæ rei,ideſt,cor-
poris chriſti & unitatis.& ita eſt ſignās tā
tum.Secundum ideſt,corpus chriſti eſt ſa-
cramentum.ſ. unitatis & res ſacramenti.
ideſt ſpecierum panis & uini. & ſic eſt ſi-
gnans & ſignatum. Tertiū uero. ſ. unitas.
eſt res duorum ſacramētorum.ſ. corporis
chriſti. & ſpecierū panis & uini. & ita eſt
tantum ſignatum. quia ſignificatur per il-
la duo ſacramenta.ſ. per ſpecies panis &
uini & per corpus chriſti. Et ita primum
eſt ſacramentum tantum ſignans. ſecundū

ſignans

ſignans & ſignatum. tertium tantum ſignatum ut probantur hæc infra eod. cum
16 Marthæ. §. ex eo in fi. ¶ † In calice utrun miſcendum eſt uinum & aqua. ut de con. diſt. 2. c. 1. & 2. Sed plus in eo de uino quã de aqua ponendum eſt. ut infra e. ti. pernicioſus. Sed quare reſpondeo. ex conſuetudine eccleſiæ hoc inoleuit. quæ locum habet in ſacramentis altaris ut 11. diſt. eccleſiaſticarum locum habet in ſacramento baptiſmi. ut de con. di. 4. de trina. locum habet in diuinis officijs ut de con. diſt. 2. inſtitutis. & 12. d. c. ultimo. Hæc duo uinum & aqua in ſanguinem transmutantur. ut infra eo. cum Marthæ. §. quæſiuiſti.
17 ¶ † Reſtat uidere de ultimà parte rubricæ ſcilicet de diuinis officiis. Et eſt ſciendũ quod diuina officia dici debent cum diligentia explicatè & intelligibiliter non cum ſincopa. ut infra eo. ti. dolentes. Melior eſt enim paucorum pſalmorum decantatio cum cordis puritate ac ſerenitate ac ſpirituali hylaritate quam pſalmorum modulatio cum anxietate cordis atq; triſtitia. ut de con. diſtin. 5. non mediocriter. Et quod dixi paucorum. ſanè intellige. ſ. ut tamen debitum officium non omittatur. ¶ In officiis diuinis rectores eccleſiarum unum eundemq; modum teneant, quem in metropolitana ſede nouerint inſtitutum. nec aliqua diuerſitatis cuiuſcunque ordinis uel officij à metropolitana ſe patiantur ſede diſiungi. ut 12. diſtin. de his de con. diſtin. 2. in omnibus & diſtinc.
18 5. conuenit. ¶ † Clerici diuinis officijs intereſſe debent. & qui abſque ſui corpuſculi inæqualitate defuerit excommunicetur ut 91. diſtinct. c. 1. & 2. uel excludatur à clero ſiue moueatur ab eccleſia. ut 92. diſtinct. cap. ultimo. & maximè ſi hoc fecerit ſolennibus diebus. ut 7. quæſtio-
19 ne 1. ſi quis in clero. ¶ † Sed quid de clericis qui ſunt in ſcholis. nunquid tenentur dicere diuinum officium. Dixerunt quidam quod illi tantum tenentur dicere diuinum officium qui ad titulum certæ eccleſiæ ſunt promoti per illud quod legitur. 92. diſtinct. ſi quis præsbyter ſecus ſi ad titulum ſuæ poſſeſſionis uel ſui patrimonii ſit promotus. ut ſupra de præbend. epiſcopus. ſed puto omnes clericos ad hoc teneri etiam ſi non percipiant neceſſaria ab eccleſia quia tenuis eſt, ſibi enim imputare debet qui ad tenuem eccleſiam ſe promoueri. fecerit. argum. ad hoc
20 32. quæſtione 2. horrendus. Vnde † ſicut uir tenetur miniſtrare neceſſaria uxori. quæ tamen debitum reddere non ualet. ut 32. quæſtione 7. quod propoſuiſti. ita & clericus qui non percipit neceſſaria ab eccleſia. quia pauper eſt nihilominus tenetur eam officiare. & dicet cum apoſtolo. Scio ſatiari & eſurire abundare & penuriam pati. omnia poſſum in eo qui me cõfortat. ut 41. diſtinct. quod dicit dominus. manus autem ſuæ miniſtrabunt ei. ut 21. quæſtione 1. clericus. in fin. & 91.
21 diſtinctione. clericus. † Et idem dico ſi eccleſia à principio fuit diues & poſtmodum deducta eſt ad paupertatem. Sed in utroque caſu debet unire epiſcopus eam alteri eccleſiæ. ut 10. qu. 3. unio. ſic intelligo de con. diſtinctione 1. omnes 16. q. 6. epiſcopus.

## *Summarium*

1 *Baptiſmus quid ſit.*
2 *Baptiſmus quando inſtitutus.*
3 *Baptiſmi genera quot ſint.*
4 *Baptiſmi effectus quit ſit.*
5 *Pronomen ego an ſit de ſubſtantia forma baptiſmi.*
6 *Baptiſmi ſubſtantialia.*
7 *Verba quæ requirantur in forma baptiſmi.*
8 *Ordo uerborum an ſit de ſubſtantia baptiſmi.*
9 *Actus qui interponitur uel mora quæ internouit uitiet id, quòd in contextu & continuè fieri debet.*
10 *Paruulus baptizatur licet ab infideli offeratur.*
11 *Intellectus c. quos à paganis, de conſecra. diſtinct. 4.*
12 *Baptizatus an intelligatur ille, in cuius parte corporis ſacerdos aquam profundit.*

*Baptiſmus*

13 *Baptiſmus an in omni tempore poßit conferri.*
14 *Baptizari an poßit in nomine Trinitatis implicitè.*
15 *Baptizatus in nomine Chriſti, an ſit bene baptizatus.*
16 *Furioſo perpetuo an ualeat baptiſmus.*
17 *Baptiſmus an ualeat ei qui incidit in furorem.*
18 *Baptizatus coactus an ſit baptizatus.*
19 *Baptizatus fictè an recipiat ſacramentum.*
20 *Baptizatus an ſit is qui baptizatur & baptizari intendit, & baptizans non intendit baptizare.*
21 *Baptizare ſcipſum nemo poteſt.*
22 *Baptizatus an quis ſit ſi aquæ alius ſit liquor admixtus.*
23 *Paruuli an obligentur in baptiſmo.*
24 *Baptiſmus dicitur ſacramentum fidei.*
25 *Baptiſmus an ualeat ſi latinus proferat uerba in lingua græca uel alia.*
26 *Baptizatus in nomine genitoris & nati & ſancti flamines, an ſit batizatus.*
27 *Baptizari non poteſt in nomine paternitatis & ſpiritalis ſanctitatis.*
28 *Baptizatus an quis ſit, ſtatur unius teſtimonio.*
29 *Vnius teſtimonio ſtandum eſt, de conſecratione eccleſiæ.*

## ¶DE BAPTISMO ET EIVS effectu. Rubrica.

IN ſuperiori rubrica dictum eſt de cor
pore Chriſti. quo nihil in ſacrificiis
maius eſſe poteſt. ut de con. diſtinct.
2.nihil. Sed quia baptiſmus inter alia ſa
cramenta maius eſt neceſſarius & maius
efficax ut 32. diſt.§. porro cum omnium
ſacramentorum ſit ianua & fundamẽtum.
ut infra de præsbytero non bapti.miſ. ue-
niens. Ideo ſubſequenter ponitur hic ru-
brica de baptiſmo & eius effectu. ¶ Videa
mus igitur quid ſit baptiſmus. quando in-
ſtitutus. quot ſunt baptiſmi genera &
1 quis eius effectus. ¶ † Baptiſmus eſt exte-
rior hominis ablutio cũ certa forma uer-
borum. Eſt & caracter infixus animæ ac-
cedente uerbo ad elementum, unde eſt
iſta tanta uirtus aquæ ut corpus tangat &
cor abluat niſi faciente uerbo. non quia di
citur ſed quia creditur. Nam in ipſo uer-
bo aliud eſt ſonus tranſiens aliud uirtus
2 manens ut 1.q.1.detrahe. ¶ † Fuit autem
inſtitutus ſecundum quoſdam quando di-
ctum eſt Nicodemo. niſi quis renatus fue-
rit &c. ut de cond.di.4. filius. Secundum
alios cum dominus dixit diſcipulis. Item
baptizate omnes gentes &c. ut infra eod.
tit.debitum.de con.diſt..4.propriè in uer
bo euntes. Secundum tertios cum miſit
Iudam cum aliis ut 1.q.1. dedit Io. uerò
putat tunc fuiſſe inſtitutum cum dominus
à Ioanne baptizatus eſt ut de con. diſt.4.
per aquam. Poſſet tamen reſponderi ad il
lud quia tunc dedit formam baptiſmi fa-
cto & exemplo. ſed poſtea dedit uerbo
& præcepto. cum dixit apoſtolis euntes
3 &c. ut dictũ eſt. ¶ † Genera paptiſmi ſunt
tria fluminis. ſanguinis. & flaminis. ut de
4 con.diſt.4.baptiſmi uicem. ¶ † Effectus ba
ptiſmi eſt. quia ſi digne quis baptizetur de
letur in eo tam actuale quam originale
peccatum ſine omni pœnitentia. quia ſi-
ne pœnitentiæ ſunt dona. & uocatio dei.
quia gratia dei in baptiſmo nõ quærit ge
mitum non quærit plactum uel opus ali-
quod. ſed ſolam fidem & omnia gratis cõ
donat. ut de con.diſtinct.4. ſine pœniten-
5 tia. ¶ † Sed quæritur an pronomen ego ſit
de ſubſtantia formæ. Et creditur quod
non. nam plenum ſenſum habet hęc uox.
baptizo te in nomine patris &c. unde
alibi pronomen dicitur abundare. ut.ff.de
hæredibus inſtitu.l.1.§. qui neque ſic &
in ſtipulatione non intereſt utrum ſtipu-
lor habere licere. an mihi licere habere.
ut.ff.de uerbo.obliga.l.ſtipulatio iſta. Cæ
tera uerba quæ ſunt in forma neceſſaria
6 ſunt & ſubſtantialia. ¶ † Sed quæritur
quid ſi uerba ſubſtantialia dicantur ſed
corruptè & contra regulam donati. Re-
ſpondeo non minus efficax eſt baptiſ-
mus cum enim uirtus illorum uerborum
exclu 'at demonium excludet & precis ui
tium ut de con.diſt.4. ſi non ſanctificatur
& retulerunt. ¶ Sed quæritur quid ſi a-
liquid aliud in forma dicatur. Ad hoc
dixerunt

dixerunt quidam ut ſi aliquid præmittatur ut ſi dicatur arma utrunque cano. Ego te baptizo in nomine patris &c. uel poſt formam adijciatur ſic. Ego baptizo te in no. pa. & fi. & ſpiritus ſancti & dyaboli. efficax eſt baptiſmus. quia cum extrinſeca & impertinentia adijciuntur nō uitiant. ut.ff. de uer. ob. l. quæ extrinſecus ſecus autē ſi aliquid interponatur ut ſi dicatur. Ego baptizo arma utrunque cano. In nomine pa. & fi. & ſpiritus ſancti. Nā tunc non confertur baptiſmus. nam & ſi ordinationi teſtamenti aliquid alienum immiſceatur uiciat ut. ff. de teſta.l. hæredes. §. ulti. ¶ † In forma autem baptiſmi
7 omne uerbum aliud a uerbus domini alieni: cenſetur. ſed putant doctores noſtri contrarium. dicunt enim quòd ſiue adijciatur formæ ſiue interponatur. uiciatur baptiſmus. Quid ſic dicatur non ego baptizo te &c. Abſurdum putant dici tunc baptizatum. Et idem ſi dicatur. Ego te baptizo in nomine pa.& fi. & ſpi.ſan.& omnium ſanctorum. Et idem eſt ubi aliquid interponitur. in quo conſentiunt omnes.

8 ¶ †Sed quid ſi ordo mutetur & uerba tráſponantur.ut ſi dicatur. Ego te baptizo in no. pa. & fi. ſpiritus ſancti. nunquid eſt baptizatum. Dicunt quòd ſic. ar.C. de teſta. l. præpoſteri & ſupra de reſcriptis. cauſam. nec enim ordo ſcripturæ ſeruandus eſt.ut.ff. de ſolu.l. nec enim. Alij autē contrarium ar. pro eis. C.de ſen.& interlo. om. iu. l. prolatam. Dicunt enim ipſum ordinem uerborum eſſe de forma. Et hoc ſecurius eſſe uidetur. ſi autem in prolatione uerborum interponatur mora naturalis & compendioſa, ut de reſpirando tuſſiendo & excreando non uiciat.ut.C.

9 de teſta.l. cum antiquitas. † An autem actus qui interponitur uel mora quæ interuenit uitiet id quod in contextu & continuè fieri debet. Determinabis per iura illa.ff. de duobus reis. l. duos reos. §. ul. & pe.ff. de uer. ob. l. continuus, in principio.ff. de teſta. l. hæredes. §. feſtim. nec enim omne quod differendi cauſa fit moræ annumerari poteſt. ut. ff. de uſuris. l. ſciendum. Item nec moratoria cūctatione nec præcipiti feſtinatione faciendum eſt aliquid. Quantum uero interuallum ſine uitin ualeat in talibus interponi. intellectu magis quam locutione exprimi poteſt ut.ff.de ſolu. ratum. Et hoc totum locum habet ſi quæratur de mora interpoſita inter uerba quæ dicuntur in conſecratione Euchariſtiæ, & uerba quæ dicuntur in conſecratione calicis. Quæ quæſtio locum habet ſecundum illos qui dicūt unā eſſe formā in uerbis illis. hoc eſt corpus meum hic eſt ſanguis noui teſtamēti etc. Sed noſtri docto. magis approbant quòd ſint duæ formæ una in uerbis illis. hoc eſt corpus meum. alia autem in illis. hic eſt calix noni teſtamēti etc.et ad prolationem priorum tranſubſtantiatur panis in corpus Chriſti et ad prolationem ſubſequentitum conuertitur uinum in ſanguinem. Sed objicitur nonne prolatis primis uerbis eſt ibi ſanguinis ex quo eſt ibi corpus. Certè ſic. quia ubicunque eſt corpus ibi et ſanguis. Ad hoc reſpondetur eſt ibi ſanguis nō per trāſlationē ſed per cō-

10 mixtionem.¶† Sed quæritur cum paruuli intelligantur baptizari in fide parentū, ut de con. di.4. quæris. et eorum a quibus paruulus conſecrandus offertur. ut de cō. di. 4. illud quid ſi offerentes ſint infideles. Reſpondeo baptizari intelligitur in fide eccleſiæ et in uerbo Chriſti. nec oberit infidelitas offerentis dūmodo in forma eccleſiæ baptizetur. ut de con. diſt.4.

11 Romanus. † Nec obſtat.de con.diſtin.4. quos a paganis. quia illud loquitur cum non in forma eccleſiæ baptizat. ¶Item

12 quæritur † quid ſi nō habeat aquæ copia et ſic ſacerdos perfundat aqua illum quē baptizat ſic ut partem corporis non totū corpus contingat aqua. In hac quæſtio. dixit hug. quòd ſi caput perfundatur. uel præter caput maxima pars corporis. eſſet baptizatum. alias non. Alij autem dicunt baptizari etiam ſi aqua cadat in quancunque corporis partem ar. ad hoc de con. di.4. hoc nequaquam. ſicut ſufficiat poſſideri partem ad hoc ut quis totum poſſideat dum tamen eius ſit animi ut totum poſſideri intentat. ut. ff. de acqui. poſ. l.

poſſi-

poſſideri.§.1.& de pe. diſtin. 1. uulgaris.
13 ¶ † Item quæritur nunquid baptiſmus
poteſt omni tempore conferri. Non niſi
neceſſitate imminente, ut pote periculo
mortis uel languoris in curſu. ut de con.
diſt.4. uenerabilis & ca. baptizandi. Sed
puto in adultis illud locum habere, nō in
paruulis quibus nulla præter baptiſmum
ſalus promittitur. ut de con. di 4. nulla.ti
mendum eſt enim ne propter naturæ im-
becillitatem morte perueniente qui ba-
ptizantur inueniri nō poſſunt ut 5.di.ba-
ptizari. In adultis autem hæc non time-
tur. quia in eis conuerſio mentis ad Deū
baptiſmi uicem ſuppleri non dubitatur.ut
14 de cō. di. 4. baptiſmi uicem.¶† Item quæ
ritur an baptizari poſſit in nomine Trini
tatis implicitè. Et uidetur quòd ſic. ut
de con. di. 4. a quodam. Sed illud expo-
nitur id eſt explicite per id quod legitur
in eadem di.ſanctum. ſi non ſanctificatur
15 ſi re uera. & in cap. in ſynodo. ¶ † Item
nunquid baptizatur in nomine Chriſti.
Reſpondeo ſic. ut de con. di. 4. a quodā.
ſed quare potius in nomine Chriſti quā
in nomine Trinitatis. Reſpondeo. quia
in nomine Trinitatis non intelligitur ni
ſi trium perſonarum eſſentiæ unitas. Sed
in hoc nomine Chriſti intelligitur unctus
ungens & à quo ungitur Baſi. tamen di-
xit conceſſum fuiſſe apoſtolis baptizare
in nomine Chriſti propter nomen Chri-
ſti ampliandum. ſed ille canon eſt hodie
a quodam abrogatus per id quod legitur
in ea.diſ.in ſynodo. Sed non ſic putamus.
nam ille canon eſt à quodam Nicolao &
poſterior illo in ſynodo quæ fuit Zacha-
riæ ut patet in cronicis, Dico ergo quòd
non baptizabitur in nomine Chriſti ſed
16 ſi fuerit baptizatus ualet baptiſmus. †Itē
quæritur quid ſi quis perpetuò furioſus
& qui nunquam ſine furore fuit baptize-
tur. nunquid ualet ei baptiſmus. Videtur
quòd ſic ar.ff. de le.2.l.cum pater. §. ſur-
do. ubi dicitur acquiri furioſo emolumen
tum. tales enim pro infantibus habendi
ſunt. nec grauantur aliquo peccato actua
li.ut 3.q. 9. iudicas. unde & ſi nunquā uol
uerunt baptizari nunquam tamen nolue-
runt, unde ſufficit hoc quo ad baptiſmi
caracterem imprimendum. tunc enim ca
racterem ſacramentalem imprimit opera
tio cum obicem uolontatis contrariæ nō
inuenit reſiſtentem ut infra e.ti.cum Mar
thæ in fi. & hoc idem conſideratur in par
17 uulis de con.diſt.4. quæris † In eo autem
incidit in furorem & in amente & dor-
miente conſideratur uoluntas præcedens
furorem amētiam uel dormitionem ut ſu
pra ti. proxi. cum Marthæ. §. item quæ-
18 ritur. ¶ † Item quæritur de coacto. ad
quod dico quòd abſolutè coactus nō re-
cipit caracterem ut ea. dec.§.e. ſed condi
tionaliter coactus ſic. quia coacta uolun-
tas, uoluntas eſt. ut 15.q.1. merito. quia
nec impedit ſacramentum ordinis. ut 74.
di. ubi iſta.non impedit ſacramentum ma
trimonij .ut 22. q. 4.inter cætera infra de
ſponſa. ueniens. & ſi taliter coactus ba-
ptiſmum recipit compellitur ſeruare fidē
19 ut 40. di. de iudæis. ¶ † Item quid de fi-
cte baptizato. reſpondeo recipit ſacramē
tum ſed non rem ſacramenti niſi recedat
20 fictio ut de con. di.4. tunc ualere. ¶ †Itē
quid ſi is qui baptizatur, baptizari inten-
dat.baptizans autem non intendit.Reſpō
deo non eſſe baptizatum ut. 1. q. 1.§. ec-
ce.& de.cō.di.4. ſolet queri.Nam & cum
per locum dicuntur hæc uerba. ſpondes
ſpondeo. non inducitur obligatio.ut.ff.de
21 ac.& ob.l. 3.§.uerborum. ¶ † Item quæri
tur. an in neceſſitate poſſit quis ſeipſum
baptizare. ad quod reſpondeo non ut in-
fra eod. ti. debitum. ſicut nec poteſt quis
ſeipſum reconciliare.ut de con.di. 4. ſan-
22 ctum eſt. ¶ † Item quid ſi aquæ alius ſit
liquor admixtus. num quid baptizabitur.
Reſpondeo ſic ſi aquæ præualet aliter nō
23 ¶ † Item cum is qui nihil intelligit non
obligetur.ut.C. de fal.mo. l.1. quomodo
paruuli obligātur in illis ſpōſionibus quæ
pro eis fiūt ante baptiſmū.credis in Deū
etc.ut de con. diſt.4.1.reſpon.ſpeciale eſt
in baptiſmo ubi quis ignorans per alium
obligetur. immo uerius eſt in baptiſmo
quis per alium liberatur ſcilicet a poteſta
te dyaboli.ut de con.di 4. poſtquam po-
teſt autem quis ignorans per alium libe-

rari. ut. ff. de ſol. l. ſoluere. & ff. de nego.
24 geſt. l. ſoluendo. ¶ † In ſumma ſciēdum ꝙ
baptiſmus dicitur ſacramentum fidei. ut
de cō. di. 4. nihil aliud. Hoc ideo quia in
fide Chriſti cōſecratur & in fide eccleſiæ
confertur, uel quia confertur in nomine
Trinitatis explicitè quam & offerentes &
oblati tenētur credere. uel quia ſignū eſt
ꝙ ſuſpiciens fidē habeat. & ſi non habeat
25 aliqui impediente. ¶ † Sed quæritur quid
ſi latinus baptizaret & proferat uerba ne
ceſſaria non tamen regulariter nec in ſua
lingua. ſed in græca uel alia. reſpōdeo ba-
ptizatum eſſe. Nam & apoſtoli loqueban
tur uarijs linguis & forma realis attenden
da eſt non uerbalis. ut con. diſt. 4. retule-
26 runt. ¶ † Itē pone quòd nō dicantur uer-
ba. In no. pa. & fi. & ſpi. ſan. ſed ſimilia. In
nomine genitoris & nati & ſancti flami-
nis nunquid erit baptizatum. Reſpondeo
quòd ſic quia non refert ex æquipollen-
tibus quid dicatur. ut. ff. de uer. obl. l. quæ
extrinſecus. & l. ſi in nomine. & infra de
uer. ſign. in his. Et ſatis puto credendum
eſſe poſſe fieri baptiſmum ſub uerbis ſyno
27 nimis. ¶ Sed † nūquid poſſit baptizari ſic.
In nomine paternitatis & filiationis & ſpi
28 ritalis ſanctitatis. Reſpondeo non. ¶ † Vlti
mo notabis cū dubitatur an aliquis ſit ba
ptizatus. ſtatur teſtimonio unius de con.
29 di. 4. placuit. † Et idē in conſecratione ec
cleſiæ ut de cō. diſ. 1. eccleſiæ ſecus in ordi
ne ut 98. di. afros. & ſupra de cle. peregri.
ca. 1. Rationem diuerſitatis collige. ex. §.
gratia. 3. q. 1. §. ecce. cum honores.

## *Summarium*

1 *Ordinum collatio facta non baptizato an ualeat.*

2 *Non baptizatus credens ſe baptizatus an ſaluetur.*

3 *Ordinatus comperiens ſe non baptizatum an debeat baptizari & iterum ordinari. et. num. 3.*

4 *Baptiſmi et ordinum reiteratio an fieri debeat, quando de baptiſmo et ordine dubitatur.*

5 *Matrimonium an in dubio præſumetur, & ſtetur ſacramento uiri.*

## ¶ DE PRAESBITERO NON baptizato. Rub.

DIctū eſt ſupra quòd baptiſmus ſit
ianua & fundamentū omniū ſa-
cramentorū aliorū. Sed quia du-
bitari poſſet an nō poſito fundamēto ædi
ficatio alio ſacramētorū ſubſiſtat. Ideo tra
ctatur hic de collatione ordinū facta non
1 baptizato. & ideo ponitur hic rub. de præ
sbytero non bap. miniſtrante. ¶ † Videa-
mus igitur an collatio ordinum facta nō
baptizato ualeat, & quid iuris ſit cū quis
credit ſe baptizatum cum in ueritate nō
ſit. Item an ordinatus comperiens ſe nō
baptizatum debeat iterum ordinari. ¶ Ad
primum itaque ſic dico cum Paulus dicat
fundamētum aliud nemo pōt ponere præ
ter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus
Ieſus. conſequenter probatur quòd ubi
Chriſtus non eſt fundamentū nullius ope
ris boni eſt ſuper ædificium. ut 1. q. 1. cum
Paulus propterea nulla eſt collatio ordi-
2 num ut infra e. ti. c. 1. & 1. q. 1. ſi quis con-
fugerit. & c. ſi quis per ignorātiam. ¶ † Ad
ſecūdum dico quòd ſi quis baptizatus nō
ſit credat tamen ſe baptizatū fore & alias
ſit bonæ uitæ & conuerſationis honeſtæ,
liber ab originali pctō cœleſtis patriç gau
dium adipiſcitur incunctanter ut infra eo.
ti. c. 2. Nec obſtant iura illa quæ dicūt nul
lum poſſe ſine baptiſmo ſaluari. ut de cō.
di. 4. cathecuminum. firmiſſime & 15. q.
1. §. ut itaque componat iſtud cancellatū
de generante. & c. nulla. quia illa locum
habent in his qui ſciunt ſe non baptizatos
& cum baptizari poſſint negligāt, uel cō
tenunt ipſi ſeu parentes ipſorū. hic enim
de quo. ſupra præmiſſi intelligitur baptiſ-
mus in fide Chriſti & eccleſiæ. Nam ba-
ptiſmus inuiſibiliter miniſtratur. quem
non contemptus religionis ſed articulus
neceſſitatis excludit. ut infra eo. ti. c. 2. &
3. Vnde quidam ante baptiſmum ſpiritu
ſancto impleti creduntur ut Centurio. ut
de con. di. 4. non dubito. & 2. q. 7. nō om
nes. Et Valentinianus qui cum ueniret ad
baptiſmū & in uia deceſſerit, dicitur Am-
broſiū de eo dixiſſe, uentrem meū doleo.
quia

quia quē regeneratus erā perdidi. ille ta
men gratiam quam popoſcerat non ami-
3 ſit. ¶ † In tertio aūt membro dico bapti-
zari & iterum ordinari debere quia nō in
telligitur iteratū quod ambigitur eſſe fa-
ctum. ut infra eo. titu. ueniens. ¶Sed op-
ponitur qui ſe credit baptizatū baptiſmo
flaminis & ſi non ſit in fide tamen Chriſti
& eccleſiæ intelligitur baptizatus ut ſupe
rius dixi. Vnde ſi in tali ſtatu poſitus ordi-
netur ſacramentum ordinis inuenit funda
mentum ſacramentorum ſcilicet fidem. &
ideo firmū eſt ædificium. & ſic iterari non
debet ordo, & ſi iteretur fit iniuria ſacra-
mento. ut 1. q. 1. quod quidam de con. diſ.
4. oſtenditur. Ad quod Reſpondeo. tam
diu intelligitur baptizatus in fide quan-
diu ignorat ſe baptizatum uerbo & elemē
to. Et tūc ordo iterari non poſſet, ſe cum
poſt incipit ſcire uel credere ſe non bapti
zatum fuiſſe uerbo & elemento niſi bapti
zetur in aqua cum poſſit incipi contem-
nere. & ſic perdit baptiſmum flaminis. &
ſic ſine fundamento ædificium ordinis in
uenitur & propterea ponendus eſt prima
rius lapſis ſcilicet baptiſmus & demum ſu
perædificabitur ordo nec iteratus intelli
3 getur. ¶ † Et eſt ſciendum quòd ibi ſcitur
aliquem baptizatum non eſſe, baptizabi-
tur & ſeruabitur forma communis. ut ſu-
pra ti. proxi. non ut apponens. ubi aūt du
bitatur, tunc ſeruabitur illa forma quæ ha
betur ſupra ti proxi. c. 1. de con. diſt. 3. ſi
nulla. & idem ſeruatur in conſecratione
eccleſiæ. ut de conſe. di. 1. ſolennitates. &
c. eccleſia. Item in ordine ut 68. di. præ-
4 ſbyteri quos. §. quod autē. ¶†Et no. quòd
quidam dixerūt quòd ubi dubitatur de or-
dine uel baptiſmo, & iterū ordinatur ſeu
baptizatur, idē caracter confertur qui fuit
primo collatus. dicentes quòd hic articu-
lus neceſſitatem inducit. & allegantes ſi-
mile. ff. de acqui. poſ. l. poſſideri. §. ex plu
ribus. Sed hoc non eſt uerum, quia ſi prius
fuit caracter ordinis uel baptiſmi collatus
ſecūdo nihil additur. ſed totum ad uocem
refertur & ad uiſibilem unctionem. ut 68.
di. §. quod ergo nihil enim addit uel de-
trahit iteratio unctionis. ſicut nec iteratio
manumiſſionis. ut C. de indi. libe. l. nihil
¶Sed quid de his quæ præsbyter iſte geſ-
ſit qui ſe comperit non baptizatum fuiſſe
nūquid decepit animas ut ſupra de ele. du
dum Rothomag. Reſpondeo non imo
dum bona fide credit ſe baptizatum & ri-
te ordinatum rata ſunt omnia quæ geſſit
ar. ff. de offi. præto. l. Barbarius. ¶In ſum
ma ſciendum eſt. in dubio potius præſumi
non baptizatum quam baptizatum potius
non ordinatum quā ordinatū. ut de cō. di.
5 4 paruulos & hic in c. ueniens. ¶†Sed cū
ita præſumatur in his ſacramētis quare in
ſacramento matrimonij contraria aſſuma
tur præſumptio. ut teſtetur tantum uerbo
uiri ut 23. q. 1. ſi quis acceperit. ff. de ritu
nup. l. in libero. Reſpondeo ſine omni pe
riculo eſt ſi ſacramenta illa iterentur. ſed
ualde periculoſum eſſet ſi iudicaretur nō
eſſe matrimonium ubi eſt. Licet alibi ca-
non præſumat non eſſe matrimonium ubi
tamen eſt & ſi ſolennia deſint ut 30. q. 5.
aliter & ca. noſtrates.

## *Summarium*

1 *Euchariſtia qualiter cuſtodiatur.*
2 *Euchariſtia defert ſacerdos infirmis cum ſolēnitate & reuerentia.*
3 *Res ſacratæ & diuinis dicatæ qualiter ſeruentur.*
4 *Pallæ altarium & ueſtimenta clericorum ſordida qualiter lauari debeant.*
5 *Veſtimenta ſacra uetuſtate conſumpta incendi debent.*
6 *Deo dicata ad profanos uſus conuerti non debent.*

### ¶DE CVSTODIA EVCHARISTIÆ. Rubrica.

SVperius tractatum eſt qualiter Eu-
chariſtia conſecratur. hic tractatur
qualiter cuſtodiatur. & ideo ponitur
hic Rub. de cuſtodia Euchariſtiæ criſma-
1 tis et aliorū ſacramentorū. ¶†Eſt igit̄ ſcien
dū qđ Euchariſtia eſt in loco ſingulari mū
do et ſignato ſemper honorificè collocata
deuotè ac fideliter conſeruāda ut ſupra de

cele.miſ. ſanè. clauibus adhibitis. ut infra
2 eo. tit. ca.1. ¶† Sacerdos per ſeipſum deferat illam infirmis cum ſollenitate & reuerentia illa quæ ſtatuta eſt in concilio generali ſupra de cele. miſ.ſane.§.ſacerdos. Non autem per laicum uel mulierem tranſmittat ut de con. di 2. peruenit quod fieri per diaconum licet ſi neceſſe fuerit.ut.93.di.diaconum.&.ca.præſente. Criſma etiam ſub eadem cuſtodia ſeruetur ut infra eo.tit.ca.1. Ipſa quoque oratoria uaſa corporalia, palleæ altaris & ueſtimenta clericorum munda & nitida conſeruētur. ut infra eo.ca.2. Quibus in alijs uſibus utendum non eſt niſi in eccleſiaſticis & deo dignis officijs ut de con.di.1.ueſtimenta.&.c.ad nuptiarum. quæ ab alijs quam à ſacratis hominibus non debent contingi ut in prædicto.ca. ueſtimenta.& 23.diſtin.§.uaſa.&.c.ſacrata.& de con.di. 1.in ſancta. Item pallas altarium &.c.ſa-
4 crata.& de con.di.1. in ſancta.† Item pallas altarium & ueſtimenta clericorum cū ſordida fuerint diaconi cum humilibus miniſtris intra ſanctuarium lauent. ut de
5 con.diſt.1.nemo † & ſi fuerint uetuſtate conſumpta incendio dentur.ut de con.di.
6 1.altaris.Et eſt ratio quia † deo dicata ad profanos uſus conuerti non dicunt.ut.19. q.3.quæ ſemel.14.q.ult. comperimus.12. q.2.nulli 54.diſtin. ex antiquis.17.q. ult. quæſt.de conſe. diſtin.1. ligna.

## *Summarium*

1 *Reliquiæ quæ & qualiter uenerari debeant.*
*Reliquiæ approbatæ non debent uenales exponi.*
2 *Canonizatio Sanctorum quomodo debeat fieri.*
3 *Miraculum ad hoc ut dicatur, quæ requirantur.*

## ¶ DE RELIQVIIS ET VENERATIONE ſanctorum. Rub.

DIctum eſt ſupra de cuſtodia & reuerentia ſacramentorum. nunc autem tractatur de reuerentia ſanctorum. & ideo ſubijcitur hic rubrica de reliquijs & ueneratione ſanctorum.
1 † ¶ Sciendum eſt igitur quod reliquiæ in ueneratione ſanctorum habēdæ non ſunt niſi auctoritate ſummi pontificis fuerint approbatæ ut.infra eo.ti.c.2.quæ poſtquā fuerint approbatæ extra capſam oſtendi non dicunt,ñec uenales exponi. ut infra eo.c.2.C.de ſacroſanc.ec.l. nemo. Nam ſancta æſtimationem non capiunt. ut.ff. de rerum di.l.ſacra.loca.§.ulti.& propterea uendi non poſſunt cum ueditio ſiue pretio non conſiſtat. ut inſti.de emp. & uen.§.pretium.&.ff.eod.ti.l.2.§.ſine pretio.& qui ſpiritualia uendit capitale crimen cum ſimonia committit.ut.1.q.1.ſtu-
2 det ¶ † Ad canonizandos ſanctos & in ſanctorum cathalogo conſcribendos. de quo legitur.19.q.3.quoniam taliter peruenitur. Inquirendum eſt enim an illi de quo canonizando agitur prior uita teſtimonium præbeat pro laboribus multis, pro motibus caſtis. pro actibus ſtrenuis. ut 61. miramur.oportet enim præſenti teſtificatione prædicari & bonæ famę præconijs non taceri.ut.12.quæſtione.2.quatuor. Et quæri debet maximè de ſimplicitate & humilitate. ut ſupra de præſūp. ex ſtudijs,ſimplicibus enim deus dat gratiam. Item quæri ſolet an in uita paſſus fuit perſecutiones.ut.7.quæſtio.1. omnis qui gemebat.&.c.ibi adunati. Et an fuerit paſſus ex charitate.ut.1.q.1.uide quantum bonum eſt charitas.Quærundum eſt etiam de miraculis factis in uita & poſt
3 mortem.†Et no. quia quantum ad hoc ut ſit miraculum quatuor requiruntur. Vt ex deo contingat non ex arte.ut.1.q.1.teneamus.2.quæſt.6.§.item cum Balaan.1.q.1. prophetauit. Item ut ſit contra naturam. Item quod nō ex ui uerborum ſed ex merito hominis hoc contingat. Hoc ideo dico. quia panis miraculoſe tranſubſtantiatur in corpus Chriſti non merito hominis: ſed uirtute uerborum.ut de conſe. di. 2.quia corpus Chriſti.& ca.in quibuſdam Item ut ſit ad corroborationem fidei. herba enim tranſit in uitrum hominis miniſterio. ſed hoc nihil ad fidei corroborationem.& ideo non ſunt hæc talia miracula quam-

la. quamuis hominum miniſterio fiant, ut propterea debeat quis canonizari.

## Summarium

1 *Ieiunium quid, & quotuplex ſit.*
2 *Ieiunans à quibus abſtinere debeat.*
3 *Gulæ uitium quibus modis temptat.*
4 *Ieiunandum quando ſit. & nu. 5. & 6.*
7 *Vigilia occurrens in dominica ieiunari debet in ſabbato.*
8 *Carnes licitè comeduntur ſexta feria in die Natalis Domini.*

## ¶ DE OBSERVATIONE IEiuniorum. Rub.

DIctum eſt ſupra de ueneratione ſanctorum. Sed quia ob reuerentiam ſanctorum ieiunia celebrantur. Ideo ſubſequenter de ieunijs tractatur. & propterea ponitur hic rubrica de obſeruantia ieiuniorum. ¶ Videamus igitur quid ſit ieiunium, & quibus diebus ie-
1 iunia ſint indicta.¶† Ieiunium triplex eſt. Ieiunium magnũ & generale eſt. ad quod omnes tenentur. abſtinere ab iniquitatibus & illicitis uoluptatibus ſeculi quod eſt perfectum ieiunium ut de conſe. diſt. 5. ieiunium. Secundo modo dicitur ieiunium diſcreta & moderata refectio ut ſingulos dies abſque ciborum luxuria tranſigamus. ut de conſe. diſt. 5. ſint tibi. &.c. non dico Et hæc duo ieiunia omni tempore & diebus ſingulis ſunt ſeruãda. Tertio modo dicitur ieiunium ſubtractio prandij & poſt cenam cuiuſlibet cibi priuatio uſque ad diem ſequentem. Item abſtinentiæ indictio à carnibus & ab omnibus quæ ſementinam trahunt originem. à carnibus. à lacte uidelicet caſeo & ouis ut probantur hæc de conſe. diſtin. 3. de eſu. &. 4. diſtin. denique Vbi etiam adijcitur. cæterum piſcium eſus ita relinquitur ut hoc infirmitatis ſolacium non luxuriæ pariat incendium. hoc tamen ſaluo ut non cogantur diuites pauperum cibis ueſci. utantur conſuetudine infirmitatis ſuæ ſed doleant ſe non poſſe aliter ſubſtentari. ut. 41. diſtin. non cogantur. Vnde nec in qualitate cibi nec in quantitate eſt uitium dummodo quis utatur ſecundum exigentiam ſuæ naturæ ſed in appetitus exceſſu ut probantur hæc. 41. diſt. quiſquis
2 deliciæ. &.c. quod dicit † Item cum abſtinemus à cibis ab omnibus diſſolutionibus abſtinere debemus Quid. enim prodeſt ieiunare uiſceribus. & luxuriari uenatibus. abſtinere à cibis & errare pecatis. ut. 86. diſt. quid prodeſt. Item alibi. nihil prodeſt homini ieiunare & orare & alia religionis opera agere niſi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur ut de con. diſtin. 5. nihil prodeſt.
3 ¶ † Quinque autem modis gulæ uictum nos temptat aliquandoque nam indigentia tempora præuenit. aliquando non præuenit ſed cibos lautiores quærit. aliquando quæ ſummenda ſunt procurare ac curatius expetit aliquando autem & quãtitas ciborum & tempus congruit ſed in ipſa quantitate ſummendi, menſuram excedit. nonnunquam & abiectius quod deſiderat & cum ipſo eſu immenſi deſiderij deterius peccat ut de cõ. diſtin. 5. quinque modis. Vnde uerſus. Et certum quod quinque modis gula dannat edacem. Cum nimium comedit uel edendi præuenit horã. Quærit delicias uel parat delicioſa. Vel ſumit cupide quod non eſt delicioſum.
4 † Nunc uideamus in quibus diebus & temporibus ieiunia tertij generis indicantur. Et eſt ſciendum quod. 40. ſumma obſeruatione eſt obſeruanda quæ continet. 40. & duos dies diebus dominicis computatis è quibus dum ſex dies dominicæ abſtinentiæ ſubtrahuntur remanent. 36. dies in abſtinentia. quæ ſunt decima totius anni Annus enim habet. 365. dies quorum. 36. ſunt decima. Sed his diebus adduntur quatuor dies primæ ſeptimanæ. ſ. dies Mercurij dies iouis, dies ueneris & dies ſabbati. ut ſacer numerus. 40. dierum impleatur. quem ſaluator ſacro ſuo ieiunio conſecrauit. ut de con. diſtin. 5.
5 quadrageſima. ¶† Item ieiunandum eſt in uigilijs apoſtolorum. Et quamuis in uerſibus contineantur nomina certorum. Petrus & Andræas, Paulus cum Simone

Simone Iudas, ut ieiunemus nos ad monet atque Mathæus. Puto tamen in omnium apoſtolorum uigilijs ieiunandum. ut infra eo.ca.conſilium. præter uigiliam Philippi & Iacobi & beati Ioannis euangeliſtæ quoniam illorum feſtiuitas infra ſolennitatem paſchalem.iſtius autem infra natalem domini celebratur & dicitur in eadem dec. in.1.Reſpon.de feſtiuitate beati Bartholamæi de cuius celebratione dubietas oritur apud quoſdam conſuetudo regionis eſt obſeruanda. ut in ea. decreta.§. ſanctorum. ſicut & alias in ieiunijs conſuetudo attenditur. ut.12. diſtin. illa in fi.76.diſtin. utinam. & in decre. eod.§.
6 item de illis. ¶ † Item conſtitutum eſt ut quatuor anni tempora ab omnibus hominibus communi ieiunio obſeruentur. ut. 85.diſtin. conſtitutum. Hoc autem ordine ieiunia illa celebrentur. Primum ieiunium in inicio quadrageſimæ. Secundum in hebdomada penthecoſtes. Tertium uero & quartum in ſeptembri & decembri more ſolito fiat. ut.76. diſtin. ſtatuimus. Vnde uerſus. Prima quadragene ſeruat ieiunia ueris. Puematis ebdomada ſeruare ſecunda teneris. Tertia ſeptembris fert cultum mercuris iſtum. Sabbata ieiunent uigile. præſentia chriſtum. Et cum quatuor ſint anni tempora. uer æſtas autonnus & hyems. prædicta quatuor ieiunia ex doctrina ſanctiſpiritus ita ſunt per totius anni circulum diſtributa. ut lex abſtinentiæ omnibus ſit a ſcripta temporibus.ut.76.diſtin. huius. ¶ In quatuor temporibus Penthecoſtes hæc ratio redditur. ut ſi quis forte inter paſcalis feſtiuitatis gaudia negligens libertas & licentia immoderata præſumpſerit. hoc religioſæ abſtinentiæ cenſura caſtiget. ut.76. diſtin. igitur. Eſt & alia ratio quare ieiunium illius temporis differtur poſt Penthecoſtem & non inducitur ante poſt reſurrectionem. quia illo tempore fuit ſponſus cum ſponſa. ideo non fuit tunc ſponſæ aliqua indicenda aſperitas.cum ſponſum haberet ſecum & eius delectaretur amplexibus. Vnde in eccleſia tunc cantatur quaſi modo geniti infantes.& hæc ratio redditur.76. diſtin. ieiunium.§. non autem cum ſequem.§. & licet dicam illos quinquaginta dies qui ſunt à paſcha uſque ad Penthecoſtem à ieiunio exēpto eo quod iugi leticia peragendi ſunt dies illi. ſi tamen aliquis ex deuotione ieiunet. prohibendus non eſt. Nam utinam omni tempore ieiunare poſſemus.ut probantur hæc in.c.ieiunium.§.ulti. &.c. utinam. ¶ Obſeruantur & alia ieiunia ab eccleſia conſtituta. quæ ſine neceſſitate rationabili non ſeruantur. ut 76.diſtin.ieiunia.¶Quædam etiam ieiunia obſeruantur in una prouincia. quæ non ſeruantur in alia, & in hoc unaqueque prouincia in ſuo ſenſu abundet. ut.76.diſtin.utinam. Nam præter feſta præcipua & communia ſinguli epiſcopi in ſuis eccleſijs ſpeciales obſeruant feſtiuitates ut de con. diſtin.3. pronunciandum.¶ Item ieiunandum eſt tempore rogationum ut de con.diſtin.3.rogationes. ¶ Ieiunandum eſt ſexta feria & die ſabbati. Sexta feria propter domini paſſionem. Die ſabbati, quia dies ille inter triſticiam paſſionis. & leticiam dominicæ reſurrectionis includitur. ut de conſe. diſtin.3. ſabbato ut ſaltem ab eſu carnium die ſabbati abſtineamus, quicunque enim chriſtianæ religionis ſe participem eſſe deſiderat ab eſu carnium eadem die niſi maiori feſtiuitate interueniente uel infirmitate abſtineat. ut de conſ. di-
7 ſtin.5.quia dies ſabbati. ¶ † In ſumma notandum eſt quod ſi feſtum habens uigiliam incidat in diem lunæ die ſabbati ieiunandum eſt ut infra eodem titulo.c.1. ¶ Sed opponitur argumento legali ſic. dies medius.ſ. dies dominicus debet impedire ieiunium cum ſit à ieiunio liber. Nam ſacer locus interueniens inter duo prædia ſeruitutem impedit extremorum. ut.ff. de ſerui.l. ſeruitutes.§. ſacer. Et lex illa dicit. medium prædium quod non ſeruit impedit ſeruitutem.ut.ff.de ſer.ur.præ. l.quæ ſella.§.in ruſticis. Ad quod reſpondeo.Ieiunare nõ eſt ſeruitus prædialis debitũ ꝑſonale.quod cũ ſolui non poſſit ſua die. ſoluatur alia. nam ad duo tenetur.ſ. ieiunare & in uigilia ieiunare & ideo ſi nõ

poſſumus

poſſumus die dominica propter eius excellentiam ieiunare ieiunandum eſt die ſabbati.ar.ad hoc ſupra de dolo & contu.
8 cum dilecti.ff.de arbit.l.Celſus.† Nam & excellentia natiuitatis inducit ut in ſexta feria carnibus ueſci poſſumus ſecundũ conſuetudinem eccleſiæ generalis. ut infra eod.c.explicari.

## Summarium

1 *Purificatio qualiter olim fiebat, & an hodie ſit ſeruanda. & nu.2.*

## ¶DE PVRIFICATIONE poſt partum. Rubrica.

IN ſuperiori rubrica tractauimus de ieiunijs celebrandis ob reuerentiã ſanctorum. ſed quia ex reuerentis & deuotione procedit quod mulieres poſt partum ceſſant ab ingreſſu eccleſiarum uſque ad tempus purificationes. ſubſequenter interponitur hic rubrica de purifica. poſt partum.¶Quid igitur circa hoc olim ſeruabatur in lege ueteri & quid hodie
1 ſeruandum ſit breuiter uideamus.¶†Et eſt ſciendum quod ſecundum legem moſaycã mulier immunda reputebatur poſt partum.& ideo ſi maſculum peperit ceſſabat à tẽpli ingreſſu 40. diebus. ſi feminã. 80. diebus.ut 5.di.§.1.¶Sed contra in quadã palea quæ in quibuſdam libris in eadem di.habetur & incipit.cum enixa.ibi.n.dicitur ꝙ per maſculo ceſſabatur ab ingreſſu templi.33.diebus pro femina 66. diebus.Sed ibi maſculo non attenditur dies natiuitatis, ſed circuncíſionis.circuncidebatur puer in 7.die ſuæ natiuitatis.In femina autem attenditur ibi dies impoſitionis nominis cum imponebatur nomẽ in 14 die natiuitatis. Sed in.§.1.in utroque conſideratur tẽpus natiuitatis. Sed ſi quæras quare tot diebus ceſſabatur ab ingreſſu templi pro maſculo & tot pro femina. Reſpondeo quia ſicut phiſici dicunt tot diebus fetus maſculinus & tot femininus eſt mortificatus ſine animæ infuſione.

2 †Sed hodie quando iam ſegis umbra euanuit & illuxit ueritas euangelij. ſi mulieres poſt prolem emiſſam acturæ gratias eccleſiã intrare uoluerint nulla proinde peccati mole grauantur nec eccleſiarum aditus de negandus eſt.ne pœna illius uideatur in culpam conuerti.Si tamẽ ex ueneratione uoluerint aliquandiu abſtinere deuotionẽ earũ non credimus prorogandã.ut infra e.t.c.uno.& ſimile ſupra ti.proxi.Aliquando.n.bonum eſt abſtinere ab eo quod tamẽ licitè fit.ut de conſue. di.2. quotidie.11.q.1.aliud quia bonarũ mentiũ eſt ibi culpas agnoſcere ubi culpa non eſt ut ſupra ti.proxi. conſilium.§. ſanctorum & 5.di.ad eius uero concubitum.

## Summarium

1 *Eccleſia à quibus debeat reparari.*
2 *Fructuarius tenetur ad ſarta tecta reparanda.*
3 *Eccleſiæ quomodo conſtruendæ uel reparandæ.*
4 *Eccleſiæ nouæ ex quibus cauſis ſint faciendæ.*
5 *Auctoritas quæ interuenire debent in conſtruenda eccleſia.*
6 *Eccleſiam ædificare ſi quis inceperit, an & quando teneatur perficere.*
7 *Facere aliud eſt quam reficere.*
8 *Nouum opus quando fieri dicatur.*
9 *Domus eccleſiæ, uel naues quando dicantur refici. & eadem ſint.*

## ¶DE ECCLESIIS AEDIFIcandis. Rubr.

DIctum eſt ſupra de eccleſijs conſecrandis.ſed quia plerunq; eccleſiæ conſecratæ corruunt & reparatione egent.Ideo ſubijcitur hic rubr.de eccleſijs ædifi.uel reparandis uel de nono conſtruendis.¶Videamus igitur à quibus ſit eccleſia reparãda. & cuius auctoritate de nouo ſit ædificãda.Ex quibus ex cauſis
1 nouæ ſint eccleſiæ faciẽdæ. ¶†Eſt aũt ſciẽdum quod ſi portio fabricæ deputata ſufficiat ad reparationem eccleſiæ. is qui eam percipit reparare tenetur. ut 10.q.3. unio &.q.1.decernimus infra eod.titul.de. his.

his. Si uero non ſufficiat. tūc rector & quæ beneficium habet ab illa eccleſia quæ reparanda eſt conferent & eccleſiam reparabunt. ut in prædicta decre. de his. ut infra e. c. 1. & 16. q. 1. ſi monachus ſupra de his quæ fi. à ma. per. ca. c. ult. Nec mireris ſi conferant beneficiati. Nam cū emolumentum ſentiant: & onus ſentire debent. iuxta illud. Commoda quæ ſentis iungas onus emolumentum. ut arg. C. de cadu. tol. l. una. §. pro ſecundo, in fi. &. §. ne autem. C. de fur. l. manifeſtiſſimi. §. pe. in fi. ſupra de his quæ fi. à ma. par. ca. c. ult. Debent inquam beneficiati agnoſcere onus fabricæ
2 pro rata beneficiorum. † nam & fructuarius reficit ſartatecta. ut. ff. de uſufr. l. uſufructu legato. §. hactenus. C. e. tit. l. eum ad
3 quem ¶ † Eccleſiæ faciendæ ſunt per congrua loca. ut de conſ. di. 1. eccleſias. Si uero ſuperfluæ inueniātur uel deſtructę prouidentia epiſcopi modus inueniatur qualiter conſiſtere poſſint. ut de conſe. di. 1. c. 2. ut reperientur. ut dictum eſt uel ut deſtruantur. ut de conſe. di. 1. eccleſiæ uel altaria. uel ſi per ſe ſubſiſtere non poſſunt alijs eccleſijs uniantur. ut. 10. q. 3. unio circa fi. & ut notaui ſupra de reli. do. §. tribus. & §. ulti. & ſecundum hoc intelligo. 70. di. ſanctorum in fi. Si autem faciendæ ſunt nouæ eccleſiæ ut per eas ueteribus præiudicium non fiat. ut. 16. q. 1. eccleſiæ & c. quicunq;. Item plures baptiſmales eccleſiæ in una terminatione fieri non poſſunt. ut. 16. q. 1. plures. poſſet tamē epiſcopus ex cauſa de una terminatione facere duas, nam & diuidere poteſt unam in duas & duas unire ad unā. ut infra de exceſſi. præla. ſicut unire. ſicut & prouincia una diuiditur in duas. ut. ff. de officio acceſſo. l. ſi eadem. 10. di. imperiali. ſic & una præbenda diuiditur in duas. ut ſupra de pręben. uacante. nam & auferre poteſt uni eccleſiæ & dare alteri. ut infra eo. tit. c. ad audientiam. 12. q. 2. bonæ rei ſupra de donat. apoſtolice ſupra de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu ca paſtoralis. non tamen hoc licet paſsim & ſine cauſa. & ſic intelligo ſupra de rebus ecc. non alienan. c. 1. † Tres
4 autem ſunt cauſæ propter quas nouæ eccleſiæ poſſunt conſtrui. quamuis in præiudicium antiquarum. Temporis qualitas. ut 7. q. 1. temporis. Incrementum populi. ut 16. q. 1. felix. & ca. multis. & c. præcipimus. Eccleſiæ diſtantia uel difficultas acceſſus. ut infra eod. titu. ad audientiā. Sine præiudicio alterius eccleſiæ. licet epiſcopo pro ſua ſepultura eccleſiam conſtruere ut 12. q. 2. bonæ rei ſupra de donatio apoſtolicæ. Et quilibet priuatus maſculus uel fœmina poteſt ſibi conſtruere, eccleſiam ſiue oratorium. ut de conſe. di. 1. unicuique clericos, & c. ſi quis etiam 18.
5 q. 2. quidam 12. q. 2. religioſam. ¶ † In conſtruēda debet interuenire auctoritas epiſcopi. qui primarium lapidem ponere debet. dote tamen ab ædificatore prius aſſignata ut notaui ſupra de conſec. eccl.
6 §. item notandum. ¶ † Et no. quòd poſtquam quis incepit ædificare compellitur conſummare ut no. ſupra de conſe. ecc. §.
7 item quid ſi quis incepit ædificare. ¶ † In ſumma notabis lōge aliud eſt facere quā reficere. ut. ff. de itinere actuque priuato. l. 1. ſupra ſi quis edificium. Reficere enim eſt ad priſtinam formam reducere. ut in præalle. l. 3. de itinere actuque priuato.
8 † Nouum autem opus fit cum rei facies immutatur. ut. ff. de no. ope. nun. l. 1. §.
9 opus nouum. † unde ſi domum uel eccleſiam diruas etiam ea mente ut de eiſdam ſementis & lapidibus eam redifices non eſt eadem domus uel eccleſia ſi uſque ad fundamentum fuerit dirupta ſecus tamen eſt in naue. Nam ſi nauis reficiendæ cauſa omnes tabulæ refixæ ſint nondum intercidiſſe nauis uidetur & compoſitis rurſus eadem nauis eſſe incepit. ut. ff. de uerborū obligationibus. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. &. §. & nauis unde ſi tota eccleſia deijciatur uſq; ad fundamentum. ut dictū eſt in reædificando auctoritas epiſcopi neceſſaria eſt. ut decimaſexta quæſtione ultima ſi quis uult. ¶ Sed ſecus in reficiendo. ut infra de iudeis conſuluit. & cap. iudæi C. de operibns publicis. l. ultima. Alias tamen lex dicit qui prohibet reficere prohibet ædificare. ut. ff. de mor. inferen. l. 1. §. edificator.

SVMMA-

## Summarium

1 *Immunitas quid ſit & unde dicatur. num. 2.*
*Immunitatibus eccleſiarum qui gaudeant.*
*Eccleſia an teneatur ad munera, & nu. 3. 4.*
3 *Onera quæ impoſita ſunt rebus ante, quam res ad eccleſiam perueniat, ſubit eccleſia.*
5 *Pater occidens filium pro defenſione patriæ an excuſetur.*
6 *Placita ſecularia in eccleſia audiri non debent.*
7 *Laicus non debet in domibus eccleſiarum hoſpicia pro iure & debito uendicare.*
8 *Immunitas eccleſiæ uel cœmiterij per quot paſſus extendatur.*
9 *Immunitate eccleſiæ qui non gaudeant.*
10 *Publici latrones, & nocturni depopulatores agrorum an poſſint impunè occidi.*
11 *Furtum uel ſacrilegium omittens in eccleſia an ab eccleſia defendatur.*
12 *Fruſtra inuocat auxilium eccleſiæ qui in eam committit.*
13 *Immunitate eccleſiarum an gaudeant oratoria quæ in domibus habeantur.*
14 *Eccleſia interdicta an ſuis priuilegijs & immunitatibus gaudeat, & n. 15. 16. et 17*
15 *Clericus interdictus durante interdicto perdit ea quæ ad ſuum beneficium ſpectant. & idem eſt in ſuſpenſo.*
16 *Clericus ſuſpenſus non exequitur ea quæ ſunt officij.*
18 *Immunitatem eccleſia uiolantes qua pœna plectantur.*

### ¶ DE IMMVNITATE ECCLEſiarum. Rubrica.

Dictum eſt ſupra de eccleſijs ædificandis quæ quidē domus dei ſunt & oneribus opprimi non debent quibus domus priuatæ præmuntur & propterea de immu. ec. uel cœ. & rerum ad eas pertinentium diſſerendum eſt. Vnde ponitur hic rubr. de immum. ec. uel cœmite. & rerum ad eas pertinentium. ¶ Videamus igitur quid ſit immunitas, quam immunitatem habeat eccleſia. res & homines eius, quam cœmiterium, & quam manſus. Et quæ ſit pœna uiolantium cœmiterium & immunitatem. ¶ Immunitas eſt libertas quæ competit eccleſiaſticis perſonis & rebus ad eas ſpectantibus.

2 ¶ † Dicitur autem immunitas quaſi extra munia ideſt, extra munera. non enim eccleſia ſubit ſordida munera ut calcis coquendæ arenæ fodiendæ. ſed ab his tam eccleſiæ quam ipſarum prædia & mancipia ſiue ruſtici ipſarum exempta ſunt. ut. 16. q. 1. §. nouarum. Clerici uxores & filij clericorum ſimiliter ab huiuſmodi liberi & exempti ſunt. ut. C. de epiſ. & cle. l. 2. Eorumque coloni. ut. 89. diſtin. iudicatū. ¶ Item extraordinaria munera quæ ſubito imponuntur ſimiliter eccleſia nō agnoſcit. & ſi ſint onera realia ſeu prædialia ut ſunt ſuperindicta. ut. 16. q. placet. & C. de epi. & cle. l. placet. & C. de ſuperindictis. l. una. li. 10. Ab his extraordinarijs muneribus excipitur. niſi forte epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem aut utilitatem inſpexerint ut abſque ulla coactione ad releuandas communes utilitates ubi laicorum non ſuppetunt facultates ſubſidia per eccleſias æſtiment conferenda. ut infra eod. titul. c. non minus. prius tamen romano pontifice conſulto. ut infra eod. ti. aduerſus. & hoc poſſumus appellare canonicam illationem quam aduenticiæ neceſſitatis ſarcina repentina popoſcerit ut dicit lex illa placet.

3 ¶ † Onera autem quæ impoſita erant rebus antequam res ad eccleſiam perueniſſent ſubit eccleſia. ut tributum canonem ſiue cenſum. & ſic intelligo. 11. q. j. c. tributum. & c. magnū. & 22. quæſtio. 8. ſi tributum. hæc onera ordinaria ſunt & prædialia. & uocantur indicta. ut. C. de indictis. l. 1. lib. 10. Veruntamen ſi ceſſetur in ſolutione canonis uel tributi. res non transfertur in eum cui tributum uel canon debetur & hoc eſt quod lex pręallegata placet. dicit nulla tranſlationis ſollicitudo ſignetur. Nec obſtat lex. C. de exac. tribu. l. ſi diuina. quia aut lex illa non tenet ſecundum canones aut exponi debet diuina domus. ideſt imperialis. Secus eſt in eccleſiaſtica ut dictum eſt.

4 ¶ † Onera perſonalia non ſubit eccleſia. ut. C. de epiſ. & cle. omnes quæ ubicun-

que. Sed hoc fallit in caſu. nullus enim à murorum uigilijs excuſatur. ut infra eo. tit. peruenit. niſi ſit ſenex. ut. C. de decu. l. ul. lib. 10. expedit enim rei publice plures habere defenſores ut. ff. de no. ope. nun. l. nam rei publicæ & quilibet debet defendere patriam. ut 23. q. 8. omni tempore.
5 † Pro cuius defenſione pater occidens filium excuſatur. ut. ff. de relig. & ſump. fu.
6 l. minime. ¶ † In eccleſia placita ſecularia audiri non debent. ut infra eod. titul. c. 1. & maximè iudicia ſanguinis. ut infra eo.
7 ti. cum eccleſiæ. ¶ † Item nec ſeculares homines debent in domibus eccleſiarum hoſpicia pro iure & debito uendicare. ut infra eod. ti. c. 1. & ſimile 42. diſt. quieſcamus. Cæterum ſi charitatiue petatur nulli negari debet. ut in. c. quieſcamus 42. diſtinct. §. 1. ſupra de præben. de monachis ſupra de ſup. neg. præ ſicut. 85. diſtinct. ar
8 chidiaconum. ¶ † Item immunitatem habet eccleſia & cœmiterium uſque ad 40. paſſus ſi maior fuerit eccleſia. uel 30. ſi minor. ut 17. q. 4. ſicut. ut fugientes ad eã ob maleficia uiolenter non extrahantur. ut infra eo. c. inter. & c. immunitatem. Sed prælati debent eis obtinere uitam & mẽbra ſuper eo tamen quod inique fecerint ſunt alias legitimè puniendi. ut in illa. in
9 ter alia. † Et quamuis ab hoc priuilegio lex plures perſonas excipiat in auten. de man. prin. coll. 3. ſcilicet homicidas, adultero & raptores uirginum. decre. tamen præallegata duo genera hominum excipit publicos latrones & nocturnos populatores agrorum. raptores etiam uirginum ad eccleſias fugientes immunitatem ab eccleſia conſequũtur 36. q. 1. de raptoribus. unde non obſtante exceptione legali. cui derogatum eſt in hac parte ſtan
10 dum eſt diſtinctioni decre. † Nec mireris ſi hæc duo genera hominum eccleſia non defendit hos enim cuilibet licet impune occidere. ut. C. quando licet uni. l. 1. & 2. & ſine peccato ut canon ille uelle uidetur. 23. q. 5. cum homo. Quod tamẽ intelligo ſi fuerit nocturnus. ſed ſi diurnus. tunc ſine peccato occiditur cum ſe telo defendit. ut infra de homici. ſi profodiẽs.

¶ Item excipiuntur & illi qui ſperantes per defenſionem eccleſiæ impunitatem ſuorum exceſſuum obtinere homicidia uel mutilationes in eccleſijs uel earum cœmiterijs committere non uerentur. ut
11 infra eodem titulo immunitatem. ¶ † Sed quæritur. nunquid is qui furtum uel ſacrilegium committit in eccleſia defendetur. Videtur quòd non. nam Aug. dicit de iure ad ſupplicandum admitti non debet ibi ubi ſacrilegium commiſit. ut 17. q. 4.
12 frater & coepiſcopus. † Et fruſtra inuocat auxilium eccleſiæ qui in eam committit. ut infra eodem c. ult. infra de uſur. quia fruſtra. in auten ut liceat matri & auie. §. quia uero. Puto tamen contrarium. quia iura canonica certas perſonas ab hoc priuilegio excludunt. ut ſuperius dictum eſt. Et quia eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis ſanctitas ignoſcendi gloriam relinquit. ut. C. de epiſcop. & cleri. l. ſi quis in hoc genus. Hoc priuilegium immunitatis habent eccleſiæ conſecratæ & non conſecratæ. ut infra eodem titu. ec
13 cleſiæ. ¶ † Sed nunquid priuata oratoria quæ homines in ſuis domibus habent hac immunitate gaudebunt. ut in auten. de eccle. titu. §. ſi quis in ſua domo & §. ſi uero. col. 9. ſupra de cenſi. c. ulti. de con. diſt. 1. unicuique & c. ſequen. Puto quòd
14 non. ¶ † Item quæritur an eccleſia interdicta retineat hoc priuilegium. Et uidetur quod non. Nam decre. dicit in qua diuina miniſteria celebrantur. ut infra eo
15 dem titulo eccleſiæ. ¶ † Item clericus interdictus durante interdicto perdit ea quæ ad ſuum beneficium ſpectant. ut ſupra de elect. cum in cunctis ſupra de elect. cum dilecti ſupra de conceſſ. præben. uel ecc. non ua. quia diuerſitatem ſupra de poſtu. c. 1. Et idem eſt in ſuſpenſo. ut ſupra de æta. & qual. ord. cum bonæ memoriæ.
16 ſupra de ap. paſtoralis. in fi † Item ſuſpenſus non exequitur ea quæ ſunt officij. ut 32. diſtinct. nullus. & c. præter hæc infra
17 de ſimo. tanta. † Credo quod eccleſia interdicta retinet priuilegium immunitatis ſicut & clericus interdictus uel ſuſpenſus retinet priuilegium ſuæ immunitatis

quo

quo ad iniectionem manuum uiolentam. Nam & depoſitus habet hoc priuilegiũ quia characterem retinet, ut 81. diſtinct. dictum. ¶In ſumma notandum eſt quod eccleſia defendit ad ſe fugientes quantũ ad mortem & mutilationem unde recepta idonea cautione ſuper uita & membris reddet eos puniendos pecunialiter uel in rebus. Seruus autem redditur domino iuramento præſtito de impunitate
18 ipſius. ut infra eo. tit. inter alias. ¶† Pœna uero uiolantium immunitatem eccleſiaſticam eſt duplex excommunicatio hominis ſiue iuris. Nam uiolator eſt excommunicandus. ut 17. quæſtione 4. nullus & c. ſi quis deinceps. eo ſaluo quod cauſaliter ſacrilegus eſt excommunicatus ipſo iure ut incendiarius eccleſiæ & effractor, ut 40. q. 3. canonica 17. q. 4. omnes eccleſiæ infra de rapto. in literis infra de ſen. excomm. conqueſti. Alii autem ſacrilegi, qui alio modo eccleſias uiolant ſeu perſonas uel res ab ipſis rapiunt uiolenter uel bona ipſorum uſurpant & per hoc ſacrilegium incurrunt non ſunt ipſo iure excommunicati. ut ſupra de foro comp. conqueſtus.

## *Summarium*

1 *Negocia ſecularia quæ dicantur, & unde dicatur negocium nu. 2. 4. & 5.*

*Clericis & monachis quæ negocia interdicantur.*

3 *Monachis quæ negocia non ſint interdicta.*

6 *Sacri ſacerdotes Deo uacare tenentur.*

7 *Clerici uel monachi non ſuo nomine, ſed eccleſiæ uel monaſterij prædia laicorum ad firmas conducere poſſunt.*

8 *Laici peccant ſacerdotes à diuinis officijs auocando.*

9 *Clerici an poßint eſſe notarij.*

10 *Clerici audire leges & phiſicam qui prohibeantur.*

### ¶NE CERICI VEL MONAchi ſecularibus negocijs ſe immiſceant. Rubr.

SVperius in pleriſque titulis tractatum eſt de his quæ competunt clericis & monachis. nunc autẽ tractatur de prohibitis. & ideo ponitur hic rubrica ne cleri. uel mo. ſecularibus nego. ſe immiſceant. ¶Videndum eſt igitur quæ ſecularia negocia permiſſa ſint clericis & mo-
1 nachis. & quæ non. ¶ † Negocia ſecularia dicuntur de ſecularibus rebus emendis acquirendis uel diſtrahendis. Et hæc ſunt prohibita clericis & monachis. ut infra eodem titulo c. 1. & 81. diſtinct. fornicari. quia inter ementes & uendentes commercium difficile eſt non interuenire peccatum. ut de pœnit. diſtinct.
2 5. qualitas. ¶ † Dicitur autem negocium quaſi negans ocium. Propriè uerò in cauſis negocium. in commercijs negociatio locum habet. ut infra de uerbor. ſignificatio. forus. § conſtat. De his igitur officijs & commercijs ſecularibus dicitur clerici officia uel commertia ſecularia non exerceant. maximè inhoneſta ut ſupra de ui. & hon. cle. clerici. Nam honeſto artificio ſibi quærere poſſunt uictum. ut 91. diſtinct. clericus uictum & de conſec. diſtin. 5. nunquam exemplo
3 pauli. ut 10. quæſtione. 3. caueudum. † Monachis etiam iuſtum negocium non eſt interdictum propter diuerſas neceſſitates quia legimus ſanctos apoſtolos negociatos fuiſſe. & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri per quorum manus negocia monaſterij procurentur. ut infra eod. titul. cap. 1. Et ideo canon dicit ad uitæ huius neceſſitatem ſtudia ſuut diuerſa.
4 ut. 21. q. 1. clericus † Item dicuntur negocia ſecularia quæſtiones quæ mouentur in iudicio ſeculari. & hæc ſimiliter interdicuntur clericis in maioribus ordinibus conſtitutis etiam ſi beneficia eccleſiaſtica non habeant. quia epiſcopus tenetur eis prouidere. ut ſupra de præben. epiſcopus. & c. cum ſecundum apoſtolum. Item & in minoribus ordinibus conſtituti ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſuſtententur niſi pro ſe & miſerabilibus perſonis, ut ſupra de poſtula. cap. 1. & 36. di. peruenit. uel niſi ſuã uel ſuorũ iniuriam proſequantur. ut. 4. quæſtio. 6. omnibus. Et ſecundum hoc intellige quod hic tãgitur de

hac materia contentiones uel lites uel ri
5 xas amare & c.ut infra eo.ti.ca.1.† Ter-
tio modo dicuntur negocia ſecularia pro
curationes prædiorum uel ſecularium per
ſonarum quibus eſt penitus abſtinendum
ut infra c.1. & 2.in auten. de ſanct.epi.§.
6 alium.† Sacris enim ſacerdotes dei uaca-
re oportet. ut 31.diſt. ſacerdotibus &.ff.
de arbi.l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.
7 †Poſſunt tamen clerici uel monachi non
ſuo nomine ſed eccleſiæ uel monaſterij
prædia laicorum ad firmas conducere. ut
infra eo.t.ſecundum & hoc ſi eccleſia uel
monaſterium ſufficientia prædia non ha-
bet alias ſecus. ut ſupra de deci.dilecti.in
auté. de ſanctiſ.§. aliter.col.9. imo ſecun-
dum quoſdam ſi clericus ſecularis perſo-
næ procurator ſeu miniſtrator aſſiſtit oc-
caſione adminiſtrationis impunè poterit
deprehédi nec defendetur priuilegio cle
ricali. & ſic intellexerunt decre.infra eo
dem titu.ſacerdotibus. Quod mihi non
8 placet.† Cum enim laici peccent cleri-
cos à diuinis officijs aduocando.ut 21.qu.
3.Cyprianus. & 89. diſtinct.c.ultimo ex
hoc delicto tale priuilegium ſortiri non
debent. argumen.ad hoc 16. qu. 1. legi.
ff.de donat. inter uirum & uxorem.l. 3.
ff.de regul. iur l non fraudantur. §. ne-
mo.ff.de fur.l. itaque fullo.ff.de mino.l.
Papinianus exuli reuerſo. Vnde enim
puniendi ſunt. priuilegium habere non
debent. ut 24. quæſt.1. didicimus.Intel-
ligo igitur decre. illam quando clericus
adminiſtrator perſonæ ſecularis tertio
monitus non deſiſtit. & ideo excommu-
nicatur.ut infra eodem titulo ſed nec pro
curatores. Vel dic quòd eccleſia non ſub
uenit tali clerico pecuniaria ſubuentio-
ne. ſed tamen priuilegio non deſtituit
clericali. Vel intelligo ſic literam illius
decre. deprehendantur ideſt intercipian-
tur ſcilicet in fraude commiſſa. non au-
tem in perſona. Sic & aliter dicitur quòd
ſummam ſapientiam præparabunt cape-
re ſuis incidijs. ſcilicet captione uerba-
li. ut de pœnitent. diſtinct. 6. c.1. ultra
medium & ſimile.ff.de pigno. act.l. ulti-
9 ma. ¶ † Sed quæritur. an clerici poſſint
eſſe notarij. Et certe poſſunt domini Pa-
pæ. ut.quæſt.1.quidem.ut poſſunt archie
piſcoporum & epiſcoporum argum. ſupra
de proba. quoniam contra falſam, 77.
diſtinct. monachus uerò nouitius. ita ut
inter clericos ſcribant non inter laicos.
eo quòd conuerſatio noſtra ſecreta de-
bet eſſe & remota ab actibus laicorum.
ut 2.qu.7.laicos. Quod etiam in ciuili-
bus locum habet nedum in criminali-
bus. Nam ſi in eis clericus ſcriberet in-
curreret irregularitatem. ut 51. diſtinct.
aliquantulos, & arg.23.q.1.c.1.& 3.Poſ-
ſunt autem clerici familiares principium
eſſe & baronum & eis. ſeruire in diuinis
officijs. ut ſupra de ſer.non or. nullus &
eorum conſilijs intereſſe. Vt tamen ca-
ueant ab his conſiliis propter quæ irregu
laritas poſſit incurri. poſſunt tamen cle-
rici & etiam prælati conſilium dare regi
bus & principibus ſuper iuſtitia facienda
ut 23.quæſt.8.peſſimam. in fi. & clericus
dare poteſt conſilium iudici ſeculari in
genere ſic dicendo. fures taliter ſunt pu-
niendi de iure. ut 5. q. 5.delatori. ut ta-
men potius conſulentis quam ſuggeren-
tis opera fungatur. ut.ff.de quæſtioni.l.1.
§.qui quæſtioni. Item nec deſcendat ad
ſpeciem uel perſonam. Item licitè po-
teſt conqueri clericus iudici ſeculari de
fure. ut infra de homi. poſtulaſti ciuili-
ter & modeſtè non procaciter & infru-
nite. ut ſua tantum recuperet, non ut fur
in corpore puniatur.ut 23. quæſt.5.unum
ſolum. & dum ſic agit clericus licitè fu-
rem conuincit nec imputatur clerico ſi iu
dex ſecularis ulterius procedit in pœna
quam intemptio & actio exigat conque-
rentis. ut in prædicta decr. poſtulaſti. &
arg.ad idem 23.quæſt.5.c.1.&.c.unum ſo
lum. &.c.pœna.&.c.non uos.ff. de bo.lib.
l.qui cum maior.§.1. & de euict.l. ſi per
imprudentiam. dum tamen iudicio ſan-
guinis non interſit.nec aliquod officium
præſtet. ut infra eodem tit.ſententiam.
10 ¶ †Item notandum eſt. quòd id quod ſta
tutum eſt cótra religioſas perſonas exeun
tes ad audiendum phyſicam ſiue leges, ut
niſi infra duorum menſium ſpacium ad
clauſtra

clauſtra redierint ſicut excommunicati ab omnibus euitentur. in nulla cauſa patrocinium præſtent. in choro & in menſa & in capitulo ultimi fratrum exiſtant. & niſi forte ex minima ſedis apoſtolicæ ſpem totius promotionis amittant. extenditur ad archydiaconos decanos plebanos præpoſitos cantores & alios clericos perſonatus habentes ut primiceriatum. ut ſupra de conſti. cum acceſſiſſent. Theſaurariam. ut ſupra de conceſſ. præ. uel ecc. non ua. cum noſtris. Cancellariatum. ut ſupra. ut ecc. beneſi. ſine di. confe. ut noſtrũ. Succentoriam. ut infra de exceſſ. præla. inter dilectos magiſterium ſcholarium. ut infra ne præla. 6. ſuas. quanto. Et idem intelligo in alijs perſonatibus. qui perſonatus habentur ſecundum conſuetudines diuerſarum eccleſiarum. nec non extenditur ad præsbyteros. niſi omnes hi à ſtudio legali ſeu phiſicali deſtiterint infra ſpacium duorum menſium. ut infra eo. c. non magno &. c. ſuper ſpecula. ¶ Sed quid ſi quis non habeat perſonatum. ſed habeat beneficium quod habet curam animarum annexam puta habet eccleſiam parochialem. Videtur idem fore dictum nam de perſonatibus & beneficijs cura animarum habentibus idem iudicium eſt habendum. ut ſupra de elect. dudum eccleſia. Rothoma ſupra de præbend. de mulcta. Curia tamen contrarium tenet in merito cum enim hæc conſtitutio ſuper ſpecula ſit pœnalis ad alios quam exprimat extendi non debet.

Explicit liber tertius.

## *Summarium*

1 *Sponſalia quid ſint, & unde dicantur.*
2 *Stipulatio an in contractu ſponſalium requiratur.*
3 *Matrimonium inter abſentes contrahi poteſt.*
4 *Species ſponſaliorum quot ſint.*
*Sponſalia de futuro quot modis contrahantur.*
5 *Sponſalia de præſenti quæ ſint. & qualiter contrahantur & num. 6.*
6 *Sponſalia de præſenti an differant à matrimonio non conſumato.*
7 *Affinitas ex nuptijs conſumatis oritur,*
8 *Sponſalia quando contrahi poſſunt, & quando matrimonium.*
9 *Sponſalia quando diſſoluantur.*
10 *Sponſus uel ſponſa de futuro compellitur contrahere matrimonium & conſumare contractum per cenſuram eccleſiaſticam.*
11 *Iuſtitia publicæ honeſtatis an ex ſponſalibus oriatur, & quid operetur, & quare ſic uocetur.*
12 *Affinitas non contrahitur ex nuptijs interdictis.*
13 *De ſimilibus idem eſt iudicium.*
14 *Matrimonium quid ſit.*
*Nuptiæ quæ dicantur.*
15 *Matrimonium non poteſt ad tempus contrahi.*
16 *Matrimonium dicitur matris officium, & quare magis à matre quàm à patre denominetur.*
17 *Matrimonium in quo loco, & quando fuit inſtitutum.*
18 *Matrimonij cauſæ principales quæ ſint.*
19 *Matrimonium ex inhoneſta cauſa contractum an teneat.*
20 *Matrimonij ſubſtantialia quæ ſunt.*
21 *Matrimonij quæ ſunt impedimenta.*
22 *Matrimonium qualiter contrahatur. & num. 23. & per quos.*
24 *Attinentia inter quos oriatur ex matrimonio.*
25 *Matrimonium non conſumatum quando poſſit ſeparari.*
26 *Matrimonium aliud uerum aliud præſumptum.*

Incipit liber quartus.

## ¶ DE SPONSALIBVS.
### Rubrica.

POſtquam de his quæ ad clericos pertinent ſuperius ſatis tractauimus, ad ſpectant ad laicos ſtilum uertamus. igitur de ſponſalibus & matrimonio uideamus. ¶ Et primo quid ſint ſponſalia. unde

unde dicantur. quot ſunt ſponſalium ſpe-
cies. In qua ætate contrahantur, qualiter
diſſoluantur. an contrahentes ſponſalia ad
contrahendum matrimonium compellan
tur. quæ attinentia ex ſpõſalibus oriatur.
1 ¶ † Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum
promiſſio. ut. ff. eo. titu. l. 1. et 30. quæſt.
5. noſtrates Dicuntur autem ſponſalis ab
ſpondeo. Nam mox fuit ueteribus ſtipula
ri et reſpondere ſibi uxores. ut. ff. eodem
2 titu. l. 2. † Sed non eſt neceſſaria ſtipulatio
in ſponſalibus. quia cõ rahuntur inter ab-
3 ſentes ut ff. eo. ti. l. 4. 5. et ul. † nã et matri
moniũ inter abſentes contrahi poteſt per
internuncios. ut ſupra de conuer. coniuga.
ex parte. 32. q. 2. honorantur 30. q. 5. nec
illico infra de matri. contrac. contra inter
dum ecc. ex literis. ff. de ritu nup. l. mu-
lierem. alias ſi ſtipulatio in contractu ſpõ
ſalium exigeretur, inter abſentes contra
hi non poſſent ut inſti. de inuti. ſtipu. §.
item uerborum. Vel oporteret dici ſpecia
le eſſe in hac ſtipulatione ſponſaliu ut in
4 ter abſentes contrahi poſſent. ¶ † Species
ſponſalium duæ ſunt. alia de futuro alia
de præſenti, ſponſalia de futuro contrahũ
tur quinque modis. Simplici ſponſione ut
accipiam te in meum & accipiam te in
meam. ut infra eod. tit. ſi inter. Fidei da-
tione ut infra eod. tit. ca. 2. & c. is qui fidẽ
de iuramento interpoſito. ut infra eod. ti.
de illis & c. ex literis ſiluan. infra de con.
appo. de illis. Item datis arrhis ſponſali-
cijs ſcilicet pecunia uel alijs rebus &. C.
de ſponſa. l. arrhis. Item annulli ſub ara-
5 tione ut infra de deſpõ. impub. tue. † ¶ Spõ
ſalia de præſenti ſunt illa quæ contrahun-
tur per uerba præſentis temporis ut cum
dicitur. Accipio te in meum. accipio te in
meam. uel cum dicitur alia uerba conſen-
ſum exprimentia de præſenti. ut infra
eodem ti. ſi inter uirum. & infra de ſponſ.
duo licet præter ſolitum. Aliquãdo uer-
ba interueniunt de præſenti. nec tamen
conſenſus habendus eſt de præſenti. ut
cum conſenſus contrahentium transfer-
tur in arbitrium alienum ut infra de cõd.
appo. ſuper eo, cum enim ſubſtantia con-
tractus ponitur in arbitrio alterius nomi-
natæ perſonæ. niſi ille fuerit arbitratus
contractus redditur nullus. ut C. de con-
trahen. emp. & uen. l. ulti. ¶ Similiter
ſi inter aliquos innubiles aptos tamen ad
ſponſalia contrahenda. conſenſus inter-
ueniat mutus de præſenti. non matri-
monium ſed ſponſalia fore contracta di-
cuntur ut infra de deſpon. impu. a nobis.
& cap. ult. In his enim non uim uerbo-
rum ſed iuris attendimus poteſtatem.
Sed opponitur. Videtur quòd in caſu præ
miſſo nec, matrimonium nec ſponſalia
contrahantur. Matrimonium non quia
contrahi non poteſt in ætate matura ut in
fra de deſponſa. impube. ex literis. Spon-
ſalia non. quia hoc non intendebant
contrahentes. ut. ff. de ſpon. l. quæſitum.
& ideo poteſtate ac uoluntate ſibi mutuo
aduerſantibus. neutrum contractum eſſe
uidetur. ut ar. ſupra de offic. deleg. cum
ſuper abbatia. C. ſi quis alteri uel ſibi. l.
multum intereſt. ¶ Puto ſponſalia fore
contracta non intentione non ui uerbo-
rum. ſed iuris poteſtate ut ſuperius di-
ctum eſt & probatur per iura prælle. ut
infra de deſpon. impu. a nobis & cap.
tuæ. Et idem lex probat apertè. ff. eo-
dem titu. quæſitum, & ſi taliter contra-
hentes in eadem uoluntate uſque ad nu-
bilem ætatem utriuſque perdurent, ma-
trimonium inducetur, ſiue excreſſus inter
ueniat conſenſus ſiue tacitus argu. ad hoc
infra de deſpon. impu. de illis. ff. de ritu.
nup. l. minorem tacitum conſenſum in-
telligo per cohabitationem ut infra eo-
dem cap. ad id. & in prædicta. l. minorẽ.
Item ex carnali commixtione ut infra
eodem titu. is qui fidem infra qui ma. ac.
poſſ. inſup infra de eo quiduxit in ma. quã
pol. per adul. ſignificaſti infra de con-
6 di. ap. ſuper eodem. ¶ † Sponſalia de
præſenti ſunt idem quod matrimonium
non conſummatum. ¶ Inter matrimo-
nium autem conſummatum & non con-
ſummatum quo ad eſſentiam matrimo-
nij nihil intereſt. quia conſenſus eorum
de quorum quarũque coniũctionibus agi-
tur ſufficit ad matrimoninm inducendum
qui ſolus ſi defuerit. cætera etiam cum
ipſo

îpſo coitu celebrata fruſtrantur.ut 27.quæ
ſtio .2.ſufficiat. ¶ Differunt autem in qua-
tuor. quo ad ſignificationem ut.C. de bi-
ga. debitum . quo ad religionis ingreſſum
ut ſupra de conuerſatione coniuga. ex pu
blico circa fi. Quoad bigamiam contrahē
dam uel non contrahendam. ut 33.di. Va
lentianus & in prædicta decre. debitum
in fi. Item quo ad affinitatem contrahen
dam inter uirum & cognatos uxoris & in
ter uxorem & cognatos uiri ut infra de cō
7 ſan. & affi. quod ſuper his . † Hæc autem
affinitas oritur ex nuptijs conſummatis .
ut infra de conſan. & effi.c.1.ff. de gradi-
bus. l. non facile.§. affines, & dicemus in
ſumma de conſangui. & affi. Contrahun-
8 tur † autem ſponſalia de futuro in ſepten-
nio ut infra de deſpon.impu.literas. Ma-
trimonium uero poteſt contrahi in annis
diſcretionis ut infra de deſpon. impub. c.
duo pueri ſcilicet in duodecimo anno mu
lieris & quartodecimo uiri. ut infra de de-
ſpon.impu.ex literis. Sed poſſunt hæc tē-
pora præueniri ut dicimus infra tit.proxi.
9 ¶ † Diſſoluuntur ſponſalia communi diſ-
ſenſu ſicut communi conſenſu contrahun
tur ut infra eo.titu. præterea. Nihil enim
tam naturale eſt ſicut unumquodque diſ-
ſolui genere quo colligatum eſt.ff. de re-
gu.iu.l.nihil infra de regu.iur. omnes res.
Quod intelligo cum uterque ſponſorum
in diuertendo conſentit . cæterum ſi alter
eorum hoc cōſentiat alter uero diſſentiat
tunc is qui ad diuorcium tendit compelli
debet contrahere matrimonium & con-
ſummare . ut in ſequentibus dicam. Hug.
tamen & quidam alij intellexerunt decre.
illam præterea . loqui de comparatiua per
miſſione . ut permittat minus peccatum
committi ut euitetur maius. minus pecca
tū eſt ſponſi ſe dimittant uiolenta fide ſpō
ſalium quàm ſi ſponſus inuitus & coactus
ducat illam quam odit & occidat uel eam
abhominans cum alijs adulterium com-
mittat . Et hunc intellectum colligunt
ex illis . ne forte deterius inde contingat
& ſimile. 33. quæſtio. 2. ſi quod uerius .
Item ex illis . hoc poſſit in patientia tol-
lerari quod enim toleramus uel permitti-
timus inuiti permittimus. ut 31. quæſtio.
1. hac ratione . Verius tamen eſt quod
10 prius dixi. ¶ † Sponſus uel ſponſa de fu-
turo compellitur contrahere matrimoniū
& conſummare contractum compellitur
per cenſuram eccleſiaſticam . ut infra eo-
dem cap. ex literis Siluanani & ca. ſicut .
Nec obſtat infra eodem titulo requiſiuit .
ubi dicitur monenda eſt potius quam co-
genda.nam exponitur potius id eſt prius,
& ſimilis expoſitio 23.quæſt.4.non inue-
nitur . Et nota quòd Hugu.dicebat in hoc
caſu non finaliter compelli inuitum . un-
de ſi ſemper nolitis qui cogitur per cenſu
ram eccleſiaſticam abſoluetur . Nos au-
tem dicimus quòd inuitus finaliter com-
pelletur . & excommunicatus non abſol-
uetur niſi pareat . Quod uerum eſt eodem
ſtatu durante nam ſi ſtatum eius mutetur
puta quia cum altera matrimonium con-
traxit. cum iam primum uinculum expira
uit ſuperueniente maior abſoluetur & im
ponetur ei pœnitentia de fide mentita. &
idem fiet ſi ſponſa moriatur,uel ſi cum al-
tero matrimonium contrahat ut infra eo
dem titu. de illis. Puto tamen quòd ſi ec-
cleſia credat ex coniunctione futurum u-
xoricidium & guerram reſtringet cenſurā
alias non erit medicinalis ut .2.q.1.mul-
ti. nam ſine plectendo ſiue ignoſcēdo hoc
ſolum bene agitur &c. ut 23. quæſtio. 5.
11 prodeſt . ¶ † Ex ſponſalibus oritur publi-
cæ honeſtatis iuſtitia quæ prohibet co-
gnatum ſponſi contrahere cum ſponſa &
cognatam ſponſe cum ſponſo ut infra eo-
dem titu. ad audientiam & cap. ſponſam.
Hæc prohibitio non ſurgit ex conſangui-
nitatem uel ex affinitate quæ contrahitur
ex nuptijs conſummatis ut ſuperius dixi.
ſed ſurgit ex quadam publica iuſtitia . uel
publica æquitate , publicè enim uidetur
iuſtum & æquum ut cognatus ſponſi ſpō-
ſam eius non ducat uxorem. Vbi ergo
inhoneſtum eſt aliquos matrimonialiter
coniungi nec impedit conſanguinitas nec
affinitas nec aliud ſubeſt legitimum impe
dimentū,fuit inductum hoc ius prohibēs.
matrimonium contrahi et contractū diſ-
ſoluēs.ut infra ti.proxi.c.duo puer. Et uo-
catur.

catur publicæ honeſtatis iuſtitia , quia in
matrimonijs non ſolum quod liceat . ſed
& quod honeſtum eſt conſideratur . ut. ff.
de ritu nup. l. ſemper. Et nota quòd publi
cæ honeſtatis iuſtitia oritur etiam ex ſpõ
ſalibus quæ de iure non ſortiuntur effe-
ctum. ut infra eo. titu. ad audientiam. dũ-
modo cõtrahentes ſint ſeptennes uel ſe-
ptennio proximi ut infra proxi. titu. duo
pueri. ut ſic intelligant quid agatur, alio-
qui contra ut infra de deſponſ. impu. c. lite
12 ras, & c. acceſſit. † Quod in matrimonio
non contingit, nam affinitas non contra-
hitur ex nuptijs interdictis, ut. ff. de gra-
dibus. l. non facile. §. ſciendum. Et cum in
uno caſu inueniam ſublatam hodie publi
cæ honeſtatis iuſtitiam ſcilicet in ſobole
ſuſcepta ex ſecũdis nuptijs cognationi ui-
ri non copulanda prioris. ut infra de con-
ſan. & affini. non debet , uidetur quòd in
alijs caſibus duret . ut 35. q. 3. c. porrò. ff.
de adop. l. qui in adoptionem. ff. de ritu
nup. l. ſi qua . §. ſi uxor. Et generaliter ut
nullus de conſanguinitate ſponſi præmor
tui ducat ſponſam, & è conuerſo nulla de
cõſanguinitate ſponſæ præmortuæ ducat
ſponſum ut infra tit. prox. continebatur.
§. ſi uero. & infra eo. tit. ſponſam . Quod
enim non mutatur quare ſtare prohibetur
ut. C. de teſta. l. ſancimus. C. de ap. l. præ
cipimus. 2. q. 6. anteriorum. §. illo. uideli-
cet in fi. Alij autem dicunt quòd ex quo
ſublata eſt in eo caſu in quo de maiori æ-
quitate quàm in alijs locum habebat & in
13 alijs reuocata uidetur † nam de ſimilibus
idem eſt iudiciũ. ut ſupra de reſcriptis in-
ter cætera ſupra de transla. præla. inter
corporalia ſupra de confir. uti uel inuti. cũ
dilecta. ff. ad le. Aqui. l. illud. ff. ne quis eũ
qui in ius uo. fue. ui. eximat. l. 2. C. de le-
gibus. l. leges. & ff. eo. tit. l. non poſſunt.
Et ſic ſecũdum quoſdam in nullo caſu lo-
cum habet hodie publicę honeſtatis iuſti-
tia niſi in ſponſa fratris . de qua in ueteri
& in nouo teſta. prohibitum eſſe uidetur.
Iuxta illud Io. Non licet tibi habere ſup-
poſitam fratris tui. Item reuocata eſt ho-
diæ prohibitio quæ olim erat in ſecũdo &
in tertio genere affinitatis. ut infra de cõ-
ſangui. & affinitate non debet. Durat er-
go primi generis prohibitio uſq; ad quar
tum gradum. de his tamen generibus affi
nitatis & de ſobole ſuſcepta ex ſecũ. nup.
dicit Grego. qui hoc diſſoluit negat uerbũ
dei. ut 35. q. 10. fraternitatis. Sed intelli-
gendum qui hoc diſſoluit alius a Papa.

*Sequitur* uidere de ſecunda parte
rubricæ hoc eſt de matri
monio. ¶ Videamus igitur quid ſit matri-
monium. unde dicatur. quando fuit inſti-
tutũ ubi & quibus uerbis. & quæ ſint cau-
ſæ matrimonij . quot ſint bona matrimo-
nij. quot ſint impedimenta ipſius qualiter
contrahatur. quæ attinentia ex matrimo-
nio naſcatur & ex quibus cauſis ſeparetur.
14 ¶ † Matrimonium eſt maris & fœminæ cõ
iunctio indiuiduam uitæ conſuetudinem
retinens. ut 27. q. 2. §. 1. Et alibi. Nuptiæ
ſunt coniunctio maris & fœminæ & con-
ſortium omnis uitæ. diuini & humani iu-
ris communicatio. ff. de ritu nup. l. 1. Dici
tur autem indiuiduam uitæ cõſuetudinem
retinens uel conſortium omnis uitæ quã-
tum ad propoſitum eorum qui matrimo-
nialiter coniunguntur, quia hac intentio-
ne coniungi dicunt ut perpetuo ſimul ma
neant quamuis poſt contractum matrimo
nium & ante carnalem copulam poſſit al-
ter inuito altero religionem ingredi . ſed
poſt conſummatũ non niſi uolente & ple
runque non niſi ſe ſimiliter conuertente .
ut ſupra de conuerſi. coniuga. cum ſis præ
dictus. & c. uxoratus. ut notatur in ſumma
illius tit. Sed ad hoc opponitur de Beata
Virgine quæ contraxit matrimonium cũ
Ioſeph. & nihilominus proponebat in uir
ginitate manere . unde dixit . Quomodo
fiet iſtud quoniam uirum non cognoſco .
Ad quod reſpondeo . Beata Virgo Maria
propoſuit ſe ſeruaturam uotum uirginita-
tis in corde, ſed ipſum uotum uirginitatis
non expreſſit in ore. ſubiecit ſe diſpoſitio
ni diuinæ cum propoſuit ſe perſeueraturã
uirginem, niſi Deus aliter reuelaret, com
mittens ergo uirginitatem ſuã diuinæ di-
ſpoſitioni conſentit in carnalem copulã
non illam amplectendo. ſed diuinæ inſpi-
rationi in utroq; obediendo. ut 27. q 2. §.

cum ergo & ideo exponitur in eod.§.ui-
rum non cognoſco.i.me non cognituram
propoſui. Item opponitur ex illa decre-
ta.commiſſum infra eo.tit. ibi enim quod
iurauerat ſe contracturum cum quadam
poſtmodum ad religionis aſpirabat in-
greſſum. datur ei conſilium ut prius con-
trahat ut iurauit & poſtmodum intret. Ad
quod reſpondeo. ille non uouerat. & ideo
contrahendo non efficitur reus uoti. Da-
tur igitur ei pro cõſilio ut adimpleat quod
iurauit,nec eſt contrarium propoſito re-
ligionis. quia etiam poſt contractum non
tamen conſummatum liberè & de licen-
tia iuris alter coniugum intrat religionẽ.
ut ſupra de conuerſione coniugatorum.
ex publico Et in conſilium hoc credendũ
eſt deueniſſe ut in indiuiduam uitæ con-
ſuetudinem conſentiret in contrahendo:
15 † quia matrimonium contrahi nõ poteſt
ad tempus. ut.32.q.2. ſolet quæri & ali-
quando. & poſtea dominus de nouo ei in
ſpiret licenter intrare poterit ut prædixi.
& hoc innuitur in litera. & poſt ea ſi ele-
16 gerit. ¶ † Matrimonium dicitur matris
munium. ideſt offitium. In autenti. ma-
gis à matre de nominatur matrimonium.
quam à patre. quia licet pater ſit gene-
rationis auctor & pœnæ uxoris dominus.
ut.33.quæſtione.5.hæc imago. matris ta-
men officium circa filios apparet magis.
Et filij dum infantes fuerint materno ma
gis indigent ſolatio quam paterno. Vnde
mater ante partum eſt oneroſa, doloroſa
in partu,ac poſt partum laborioſa. ut ſu-
17 pra de conuer. in fi.ex literis ¶ † Fuit au-
tem inſtitutum in paradiſo & ante pecca
tum. ut.32.q.2.§ his ita. Quibus uerbis.
Quidam dicunt quod illis. Creſcite & mul
tiplicamini &c. Sed illa uerba fuerunt po
tius benedictionis quam inſtitutionis,un
de dicendum eſt quod inſtitutum fuit uer
bis Adæ ore prophetico dicentis.hoc nũc
os ex oſſibus meis & caro de carne mea
&c. ut infra de diuor.gaudemus. Poſt pec
catũ uerò & extra paradiſum fuit inſtitu
tum ad remedium.ut carnis uitium cohi-
beretur. Vnde apoſtolis unuſquiſque ha-
18 beat ſuam propter fornicationẽ. ¶ † Cau
ſæ matrimonij duæ ſunt principales. ſu-
ſceptio ſobolis & uira conformationis ut.
32.q.2.§. his ita. Propter primam inſti-
tuit dominus propter ſecundam. Apoſto-
19 lus ut dictum eſt. † Sed nunquid tenet ma
trimonium ex inhoneſta cauſa contractũ
puta propter pulchritudinem diuitias uel
potentiam. Reſpondeo ſic. ut. 32.qu.2.
ſolet quæri. Vnde Iacob uidens quod Ra
chael eſſet decora & uenuſta facie dixit la
ban.ſeptem annis ſeruiã tibi pro Rachae
20 le. ¶ † Tria ſunt bona matrimonij. ut.27.
q.2.omne itaque. quæ alibi appellantur
ſubſtantialia matrimonij. ut infra de con.
app.c.ultimo. Et ſunt illa hæc. Fides. pro
les & ſacramentum. Fides.ſ. coniugalis.
quam ſibi nupti adinuicem debent, ne cũ
alijs adulterentur fide coniugij uiolata.
Proles propter quam multiplicandam ma
trimonium eſt à domino inſtitutum,in pa
radiſo ut.35.q.1.cum igitur in prin.& 26.
diſtin. deinde. licet quibuſdam non ualẽ-
tibus generare matrimonia ſint ad ſolatiũ
ut.27.quæſtio.2. nuptiarum. Sacramentũ
id eſt, inſeparabilitas uel in diuiduitas
quo ad perpetuam ſeruiturem,niſi religio
ne uel fornicatione ſeparatio fiat. ut ſu-
pra de conuer. coniuga. in pleriſque de-
21 creta. & .33. quæſtio. 1. dixit. † Impedi-
menta matrimonij his uerſi. continentur.
Error.conditio. uotum cognatio. crimen.
Cultus diſparitas uis ordo. ligamen hone
ſtas. Si ſis affinis uel quodque coire nequi
bis. Error perſonæ impedit matrimoniũ
ut ſi credam contrahere cum Ticia con-
traho cum Soia Error autem qualitatis &
fortunæ non impedit, ut ſi illa cum qua
contrahitur credatur eſſe uirgo & non ſit.
diues & ſit pauper. ut.29.quæſtio.1. Con-
ditio ut ſi credam illam cum qua contra-
ho fore liberam. & ſit ancilla. tunc enim
nullum eſt matrimonium niſi poſtquam
ſciuero eius conditionem conſenſero in
eam.ut infra de coniu. ſeruo. propoſuit.
Votum ſolenne impedit matrimonium
& dirimit.ſimplex impedit ſed non diri-
mit.ut infra qui cle.uel uo.rurſus. Cogna
tio carnalis impedit matrimonium. ut in-
fra de conſan.& affi.per totum.35.q.1.per
totum.

totum. Item cognatio ſpiritualis. ut.in-
fra de cogna.ſpi.per totum. Crimen.quia
propter homicidium inhibetur matrimo
nium.ut,33.q.1.ammonere.& in alijs cri
minibus idem. ut infra de eo qui cog.con
ſan.uxo.ſuæ.c.1.&.2.Cultus diſparitas,ut
in hominibus diuerſarum ſectarum , ut ſi
unus ſit Chriſtianus alter iudæus. ut.28.
q.1.per totum . Vis ideſt uiolentia.ut in-
fra eod.cum locum . Sacer ordo ſimiliter
impedit & dirimit matrimonium.ut.21.
diſtin.ſeratim. Ligamen impedit & diri-
mit matrimonium.ut.33.q.1. ſi per ſortia
rias . Quod intelligo cum ligamen matri
monium præcedit . cæterum ſi ſubſequi-
tur non reſcindit matrimonium quod ſe-
mel tenuit. nulla enim infirmitas uel cau
ſa ſuperueniens præter fornicationem
corporalem & ſpiritualem reſcindit ma-
trimonium quod ſemel tenuit. ut.32.q.7.
illi qui.&.q.5.horrendus.&.c. ſi quis uxo
rem.&.infra de eo qui cog. conſang.uxo.
ſuæ diſcretioné. Honeſtas , ideſt publicæ
honeſtatis iuſtitia impedit.ut.27. quæſ.2.
ſi quis uxorem . & dirimit . ut not. ſupra
eodem titulo.§.ex ſponſalibus. Si ſis affi-
nis. de hoc dicemus infra de conſang. &
affinit. Quodque coire nequibis & de
hoc notabimus infra de frigidis & male .
Addit magiſter Ray.in ſumma ſua quar-
tum uerſiculum . Hæc ſocianda uetant
connubia iuncta retractant. Sed iſtũ uer-
ſiculum non approbo propter crimen. cri
men enim adulterij non dirimit . & licet
ipſe hoc aſſignet crimine adulterij non
tamen eſt ſimpliciter uerum quia crimen
adulterij per ſe non dirimit ſed cum adiũ
cto.ſ.cum fidei donatione uel machina-
tione uel contractu de facto . ut no. infra
de eo qui dux.in ma.quam pol. per adul.
22 †Qualiter contrahatur matrimonium .
Contrahitur matrimonium corde & ore
dum aliqui corde & ore conſentiunt in
matrimoniũ & mutuo ſe concedunt unus
alii , & mutuo ſe ſuſpiciunt . ut infra de
ſpon.duo.c.1 in fi.utroq; dicente alteri .
accipio te in meum.accipio te in meã . ut
infra eo.ti.ſi inter.& infra de ſpon. du. li-
cet.uel ſimilia uerba . ut ſi quis dicat mu-
lieri.Iuro uel promitto tibi quod ab hac
die in antea te habebo pro legitima uxo
re.ut infra e.t.ex parte. Corde ideo dixi ,
quia & ſi uerba interueniunt apta ad ma-
trimonium contrahendum animus tamẽ
non conſentiat , non contrahitur matri-
monium.ut infra eo.c.tua.& .c.tue. Sed è
conuerſo plerunque animus ſufficit ſine
uerbis.ut in muto . in quo nutus & indi-
cia ſupplent uicem uerborum.ut infra eo.
c.cum apud.Nam & nutu legatur.ut.ff.de
le.3.l.nutu.Ad nutum recõcialiatur & ba
ptizatur.ut 26.q.6.qui recedunt. Et quod
dixi ſine uerbis contrahi matrimonium
locum habet in his qui loqui nõ poſſunt.
alias neceſſaria ſunt quantum ad eccleſiã
uerba conſenſum exprimentia de præſen
23 ti.ut infra eod.tit.tue. † ¶Poteſt contrahi
matrimonium per principales . Poteſt &
per parentes . ut 26.q.2. honorantur . &
per extraneos . nam per nuncios poteſt
contrahi ut no.ſupra eo.§.2. ¶Contrahi-
tur cum ſolennitate quæ habetur infra de
24 clandeſ.deſpon.cum inhibitio. ¶†Oritur
attinentia ex matrimonio inter uirum &
cognatos uxoris & inter uxorem & co-
gnatos uiri . non autem inter cognatos
utriuſque.ut infra de conſan.& affi. quod
ſuper his. æqualiter enim debet quis ab-
ſtinere à conſanguineis uxoris ſicut à pro
prijs.ut infra de conſang.& affi.c.1. & no
25 tabo plenius in ſumma ti.illius. ¶†Matri
monium non conſummatũ ſeparatur pro
pter religionem ut ſupra de cõuer. coniu.
ex publico. conſummatum ſeparatur pro
pter fornicationem ſpiritualem & carna-
lem.ut infra de diuor.quanto &.c.gaude-
mus.27.q.1.non ſolum &.c.ſe & infra de
diuortijs ſignificaſti & 32.quæſtione 1. di
26 cit dominus.¶†In ſumma notã. eſt quod
matrimonium.aliud uerum aliud præſum
ptum. Verum quod contrahitur inter per
ſonas legitimas per uerba apta ad matri-
monium contrahẽdum & nullum ſubeſt
impedimentum. Præſumptum eſt matri-
monium ut cum inter perſonas legitimas
interuenit tractatus de contrahendo fi-
dei datio uel iuramentum,uel promiſſio,
uel & ſi interueniunt uerba apta ad ma-
trimonium

trimonium contrahendum. habent tamen tractatum in euentum conditionis uel arbitrij alieni. & ſuccedit copula carnalis in quo caſu præſumitur receſſum ab omni conditione uel modo & generaliter ab omni eo quod matrimonium ſuſpendebat ſeu differebat. ut infra eo.c.cõmiſſum.&.c.ad id infra de condi.appo.de illis infra de eo qui dux.in ma.quam pol. per adul.ſignificauit. Et ſic contractus de futuro præcedens cum copula carnali ſequente inducit matrimonium præſumptum & ſi deficiant uerba ſolita & ſtatuta ad matrimonium contrahendum. ut infra eo.is qui fidem &.c.adoleſcens. & eſt in his caſibus præſumptio iuris & de iure. imo fictio quæ non admittit probationem contrariam. ut no. de hac materia de præſump.§.2.

## *Summarium*

1 *Impuberes qui dicantur.*
2 *Pubertas qualiter probetur.*
3 *Aetas legitima incontrahendo matrimonio quæ ſit.& quæ in ſponſalibus.*
4 *Impuberes quæ poßint ſponſalia contrahere. Malitia ſupplet ætatem.*
5 *Aetas quanto tempore præuenitur.*
6 *Pubes ſi contrahit cum impubere non poteſt ſeparari donec perueniat ad annos legitimos.*
7 *Impubes ad pubertatẽ ueniens liberum habet conſentire in matrimonium, uel diſſentire.*
8 *Intellectus ad.c.de illis & c. à nobis infra eo.*
9 *Sponſalia de futuro in quibus caſibus ſoluantur.*
10 *Pubes ſe contrahit cum impubere nec expectat,ſed cum alia contrahit per uerba de præſenti,an matrimonium teneat.*
11 *Sponſalia an contracta dicantur,ſi quis iurat uel promittit ducere in uxorem unam de filiabus tuis.*
12 *Pater an poßit cogere filium uel filiam in poteſtate conſtitutum uel conſtitutam ad ſponſalia uel matrimonium contrahendum. Filiæ pater ſponſum quærere debet.*
13 *Filia an cogatur inuita illum in uirum ducere, cum quo pater ipſius nomine ſponſalia contraxit ſeu promißionem fecit.*
14 *Pater ſi promittit alicui dare in uxorem unam filiabus ſuis,an electio ſit ſponſi, uel ipſius patris.*
15 *Iurans dare unam ex filiabus ſuis in uxorem alicui,ſi omnes moriantur præter unam, an illam ſolam dare tenentur.*
16 *Pater qui iurauit unam ex filiabus ſuis dare in uxorem & unam obtulit ſponſo, qui eam non acceptauit ſed aliam præoptauit,an liberetur.*
17 *Quid ſi ſponſus unam ex illis cognouit.*
18 *Subarratio an inducat matrimonium uel ſponſalia.*

## ¶DE DESPONSATIONE IMPUBERUM. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de ſponſa. in genere. nunc ſubiicitur tractatus in ſpecie de deſpon.impube.& ideo ſequitur rubrica de deſpon.impu.¶ Videamus igitur qui ſint impuberes. qui ſponſalia contrahere poſſunt. An tempus pubertatis ualeat præueniri. Et quid iuris ſit ſi pubes contrahat cum impubere.

1 ¶ † Impuberes ſunt illi qui exhabitu ſui corporis impubertatem oſtendunt ut generare & concipere nõdum poſſunt. quo probato qui ſint puberes euidenter appareat:ut infra eo.c.puberes.uno.n. ex contrarijs probato reliquum uidetur eſſe probatũ.ut.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.l. 1.& .ff.de procu.l.Pomponius.§ ſi ſtipu-
2 ler.† Vnde ſi de pubertate dubitari contingat per aſpectum & qualitatem corporis probari oportet ut in prædicta decre. puberes.ff.de mino.l.minor ex aſpectu. Sed contra.C.quando tutor uel cura.eſſe deſie.l.in decora.Ad quod dico. cum agitur de tutela uel cura non inſpiciuntur loca ſecreta. ut dicit lex. Sed cum dubitatur de matrimonio conſummato uel non conſummato inſpicitur in regione priuata ut 27.qu.1. nec aliqua & ſupra de pro-
3 ba. propoſuiſti. † Quod ergo alibi dicitur quòd matrimonium contrahi non po-

teſt ante ætatem legibus & canonibus de
terminatam.ut infra eo. titul. ubi non eſt
conſenſus.hoc eſt ante. 14. annos in uiro.
12.in muliere.ut infra eodem titul. & ex
literis.ff. de ritu nup.l. minorem . Hij e-
nim anni dicuntur diſcretionis ut ſupra
de reg. cum te.&.c.ſignificatum . & infra
eodem titulo duo pueri. Et excipiendum
eſt niſi hos annos quandoque pubertas
præueniat,ut hij de quorum matrimonio
agitur ante hoc tempus per qualitatem
& diſpoſitionem ſuorum corporum pu-
bertatem oſtendant ut genere & concipe
re poſſunt, ut ſuperius dictum eſt. Fit au-
tem hæc præuentio per maliciam. ut in-
fra eodem titul. de illis.C.ſi minor ſe ma
io. dix.l.3. Fit per prudentiam & indu-
ſtriam. ut infra eod.tit.tuæ.Et licet diuer
ſa tēpora ſtatuantur in iure in uiro & mu-
liere quo ad matrimonium contrahen-
dum ut dictum eſt ſupra & quo ad religio
nis ingreſſum. ut in prædicta decre. cum
te.&.10. quæſt.2. puella In ſponſalibus ta
men de futuro idem tempus eſt in utro-
que.ſ.ſeptennium. ut infra eodem tit.ac-
ceſſit . Sed lex obſtare uidetur quæ dicit.
in ſponſalibus contrahendis ætas contra
hentium diffinita non eſt ut in matrimo-
nijs.ut.ff. de ſponſa.l. in ſponſalibus. Ad
quod reſpondeo. diffinita non eſt in ſpon
ſalibus ſicut in matrimonijs.ideſt non tan
ta & talis in ſponſalibus ſicut & in matri
monijs , quia in ſponſalibus ſeptem. in
matrimonijs.12.&.14.annorum. Vel non
eſt diffinita in ſponſalibus uarie in ma-
ſculo & fœmina ſicut in matrimonijs.
Vel aliter in matrimonijs ſufficit ætas.
12.uel.14.annorum. Nam illa ætas eſt di
ſcretionis ut ſuperius dixi. & tunc pueri
ſatis intelligunt quid agunt niſi furioſi.
ſed ſeptennium non ſic ſufficit ad ſponſa-
lia imò requiritur ut ſponſi intelligant
quid agant . plerunque ante adultam æta
tem uoluntas alicuius circa talia decerni
4 non poteſt. ut infra eodem cap.1.¶†Poſ-
ſunt impuberes ſponſalia cōtrahere de fu
turo , de præſenti nō niſi eſſent proximi
pubertati. ut infra eodem titulo de illis
&.c.tuæ.& c.continebatur. & malicia ſi-
ue prudentia ſupplear defectum ætatis
alias non.ut in prædicta decre. tue . Duo
tantum requiruntur ut ſuppleatur defe-
ctus.proximitas & malitia ſiue prudentia.
5 ¶Sed † quæritur. quanto tempore præue-
nitur ætas.Reſpondeo per annum. ut in-
fra eodem titulo continebatur . Quidam
tamen dicunt quod non præuenitur niſi
per ſex menſes ar. C.de iu.l. properandū
§.& ſi quidam &.ff.de excu.tu.l.non tan-
tum in prin. Sed hoc puto ſuperioris ar-
bitrio relinquendum ut ipſe qualitatem
perſonæ & prudentiam ſiue malitiam me
tiatur.& idem in pubertate obtinet . nam
& pubertas plerunque annos anticipat.
ut infra eod.puberes. & potentia coeundi
interdum anticipat pubertatem ut infra
6 eo.c.a nobis. ¶†Si pubes contrahat cum
impubere tenetur expectare donec impu-
bes perueniat ad annos legitimos . ut in-
7 fra eodem titulo de illis.&.c.à nobis †&
ſi minor ueniens ad legitimos annos non
conſenſerit in matrimonium poterit re-
ſilire. maior autem non poteſt ſed expe-
ctare tenetur . ut dixi . Et ſi minor factus
maior conſentiat maior diſſentire non
poteſt. Et ex eo quòd in caſu præmiſſo
impubes ueniens ad pubertatem poteſt
reſilire moti fuerunt quidam magnæ au-
ctoritatis doctores ut dicerent & ſcribe-
rent ſponſum uel ſponnſam non eſſe co-
gendum uel cogendam ad matrimonium
contrahendum . contra id quod notaui-
8 mus . ſupra titu. proxi. §. ſponſus. † Lau.
& Vin. & alij dixerunt quòd illa decret.
de illis , & à nobis . locum habent cum
ſponſalia contrahuntur inter minores ſe
ptennio . Sed hæc ſententia nulla eſt.
nam litera illius decre. de *illis*, contra-
rium dicit in uer.illo.ſi uero alteruter iſto
rum ad annos pubertatis peruenit infra
eoſdem annos altero exiſtente cum ſpō
ſalia contrahuntur . Et illa à nobis lo-
quitur in ſponſalibus contractis infra
nubiles annos. Alii autem dixerūt quòd
in decr.de illis, contrahentes erant ſeptē
nes,ſed intendebā contrahere matrimo-
nium. unde uere matrimonium non te-
nuit impediente ætate.nec ſponſalia.quia
contrahen-

contrahentes de his non agebant. & ideo adueniente pubertate liberum erat eis conſentire uel diſſentire. Nec iſtud placet per ea quæ notauimus. ſupra tit.proxi.§.1.Sed nos dicimus cum puberes uel maiores contrahunt ſponſalia. ſi alter conſentiat in matrimonium alter diſſentiat. is qui diſſentit compellitur inuitus. Et ſic locum habet noſtra ſententia de ſponſis cogendis ad matrimonia contrahenda & conſumanda. Si uero unus contrahentium ſit impubes & alter pubes tum locum habent ille decre. de illis. & à nobis. ut impubes ad pubertatem ueniens liberum habeat conſentire in matrimonium uel diſſentire. & ſi diſſen-
9 ſerit ſponſalia diſſoluuntur. † Et idem eſt ſi inter duos impuberes ſponſalia contrahuntur. Nam eis uenientibus ad pubertatem liberum eſt eis conſentire in matrimonium uel diſſentire. nec cogendus eſt alter eorum. Et iſte eſt caſus unus de octo caſibus in quibus ſponſalia de futuro ſoluuntur. Secundus cum alter ſponſorum transfert ſe ad aliam prouinciam & longo tempore expectatus non redit. ut ſupra titu. proxi. de illis. Tertius ſi alter ſponſorum incurrat lepram uel aliam infirmitatem enormem. ut infra de coniugio leproſorum. literas infra de iureiur.quemadmodum. Quartus cum ſponſi ſe mutuo abſoluunt.ut infra tit.proxi.præterea. Quintus ſi ſuperueniat affinitas altero fornicante ut in prædicta decre. quemadmodum 27.q.2.quædam deſponſauit. Sextus cum alter ſponſorum incidit in hæreſim. Nam & illud mechatio eſt. ut 28.q.1.non ſolum.Septimus eſt cum alter ſponſorũ per uerba de præſenti contrahit cum tertio.ut ſupra titu.proxi.ſicut. Octauus cum alter ſponſorum religionem ingreditur. quia ſoluuntur ſpõſalia de præſenti ut ſupra de conuer. coniu.ex publica.Secundum in his duobus ultimis caſibus ſoluuntur ſponſalia ipſo iure uel ipſo facto in alijs ſuperioribus per ſententiam arg.33.q.2.ſeculaaes 35.q.6. multorum.Nec mireris ſi dicam quòd impuberes contrahentes ſponſalia demum ad pubertatem uenientes nõ coguntur ad matrimonia contrahenda quamuis.enim ante pubertatem ſponſalia contracta teneant. non tamen ſunt ad hoc efficatia ut coactionem inducant. & alias hoc contingat ut cum minor religionem ingreditur demum ad annos diſcretionis ueniens requiritur utrum in religionem conſentiat. & ſi conſenſerit profeſſionem faciat. alioqui ad ſecularem habitum redeundi licentia non negatur. ut 20.q.1.illud.Simile accidit cum inquiritur à clericis in minoribus conſtitntis an in clericatum conſentiant. quibus ſi gratia ſanctitatis deo inſpirante placuerit & promiſſionẽ caſtimoniæ ſuæ abſque coniugali neceſſitate ſe ſpoponderint ſeruaturos. ad ſacros ordines aſcendant. Alioqui licentiam datam ab apoſtolo auferre non poſſumus. ut 28.diſt.de his in præmiſſo igitur caſu cũ pubes contrahit ſponſalia cum impubere aliter compellitur ad matrimonium alter non. Contingit idem & alibi.ut infra de eo qui duxit immatri. quam pol.per adulte. propoſitum & infra & non impubes
10 de adult.c.1.& 2.¶†Ideo autem compellitur pubes quia firmior eſt in perſona ſua promiſſio quam in perſoda impuberis.ſed quæritur quid ſi pubes qui puberem expectare tenetur nec expectet.ſed medio tẽpore contrahat cum alia per uerba de præſenti. nunquid tenet matrimonium. Reſpondeo ſic. Et idem puto ſi pubes. matrimonium contrahat cum impubere. matrimonium enim non tenet impediente ætate. quia ex una parte tenere non poteſt cum ſit relatuum eſt enim coniunctio maris & fœminæ, ut dixi in deſcriptione matrimonij quamuis pubes fortius obligetur quam impubes in hoc ſcilicet ut ſi impubes factus pubes conſentiat pubes
11 cogitur recõſentire ut dictum eſt. ¶ Sed quæritur pone † quòd iuraui uel promiſi ducere in uxorem unam de filiabus tuis. nunquid dicemus ſponſalia fore contracta. Reſpondeo. non ſicut. enim matrimonium ſic nec ſponſalia in uno conſi-
12 ſtit, ſed duo requirit.† Nec ob.ſi dicas pater poteſt cogere filium uel filiam in poteſtate

ſtate conſtituam uel conſtitutum ad ſponſalia uel matrimonium contrahẽdum ut. ff. de ritu nup.l.ſi patre cogente. Intelligo. enim quod pater filium cogere poteſt modica coactione.ſ. increpatione paterna. præciſe autem cogere non poteſt ut. C.de nup.l. nec filium.ff. de ri. nup.l. nec cogitur. Filiæ uero pater ſponſum quærere debet.ut.32.quæſt 2.honorantur.nec extra uoluntatem patris filia nubere debet. ut.32. quæſtio.2. hoc ſecundum. &
13 idem in auo.ut.32. quæſt.3. patré.¶†Sed nunquid filia cogetur inuita illum in uirũ ducere cum quo pater ipſius nomine ſponſalia contraxit uel uerius iurauit ſeu promiſſionem fecit. Seruius. Reſpondit quod ſic.quia filia in hoc patri contradicere nõ poteſt.niſi pater dederit ei turpem ſponſum uel moribus ſuis indignum. ut.ff. de ſponſa.l.ſi quæ patris.Sed certæ puto cõtrarium. Et iura canonica non ex neceſſitate ſed honeſtate loquuntur. Ad.l. autem reſpondeo uerum eſt quod filia patri danti ſibi uirum contradicere non poteſt. ſubaudio ſine uitio in gratitudinis. Incurrit enim in gratitudinem & poterit exhæredari.ut inautem. ut cum de ap. cog.§.alicui coll.8.Sed matrimonium uel ſponſalia non tenebunt.niſi conſenſus filij uel filiæ accedat.ut infra eodem.c.1. Dico igitur in quæſtione præmiſſa quòd illa erit ſponſa ſiue uxor quæ factum approbabit, quaſi nomine ſuo geſtum,& conſentiet in illum cui pater iurauit uel promiſit.¶ Sed
14 † cuius erit electio ſponſi uel patris. Reſpondeo promiſſoris hoc enim eſt generale in promiſſionibus generalibus uel alterius. ut inſti.de ac.§.præterea.&.ff.de iur. do.l.plerique.&.ff.de contrahen. empt.&
15 uen.l.ſi ita.¶ Quid †,ſi omnes moriantur præter unam. Reſpondeo pater qui iurauit dare unam ex filiabus illam ſolam dare tenetur.ff.de eo quod certo lo.l.2.§. qui ſtichum.contrahen. em. & uen.l. ſi in
16 emptione¶Quid † ſi. pater unam ex pluribus obtulit ſponſo ſed ſponſus non acceptauit illam ſed aliam præoptauit. Reſpõdeo pater abſolutus eſt à iuramento uel promiſſo. ut.ff. de condi. inde. l. cum his
17 &.de uer. ob.l.ſtipulatus.¶ † Item quid ſi ſponſus cognouerit unam ex illis. Reſpondeo aliam habere non poteſt.& ideo illam ſolam habebit.ar.ff.de ſolu.l.Stichũ aut Pamphilium. Quod intellige uerum eſſe ſi illa contemplatione tractatus præcedentis conſentit ei in copulam carnalẽ. imò uidetur, quòd ſtatim poſt carnalem copulam præcedente deſponſatione matrimonium ſit inductum. arg. infra de eo quæ dux.in ma.quam pol.per adul.ſignificauit. & infra de coniu. lepro. propoſuit. Vel ſi non eſt matrimonium ſaltem cogendus eſt in eam matrimonialiter conſentire.ut infra de eo qui dux.in ma.quam pol. per adul. propoſitum. ¶ In ſumma
18 † quæritur an per ſubarrationem matrimonium uel ſponſalia inducantur. Solent enim mulieres per anulos ſubarrare. Circa has arrhas dixerunt quidam doctores. quod ſubarratio facta à ſponſo ſponſæ inducat matrimonium. Si autem à parentibus ſponſi fiat ſponſæ tunc ſponſalia inducuntur. Sed hæc diſtinctio non placet. Ad hoc dico quòd ſi ſponſus ante fores eccleſiæ in die benedictionis ſicut alibi fieri conſueuit donet anulum ſponſæ ſacerdote benedicente & dicente. benedic domine has arrhas &c.tunc anuli datio matrimonium inducit. Et ſic loquitur illa.27. quæſtio.2. ſi quis uxorem. & ſi quis deſponſauerit. &.30. quæſtio.5. noſtrates. &.ca. feminæ. Et idem dico ſi alias ſponſus det anulum ſponſæ ſic dicens. duco te in uxorem. uel accipio te in meam. uel ſimilia uerba importantia conſenſum matrimonialem tunc matrimonium inducetur. non tam per anuli dationem quam conſenſum in uerbis expræſſum. Si uero tempore ſponſaliorum de futuro anulus detur non poteſt aliud ſignificare anuli datio quam contractus celebratus expreſſim. nam & alias arrhæ datio ſignum eſt futuræ uenditionis non factæ. ut inſti. de emp.&. uendi. in prin.unde arrha eſt contractus per ſe. ut.ff. de acti. emp.& uen.l.exempto.§. is qui uina.

## *Summarium*

1 *Clandeſtina matrimonia dicuntur duobus modis.*
*Matrimonia clandeſtina an teneant.*
2 *Clam facere quis dicatur.*
3 *Matrimoniū clandeſtina quare prohibeantur.*
4 *Matrimonium. an ſine dote ualeat.*
5 *Inſtrumenta nuptialia ſiue nuptijs non probant matrimonium.*
6 *Matrimonium an ſit ualidum, ſi quis dicat, mulieri, iuro tibi, uel promitto, quod habebo te pro legitima uxore.*
7 *Clam qui matrimonium contraxerunt, ſi poſtea palam in facie eccleſiæ confitentur ſe contraxiſſe. an eorum confeſsioni ſit ſtandum.*
8 *Ratio quæ ſit, quare ſit uir & uxor confiteatur ſe adulterium commiſiſſe ſtatur ipſius confeſsioni. non autem ſtatur ſi confiteatur conſanguinitatem uel affinitatem.*
9 *Manifeſtum coniugium præiudicat clandeſtino.*
10 *Pœna clam contrahentium matrimonia.*

### ¶ DE CLANDESTINA DEſponſatione. Rubrica.

DIctum eſt ſupra deſponſalibus. ſed
quia ſponſalia plerunque palam
plerunque occulte contrahuntur.
Ideo ſubijcitur hic rub. de clandeſti. deſp.
¶ Videamus igitur quot modis dicatur
clandeſtinum matrimonium. Item mani
feſtum matrimonium præiudicet clande-
ſtino. & quæ ſit pœna clam contrahentiū.
1 †Clandeſtinam matrimonia dicuntur duo
bus modis. Vno modo cum occultè & ſi-
ne præſentia teſtium contrahuntur, ita
ut exinde legitima probatio non appa-
reat. ut infra eod. c. 2. Alio modo dicun-
tur clandeſtina cum ſine ſolennitatibus
contrahūtur ut. 30. quæſt. 5. aliter. & infra
eod. cum inhibitio. In utroque tamen ca
ſu matrimonium tenet aliud legitimum
non ſubſit impedimentum. ut infra eod.
c. 1. & 2. & 30. quæſtio. 5. noſtrates, in ſi.
2 † alias autem clam facere uidetur qui ce-
lauit aduerſario neque ei denunciauit. ſi
modo timuit eius controuerſiam. aut de
buit timere. Item Ariſto putat eum quo-
que clam facere qui celandi animum ha-
bet eum quem ſi prohibiturum intellexe-
rit. & id æſtimat aut exiſtimare debet ſe
prohibiturum. Seruius putat clam facere
eum qui exiſtimare debet ſibi controuer-
ſiam futuram non opinione eius & reſi-
pinam æſtimationem exequi oportet. ne
melioris conditionis ſint ſtulti quam par-
tiri. ff. quod ui aut clam. l. 3. §. ulti. & l. ſer-
3 uia. ¶ † Ideo autem clandeſtina coniugia
prohibentur, quia ſi clam cōtrahentes di
ſcordes fuerint & cohabitare nolint eccle
ſia eos compellere nequit ut infra eodem
titul. c. 2. eccleſia quæ quando fallit & fal
lit. ut infra de ſen. ex. à nobis. quia diuina
re non poteſt. ut ſupra ut ec. bene. ſine di-
ſtin. confe. ut noſtrum. & ff. ad le. Aqui. l.
ſi putator. ſicut audit. & ſic & iudicat ſecū
dum probata ut de con. diſtin. 5. c. ulti. 15.
q. 5. præsbyter. 2. q. 1. deus oīpotens. 3. q.
7. iudicet. 11. q 3. eorum & c. quamuis &
c. graue & c. ſummopere. Et propterea &
ſi clandeſtinum matrimonium ſit uerū ut.
30. q. 5. §. his ita, quia tamen non ius defi
cit ſed probatio. ut. ff. de teſt. tu. l. duo ſunt
Ticij. pro matrimonio iudicare non po-
teſt diſſentientibus coniugatis ut. dictum
eſt imò præſumit eccleſia contuberinum
& ſeparat ſic coniunctos ut. 30. q. 5. cap. 1.
Sed nunquid requiruntur omnia illa ſo-
lennia de quibus loquuntur illi canones.
30. q. 5. & c. noſtrates. Reſpondeo non. ſi
enim omittantur modica uel leuia non
nocet. ff. de uen. inſpi. l. 1. in fi. ¶ Sed quid
4 † ſi dos non interueniat. nihilominus ma
trimonium tenet ut. 30. quæſtio 5. in au-
ten. ſi quis diuinis, & in autem. quibus mo
dis natura effi. legi. §. quoniam. Sed con-
tra. 3. quęſt. 4. conſanguineorum. Ad quod
reſpondeo. ille canon loquitur ſicut & il-
le. 30. quæſt. 1. c. 1. ſ. in matrimonio occul-
to quod probari non poteſt. unde cum
de dote nihil appareat nec de nuptiali
benedictione nec de alijs ſolennita-
tibus in obſcuro pro non matrimonio
habetur. & propterea alius canon di-
cit nullum ſine dote fiat coniugium

ut 30.

ut 30.q.5. nullum. Vere tamen matrimonium tenet, quia matrimonium ſine dote. dos autem ſine matrimonio non conſiſtit. ut.C. de dona.ante nup.l.cum multe. Lex autem in perſonas impares requirit dotalia. hoc eſt nuptialia inſtrumentalia ut.C. de nupt.l.imperialis.§.præſenti.&.§.imo. Sed illud intelligo ſimiliter cum matrimonio dubitatur. hæc enim circunſtantia ſeu ſolẽnitas requiritur inter perſonas in pares.circa pares autem requiritur an maritalis affectio præceſſerit comparatis perſonis uitæque coniunctione conſiderata. ut. ff. de dona. l. donationes. Item attenditur fama loci. ut ſupra de præſump. illud.

5 ¶†Illud non omitto quòd ſine nuptijs inſtrumenta nuptialia ad probationem matrimonij non ſint idonea. ut. C. de nupt. l. neq; ſine nuptijs. ſicut nec probatur per inſtrumenta poſſeſſio. ut ſupra de fide inſtru. inter dilectos. nec uiolentia ut ſupra de reſti. ſpo. cum ad ſedem. Sed quo ad eſſentia matrimonij & quo ad ueritatem. ſufficiat ſolus conſenſus eorum de quorũ coniunctione agatur. qui ſolus ſi defuerit cætera etiam cnm ipſo coitu celebrata fru

6 ſtrantur.ut 27.q. 2. ſufficiat. ¶Sed † quæritur pone quòd aliquis ita dicit mulieri, iuro tibi uel promitto qđ habebo te pro legitima uxore mea.nũquid eſt matrimonium. Videtur quod non. quia hoc uerbũ habebo futuri temporis eſt. & ideo tractatum habet & ſic contractus de futuro habendus eſt non de præſenti. & ſi uerbum iuro uel promitto quod ibi ponitur ſit tẽporis præſentis. ut infra de condi. appo. ſuper eo. Sed contrarium uerum eſt.nam matrimonium uerum cenſetur. ut 30.q.5. ſi diuinis, quia licet uerbum illud habebo futurum deſignet. præſens tamen non excludit. Vnde in uerbis illis ſubaudiendum uel ſub intelligendum eſt ab hodie in antea uel ab hac die. ſiue ab hoc tempore & taliter contractum matrimonium legitimum eſt ut ſupra de deſpon. ex parte.

7 ¶†Sed pone quod illi qui clã contraxerũt nunc palam in facie eccleſiæ confiteatur ſe matrimonium contraxiſſe. nunquid eorum confeſſioni ſtabitur. Reſpõdeo Gratianus aperte dicit quòd ſic ut 30. q.5.his ita.& ſic poteſt intelligi finis illius decre. 30.q.5. aliter.ubi dicitur niſi uoluntas propria ſuffragauerit.& uota propria ſuccurrerint. quod de plano eſt admittendũ ſi per confeſſionem illã alteri matrimonio præiudicium non fiat. tunc enim non ſtaretur confeſſioni in præiudicium alienum. ut infra de eo qui cog. con.ux. ſuæ.ca.ſuper eo. ſed infra de rap. cum cauſa ubi ſtatur confeſſionem alteris in præiudicium monaſterij & matrimonij ſpiritualis. ſed ibi ex ponitur uel pro. & ſecundum hoc idem eſt in matrimonio carnali & ſpirituali. ad hoc ſupra de re.& tranſ. ad re.uidua. & 27. di.quod interrogaſti.cur enim inferior erit lex diuina.ut 12.q. 2. cum deuotiſſima. Vel dic aliud eſſe in matrimonio carnali & aliud in ſpirituali. Nam in carnali ſiue alter coniugum ſiue uterque cõfiteatur in præiudiciũ matrimonij non ſtatur eorum confeſſioni.timendum enim eſt ne colludant ut infra de eo qui cognouit conſanguin. uxor. ſuæ.c. ſuper eo. Sed ubi alter coniugum, uel uterque confertur in præiudicium ſpiritualis matrimonij pro carnali admittitur confeſſio. ut in illa cum cauſa. Cum uero agitur ad diſſoluendum matrimonium ratione conſanguinitatis uel affinitatis, non ſtatur confeſſioni coniugum, niſi & fama concurrat ut 35. q. 6. ſi duo. 33. quæ. 1. requiſiſti. Sed ſi agatur ad ſeparationem mutuæ ſeruitutis adulterij ratione. tunc ſtatur confeſſioni alterius contra ſe confitenti ut infra de diuor. ex litteris. Nec ob. in hoc caſu turpitudo propria confitentis propter periculum animæ ut ſupra de ſponſa.præ

8 terea ſupra de ſen.& re iudi.lator. ¶†Sed quæritur quæ ſit ratio quare ſi uir uel uxor confiteatur ſe adulterium commiſiſſe ſtatur ipſius confeſſioni non autem ſtatur ſi confiteatur conſanguinitatem uel affinitatem ut probantur hæc 31.q.2. Lotharius infra de adul.intelleximus.35.q.6.ſi duo. Reſpondeo cum agitur de conſanguinitate uel affinitate ſeu alio legitimo impedimento. ſi ſeparatio fiat licet ſeparatis cum alijs contrahere. ut in. cap. ſi duo

in fi.& 30. quæ. 6. ab iſto. Et ideo timendum eſt ne ob hanc cauſam colludant. ut infra de eo qui cog. conſan. uxo. ſuæ ſuper eo. infra de diuor. ex literis. cum uero ratione adulterij fit diuortium neuter altero uiuente contrahere poteſt.ut 32.q. 1. dixit. ideo minus hic timetur. & propterea magis creditur. Item quæritur, pone quòd petam diuortium ab uxore dicẽs me aliam uxorem habere cum qua prius legitime contraxi non probo, nunquid uxore cõtra quã egi mortua poſſum cum tertia contrahere. Vel pone quod uendicẽ aliquam in uxorem non probo. uel iuro aliquam mihi fore legitimam. nihilominus abſoluitur illa à mea petitione nunquid ea uiuente poſſum cum alia contrahere. Reſpondeo. In his omnibus hoc proprie meæ conſcientie relinquendum ut ſupra de iureiu. mulieri.
9 ¶† Per hæc autem quæ ſuperius dicta ſunt ſatis apparet qđ manifeſtum coniugium prẹiudicium clandeſtino. cum de clandeſtino probari non poſſit. & oporteat eccleſiam ſecundum allegata nunciare ut ſuperius dictum eſt. §. ideo. Et hæc etiam eſt cauſa quare prohibentur clãdeſtina matrimonia.ut 30. q.5. §.his ita. ſic prohibentur electiones clandeſtinæ ut ſupra de electio. quia propter diuerſas.§. ulti.
10 ¶† Pœna illorum qui clã matrimonia contrahunt hæc eſt quia ſi cõtraxerint matrimonium quod iure ſtare non poteſt.quia noluerunt ſeruare formã ſtatutam. infra eodem cum inihibitio. uidentur ignorantiam affectaſſe. & ideo eos ignorantia non excuſat. ſed filij qui naſcuntur illegitimi cenſebuntur de ignorãtia parentum nullum ſubſidium habituri ut in decretali. cum inhibitio. Nec ob.infra qui fil. ſint legi. cum inter Ioannem ueterem. vb.filios excuſat ignorantia paterna & legittimos facit. nam illa loquitur cum non clam. ſed publicè eſt matrimonium contractum.unde errauerunt quidam dicentes derogatum eſſe hodie illi dec. cum inter. per hanc cum inhibitio. ſed non eſt uerum. hæc enim loquitur in clandeſtino matrimonio. illa in publico.

## *Summarium*

1 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſponſalia de futuro prius contrata, etiam ſi ſint iuramento ualata.*

2 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium etiam carnali copula conſumatum.*

3 *Secunda ſponſalia contracta uiuente prima uxore per uerba de præſenti non tenent.*

4 *Sponſalia cum duabus per uerba de futuro cõtrata an teneant.*

5 *Sponſalia ſi quis contrahat ſimul cum duabus dicens iure uel promicto quòd contraham cum utraque nihil agitur.*

6 *Quid ſi una illarum apta ſit ad matrimoniũ & alia illegitima & inepta.*

7 *Sponſalia de futuro ſequentia non tollunt præcedentia eiuſdem naturæ.*

## DE SPONSA DVOrum. Rubri.

TRactatum eſt ſupra de duabus ſpeciebus ſponſalium ſcilicet de manifeſta & clãdeſtina. Nunc autem tractatur hic de duabus ſpeciebus ſponſalium ſcilicet manifeſtè & ſucceſsiue contractis, ut cum duo diuerſis temporibus contrahunt ſponſalia cum eadem. unius de futuro & alius de præſenti. Et ideo ſubijcitur hic rub. de ſpon. duorum.¶Et idẽ intelligo in ſponſo duarum qui cum una contraxit de futuro & alia de præſenti. Vnde ſicut intitulatur rubrica de ſpõ. duorum ita poſſet intitulari de ſponſa duarũ.
1 ¶† Circa quam materiam breuiter eſt dicendum ſi cum eadem ſponſa contrahãt duo ſucceſsiue unus de futuro alius de præſenti ſiue cum eodem ſponſo duæ contrahant mulieres.tenent ſponſalia de præſenti. & ſi ſponſalia de futuro uallata fuerint iuramento. ſed agetur pænitentia de fide mentita ut infra eo.ca.1.ſupra de ſpõ.
2 ſicut. & cap. de illis † Si autem ſponſam Ticij de præſẽti Scius ducat ſimiliter per uerba de præſenti priora ſponſalia tenent

 ut in-

ut infra eod.tit.c.2.etiam ſi poſteriora fue
rint carnali copula conſummata. ut infra
eo.c.licet. non obſtante contraria conſue
tudine alicuius loci. ut infra eod. titu.c.ul
ti. Non obſtante. quod obtinet in pigno-
re conuentionali in quo is potior eſt qui
prius hypothecam accepit & ſi poſterius
de pignore conuenit. ut.ff. qui po. in pig.
habe.l.potior.§.1. Non ob. quod obtinet
in re uendita uel donata ſucceſſiue duo-
bus in qua potior eſt is cui prius fuerit aſ-
ſignata ut.C. de rei uen.l. quoties.ff. de
publicia.l. ſine autem.§.ſi duobus.ff. de rei
uen.l. ſi à Ticio.ff. de except. rei uen. &
3 tradi.l.2.† Item ſi quis contrahat cum
una per uerba de præſenti & de demum
cum alia ſimiliter prima uiuente priora
ſponſalia ualent non ſecunda. ut infra eo-
4 dem.c. tua fraternitas. ¶ † Sed quæritur
quis ſi quis contrahat ſponſalia de futu-
ro cum duobus ſic dicens iuro uel promit
to quod contraham cum altera ex uobis.
Reſpondeo hæc quæſtio ſimilis eſt illi
cum quis contrahit cum una de filiabus
Ticij quam no. ſupra de deſponſ. impu.
5 §.ſed quæritur.¶†Item quid ſi quis ſpon-
ſalia ſimul contrahat cum duabus ſic di-
cens. iuro uel promitto quod contraham
cum utraque. Reſpondeo. nihil agitur.
quia ſi ſic cõtrahet aliquis matrimonium
nihil ageret. hoc enim eſſet contra ſub-
ſtantiam matrimonij. ut infra de diuor.
gaudemus. §.quia uero. & ideo nihil agi-
tur. ut.32. quæſt.2. ſolet quæri. &.c. ali-
quando infra de condi. appo.ca.ulti.ubi-
cunque autem prohibetur matrimonium
& ſponſalia. ut.ff. de ſponſa.l. oratio.
6 ¶ Sed † quid ſi una illarum apta ſit & le-
gitima ad matrimonium alia illegitima
& inepta. Videtur quod ualet id quod
actum eſt cum apta nec uiciat quod adie-
ctum eſt de inepta. ut.ff.de reg. iur.l.non
ſolent.ff. de dona.l. ſancimus. de con.
diſtin.4. ſi non ſanctificatur. Puto ta-
men contrarium. quia qui ſic contrahit
ſicut ſuperius eſt expreſſum non inten-
dit contrahere cum una ſed cum utra-
que. quod non poteſt. & ideo nihil egit.
nec id quod uult quia non poteſt. nec
id quod poteſt. quia non uult. ut ſupra de
offi.del. cũ ſuper abbatia. C. ſi quis alteri
uel ſibi.l. multũ intereſt.ff.de ar.l. pedius
7 ¶ † In ſumma notandum eſt. quod ſponſa
lia de futuro ſequentia non tollunt præ-
cedentia eiuſdem naturæ ſed ſponſalia de
præſenti ſequentia tollunt. ſponſalia de
futuro præcedentia tanquam minus uin-
culum.ut infra e.c.1.qui cle.uel uo. rurſus.

## *Summarium*

1 *Conditio tribus modis dicitur.*
2 *Conditionum plures ſpecies.*
3 *Conditio quæ dicatur impoſsibilis, & an uitiet contractum.*
4 *Conditio in alijs contractibus à matrimonio, quandoque apponi poteſt contractum conſtituens, quandoque perimens.*
5 *Res donata eccleſiæ ſub conditione ſi non alienetur, an eccleſia alienante reuocetur donatio.*
6 *Res donata eccleſiæ ex quibus cauſis alienari ualeat, & donatio reuocari non poſsit.*
7 *Conditio appoſita in donatione facta eccleſiæ, ne res donata alienetur in caſibus à iure permiſsis. non tenet.*

## ¶DE CONDITIONIBVS APpoſitis in deſponſatione uel alijs contractibus. Rubrica.

TRactauimus ſupra de deſponſatio
ne, quæ ſit purè. Nunc dicendum
eſt de ea quæ ſit ſub conditione.
¶Videamus igitur quot modis conditio
recipiatur. quot ſint conditionum ſpecies.
quæ conditiones ſuſpendant matrimo-
nium. uel ſponſalia, quæ uitient, & quæ
1 habeantur pro non adiectis.¶ † Conditio
dicitur tribus modis.ſ. ſtatus perſonæ. ut
cum dicitur quis ſeruilis conditionis uel li
beræ. ut ſupra de ſer. non or.c.ulti.32.q.
4 liberi. Et eodem reſpectu dicitur condi-
tio in rebus. quædam enim res dicuntur
ſeruilis conditionis & quædam liberæ. ut
ff.de ſeruitu. &.C. eodem titulo. Tertio
modo dicitur condictio promiſſionis ſu-
ſpenſio per conditionis euentum, nam
donationes & promiſſiones recipiunt mo
dum, con

dum, conditionem, cauſam, demonſtrationem. Modum ut do tibi 10. ut facias mihi hoc. Conditionem dabo tibi 10. ſi feceris hoc. Cauſam. ut promitto tibi decem quia mihi hoc feciſti. Demonſtrationem ut promitto tibi ſeruum quē emi à Titio. uel cum demonſtro ſeruum per adiectiua ſic dicens. ſeruum meum Stichum cocum do lego. Vnde uerſus. Scito quòd ut modus eſt ſi conditio. quia cauſa. Demonſtratio quem ſed & adiectiua ſubacta, ideſt ſubſtantiuis adiuncta. argu. ff. de conditio. & demonſtratio. l. demonſtratio. In hoc autem titulo conditio ſumitur pro tertia ſignificatione ſcilicet promiſſionis ſuſpenſio per conditionalem coniunctionem. ¶ † Species conditionum plures

2 ſunt. Nam alia poſſibilis. alia impoſſibilis. alia poteſtatiua. alia cauſalis. alia honeſta. alia inhoneſta. alia uoluntaria. alia neceſſaria. Nos ergo de his omnibus illas quæ ad præſentem materiam pertinent proſequamur. Eſt itaque in ſponſalibus uel matrimonio conditio honeſta & inhoneſta honeſtarum alia uoluntaria. alia neceſſaria. Inhoneſtarum alia repugnat naturæ ſponſalium ſeu matrimonij. alia non. Honeſta & uoluntaria eſt quæ poteſt apponi & non apponi. puta contraham tecum ſi dederis mihi centum. hæc ſi apponatur ſuſpendit ſponſalia quandiu non fuerit adimplata niſi interueniat. conſenſus de præſenti uel copula carnalis ut infra eodem titulo de illis. Honeſta neceſſaria eſt quæ ſi non apponatur nihil agitur. ut cum chriſtianus dicit iudeæ contraham tecum ſi facta fueris chriſtiana ut 28. quæſt. 1. non oportet. Inhoneſta quæ repugnat naturæ matrimonij eſt illa. contraham tecum ad tempus uel ſi procuraueris uenena ſterilitatis. hæc ſi apponitur contractum uitiat. ut nec ſponſalia teneant nec matrimoniū. ut 32. q. 2. ſolet quæri. Et idem eſt ſi ſic dicatur. contraham tecum ſi pro quæſtu adulterandam te tradas. ut infra eodem. c. ult. Inhoneſta quæ non repugnat naturæ matrimonij eſt illa. contraham tecum ſi furtum feceris, ſi hominem occideris. hæc ſi apponatur pro non adiecta habetur & nihilominus ſponſalia uel matrimonium tenet. ut infra eodem

3 titulo c. 1. & ultimo. ¶ † Sed opponitur nonne quælibet inhoneſta conditio eſt impoſſibilis. Sic ut. ff. de condi. & inſti. l. filius. argum. 22. q. 2. faciat ſed impoſſibilis conditio uiciat contractum. ff. de uerbo. oblig. l. impoſſibilis. ff. de regu. iu. l. impoſſibilium. &. ff. de actio. & obliga. l. non ſolum. inſti. de hære. inſti. §. impoſſibilis. & ſupra de pac. c. ult. Et ſic uidetur ꝙ matrimonium cõtractum ſub conditione illa, ſi furtum uel homicidium feceris, quaſi ſub impoſſibili cõditione contractū non ualeat. Reſpõdeo matrimonium ſub quacunq; conditione contractū quantumcunq; turpi dummodo non ſit contra ſubſtantiā matrimonij. ut ſuperius dictum eſt ualet & tenet. ut infra eo. c. ul. Et reſpondeo ad obiecta. ſpeciale eſt in matrimonio. ut contractum ſub impoſſibili conditione teneat ut eſt in inſtitutionibus, legatis, & fideicommiſſis, in quibus turpis conditio pro non adiecta habetur ſi apponatur ei cui aliquid relinquitur. cæterum ſi ei à quo relinquitur, uel cui iubet de dando uel reſtituendo ualet legatum. ut inſti. de lega. §. ulti. & ſic. notauit dominus Azo in ſumma de conditio. & inſti. §. & quod dixi. Vt igitur ex præmiſſis apparet contrahitur matrimonium ſub conditione & maxime honeſta. ut infra. e. ti. de illis. & cum ſic dicitur. contraho tecum ſi talis uoluerit. ut infra eo. ti. ſuper eo. ſicut & alius contractus. ut. ff. de cõtrah. em. & uen. l. hæc uenditio. Nec obſt. ff. de reg. iu. l. actus. actus. n. non ſunt cõtractus. Quidē tamē dixerunt ꝙ tunc cõditio in matrimonio transferri poteſt in arbitriū alienum cum trāsfertur in arbitrium illorū in quorū poteſtate ſunt cõtrahentes. & ſic loquitur infra eo. ſuper. e. & hoc per. l. ff. de rit. nup. l. nuptiæ. Sed certe idē puto & in alijs perſonis. ut infra. e. t. per tuas. Reſtat uidere de ſecūda parte rubricæ. ſ. uel alijs con

4 tractibus. † Et eſt ſciendū quod in aliis cõ

tractibus apponi poteſt conditio quandoque contractum conſtituens. quandoque perimens. Vnde conditio quædam eſt cõſtituens. uerbigratia do tibi hoc ſi tu feceris uel dederis. hoc te enim dante uel faciente conſtituitur donatio ut. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. ultimo. Et eſt conditio adimens ſic. dono tibi fundũ uel lego ſi nõ manumiſſeris ſeruum talem. ſtatim ualet donatio uel legatum. ſed ſi manumiſſeris utrunque adimitur. ff. de conditio. & demonſtra. l. cum ſub hac conditio
5 ne. ¶ Sed † nunquid ſi res uel poſſeſſio eccleſiæ donetur ſub hac conditione. ſi non alienetur. eccleſia alienante adimetur donatio uel reuocabitur. Videtur quod ſic ut
6 infra eo. uerum. ¶ Sed † quid ſi res illa alienetur in caſu permiſſo à iure. puta ob redemptionem captiuorum, eccleſiæ reparationem cœmiterij ampliationem. Videtur quòd in his caſibus non reuocetur donatio. hi enim caſu ſunt excepti, ut quamuis alienatio generaliter ſit prohibita, in illis caſibus eſt permiſſa. ut 12. q. 2. aurum. & ideo licita uidetur alienatio. ut. C. de re. ec. alie. uel non alie. l. ulti. in fi. Præterea hæc conditione liceat mihi rem meã alienare reprobatur a iure. ut. ff. de pac. l. pen. Sed expreſſe contradicit auten. quod in hoc caſu loquitur. in auten. de aliena. & emp. §. ſanctiſſimas. col. 9. C. de pac. inter emp. & uen. cum te fundum. &. l. ul. C. de con. ob cauſam dat. l. ea lege. & l. dictam. Ad hoc quidam domini legum dixerunt quòd in re priuati non poteſt apponi tale pactum ne alienetur propter legẽ illam. ff. de pac. l. pen. Sed in rebus donatis eccleſie ſic & ſeruandum eſt. ut dicit auten. illud ſanctiſsimas. Et hæc eſt cauſa quare ualet pactum quia tunc ius eccleſiæ reddit ad ſuum ſtatutum & ſuam naturam ar. ff. de pac. l. ſi unus ex argentarijs. §. ſed ſi. Verius puto ut diſtinguatur. an eccleſia cui poſſeſſio ſub conditione donata eſt ne alienetur habeat, alias poſſeſſiones uel non, ut ſi alias habeat. pactum ualeat & inhibeat alienationem, rei illius. & ſic intelligi poteſt auten. illud ſanctiſsimas. ſi aũt non habeat alias tunc alienari poteſt res illa uel poſſeſsio non obſtante pacto uel conditione. Nam caſus ſuperioris in quibus alienandæ ſunt poſſeſsiones eccleſiæ ſicut à iure inueniuntur excepti, ſic & a pa-
7 ctis & conditionibus ſpecialibus. † Sed ſi in donatione hoc dicatur expreſſe ne liceat alienare etiam in caſibus illis. Puto donationem tenere & conditionem tanquam turpem & pro non adiectam haberi. ut infra eo. c. ult.

## *Summarium*

1 *Clerici qui poßint contrahere matrimonium & qui non.*
2 *Clericus in maioribus ordinibus conſtitutus, et poſtea depoſitus an poßit contrahere.*
3 *Clericus depoſitus exuitur priuilegio clericali*
4 *Clericũ depoſitũ clericaliter uiuere oportet.*
5 *Ordinatus per ſimoniam an poßit contrahere.*
6 *Vouentes an impediantur contrahere matrimonium.*
7 *Votum ſolẽne dirimit matrimonium iam cõtractum.*
8 *Votum ſeruandum eſt.*
*Voti violatio an inducat peccatum mortale.*
9 *Iurans aliquam ducere in uxorem, ſi poſtea uoueat ſimpliciter ſe perpetuam continẽtiam ſeruaturum, quo aſtringetur, iuramento an uoto.*
10 *Vouens ſimpliciter continentiam, qui poſtea iurauit de contrahendo, ad quid teneatur.*

### ¶ QVI CLERICI VEL VOuentes matrimonium contrahere poſſunt. Rubr.

DIximus ſupra de ſponſa. & matrimonio nunc tractemus de impedimentis illorum. Impediuntur enim per ſacrum ordinem & per uotum. & ideo ſubijcitur hic rubr. qui cle. uel uo.
1 matrimo. contrahere poſſunt. ¶ † Videndũ eſt igitur qui clerici poſſunt contrahere matrimonium & qui prohibeantur. Eſt autem ſciendum quòd clerici in minoribus ordinibus conſtituti contrahere poſſunt ſecũdum licentiam ab apoſtolo datam.

tam. ut 28. diſtin. de his & 32. diſt. ſeria-
tim. In ſacris autem ordinibus conſtituti
prohibentur ut 32. di. erubeſcãt &.c. ne-
mo. & ca. ſi quis eorum 31. di. ante trien-
niũ. & ſupra de æta. & quali. præfi. à mul
2 tis & infra eo. ti. ex literarum. ¶Sed† nũ-
quid clericus in maioribus ordinibus con
ſtitutus & tandem depoſitus poteſt cõtra
here. Et uidetur quòd ſic nomen enim de-
poſiti deletum eſt de matricula clericorũ
3 ut 2. q. 1. nomen † clericus depoſitus exui
tur priuilegio clericali. ut 4. diſtin. ex an
tiquis 17. q. 4. ſi quis deinceps. Puto ta-
men contrarium. quia depoſitus nihilomi
nus characterem retinet quia animæ infi-
4 gitur † & ideo per depoſitionem non tol
litur cuius ratione clericum depoſitũ cleri
caliter uiuere oportet. ut 81. diſt. dictum,
characteri autem annexum eſt uotum con
tinentiæ ut 80. 4. diſt. cum in præterito.
5 ¶† Itẽ quid ſi quis per ſimoniam fuerit or-
dinatus. cum characterem habeat uitiatũ
ut 1. q. 1. quibuſdam narrantibus. Reſpon
deo nihilominus contrahere prohibetur.
nõ enim delictum hanc ei immunitatem
inducit. ut. ff. de mino. l. Papinianus. &
6 ut not. ſupra ne cle. uel mo. §. 3. ¶† Nunc
uidendum eſt de ſecunda parte rubr. ſcili-
cet uel uouentes. Et eſt ſciendũ quòd om
nes uouentes continentiam ſiue ſimplici-
ter ſiue ſolẽniter uoueant contrahere pro
hibẽtur, quod enim uouetur domino red-
dendum eſt. Vnde uouere conſilij eſt. red-
dere imperij. ut ſupra de uo. & uo. re. ma-
gne. Et ſi ſimpliciter uouens contraxerit
tenet matrimonium. ſed pœnitentiam a-
7 get de fractione uoti. ut. 22. diſt. 1. & 2 †Si
autem ſolenniter uouens contraxerit non
tenet matrimonium ut 27. di. c. 3. &. 4. &
infra eo. tĩ. rurſus & 27. di. §. hinc diſtin-
guendum. Et ſicut nos diſtinguimus inter
uotum ſimplex & ſolenne. ſic Hug. diſtin
guit inter uotũ de futuro & de præſenti.
Sed eius diſtinctio nullo iure iuuatur. & ſi
habeat ſimilitudinem contractus ſponſa-
lium de futuro & de præſenti. unde diſtin
8 ctioné illius in uoto nõ ſeruamus. ¶† Sed
opponitur. utrunque uotum ſimplex & ſo
lenne ſeruandum eſt utriuſque uiolatio
inducit mortale peccatum utrunque pro-
hibet contrarium actum quid. ergo fines
fecerit eſſe diuerſos. ut primum impediat
matrimonium contrahendum. ſecundum
dirimat iam contractum infra eodem ti-
tul. rurſus. et 26. quæ. 1. per totum. Reſpõ
deo eccleſia conſiderat circunſtantias ut.
40. diſtin. homo chriſtianus. & de pœni-
ten. diſtin. 5. c. 1. & uerborum ſolemnita-
tes attendit. ut in uoto & in iuramento.
ut. 22. quæſtione. 5. iuramenti. & diuerſum
ſtatuit in utroq; diuerſã ẽt pœnã ſtatuit in
fractione unius & in fractione alterius. ut
27. diſt. ſi uir. &. 27. q. 1. uirginibus. &. c.
deuotam, Et ex hoc probatur grauius de
linqui in fractione ſolẽnis quam ſimplicis
uoti. quis enim dubitet ſceleratius eſſe cõ
miſſum quod grauius uindicatur. ut. 24. q.
1. non afferamus. Et hæc omnia quæ no-
taui in uoto ſimplici & ſolemni locum ha
bent in iuramento & ſimplici loquela.
9 ¶†Sed quid ſi inter ſe confligant iuramen
tum & uotum ſimplex. quod illorum præ-
ualebit. Verbigratia. Iuraui me ducturam
Ticiam in uxorem poſtea uoui ſimplici-
ter me perpetuam continentiam ſeruatu-
rum. Reſpondeo præualet iuramentum,
quia præcedit, ſicut in duobus iuramentis
contrarijs contingit quorum primum eſt
obligatorium. ſecundum uero temerariũ
reputatur. ut ſupra de iureiuran. ueniens.
Quod intelligo cum utrunque iuramen-
tum eſt licitum. alias ſi primum eſt illici-
tum præualet ſecundum, ut ſupra de iure-
iu. ea te. &. c. tua. Et ad hanc reſponſionem
accedit. ut infra eo. ti. ueniens. ubi uotum
non fuit uſquequaque obligatorium. quia
emiſſum poſt fidem datam de contrahen-
do. & ideo primo uiro matrimonium con-
trahente datur mulieri licentia contrahen
di poſt uotum quamuis & alio modo intel
ligatur decre. illa. ſ. ut detur licentia con-
trahendi poſt uotum ex permiſſione com
10 paratiua. ¶ Item † quid dicemus in caſu
conuerſo uoui ſimpliciter continentiam.
poſtea iuraui de contrahendo. Reſpondeo
uotum ſeruabitur pœnitentia impoſita de
temerario iuramento. ut infra eodem tit.
rurſus. ¶ Quibus autem modis profiteatur
quis.

quis uel profiteri intelligatur no. ſupra de reg. §. ſed quæritur. Vbi autem quis prius iurat de matrimonio contrahendo & poſtmodum ad religionem ſuſpirat locum habet conſilium decre. ſupra de ſpon. commiſſum.

## *Summarium*

1 *Matrimonium an teneat cum ea, quam quis cognouit uiuente legitima uxore. & è cōuerſo, et quando nu. 2.*

3 *Matrimonia contrahi quæ crimina impediūt.*

¶DE EO QVI DVXIT IN matrimonium quam polluit per adulterium. Rubr.

DIctum eſt ſupra in proxi. ti. de duobus impedimētis matrimonij ſcilicet de ordine & de uoto. Nunc autem tractatur de tertio ſcilicet enormitate delicti. Et proſequitur iſte tractatus hoc impedimentum de una ſpecie ſcilicet in illo qui mortua uxore ſua contrahit cū illa, quam illa adhuc uiuente cognouit. uel econuerſo in illo qui uxorem alterius cognoſcens, eo mortuo contrahit cum eadem. & ideo ponitur hic rubrica de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. Eſt igitur

1 † ſciendum quòd quamuis generaliter & indiſtinctè canon prohibeat contrahi matrimonium. cum illa quam quis per adulterium polluit uxore ſua uiuente. ut 31. q. 1. nullus. uel cum qua quis per adulteriū commiſit uiuente marito illius. ut 31. q. 1. illud. hoc tamen ad duos caſus reſtringitur ſcilicet cum adultera machinatur in mortem legitimæ ſeu adulter in mortem legitimi. uel cum uiuente legitima uel legitimo fides datur inter adulteros de contrahendo poſt mortem legitimæ uel legitimi ut infra eod. c. 1. 2. & 3. 31. q. 1. relatum. Et quòd dico ſi adultera machinetur in mortem legitimæ. idem eſt & ſi adulter. ut infra eo. ti. ſignificaſti. ¶Eſt & tertius caſus in quo prohibitio locum habet ſcilicet cum adulter contrahit de facto cū adultera legitima uxore uiuēte. quia plus eſt de facto contrahere quam fidem dare de contrahendo ut infra eodem titu. cum haberet. & ca. ex literarum. Ceterum ſi coniugatus aliquam polluat per adulterium & unum ex tribus non interueniat. ſcilicet quia neuter in mortem legitimæ machinetur. nec fides interuenit de contrahendo, nec de facto contrahitur. poteſt adulter poſt mortem legitimæ contrahere matrimonium cum adultera. ut infra eod. ti. ueniens. Sed & ſi quis coniugatus de facto matrimonium contrahat cum aliqua huius rei inſcia. mortua legitima poteſt conſiſtere matrimonium inter eos. et hoc in fauorem inſcie. & in odium adulteri. ut ſupra de ſpon. cum in apoſtolica imo ſi ignorans uoluerit adulter ad hoc cogetur. ut infra eo. ti. ca. 1. Et eſt ratio. quia inſcia adulterium non commiſit ut in prædicta decre. cum in apoſtolica 34. q. 2. in lectum. ff. ad le. Iul. de adul. l. ul. Sed nunquid mortua legitima confirmatur eo ipſo matrimonium inter adulterum. & inſciam. Reſpondeo non. nam primus conſenſus uiri fuit illegitimus tanquam adulterimus. conſenſus autem mulieris ignorantis impedimentum fuit erroneus. Error autem ille error fuit conditionis. nam quaſi ſeruus eſt qui eſt alligatus legi & ſeruituti uxoris. ut 32. quæſtio. 5. apud uos unde uir non habet poteſtatem ſui corporis ſed uxor ut. 27. quæ. 2. ſunt qui dicūt. unde idem ſeruādum eſt in hoc caſu quo ad hoc ut nō teneat matrimonium quod obſeruatur cum libera inſcia contrahit cū ſeruo. unde nouum requiro conſenſum. ut infra eodem titu. ueniens infra de coniugio. ſeruo propoſuit. &. ff. de iure. do. l. Proculus. & ualebit matrimonium non ut a tempore contractus. ſed ut a tempore noui conſenſus. Eſt igitur in poteſtate mulieris errantis ſeparari a uiro putatiuo uel implorare ipſum compelli ſi ſponte noluerit. ¶Sed quid ſi adulter nouum conſenſum, præueniens cum alia contrahat. Puto matrimonium tenere.

2 ¶ † Et nota quòd hodie non ſufficit fidei datio uel contractus de facto niſi

ᶜto niſi adulterium interueniat. ut infra eod.c.ult.& idem puto in machinatione.quamuis de ea nihil exprimat decre. eadem exprimitur tamen infra eodem.c.1.&.c.ſuper hoc &.c. ueniens. quod enim non mutatur quis ſtare prohibebit. ut.C. de teſtamen.l. ſancimus. Credendum eſt enim quod dominus papa conſiderauit quod omnia iura de hac materia loquentia tractant de adulterijs. & ideo uoluit quantum ad matrimonium impediendum & prohibendum ut adulterium præcederet omnem cauſam fidei dationem.machinationem. contractum de facto uel etiam ſequeretur legitima cum ſuperſtite.ut infra eodem cap. ultimo. Et per hoc ſublata eſt hodie opi. Hug. qui dicebat unum ſufficere ex tribus prędictis ſine adulterio Et reddebat rationem ſui dicti ſic. In his caſibus agitur de re non uacante.ſ. de muliere ab alio poſſeſſa.& idem in uiro ab alia poſſeſſo,unde iura noluerunt matrimonium conſiſtere inter tales etiam ſublato impedimento per mortem legitimi uel legitimæ. ſicut alias contingit. ſimile in pacto de futura ſucceſſione. quod non ualet etiam defuncto domino de cuius hæreditate paciſcitur. ut.C.de pac.l.ultimo. Et ſimile in promiſſione præbendæ non uacantis quæ non ualet etiam quando uacat. ut ſupra de conceſ. præben. nulla. Sed ut dictum eſt obtinet quod præmiſſi.

3 ¶ † Sunt & alia crimina quæ impediunt & prohibent contrahi matrimonia. ut eſt raptus. ut.27.quæſt.2. raptor.&.c. ſtatutum. Item inceſtus ut.32. quæſtio.7.ſi quis uiduam. &.c. ſi quis cum nouerca. Item uiolatio publicæ honeſtatis iuſticiæ ut.27. quæſtio.2. ſi quis ſponſam. Item cum alter coniugum uel uterque per induſtriam & maliciam proprium filium eleuat de fonte ſacro.30. quæſtio.1.de eo. Item ſi quis ſanctimonialem cognoſcat ut.27.q.2.hi ergo Item ſi quis uxorem occidat. ut.23. quæſt.2. ammonere. niſi ſit adoleſcens & de eius incontinentia timeatur. ut.33.quæſt.2.in adoleſcentia. Item qui præsbyterum occiderit. ut infra de pœ.& re. qui præsbyterum. Item dicunt quidam quod ſolemniter pœnitentes contrahere prohibentur ut.23.q.2.de his. &.c.antiqui. Et in his delictis dicunt quidam ita prohiberi contrahi matrimonium ut & contractum non teneat. quaſi ſufficiat legiſlatorem prohibuiſſe. & ſi non adiecerit factum contrarium non ualere.ut.C.de legi.& conſti.l.non dubium. quos enim prætor prohibet omnino prohibet. ut.ff.de poſtu l. quos prohibet, & quod contra leges uel canones ſit reſcindi oportet. ut.10.diſtinctione. uides. Verius tamen puto quod teneat matrimonium & ſi contrahi prohibeatur. nam inuenio quod cum inceſtuoſus contrahat matrimonium tenet. ut infra de eo qui cog. conſangui. uxo. ſuæ, tranſmiſſe.

¶ Excipiuntur tamen tria crimina quæ præmiſi adulterium cum fidei datione. cum machinatione. uel cum contractu de facto. Quod autem de ſolemniter pœnitentibus dixi. ideo uerum eſt ſecundum quoſdam. quia uouere intelliguntur. pœnitentes enim ſub regula eccleſiæ uiuere debent. ut de pœni. diſtinctio.5. contrarium.Item intelliguntur eccleſiaſticæ perſonæ ut.11. quæſtio.1. aliud. Hug. uero dixit quod quilibet pœnitens matrimonium contrahere poteſt niſi ſit alicui iniunctum nomine pœnitentiæ ne contrahat,hoc tamen fallit in tribus caſibus ut dicebat in uxoricida. in raptu ſponſæ alterius & inceſtu. Ideo autem in his matrimonium prohibetur. quia in his matrimonium contaminatur. Sed & ab his caſibus excipiebat adoleſcentes quos dicebat de iure contrahere poſſe non obſtante aliquo ex criminibus ſupradictis.

## *Summarium*

1 *Matrimonium non diſſoluitur per ſuperuenientem lepram, uel infirmitatem, uel affinitatem*

2 *Vxor an teneatur ſequi maritum leproſum.*

¶ DE.

## ¶ DE CONIVGIO LEPRO-ſorum. Rubrica.

IN præſenti rubrica tractatur de alio
impedimento matrimonij.ſ. de impe-
dimento lepræ. morbus enim lepræ
ſponſalia de futuro diſſoluit. ut infra eo.
tit.literas ſupra de iureiur. quemadmodũ
unde impedit matrimonium contrahen-
dum. & ideo ponitur hic rub. de coniu.le
1 pro.¶†Eſt igitur ſciendum quod neque le
pra ſuperueniens neque infirmitas uel af
finitas diſſoluit matrimonium legicimè
contractum infra eod.c.1. &.2.32. quæſt.
5. horrendus. &.c. ſi uxorem. &.q.7. illi
qui.&.c. neque furioſus ut infra de eo qui
co.conſan.uxo. ſuæ diſcretioni. &.c. tuæ.
unum ſolum caſum inuenio in quo matri
monium non conſumatum diſſoluitur.ſ.
per ingreſſum religionis ut ſupra de con-
uer.coniu.uerum.&.c.ex publico.Sed nũ
quid ſanus teuetur cohabitare infirmo.Di
xit alanus quod non. quia de conſuetudi
ne approbata per canones obtinent uel
leproſi ſeparentur à ſanis. ut infra eod.c.
1.ſupra de ec. ædi.cum apoſtolus.33.q.2.
hoc ipſum. & idem ſtatuitur in ueteri te-
ſtamen. Sed erit ſanus ita uicinus infirmo.
ut poſſit ei miniſtrare & debitum reddere
coniugale. Sed certe quamuis leproſi ſe-
parandi ſint à ſanis ut ſuperius dictum eſt.
nam tamen uxores à uiris uel uiri ab uxo
ribus ſunt ſeparandi uel etiam dimitten-
di. ut infra eodem.c. quoniam, unde cum
ſanus teneantur infirmo reddere debitũ
coniugale. & cohabitare tenetur. Nec ob
ſtat decre. infra eod.c.1. quæ dicit uxores
ſollicitis exhortationibus inducendas ut
uiris leproſis coniugali affectione mini-
ſtrent. ideo illa monitoriè loquitur non
præceptiuè ut leproſi inducantur ad con-
tinendum & non fiant improbi ad exa-
ctionem debiti. alias decre. illa corrige-
2 tur per ſequentem. ¶ † Sed quid ſi quis
grediatur domum leproſorũ in qua mul
ti leproſi ſub magiſtro uiuunt. ut ſupra de
ec.ædi.cum dicat. nunquid uxor ſana te-
netur ſequi. Non credo cum in communi
dormiant & in communi ueſcantur. ſed
ſi cella aliqua daretur uel domus proxi-
ma in qua poſſent cohabitare uir & uxor
tunc uideretur contrarium eſſe dicendum
¶Quid de filijs. puto quod cum ſano de-
beant remanere. ne inficiantur. cum ſit
morbus contagioſus.

## *Summarium.*

1 *Seruus an poßit contrahere matrimonium, & cum qua.*
2 *Seruus cui obedire teneatur, ſi eo tempore quo dominus ſeruitium exigit, uxor petit debitum.*
3 *Domini ſeruorum an & quando cogantur eos uendere ne eorum matrimonium ſit ſeparatum*
4 *Dominorum uenter ſi uult curere ſeruum qui matrimonium contraxit, quid ſit agẽdũ.*
5 *Matrimonium an ſeparatur ſi liber ignoranter cum ancilla contraxerit.*
*Errantis conſenſus nullus eſt.*
6 *Matrimonium contractum per ſeruum cum libera, qui putabat eam eſſe ſeruam, an teneat.*
7 *Matrimonium an ſit Separandum ſi ſeruus intendens contrahere cum libera, cum ancilla contrahit.*
8 *Matrimonium an ſeparetur, ſi ſeruus contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo ſciuit, conſenſit.*
9 *Matrimonium contractum cum ancilla ignoranter quæ tandem manumittitur uiro ignorante mutationem ſtatus mulieris, an teneat.*

## ¶ DE CONIVGIO SERVO-rum. Rubrica.

SEquitur de alio impedimento matri
monij.ſ. de impedimento conditio-
nis ſeruilis. & ideo ponitur hic rub.
de coniugio ſeruorum.¶ Videamus igitur
an ſeruus poſſit contrahere matrimoniũ.
& cum qua. Item an conſenſu domini ſit
requirendus. Et quid iuris ſit de matrimo
nio contracto inter liberum & ancillam
1 & inter ſeruum & liberam.¶† Poteſt ſer-
uus contrahere cum ancilla. ut infra eo.
c.1.&.39.q.2.c.ul.poteſt etiam cum inge
nua. dum-

ſana.dummodo non ignoret conditionem
ipſius. ut.29.qu.1.c.1.2. &.3. &.c.ſi quis.
ingenuus. non enim uidetur celatus qui
ſciuit. nec certiorari debuit qui non igno
rauit ut.ff.de ac.emp. & uen.l.1. in fi. Sed
ſi dominus uideat ſeruum ſuum cum libe
ra contrahentem & diſſimulet. ſeruus eri
pitur in libertatem. ut.C.de lati. libe.tol.
l.una.§.ſed & ſi quis.& in auc.ibi ſignata.
& in auc.de nup.§.ſi uero ab initio.col.4.
in auc.ut libe.:de cætero. §. ſed & ſi quis.
coll.6. Poteſt ſeruus contrahere cum an-
cilla innito domino. & ſi dominis contra
dicentibus inter ſeruos & ancillas contra
cta ſint matrimonia, non ſunt proprerea
diſſoluenda. ut infra eod.c.1. & ſi diuerſi
ſint domini non dicunt debitis ſeruitijs
defraudari ut infra eodem c.1.&.29.queſ.
2.dictum. nec ſunt ita detrahendi ut uiri
& uxoris ſeparatio fiat. ut.C. communia
2 utriuſque iudi.l.poſſeſſionum. ¶ †Sed quæ
ritur quid ſi dominus exigat ſeruitium à
ſeruo & eodem tempore uxor petat debi
tum. Dici poteſt quod ſe impedient in
concurſum.ff.de uſufr.l. quotiens. Vel ue
rius eſt domino obediendum, quia uir
cum onere ſuo tranſit ad uxorem Et quia
hæc decre. dicit conſueta ſeruitia non mi
nus debent dominis exhiberi. Quod in-
telligo uerum niſi periculum fornicatio-
3 nis timendum ſit in uxore. ¶ † Sed quid
ſi diuerſi domini diuerſarum ſint regio-
num. ita ut uir & uxor mutuo conuenire
non poſſint ad coniugale officium exer-
cendum. Reſpondeo. ut euitetur forni-
cationis materia cogantur per eccleſiam
alter dominorum uendere alteri uolenti
emere. ut.C. de communi ſeruo. manu-
4 miſ.l.una.§. & generaliter.¶ † Sed quid ſe
neuter dominorum emere uelit. cogatur
alter dominorum ciuilibet extraneo uen
dere in prouincia ſerui uel uenalem expo
nat.& ſi nullus appareat emptor emat ec
cleſia ut arg 54.di.fraternitaté. uiri enim
& uxores ſeparandi non ſunt.ut.33.quæ-
ſtio.2. quos deus.29. quæſtione.2.c. uti.
5 &.ff.de ædi. edi.l.plerunque. ¶ † Si liber
contrahat cum ancilla ignorans eius con
ditionem. nullum eſt matrimonium. pro
pter conditionis errorem niſi comparata
conditione in eam conſentiat uerbo uel
facto. ut infra eodem titul. propoſuit. &
c.ul.&.29. q.2. ſi quis ingenuus. errantis
enim conſenſus nullus eſt ut.29. q.1.§.1.
&.ff.de iuriſdi. om.iudi.l. ſi per errorem.
C.de iuris & fac.ig.non. idcirco Et quod
dixi de errore conditionis intelligo dete
6 rioris.id eſt ſeruilis.† Nã ſi ſeruus contra-
hat cum libera errans in eius conditione
cum eam putaret ancillam quamuis er-
ret. quia error nihil aliud eſt quam aliud
pro alio putrere.ut.22. quæſt.2.in quibus.
28.diſtin. quamuis.hic tamen errans non
decipitur cum eius conditio melioretur
unde prætextu talis erroris non poſſet di
uortium poſtulare uxore in matrimoniũ
conſentiente & ſi nouerit uirum condi-
7 tionis eſſe ſeruilis.¶ † Item quid ſi ſeruus
credit & intendit contrahere cum libera
& contrahit cum ancilla nunquid quia er
rauit in conditione etiam deteriori, credi
dit enim eam cum qua contraxit melio-
ris conditionis & reperit deterioris diri-
metur matrimonium. Reſpondeo non.
quia conſenſit in hominem ſuæ conditio
nis. Vnde quod dixi prætextu conditio-
nis deterioris poſſe dirimi matrimonium
intellige reſpectu errantis.tunc enim neu
ter alteri conditionem opponere poteſt.
hæc fuit opi. Hug. & mihi placet. Alij ta
men dixerunt quod ſiue erret in conditio
ne meliori ſiue deteriori, non tenet ma-
trimonim. ut ar.ff.de arbi.l.ſed & ſi in ſer
uum. Vnde ſecundum eos ſi ſeruus cre-
dat contrahere cum ancilla & conttahit
cum libera. uel ſi liber cum liberam & cõ
trahit cum ancilla non tenet matrimo-
nium. Tertij dicunt quod error diſparis
conditionis dirimit matrimonium. non
autem paris unde ſecundum illos ſi ſer-
uus credit contrahere cum ancilla & con
trahit cum meliori hoc eſt cum libera
non tenet matrimonium. Item ſi liber
credat contrahere cum libera & contra-
hat cum deteriori. ſimiliter non tenet ma
trimonium. ſed in hoc ultimo exemplo
omnes conueniunt. Vbi autem error in-
teruenit in pari conditione non dirimi-

tur.ut ſi ſeruus credat contrahere cum libera & contrahat cum ancilla. uel liber credit contrahere cum ancilla & contrahit cum libera.
8 ¶†Item quid ſi aliquis contrahit cum ancilla ignoranter & tandem dominus manumittit ancillam nunquid hoc ipſo matrimonium confirmatur, maximè ſi poſt manumiſſionem interueniat copula carnalis.uiro tamen ignorante mutationem ſtatus mulieris? Reſpondeo nō, quia ad hoc intelliguntur commiſceri ex conſequentia prioris conſenſus qui nullus fuit. ar.ad hoc.C.ad uel.l. quamuis.&.l.ſi mulier.&.ff.de mino.l.3.§. ſcio.
9 ¶†Sed pone quod ſeruus contrahit cum ancilla ignorans eius conditionem.deinde detecta conditione illius conſenſit in matrimonium uerbo uel facto. ut infra eod.c. ulti. illa tamen non conſentit nunquid eſt matrimonium inter eos. Dicunt quidam quod matrimonium eſt ex una parte.ſ.ex parte illius qui conſentit. Sed hoc non placet. quia matrimonium non claudicat nec ex. una parte tantum conſiſtit eſt enim duorum coniunctio.ſ. maris & fœminæ ut.27.queſt.2.§.1. in prin. ut no. ſupra de ſpon. in prin. Sed fateor quod mulier compelletur ad conſenſum matrimonialem. ratione fidei datæ. ut dixi ſupra de deſpon. impu.ſ.cum maior contrahit cum minore. & quia mulier malicioſe diſſentire uidetur. ar. ad hoc ſupra de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul.cap.1.
10 ¶†Item quid ſi inter aliquos coniugatos moueatur quæſtio ſuper.alterius conditione ſeruili. nūquid is qui matrimonium accuſat pendente lite exiget debitum uel ſaltem reddat. Videtur quod ſaltem reddere debet exactus. alter enim interim poſſeſſionem maritali deſtitui non debet ut ſupra ut lit.pē.laudabilem.16.q.4. uolumus.9. quæſtio.4. nonne. Dixerunt quidam quod is qui ad diuortium agit exigere non debet ne ſibi præiudicium paret ſed exactus ſoluat quia exigere eſt in eo. ſoluere non eſt in ipſo, ſed in altero ut ſupra de conuer. coniu. quidam intrauit. Mihi autem uidetur quod nec exire debet nec reddere exigenti. alias quodcunque iſtorum fecerit præiudicabitur ſibi ut infra eodem titu.propoſuit. & ſi ob hoc excommunicaretur. quia non redderet. defferet excommunicationem patienter tolerare priuſquam obedire. quia ſi naturali affectione cognoſceret induceretur matrimonium. ſi fornicatio peccatum mortale. & ideo in tali caſu expedit non parere ut ſupra de re.ſpo. literas infra de ſent.excom.inquiſitioni.

## *Summarium*

1 *Liberi unde dicantur, & quid ſit libertas.*
2 *Liberi qui ſint.*
3 *Partus quo ad libertatem & ſeruitutem ſequitur uentrem, in honoribus uero & quo ad alia ſequitur patrem.*
4 *Eccleſia libertates tueri debet.*
5 *Filiatio qualiter probetur.*

## ¶DE NATIS EX LIBERO uentre. Rubrica.

TRactatum eſt ſupra de conditione coniugatorum. nunc tractatur de conditione natorum. & ideo ſupponitur hic rubrica de natis ex libe. uen. ¶Videndum eſt igitur qui ſint liberi, cuius conditionem patris an matris filius ſequi debeat, & in quibus. Item in quibus caſibus nati ex libero uentre deducantur in ſeruitutem.
1 ¶† Liberi dicuntur à libertate. libertas autem eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet ut inſti. de iure perſo. in princ.
2 ¶†Liberi ſunt qui ex ingenuis naſcuntur fiunt autem liberi qui manumittuntur. ut inſti. de inge.
3 ¶ † Partus quo ad libertatem & ſeruitutem ſequitur conditionem matris. ut.C. de rei uend. partus.ff de ſta. ho.l. lex naturæ &.l cum legitimæ. ſupra de ſeruis non or.c.ult.32.q.4. liberi. Et in tantum hoc uerum eſt ut ſufficiat aliquo momento fuiſſe in libero uentre. ut quis liber naſcatur. ut.ff. de ſta. ho.l. ſeruorum. ¶ In honoribus autem muneribus & municipijs partus ſequitur partem. C. de decu. l.eos.l.exemplo &.l.nullius ſolius.&.ff.de ſtatu.ho.l.libertos. Et in tantum hoc uerum

rum eſt. ut ſufficiat conceptum eſſe ex decurione quantum ad hoc. ut patris conditionem ſequatur. quamuis ante ipſius natiuitatem pater deſinat eſſe decurio. ut. ff. de decur. l. 2. §. in filijs. ¶ Et ſi quæratur in quibus filius patris iam à ſenatu remoti ſequatur conditionem. Reſpondeo in multis. ut. ff. de decu. l. 2. §. in filijs. ff. de pœnis. l. mortis. §. iſte forte. C. de decu. l. decuriorem. & l. decurionum filij. ¶ Cauſaliter uero contingit ut liber natus efficiatur ſeruus ut ſi ſacerdos de facto ingenuam mulierem ſibi copulet uxorem, filii nati ex tali contubernio fiunt ſerui illius eccleſiæ in cuius iniuriam ſacerdos contraxit. ut 15. quæſt. ulti. cum muliere. Item illi qui ſarracenis arma, ferrum, lignamina ſubminiſtrant. ut infra deinde, ita quorundam. Item illi qui ſarracenis galeas uendunt uel naues quæ in pyraticis ſarracenorum nauibus curam gubernationis exercent uel machinis aut quibuſdam alijs aliquod eis impendunt conſilium uel auxilium in diſpendium terræ ſanctæ eodem titu deinde & c. ad liberandum. Item ſi liber homo maior 20. an ſciens permittit ſe uendi ad participandum pretium & in ueritate participet. ſeruus efficitur. ut inſti. de iure perſo. §. penult. & ff. de libe. cauſa. l. liberis. 1. reſponſo & § ſi quis ſciens. Sed & liberi facti ex ingratitudine reuocantur in ſeruitutem. & ex omnibus aliis cauſis ex quibus reuocatur donatio. in ut auc. ut lib. de ce. §. illud col. 6. ut de hac materia no. ſupra de ſeruis non ordinan. §. nunc uidendum.
4 ¶ † In ſumma notandum eſt. quòd eccleſia libertates tueri debet. ut infra
5 eodem. c. 1. † Sed ſi dubitetur de filiatione poterit probare quis ſe filium. ut ſupra de filijs preſ. Michael. ff. de li. & po. l. poſthumus §. ulti. Licet ſit contra ar. ff. de conditio. & demonſtratio. l. Lucius. probabit inquam eum natum ex his qui matrimonialiter iuncti ſunt. uam filius eſt is quem nuptiæ demonſtant. ut. ff. de in ius uo. l. quia mater, uel per confeſſionem patris & matris. ut infra qui fi. ſunt legi. tranſmiſſæ. uel per affectum. ut ſupra de præſump. afferre. 2. q. 6. ad Romanam. C. de inoffi. teſtamen. l. ſi mater. & ſtatur his coniecturis donec probetur contrarium. ut. C. de probatio. l. non nudis. C. de teſtibus. l. neque profeſſio. ff. de inoffic. teſtament. l. ſi inſtituta. §. 1. & C. de hæredi. inſti. l. ſi pater.

## *Summarium*

1 *Cognatio ſpiritualis quid ſit.*

2 *Propinquitates ortæ & cognatione ſpirituali, quæ contrahitur in baptiſmo quot ſint.*

3 *Vir & uxor an ſibi communicent actionem & paßionem in materia prædicta.*

4 *Compaternitas in baptiſmo contrahitur. & an contrahitur in his quæ baptiſmum præcedunt.*

5 *Filij duarum commatrum uel compatrum an poßint inter ſe contrahere matrimonium.*

6 *Cognatio ſpiritualis & legalis quas perſonas non excedat.*

## ¶ DE COGNATIONE SPIRITUALI. Rubrica.

TRactauimus ſupra de quibuſdam impedimentis matrimonij. nunc autem tractaturi de cognatione legali. Item de conſanguinitate & affinitate. præmittamus de digniori ſcilicet de cognatione ſpirituaii & ideo ponitur hic rubr. de cognatione ſpirituali. ¶ Videndum eſt igitur quid ſit cognatio ſpiritualis. quot ſint eius ſpecies, in quibus ſacramentis hæc cognatio contratur. & an filij ante compaternitatem uel poſt geniti poſſint matrimonio copulari.
1 ¶ † Cognatio ſpiritualis eſt propinquitas ſeu attinentia proueniens ex ſacramenti datione. ¶ Ex cognatione ſpirituali quæ contrahitur in baptiſmo nouem propin-
2 quitates naſcuntur. † Prima inter ſacerdotem baptizantem & baptizatum quæ eſt filiatio. Secunda inter ſacerdotem & patrem baptizati, & hæc eſt compaterni-

tas. Tertia inter eundem & matrem pueri, & hæc eſt commaternitas. Quarta inter filios ſacerdotis & baptizatum & hæc eſt fraternitas ut 30.q.1. omnes. & q. 3. ita. Quinta inter baptizatum & ſuſcipientem de baptiſmo. & hæc eſt filiatio. Sexta inter baptizatum & uxorem ſuſcipientis, & hæc ſimiliter eſt filiatio. Septima inter baptizatum & filios ſuſcipientis. & hæc eſt fraternitas. Octaua inter ſuſcipiẽtem & patrem ſuſcepti, & hæc eſt compaternitas. Nona inter ſuſcipientem & matrem ſuſcepti. & hæc eſt commaternitas, ut hæc omnia probantur. 30.q.3. per totum. & q.4.ſi quis unus. & c.qui ſpiritualem. & c.poſt uxoris. & infra eodem titulo.c.1.&.c.Martinus &.c.ueniẽs &.c.tua.

3 ¶ † Circa hanc materiam quæri conſueuit. an uir & uxor ſibi communicent actionem & paſſionem. In actione dico quòd ſic. ut ſi ſuſcipio filium tuum de ſacro fonte compaternitas contracta inter te & me mediante actu meo communicatur uxori meæ. ut infra eod.tit. Martinus. & 30. q.4.ſi quis unus. Sed nunquid communicant ſibi paſſiones. Verbi gratia. habeo filium ex prima uxore hunc ſuſcipis de ſacro fonte. & per hoc quod patior te agente contrahitur inter te & me compaternitas. quæ uidetur me mediante communicari uxori meæ ſecundæ unde efficieris mihi & uxori meæ compater cum qua prius contraxeram & conſumaueram matrimonium. Nam ſi antequam cum ſecunda contraham. uel ſi poſt contractum & antequam conſumaretur filius meus genitus ex prima uxore de ſacro fonte leuetur. ſi poſtea contraham uel ſaltem poſtea conſumem hæc compaternitas non communicatur uxori. neque enim cognatio carnis cognationi ſpiritus comparatur. ut 30.q.4.poſt uxoris. ut ſicut omnes conſanguinei mei efficiuntur affines uxoris meæ. ſic omnes compatres & cõmatres meæ efficiuntur, compatres & commatres uxoris meæ quam poſtea duco, uel cum qua poſtea ſaltem matrimonium conſummo. quia per unionem carnis ſequentem ad unionem ſpiritus præcedentem, id eſt, ad cognationem ſpiritualem. hoc eſt ad compaternitatem uel commaternitatem non tranſitur, ut in præalleg. c.poſt uxoris & ſecundum hoc intellige. c.qui ſpiritualem. Vel dicas cum Hugo. Lau. & Io. quod uir & uxor communicant ſibi actionem conſummato matrimonio per carnis copulam. ut cum alter coniugum ſuſcipit filium extranei de ſacro fonte. ſed non communicant ſibi paſſionem, ut cum filius alterius tantum coniugum ſuſcipitur de ſacro fonte. nec refert ſiue ante ſiue poſt matrimonium conſummatum. Et eſt diuerſitatis ratio. quia quod agit pars corporis æquum eſt ut alteri parti communicetur, ſed non ſic communicabitur alteri quod in perſona filij unius tantum agitur, qui alteri coniugum nec carnalis nec ſpiritualis filius inuenitur & ſi ſit filiaſter in primo gradu affinitatis. Iuxta poſteriorem ſententiam locũ habent. unde uer. Quæ mihi uel cuius natum mea fonte leuauit. Heu mihi commater fieri mea nõ ualet uxor. Si qua meæ natam non ex me fonte leuauit. Hanc poſt fata meæ non inde uetabor habere. Ambos compatres facit actio. paſſionum quam Reſpuo quæ meum. cuiuſue leuat mea natum. Vt mea dicatur quæ carne mi

4 hi ſociatur. ¶ † Contrahitur compaternitas in baptiſmo ut ſuperius dictum eſt. Sed nunquid in his quæ præcedunt baptiſmum. Videtur quòd non, quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum. ut. 32. diſtin.§.uerum. & ſupra de præsbyte. non bapti.mini. ueniens. unde antequam ponatur fundamentum ſacramentorum non uidetur quòd contrahi poſſit cognatio ſpiritualis. argum. 1.q.1.cum Paulus. & ad hoc accedit decre. infra eodem.c.contracto ſecundum unam lecturam. Sed ſecundum hoc ſignatur contrarium. 30.q.1. per uenit. & de com. diſ.4. in catheciſmo. Circa hoc dicit Hug. quòd in omnibus prælu dijs baptiſmi contrahitur compaternitas. & talis quæ impedit & dirimit matrimonium. Et reſpondebat ad decre. illam contractio. quod puer in catheciſmo retentus non fuit filius communis concubinarij & con-

& concubinariæ. ſed tantummodo concubinæ. & ideo concubinarius poteſt contrahere matrimonium cum illa quæ puerum illum tenuerat in cathecismo. nam hoc nec etiam contrahendum matrimonium impediret. ut 30. q. 4. qui ſpiritualem. Et quod dicit litera illius decre. contracto. quæ res uix cõtrahendo matrimonio impedimentum afferre. exponebat ipſe uix, id eſt. nullo modo. Baſianus autem dicebat in tribus contrahi compaternitatem quæ impedit & dirimit. in baptiſmo. cathecismo & in confirmatione. ut de conſe. diſt. 4. in cathecismo. Sed uerior uidetur ſententia Lau. & aliorum dicentium quòd in præludijs baptiſmi contrahatur compaternitas, ſed non adeo ualida ut matrimonia contracta diſſoluat ſed impediat contrahenda. Et hoc inuit uerbum decre. uix contrahendo matrimonio impedimentum afferret. quia quod uix fit tamen fit. ut. ff. de iudi. l. uix certis ex cauſis ff. ad uell. l. ulti. 1. ℞. inſti. de uſu. & ha. circa princ. Quamuis ſit argum. contra. ff. ad uell. l. tutor, in. 1. reſponſo. Et ſecundum hanc ſententiam determinanda ſunt illa capitula peruenit. & c. in cathecismo.

5 ¶†Reſtat uidere an filij duarum commatrum uel compatrum inter ſe. contrahere poſſunt. Et eſt ſciendum quod circa hoc canones diuerſimode loquũtur. Quidam enim dicunt quod poſt compaternitatem contractam filij qui naſcuntur inſe contrahere non poſſunt, ut 30. q. 3. poſt ſuſceptum. Sed alius canon poſterius editus primum corrigens dicit quòd filij duorum compatrum ſiue ante ſiue poſt compaternitatem geniti contrahere poſſunt. excepta illa ſponſa dum taxat per quam uentum eſt ad compaternitatem. ut 30. q. 3. ſuper quibus. & hic canon confirmatur. infra eod. ca. 1. Sed uidetur quòd in his conſuetudo ſit obſeruanda. ut infra eodem c. 1. & c. ſuper eo. Quod ſatis admitto circa matrimonia contrahenda. nam etiam illos filios per quos non eſt peruentum ad compaternitatem poteſt impedire conſuetudo contraria ſcilicet in contrahendo. Et ſic intelligo illas decre. ſed non poſſet diſſoluere iam contracta. ut ſupra de ſpon. duo licet & c. tuas dudũ.

6 ¶†In ſumma notandum eſt quod cognatio ſpiritualis ſicut & legalis ſicut & publicæ honeſtatis iuſtitia ramos non habent. unde perſonas cum quibus contracta ſunt non ægrediuntur hæc uincula. unde cum filia filii mei ſpiritualis contrahere poſſum. quia hoc nuſquam prohibetur & edictum de matrimonio prohibitorium eſt. ut ſupra de ſpon. cum apud Item cum filia commatris meæ non tamen mea ſpirituali filia. ut 30. q. 3. illud.

## *Summarium*

1 *Cognatio legalis quid ſit.*
2 *Adoptionis quot ſpecies ſint.*
3 *Adoptari quis poßit.*
4 *Legalis cognatio quotuplex.*
5 *Cognatio legalis an impediat matrimonium contrahendum uel dirimat contractum.*

## ¶DE COGNATIONE LEGALI. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de cognatione ſpirituali. ſequitur de cognatione legali. Videndum eſt igitur quid ſit cognatio legalis. quot ſunt eius ſpecies qualiter diſſoluatur & qualiter impediat

1 matrimonium. ¶ † Cognatio legalis eſt quæ prouenit ex adoptione, Adoptio autem eſt legitimus actus per quem qui filius non eſt pro filio habetur uel nepote uel ulteriore ſecundum uoluntatem ado-

2 ptantis. ¶ † Adoptionis duæ ſunt ſpecies. una qua ſtat in ſuo nomine & dicitur adoptio. Alia quæ tranſit in aliud nomẽ & dicitur arrogato. Adoptio fit imperio magiſtratus. Arrogatio auctoritate principis. Dicitur autem arrogatio, quia is quæ arrogat rogatur hoc eſt interrogatur an uelit eum quem arrogat iuſtum filium ſibi eſſe. & is qui arrogatur interrogatur an id

3 fieri patiatur. ¶ † Adoptatur is qui eſt in poteſtate aliena. arrogatur is qui ſui iuris exiſtit. Vnde uerſus Arrogo qui ſuus eſt & habet meus eſſe neceſſe. patris adopto ſuum nec patris deſinit eſſe. ut probantur hæc. ff

hæc. ff. de adop. l. generalis. Adoptiuus enim non tranſit in poteſtatem adoptantis. ſed habet ius ſuccedendi ab inteſtato. ut inſti. de adop. §. 1.
4 ¶† Triplex eſt legalis cognatio. Vnà ſuperioris & inferioris lineæ inter adoptantem & adoptatum & hæc perpetuam habet prohibitionem. ut. ff. de ritu nupt. l. quin etiam. Et alia collateralis quæ tandiu impedit quandiu durati ut. ff. de ri. nup. l. per adoptionem. & hic in c. uno. Tertia eſt prohibitio quę ſurgit ex cognatione legali & illa perpetua eſt inter adoptatum & uxorem adoptatis. ut ff. de ritu nup. l. adoptiuus. 1. Reſpon. Dicunt tamen quidam quòd hodie collateralis cognatio locum non habet cum hodie adoptatus non tranſeat in poteſtatem extranei adoptantis. ut. C. de adop. l. ult. Sed puto contra. quia etiam hodie acquiritur per adoptionem ius ſuccedendi. ut in l. prædicta.
5 ¶† Hæc cognatio legalis neque impedit matrimonium contrahendum ſed etiam dirimit iam cõtractum ut 30. q. 3. ita diligere.

## Summarium

1 *Conſanguineam ſponſæ ſi quis cognoſcit an contrahatur affinitas.*

2 *Affinitas an per coitum inceſtuoſum. uel fornicarium contrahatur.*

3 *Affinitas, conſanguinitas & publicæ honeſtatis iuſtitia prohibitionem ſuam producunt uſque ad quartum gradum.*

## ¶DE EO QVI COGNOVIT conſanguineam uxoris ſuæ. Rubrica.

SVperius diximus de cognatione ſpirituali & legali. Nunc dicamus de conſanguinitate & affinitate carnali. Sed quia plerunque poſt matrimonium contractnm, ſuperuenit affinitas inique contracta. ut infra eodem cap. diſcretionem circa ſi. Ideo prius deipſa uidendum eſt. & propterea ponitur hic rubrica de eo qui cog. conſangui.
1 uxo. ſuæ. ¶ † Eſt igiť ſciendũ quòd ſi quis poſt contractum matrimonium cognoſcat conſanguineam uxoris ſuæ oritur inter ipſum & uxorem quædam affinitas uel publicæ honeſtatis iuſtitia per fornicarium coitum contracta. Sed quia nihil ſuperueniẽs præter ingreſſum religionis reſcindere poteſt matrimonium legitimè contractum. ut no. ſupra de coniu. lepro. in prin. Ideo non ſufficiat ad matrimonium dirimendum & ſi ex actionem coniugalis debiti interdicat. ut infra eodem titulo diſcretionem. & capitulo tuę. & c. iordane. ſi uero matrimonium præcedat quamnis ſequantur ſponſalia de futuro impedit matrimonium contrahen-
2 dum. ut infra eo c. 1. & 2. ¶† Sed quæritur an per coitum inceſtuoſum uel fornicarium contrahatur affinitas. Reſpondeo ſic ut infra e. diſcretionem. & c. tuæ & 35. q. 3. nec eam. Quidam tamen abſurdum reputant quòd affinitas quæ eſt legitimũ uinculum oriatur ex dãnato coitu. Vnde ſi uelles probabiliter dicere poſſes quòd ſi ex huiuſmodi coitum non oriatur affinitas, nam affinitas eſt quædam proximitas ex nuptijs proueniens. ut. ff. de gradi. l. non facile. §. affines. & §. ſciendum. oritur tamen publicè honeſtatis iuſtitia. Sed ſi quis aliquam extraordinaria pollutione polluat nunquid cum cõſanguinea ipſius poterit contrahere. Reſpondeo ſi citra maritalem affectionem ipſam polluit non impedit contrahere cum cognata. ut 35. q. 3. extraordinaria. ſed ſi maritalis affectio interuenit ut pote cum ſponſalia de futuro præcedunt & poſtmodum ſequitur extraordinaria pollutio, ex hac oritur publicæ, honeſtatis iuſtitia quæ prohibet matrimonium contrahi cum cognata pollutæ & contractum diſſoluit ut infra eodem. titu. fraternitati. Et eſt duplex cauſa diuortij publicæ honeſtatis iuſtitia quæ ſurgit ex ſponſalibus. & eadem ſiue affinitas de quartum altera dubitatur an nata ſit ex pollutione uel pollutionis temptatione quæ compelli non potuit ætatis impediente defectu. ut ſupra de ſpon. iuuenis. quamuis cum prima

ma nec uerum fuerit matrimoniũ ex forma contractus. nec preſumptum cum contractus non habuiſſet effectum. ut ſupra
3 de ſpon. ca. ulti. ¶† In ſumma notandum eſt quòd iſtud quod hic dicitur in pleriſq; decre. ut ſi quis aliquam coſanguineam uxoris ſuæ cognouerit perdat ius exigendi. locum habet in conſanguinea uſq; ad quartum gradum. Et idem eſt ſi quæratur an is qui cognouit aliquã fornicario coitu poſſit contrahere cum cognata ipſius. Quia dicẽdum eſt quòd non uſq; ad quartum gradum. hodie enim conſanguinitas affinitas & publice honeſtatis iuſtitia prohibitionem ſuam producũt uſque ad quartum gradum ut infra titu. proxi. non debet.

## Summarium

1 *Probatio per inſpectionem oculorum quando fieri debeat.*
2 *Regulæ aſsignantur quarum inſtructione geneologia arboris conſanguinitatis explanatur.*
3 *Matrimonium olim in ſeptimo gradu contractum an legitimetur hodie per iura conſilij generalis, ſecundum quæ licet contrahere in quarto gradu.*
4 *Leges & conſtitutiones futuris dant formam negotijs, non ad præterita reuocantur.*
5 *Matrimonium inter ſupraſcriptos ſeparatum an poſsit denuo contrahi.*
6 *Conſaguinitas an ſit in quinto, ſexto & ſeptimo gradu.*
7 *Inceſtus an in quinto gradu committatur.*
8 *In gradu quæ perſonæ eſſe dicantur, & gradũ faciant.*
9 *Linea quid ſit, & quid ſit gradus.*
10 *Affinitas quid ſit. & nu. 20.*
11 *Regulæ aſsignatæ ĩ arbore affinitatis per quas affinitatis gradus & genera dignoſcuntur.*
12 *Arbor affinitatis qualiter componatur.*
13 *Matrimonium contractum in ſecundo genere affinitatis, nunquid ſtare uel ſeparari debeat, & an iſti ſeparati poſsint iterũ matrimonialiter copulari. nu. 14.*
16 *Publicæ honeſtatis iuſtitia quæ olim ex ſecundis nuptijs naſcebatur an ſit ſublata.*
17 *An hodie ſola publicæ honeſtatis iuſtitia locum habeat, quæ oritur de ſponſalibus de futuro.*
18 *Affinitatis genera qualiter contrahantur. & nu. 19.*
21 *Affinitas ex nuptijs interdictis non oritur.*

## ¶DE CONSANGVINITATE & affinitate. Rubr.

Dicitum eſt ſupra de cogna. ſpi. & lega. nunc agendum eſt de carnali quæ in conſanguinitate & affinitate conſiſtit. unde ponitur hic rub. de conſan. & affi. ¶Videndum eſt igitur de prima parte rubricæ quid ſit conſanguinitas quid linea. quid gradus. quot ſint lineæ quot gradus. & qualiter computãdi. ¶De ſecũda parte rubricæ uidendum eſt quid ſit affinitas. quot ſint affinitatis genera. quot gradus in ſingulis generationibus & qualiter ſint computan-
1 di. † Sed quoniam quædam ſunt quæ inſpectioni ſubijcienda ſunt oculorum ut agrorum dimenſio. ut. C. fini regun. l. 2. ff. eodem titu. l. ſi irruptio. 16. quæſtio. 3. inter memoratores. Ventris inſpectio ut uideatur an mulier ſit pregnans uel nõ ut. ff. de uen. inſpi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ occulta inueſtigatio. dum quæritur an mulier uirgo ſit uel corrupta. ut ſupra de probati. propoſuiſti. 27. quæſt. 1. nec aliqua. Item cum quæritur an mulier arta ſit uel non arta ut infra de frigi. & male. fraternitatis. Idem eſt & ſi quæratur de alia inſtrumenti infirmitate a natura contracta ut infra eodem titu. ex literis. Et idem crederem ſi quæratur an uir ſit ſecutus uel eunuchus. Item inſpicitur quis in partibus, inferioribus dum quæritur de ætate ut ſupra de deſpon. impubẽ. puberes. ff. de mino. l. minor ex aſpectu. Nec ob his. C. quando tutor uel cura, eſſe deſinat. l. in decorum. Nam uerum eſt quod illa inſpectio reprobatur cum, agitur de tutela, uel

la uel cura. Item non obſ. quod dicitur quod oculus fallitur ut 27.q.1. nec aliqua quia ſi plerunque fallatur ſepius tamen non fallitur. Et propterea utile æſtimaui ponere utanque arborem & oculata fide inſtruere de utraque ſicut in ſubſequentibus apparebit.

*Lectioni* arboris uacaturum prius noſſe oportet quare arbor fuit ſic depincta. Et certe ideo quia utile uiſum eſt & expediens gradus & attinentias conſanguinitatis oculorũ inſpectioni ſubijci. quia ſegnius irritant animos dimiſſa per aures. quam quæ ſunt oculis fidelibus ut infra gradibus. §. ul. Huius arboris pictura autẽ. eſt ut. 35.q.5. ad ſedem circa finem tertiæ columnæ. Et licet hæc pictura aſcripra ſit in decretis. non tamen hic eſſet ſuperflua. ut cum ibi & hic de cõſanguinitate tractetur. neuter librorũ picture doctrina decent. cum nemini dubiũ ueniat quod repetita lectio probat hoc ſatis ualidum ſatiſque eſſe formoſum. ut. C. de emendatione iuſtiniani cod. l. una. Sed quia oculus plerunque fallitur. ut 27. q.1. nec aliqua. &. ff. de uentre inſpi. l.1. 1. reſpon. Idcirco ſuper ipſius arboris expoſitione doctores inuigilant & ſcholares circa intellectum eorum quæ uident & audiunt aliquantulum elaborent. Et quia in qualibet arbore fructifera & naturali. quattuor attenduntur. truncus rami. Fructus frondes. Et in hac arbore ſcripta eadem cõſiderari oportet. ¶Appellamus ergo truncum Ioachim ſicut enim arbor naturalis producit palmites ſurſum ex lateribus. Ramos extendit. deorſum autem continet pedamenta. ſic & Ioachim ſurſum lineam erigit aſcendentem & utroq; latere ramos collaterales emittit. deorſum uero ſubdit lineã deſcendentem. Ioachim itaque truncum, lineas collaterales ramos fructus attinentias. frondes quaſdã dicimus quæſtiones uel auriculas quæ in antiqua arbore ponebantur. Hac itaque ſimilitudinæ denotata quæ etiam auctoritate canonis comprobatur. ut 34.q.5 tunc ſaluabirur. in prin. ad lectionem ipſius arboris accedamus. In qua doctrina talia ſunt obſeruanda. Primo aſſignentur regulæ quarum breui inſtructione genealogia tocius arboris explanatur. Secundo arbor ipſa legenda eſt. & gradus ſunt ſecundũ regulas computandi. Tertio quædam obiectiones diſcutientur. Quarto notabilia aſſignentur. Et ſic quartenario numero arboris expoſitio terminet. ¶Quin
2 que ſunt regulæ. † Et prima talis eſt. Perſona adiecta perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit. Et hæc regula locnm habet in liena aſcendenti & deſcendenti. Secunda talis. ¶Quot ſunt perſonæ de quibus quæritur computatis intermedijs una minus. tot ſunt gradus. Verbigratia. ſi ſunt quattuor perſonæ dicas ibi tertium eſſe gradum inter extremos. ſi ſunt quinque dic quartum eſſe gradum ut ſemper una perſona ſubducatur. Et hæc regula locum habet in his perſonis quarũ una deſcendit ab altera ut eſt uidere in linea aſcendenti & deſcendenti. ¶Tertia regula talis eſt. Si perſonæ de quibus quæritur non deſcendant una ab altera. ſed collateraliter a communi ſtipite procedant & ſint in linea æquali. quoto gradu quæuis iſtarum diſtat a communi ſtipite toto gradu different inter ſe. ¶Quarta regula eſt talis. Si perſone. de quibus quæritur non deſcendant una ab altera. ſed collateraliter a ſtipite communi procedant & ſint in linea inæquali, quoto gradu diſtat perſona remotior ab ipſo trunco, toto gradu diſtãt inter ſe ut ſemper computatio fiat ab eo magis eſt, remotus ab ipſo trunco ad ipſum trũcum. Et hæ duæ regulæ locum habẽt in collateralibus. ¶Quinta regula eſt talis. Quoto gradu diſtat aliqua perſona a cõmuni ſtipite toto gradu diſtat a quolibet deſcendentium ab eo. Et hæc regula locum habet uſque ad lineam æqualitatis. & de hac facit mẽtionem decre. infra ti. ca. ulti. ¶Præmiſſis itaque regulis iſtis facienda eſt computatio graduum & uidẽdum qualiter & quoto gradu diſtẽt inter ſe omnes perſonæ in arbore conſtitutæ. His ita diſpoſitis & gradibus in ipſo arbore tam animo quam oculo ac digito computatis uidendum eſt de obiectiunculis & reſponſis

reſponſis ad eas. ¶ Quæritur igitur quare
cellula in qua eſt ioachim dicatur ua-
cua.Et redditur illa ratio. quia pro trun-
co ponitur,à quo trunco cæteri ramuſcu-
li producuntur. & ideo truncus appella-
tur. Inde eſt quòd in illa cellula non po-
nuntur duæ perſonę ſicut in alijs cellulis.
cum reſpectu diuerſorum diuerſa nomi-
na ſortiatur. nam quandoque uocatur pa
ter, quandoque filius, quandoque nepos,
quandoque auus. non potuit ei congruũ
nomen imponi ſed dicitur cellula uacua
dicitur truncus.ut.35.q.5.ſeries. Dicitur
etiam protheus propter diuerſitatem no
minum & proprietatum quæ illi attribuũ
tur,unde illud.Quo teneam nodo mutan
te prothea uultum. Item quæritur quare
ioachim non poſſit contrahere cum filia
abaui ex linea tranſuerſali ſecundum re-
gulam illam. perſona addita perſonæ per
carnis propagationem mutat uel adijcit
gradum. Ad hoc dici conſueuit. Quæri-
te quos agitat mundi laborat mihi ſem-
per. Tu quicunque tam moues crebros
cauſa meatus.ut ſuperi uoluite late. Poſ-
ſet tamen dici, quia hoc ideo contingit,
quia gradus canonicis compoſitus eſt un-
de quamuis plures ſint diſtantiæ in perſo
nis,eadem tamen uidetur attinentia in-
ter Ioachim & ſobolem abaui ex parte
tranſuerſali quæ eſt inter Ioachim & ip-
ſum abauum, conſiderato gradu in quo at
tinet Ioachim ipſi abauo. ſicut eſt uideri
in banca. ſi enim plures ſedemus in una
banca licet unus altius & alter planius,
in una tamen banca ſedemus. Vel planius
dicere poteſt cum quæritur de attinentia
inferioris ad ſuperiorem non computa-
tur aſcendendo ab inferiori uſque ad ſum
mum ut ſic poſtea à ſummo fiat deſcenſus
ad inferiores. quia ſecundum hoc fieret
multiplicatio graduum ſed aſcenditur uſ-
que ad collateralem ipſius de quo quæri-
tur. Vnde in queſtione præmiſſa compu-
tandum. eſt à Ioachim uſque ad proauum
& proauiam. & ſic perueniendum eſt ad
3 collaterales qui gradum adijciunt.¶ † Itẽ
quæritur an matrimonium olim in ſepti-
mo gradu contractum legitimetur hodie
per iura conſilij generalis. ſecundum quę
licet contrahere in quarto gradu. ut infra
eod.titul.non debet. Ita tamen ſi non per
tantum tempus ante noua iura durauerit
quod per noua iura ſit quidam diſſimula-
ta diſpenſatio. ut infra qui mat.accu.poſſ.
per tuas. Reſpondeo matrimonium iſtud
iudicandum eſt ſecundum antiqua iura &
per hoc dirimendum,ut probatur in autẽ.
4 ut cum app.cognoſ. in primæ colla.9.† le
ges enim & conſtitutiones futuris dant
formam negotijs non ad præterita reuo-
cantur.ut ſupra de conſti. cagnoſcentes.
&.C.delegi.& conſtitutionibus.l. leges.
5 † Item quæritur an iſti de quibus proxi-
mè quæſitum eſt ſeparati. poſſint inter ſe
contrahere matrimoniũ.Et uidetur quòd
non ut probatur.35.q.6.ab iſto. Poſſet ta
men ſatis tolerari ut ſi denuo & de nouo
conſentianti ualeat matrimonium ut ex
nunc non ut ex tũc.ut infra de eo qui dux.
in ma.quam pol.per adul.c.1.&.c.ueniens.
6 ¶† Item quæritur an hodie in quinto gra
du ſexto & ſeptimo ſit conſenguinitas.
Reſpondeo eſt quantum ad ius ſucceden
di,non quantum ad ius matrimonij con-
trahendi. imò eſt ius ſuccedendi uſque ad
decimum gradum legalem. ut.35.q.5. ad
ſedem, circa princi. Nec obſtat quod in
eod.c.dicitur in fine. ultra ſeptimum non
eſt gradus. ſic & hodie dici poteſt ultra
quartum grudum non eſt gradus. ut infra
eodem capi. non debet. Sed ad utrunque
ſimul reſpondeo.non eſt gradus impediẽs
matrimonium, ſed eſt gradus inducens
ſucceſſionem.ut ſuperius dictum eſt.Item
quæritur. pone quod diſtem à communi
ſtipite. quinto gradu aliqua diſtat ab eo-
dem ex alio latere per lineam tranſuerſa
lem tertio, nunquid poſſum cum illa con
trahere. Reſpondeo hæc quæſtio uidetur
expedita per quartam regulam ſuperius
poſitam nam quoto gradu ego remotior
diſto à communi ſtipite toto gradu ab il
la minus remota. Nec obſt. decre. infra
eod. titul. quod dilecto ubi igitur quod
uterque contrahentium diſtat à commu-
ni ſtipite pari gradu. Quia hic circa di-
ſpenſationem interpretatio artatur. Vel

ibi papa multitudini & obſeruatæ conſuetudini illius prouinciæ conſultus defert quam aliud in diſſenſionem & ſcandalum populi. ſtatuat quadam ad hibita nouitate. ut ibi in fin. ¶ † Item quæritur an
7 committatur inceſtus in quinto gradu. Et certè non. quia quod inceſtus committatur. hoc non procedit ex natura coitus. ſed potius ex conſtitutione eccleſiæ quæ ſtatuit certos gradus & conſtituit in eis fore coitum inceſtuoſum. Sicut & prohibitio matrimonij non ex natura matrimonij ſed ex conſtitutione procedit eccleſiæ. ut.35.quæſt.1.cum igitur.¶ Item quæritur cum proauus proauunculus & propatruus ſint in eadem linea & in eodem gradu. quare Ioachim magis diſtet à pro patruo & pro auunculo quod proauo. Reſpondeo illi dicuntur eſſe in eodem gradu reſpectu ſuperioris non inferioris. Item quæritur quantum protendatur conſanguinitas in linea aſcendenti & deſcendenti. Et uidetur quod in infinitum.ut.ff. de ritu nup.l.nuptiæ.35.queſt.1.progeniem.&.c.de affinitate.&.c.in copulatione. Hodie autem indiſtinctè tam in aſcendentibus & deſcendentibus quam in collateralibus quartum gradum prohibitio non excedit.ut infra eodem titu.non debet. Hæc notabilia notabiliter ſunt notanda. quia Ioachim cum nulla perſona poſita in arbore contrahere poteſt. ¶ Item poſiti in una parte arboris inter ſe contrahere non poſſunt. quia ſibi adinuicem attinent. Et hoc uerum eſt uſque ad ultimam lineam æqualitatis quæ per filum coniungitur Ioachim. Nam ſex ultimæ cellulæ ex una parte arboris non attinent omnibus ſuperioribus ſicut oculata fide uideri poteſt. Item illi qui ſunt poſiti in una parte arboris poſſunt conttahere cum illis qui ſunt ex alia parte exceptis tribus lineis deſcendentibus ex illa cellula in qua continetur pater, mater. nam illi inter ſe contrahere non poſſunt præter ab nepotem qui cum illis qui ſunt in linea ſororis & fratris Ioachim contrahere poteſt.¶ Item nota quod non fuit neceſſarium arborem ex utraque parte depigi. ſed ex una admodum uexili. ſed forte factum eſt ex cauſa uenuſtatis. uel ut ſciamus nomina generis utriuſque ſexus, quia ex una parte arboris ponuntur nomina deſcendentium per maſculinum ſexum & ex alia deſcendentium per fœmininum. Item nota quod quædam ſunt lineæ ligatæ filo per tranſuerſum ut denotetur quod illæ ſunt lineæ æqualitatis. Itē nota quod licet Ioachim ſicut & quilibet alius habeat quatuor auos duos paternos & duos maternos. & ſic ſi aſcenderis in quolibet gradu duplicabis numerum ſuperiorum. non tamen
8 omnes illæ perſonæ hic ponūtur.† ¶ Item nota quod perſonæ quæ diſtant ęqualiter à communi ſtipite dicuntur eſſe in gradu & facere gradum. quæ autem inæqualiter dicuntur diſtare gradu.ut.35.quęſtione.5. porro.&.c.parentele.¶ Item no. quid ſit li
9 nea. quid ſit gradus. † Linea eſt ordinata collectio perſonarum conſanguinitate cō iunctarum diuerſos gradus continens, & eos à ſtipite ſecundum numeros diſtinguens. Gradus eſt quidam habitudo ſiue diſtantia perſonarum adinuicem facta collatione ad communem parentem. Item nota quod puncta rubea deſignant gradus canonicorum propter excellentiam quandam. Nigra uerò gradus legales. De quibus breuiter eſt notandum, quia in aſcendentibus & deſcendentibus gradibus legalibus locum habent duæ primæ regulæ ſuperius poſitæ in collateralibus uero talis eſt rugula. Quot ſunt perſonæ collateraliter à communi ſtipite deſcendētes præter ipſum ſtipitem, tot ſunt gradus inter extremos de quorum attinētia quæritur. Computationem gradum hic non pono. quia ſicut à principio præmiſi melius ſecundum regulas fit computatio ad oculum & ad digitum quam ad intellectum.

*Sequitur* uidere de ſecunda parte
10 rub.ſ.de affinitate. † Et eſt ſciendum quod affinitas eſt attinentia unius perſonæ ad aliam proueniens ex copula carnali quando enim uir coniungitur carnaliter uxori omnes conſanguinei uxoris efficiuntur affines uiro, & econuerſo, omnes conſanguinei uiri efficiuntur affines

fines uxori.& in eiſdem gradibus affinita
tis in quibus gradibus conſanguinitatis
alteri attinent. Sed inter cognatos uiri &
cognatos uxoris nulla ex illo matrimo-
nio naſcitur attinentia . ut infra eo. titul.
quod ſuper his . Dicuntur autem affines
quaſi ad alterius fines accedentes . Et ut
melius ac utilius ea quæ ad inſtructio-
nem huiuſmodi arboris pertinent ad ocu
lum oſtendãtur arborem ipſam depictam
inſerui ipſam per regulas artificioſe diui-
dens ac diſtinguens gradibus ſecundum
regulas computandis .

*In arbore* affinitatis doctrina iſta ſeruetur. Prius ponan-
tur regulæ quarum artificio genera & gra
dus affinitatis inueniantur. Secundo , ar-
bor componenda eſt ut tam gradus quam
genera ſecundum regulas computentur .
Tertio, quæſtiones quædam notentur &
ſolutiones adhibeantur. Quarto quædam
notabilia aſſignantur & ſic quaternario
numero huiuſmodi arboris inſtructio ter
11 minetur.¶Quatuor† regulæ in hac arbo
re ſunt ponendæ quarum prima talis eſt.
Perſona de qua quæritur matrimonium
contrahente ac conſummante.oritur pri-
mum genus & gradus affinitatis iuxta gra
dum conſanguinitatis inter uirum & con
ſanguineos uxoris & inter uxorem & con
ſanguineos uiri. Hæc regula comproba-
tur infra eod.titul.quod ſuper his.¶Secun
da regula talis eſt. Quoto gradu conſan-
guinitatis diſtat quis à conſanguineo ſuo
uel conſanguinea . toto gradu affinitatis
diſtat ab eius uxore marito ipſius. Et hæc
regula comprobatur.35. q.3. de propin-
quis & c.æqualiter. ¶ Tertia regula talis
eſt.Perſona addita perſonæ per carnis co
pulam. mutat genus & non gradum . Et
hæc regula comprobatur.35.q.3 §.aucto
ritate.&.c.ſeq. ¶ Quarta regula talis eſt .
Perſona addita perſonæ per carnis propa
gationem mutat gradu : & non genus. &
hæc regula comprobatur.35.q 5. porro.
Has duas poſteriores regulas breui uerſi-
culo comprehende . Mutat nupta genus .
ſed generata gradum. ¶ Poſitis regulis &
iure probatis componenda eſt arbor &
exponenda & ſecundum artificium regu-
larum gradus affinitatis ſunt ex utroque
latere arboris computandi ut per eorum
breuem inſtructionem ſciatur quoto gra-
du affinitatis uir in ſororis & ſuarum de .
ſcendentiam attineat conſanguineis ſua-
rum uxorum.ſ.fratri & ſuæ poſteritati uſ
que ad quartum gradum . & è conuerſo.
quoto gradu affinitatis attineant uxores
fratris & deſcendentium ab eo uſque ad
quartum gradum conſanguinitatis ſuo-
rum uirorum.ſ. ſorori & deſcendentibus
12 ab ea.¶†Arborem ſic componas . in me-
dio arboris ponatur linea continens qua-
tuor cellulas . In cellulis illis hæc ſcripta
ſunt . Primus gtadus . Secundus gradus .
Tertius gradus . Quartus gradus . Poni-
tur autem in medio ſcilicet inter fratrem
& ſororem propter tria. ut detur intelli-
gi quod à conſanguinitate ortum habet
affinitas & quod ex utroque ſexu uirili &
fœmineo affinitas cõtrahatur.& quod gra
dus affinitatis contrahantur ſecundum gra
dus conſanguinitatis ſicut inferius expla-
nabo.Ab uno latere ipſius lineæ ponitur
alia linea continens quatuor cellulas . in
prima ſcribitur frater . in ſecunda fratris
filius. in tertia fratis nepos. in quarta fra-
tris pronepos . Ex altero ponetur alia li-
nea continens quatuor cellulas. in prima
ſcribitur ſoror . in ſecunda ſororis filia.in
tertia ſororis neptis in quarta ſororis pro
neptis. Frater igitur uxorem ducente con
trahitur primum genus affinitatis . & pri
mus gsadus inter uxorem fratris & ſoro-
rem . detur ſorori filia oritur ſecundus
gradus . Addatur filia filiæ.erit tertius gra
dus . Naſcatur filiæ ſororis filia . gradus
quartus addetur . Et quod dico in filiabus
idem eſt & in filijs ſed ex uno latere ar-
boris ponũtur cõſanguinei fœminei ſexus
& ex altero uirilis.Item filio fratris ma-
trimoniũ cõtrahẽte oritur inter eius uxo
rem & ſororem fratris cum ſuis poſterius
primum genus affinitatis & talis gradus
in quali gradu conſanguinitatis inuenitur
maritus cum illis perſonis . Et idem om-

nino ſi nepos fratris uxorem duxerit idẽ
in pronepte. Horum igitur uxores conti
nentur in linea illa quæ eſt iuxta frater.
quæ linea quatuor habet cellulas. in pri-
ma ſcribitur uxor fratris olim relicta. in
ſecunda uxor filij fratris. in tertia uxor
nepotis fratris. in quarta uxor pronepo-
tis fratris. Nec mireris ſi in tot narratio
nibus graduum non dicam mutari genus
affinitatis. ſed gradus. quia genus non
mutatur per carnis propagationem ſed
gradus: ut ſupra in regulis eſt præmiſ-
ſum. Et eodem modo ex alio latere ar-
borem explanabis. Nam ſorore matri-
monium contrahente oritur primum ge
nus affinitatis inter uirum uxoris & fra-
trem cum poſteris ſuis. ſimiliter ſoro-
ris filia contrahente. oritur primum
genus affinitatis inter uirum uxoris. &
fratrem ſororis cum deſcendentibus ſuis.
Idem in ſororis nepte idem in ſororis
pronepte affinitatis genere non muta-
to in uariatione ſucceſſionis. ſed gradi-
bus uariatis ſicut uariatur gradus con-
ſanguinitatis cum illa perſona qua me-
diante affinitas eſt contracta. Viros
iſtarum continet illa linea quæ eſt iu-
xta ſororem quæ quatuor habet cellu-
las. in prima ſcribitur uir ſororis olim
relictus. in ſecunda uir filiæ ſororis. in
tertia uir neptis ſororis. in quarta uir
proneptis ſororis ſunt. & duæ auricu-
læ ſiue cellulæ ex utroque latere arbo-
ris poſitæ. In una continetur relictus
relictæ fratris. in altera relicta relicti
ſororis. quæ cellulæ ſolæ ſunt & lineas
non habent. & ponuntur cauſa uenuſta-
tis uel ornatus ut in ſequentibus dicam.
Expoſita arbore. & affinitatis gradibus
aſſignatis. reſtat diſcuti quæſtiones &
13 ſolui. ¶ † Pone quod hodie inuenia-
tur aliquod matrimonium olim contra-
ctum ante conſtitutionem illam infra eo
dem titulo non debet in ſecundo gene-
re affinitatis. nunquid ſtare uel ſeparari
deberet. Ad quod reſpondeo matrimo-
nium iſtud iudicari deberet ſecundum iu-
ra temporis illius in quo contractum eſt.
ut in authen. ut cum de app.cog.§.1.coll
8. Cætera in hac quæſtione dicas ſicut
dixi in conſimili quæſtione quam no.ſu-
14 pra in arbore conſanguinitatis. ¶ † Item
quæritur an iſti de quibus proxime quæ-
ſitum eſt ſeparati poſſint iterum matri-
monialiter copulari. Et uidetur quod nõ.
ut 35.q.6.ab iſto. Ad quod reſpondeo.
Canõ iſte loquitur in impedimẽto quod
fuit & durat. Sed nos loquimur in impe
dimento quod fuit.ſed eſſe deſijt per con
ſtitutionem illam. non debet quæ tollit
ſecundum & tertium genus affinitatis &
ideo contrahi denuo poteſt. ut ſupra de
eo qui dux.in ma.quam pol.per adul.c.1.
15 & c.ueniens.¶Item† quæritur.duo olim
impedimenta ex ſecundo genere affinita
tis ſurgebant. affinitatis & publicæ ho-
neſtatis iuſtitia. ut 35.quæſtio.3. porro.
ſed affinitas eſt ſublata ut ſuperius dictũ
eſt nunquid & publicæ honeſtatis iuſtitia.
Videtur quod non. quia de ea non fit
mentio in conſtitutione illa. non debet.
ſed tantum de illa publicæ honeſtatis iu-
ſtitia quæ olim ex ſecundis nuptijs naſce
batur quod ergo non mutatur quis ſtare
prohibet. ut.C.de teſta.l.ſcimus. Sed di-
co quòd illa publicæ honeſtatis iuſtitia
quæ olim ex ſecundo genere affinitatis
oriebatur ſublata eſt per conſtitutionem
eandem. non debet. nam ibi dicit pro-
hibitionem de cõiugio in ſecundo & ter
tio affinitatis genere minime contrahen-
do ſacri approbatione concilij reuocan-
tes. unde reuocata eſt quælibet prohibi-
tio quæ olim ex ſecundo genere proce-
debat, propterea in conſtitutione ſequi-
tur. ut ſic contrahentes hoc eſt in ſecun-
do affinitatis genere de cætero liberè co
pulentur. Patet igitur ex præmiſſis quod
hodie uxores duorum fratrum uel duorũ
conſobrinorum non ſunt affines. unde
mortuis ipſarum maritis poteſt aliquis
utranque ducere ſucceſſiue. non obſtante
canone cui eſt hodie derogatum. 35.quæ
ſtione 3.porro. Item reuocata eſt prohi-
bitio de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nu-
ptijs cognationi uiri non copulanda prio
ris. ut in dicta conſtitutione. non debet.
16 ¶Itẽ quæritur † an hodie ſola publicæ ho
neſta-

neſtatis iuſtitia locũ habet quę oritur de ſponſalibus de futuro uel de præſenti.dũmodo non conſumatur. quia illa etiam ex diuina pagina ortum habuit. ut ibi nõ licet tibi ſponſam fratris tui uel & alie. nihilominus locum habent quæ per illam conſtitutionem. non debet. non inueniuntur ſublatæ. Hanc quæſtionem no. ſupra de ſponſa.§.ex ſponſalibus. ¶ Vltimo notabilia uideamus. Et primò uidendum eſt qualiter affinitatis genera
17 contrahantur †. Et eſt ſciendum quòd aliquo contrahente matrimonium & cõſumante per carnis copulam oritur primum genus affinitatis inter uirum & cognatos uxoris & inter uxorem & cognatos uiri infra eod.c.quod ſuper his. Secundum genus fit fratre matrimonium contrahente ut dictum eſt & moriente. demum relicta ipſius cum alio contrahẽte oritur ſecundum genus affinitatis inter ſecundum uirum & cognatos prioris & èconuerſo. aliqua matrimonium contrahente & conſummante. demum moriente & relicto ipſius cum alia contrahente oritur ſecundum genus affinitatis inter ſecundam uxorem & cognatos prioris.& ad hoc denotandum ponitur in quibuſdam cellulis olim relictus olim relicta. quaſi dicat in arbore antiqua ponebantur hæc uerba.relictus relicta. quibus contrahentibus oriebatur ſecundum genus affinitatis.quod hodie locum non habet.Vel forte locum habet quia contrahitur ſecundum & tertium genus affinitatis. ſed prohibitio eſt ſublata.ut infra eo. titu.non debet.Item fratre contrahente oritur primũ genus affinitatis inter eius uxorem & ſororem fratris cum ſua poſteritate.fratre moriente & uxore fratris olim relicta cum alio contrahente. oritur ſecundum genus affinitatis inter ſecundum uirum & uxorem. cum poſteris ſuis mortua uxore & relicto illius cum alia contrahente oritur inter illam & ſororẽ cum ſua prole tertium genus affinitatis. & hoc deſignat auricula illa relicta relictæ fratris. Idem dicas in alio latere arboris. nam ſorore contrahente.oritur primum genus affinitatis inter uirum ſororis & fratis & fratrem cum ſua poſteritate. mortua ſorore & relicto ipſius cum alia contrahente. oritur inter illam & fratrem cum ſuis deſcendentibus ſecundum genus affinitatis. mortuo relicto ſororis & relicta ipſius cum alio contrahente.oritur inter illum & fratrem cum ſua prole tertium genus affinitatis.& hoc ſignificat illa auricula in qua ſcribitur relicta reli-
18 cti ſororis. ¶ † Secundo notabis quòd ſuper cellula illa in qua ſcribitur uxor fratris olim relicta protenditur filium ſupra in quo ſcriptum eſt primum genus affinitatis. & reflectitur ad cellulam illam in qua ſcribitur ſoror & ab illa cellula ſoror producitur filium cum eiſdem uerbis & reducitur ad eandem cellulam uxor fratris ut denotetur quòd iſti inter ſe ſunt affines.Et eodem modo ſuper cellulam illã frater exigitur aliud filium habens eadem uerba ſcilicet primum genus affinitatis & retorquetur ad illam cellulam uir ſororis. Item ab illa cellula uir ſororis ſumitur filium cum uerbis eiſdem & reuoluitur ad illam cellulam frater. ad oſtenden
19 dum quòd inter ſe ſint affines. ¶ † Tertio notabis quòd affinitas eſt proximitas perſonarum ex carnali commixtione proue
20 niens omni carens parentela. ¶ † Quarto not.quòd affinitas non oritur ex nuptijs interdictis.ut.ff.de gradibus.l.non facile. §.ſciendum eſt. Et in quatuor regulis quatuor quæſtionibus & quatuor notabilibus expoſita eſt arbor.

## *Summarium*

1 *Species quot ſint impoßibilitatis coeundi.*
2 *Impedimenta perpetua coeundi & quæ matrimonium dirimunt quæ ſint. & num. 5.6.& 7.*
3 *Senex an poßit contrahere matrimonium,*
4 *Matrimonium quod ſemel tenuit, nulla infirmitate uel maleficio, uel impedimento ſuperueniente reſcinditur.*
5 *Caſtrati matrimonium an ſit nullum.*
6 *Tria bona matrimonij quæ alibi appellantur ſubſtantia.*

Impo-

8 *Impotentia coeundi qualiter probetur.*

9 *Vir ſi proclamat ad iudicium dicendo ſe frigidum & maleficiatum res mulier dicit eum eſſe potentem an iuramento uiri credatur.*

10 *Muliere ad iudicium reclamante & dicente uirum frigidum & maleficiatum, & uiro hoc confitente, an ſit diſſoluendum matrimonium.*

11 *Matrimonium propter artationem ſeparatũ, an ſit reintegrandum. ſi alter ſeras reserat.*

## ¶DE FRIGIDIS ET MALEficiatis. Rubrica.

TRactauimus ſupra de quibuſdam impedimẽtis matrimonij. ſed quia impoſſibilitas coeũdi impedit matrimonium. ideo ſubijcitur hic rubr. de frigidis & maleficiatis & in potentia coeundi. ¶ Videamus igitur quot ſunt ſpecies impoſſibilitatis, quæ impediãt matrimoniũ & quæ non. Item quæ ſint impedimenta ex parte uiri & quæ ex parte mulieris. & qualiter probetur impoſſibili-
1 tas coeundi. ¶ † Species impoſſibilitatis duæ ſunt. Impoſſibilitas enim coeundi alia naturalis alia accidẽtalis. Sed & hæc ſubdiſtinguitur. Nam impotentia ſiue ſit naturalis ſiue accidentalis, aut eſt perpetua, aut temporalis. Naturalis impotentia coeundi triplex eſt. in uiro frigiditas. artatio in muliere uel aliud inſtrumenti impedimentum à natura contractum. ut infra eodem titu. ex literis defectus ætatis in utroque, ut eſt in pueris. Accidentalis impotentia prouenit propter duo. propter maleficium. Item propter ſectionem ſeu caſtrationem. quæ impedimenta in uiris non in fœminis locum habent.
2 ¶ † Perpetua impedimenta ſunt frigiditas. Item arctatio cui ope medicorum ſubueniri non poteſt. ut infra eo. ti. ex literis. &. c. fraternitatis. Sectio ſeu caſtratio, maleficium quod deleri non poteſt. Temporale impedimentum præſtant pueritia. ut infra eodem c. quod ſedem. & ſupra de deſpon. impu. quaſi per. to. & 30. q. 2. c. 1. Item arctatio cui ſubueniri poteſt ope medicorum. Item maleficium temporale. ¶ Impediunt & dirimunt matrimoniũ ut impedimenta perpetua. Frigidus. enim naturalis contrahere non poteſt & ſi contraxerit non tenet matrimonium. ut infra eod. c. 1. c. laudabilem. & c. literæ. & 33. q. 1. c. 1. & . 2. Et in hoc caſu non dicetur matrimonium contractum diſſolui. ſed à principio fuiſſe. ut in authen. de nup. §. ſi uerò col. 4. Cum enim duæ ſunt cauſæ matrimonij propter quas extitit inſtitutum. ut not. ſupra de ſponſa. §. fuit. & nulla illarum ſubſit in frigido. meritò matrimoniũ
3 eſt nullum. † Et per hoc uidetur quòd ſenex non poſſit cõtrahere matrimonium. Sed contra. C. de nup. l. ſancimus. 27. q. 1. nuptiarum bonum. in prin. Nec ob. infra eo. c. quod ſedẽ. ibi. n. loquitur de his impotentibus qui perpetuo impedimento laborant. Senex autem ſi naturali calore deſtituatur. ope tamen medicorum & uirtute medicinarum poterit eius debilitas ſubleuari & ad coitum roborari. ¶ De maleficio autem ſic teneas quòd ſi matrimonium præueniat & ſi perpetuum impedit contrahendum & dirimit iam contractũ. ut 33. q. 1. in pri. & c. ſi per ſortiarias. Quidam tamen dicũt illud. c. non tenere, quia ſi non ſit aliquod maleficium perpetuum quod ſaltem per eum qui fecit deleri non poſſit. & ita cum per opus humanum ſubueniri poſſit non dirimit matrimonium, eo quod non ſit perpetuum ut infra eod. titulo fraternitatis. quicquid enim ligatur ſolubile eſt. in auten. de nup. §. nuptias. Sed contrarium eſt uerum. poteſt enim aliquod maleficium eſſe perpetuũ. ut deleri non poſſit. puta aliquid datum eſt edendum uel bibendum. uel mortuus eſt maleficus, uel perditum eſt maleficium, uel maleficus neſcit delere in his igitur poteſt locum habere. c. ſi per ſortiarias. unde ſtabunt ſimul uir & mulier per triennium & operam dabunt ad carnalem copulam. quæ ſi interuenire nõ poſſit ſeparari debebunt. ut infra eodem titu. laudabilem. & in auten. de nup. §. per occaſionem. Sed ſi uir poſt diuortium cogno-

cognoſcat carnaliter aliam non reconci-
liantur. priora concubina. ut in prædicto.
c.ſi ſortiarias. in fi. nā poteſt quis eſſe ma
leficiatus quo ad unam . non tamē quo ad
alias. ſecus in frigido naturali. Et hæc om
nia habent locum cum maleficia præce-
dunt matrimonium. Cæterum ſi ſubſequā
tur non reſcindunt matrimonium ſiue an-
te maleficium fuerit conſummatū ſiue po-
4 tuerit conſummari † nulla enim infirmi-
tate uel maleficio uel impedimento ſuper
ueniente reſcinditur matrimonium quod
ſemel tenuit.ut 32.q.7. illi qui.&.q.5.hor
rendus.&.c. ſi quis uxorem. niſi religione
præueniente copulam carnalem ut ſupra
5 de conuerſ. coniuga. ex publico . ¶ † De
caſtratis autem dicūt quidam quòd caſtra
ti hoc eſt caſtè nati id eſt , frigidi contra-
here non poſſunt & ſi contraxerint non te
net matrimonium ut ſuperius dictum eſt .
Si uero fuerint ſpadones id eſt, ſpata ſecti
poſſunt cōtrahere, in quibuſdam enim ma
trimonium eſt humanitas ſolaciū . ut 27.
q. 1. nuptiarum.& ar. ad idem.33.5.q.5.
quod dens . Sed uerius eſt quod ſecti ma-
trimonium. contrahere non poſſunt. nec
ualet contractum quia ex quo cognoſce-
re uxores non poſſunt pueris aſſimilantur.
6 ut infra eo. quod ſedem. ¶ † Præterea tria
ſunt bona matrimonij. proles. fides & ſa-
cramētum quæ in matrimonio caſtrari lo
cum non habent. ut 27.q.1. omne . Item
duæ ſunt cauſæ principales matrimonij.
ut not. ſupra de ſponſis. §. cauſæ quarū neu
tra in caſtratis. inuenitur . Et quòd caſtra
ti matrimonium nullum ſic probatur. ff. de
iure do.l.ſi ſerua.§.ſi ſpadoni.Secus ubi a-
liquis habet unum teſticulum . huiuſmo-
di matrimonium tenet. & ſic uidetnr poſſe
intelligi lex. ff. de libe. & poſthu.l. ſed eſt
quæſitum.§. ſpadonem.&.ff.de ædi.edic.l.
ædiles.§. offilius. nam & hic militat. ff.de
re. mili.l. qui cum uno . & propterea dicit
lex. ſpadonum multa ſunt genera.ut.ff.de
7 uer. ſigni.l. ſpadonum . ¶ † De artatione
uero teneas & obſerues quod legitur in-
fra e. ca. fraternitatis. Quidam tamen di-
cunt quòd artatio matrimonium non diſ-
ſoluit ut infra eo. titu. conſultationi . Sed
quòd ibi dicit.Romana eccleſia tamen cō
ſueuit in ſimilibus iudicare ut quas tan-
quam uxores habere nō poſſunt habeant
ut ſorores. ſubaudi conſueuit iudicare cō
ſulendo & mouendo. non diffiniendo uel
ſententiando . ¶ Quid ſi uir generare non
poſſit uel muliere concipere nunquid ma
trimonium contrahere poſſunt. Reſpon-
deo ſic . nam quamuis in matrimonio ta-
lium utraque cauſa matrimonij locum nō
habeat de quibus not. ſupra de ſpon.c.cau
8 ſæ ſufficit tamē alterā non deeſſe ¶ † Nūc
uidendum eſt de modo probationis. qua-
liter probetur impotentia coeundi . Et eſt
ſciendum quòd ſi mulier dixerit uirū ſuū
frigidæ naturæ eſſe ut coire non poſſit. &
ſe matrem fieri uelle adiecerit. ſtabit cum
illo uſque ad triennium . ut in auten. de
nup.§.ſi per occaſionem infra eo.titu. lau-
dabilem , & ſi per tantum temporis data
ad hoc opera coire non poſsit fiet diuor-
cium. ſi tamen uterq; iurauerit cum ſepti
ma manu propinquorum. ut 34. q. 1. re-
quiſiuit & hoc appellatur uerum & iuſtum
iudiciū. ut infra eo.ti.1.c.laudabilem . Sed
ſi poſt diuortium contingerit cum alia cō
trahere reintegranda eſſent priora concu
bina. ut in c. requiſiuit. conuitio de periu
rio uiro per contrarium factum . ut infra
eo.c.1.Et idem tempus ſeruabitur in male
ficiato ad probandū impotētiam coeuntis
niſi per minus temporis conſtare poſsit.ut
infra e.ti.laudabilem eo ſaluo quòd ſi prō
pter maleficium ſeparetur matrimoniū, ſi
ſeparatus cum alia contraheret non repa-
retur primum matrimonium.ut in c.ſi per
ſortiarias in fine . Sed ſi mulier dicat uirū
coire non poſſe. uir autem dicat contrariū
uiri ſtandum eſt ueritati. ut 33. quæſt. 1. ſi
quis acceperit . niſi mulier uelit ſe proba-
re uirginem per aſpectum corporis. ut ſu
pra de proba. propoſuiſti . Sed quid ſi du-
bitetur an. præcedat maleficium uel ſub-
ſequatur matrimonium præſumetur ſubſe
cutū eſſe ut ar. C. de edil.acti.l.3. de arta-
tione, & ſectione probabitur per aſpe-
ctum. ¶ † Sed pone quòd uir proclamet ad
iudicium . dicit ſe frigidum uel malefi-
ciatum . mulier è conuerſo dicit eum po-
tentem

tẽtem & ſe ab eo cognitã. nunquid in hoc caſu ſtandum eſt iuramento uiri eo quòd caput eſt mulieris. Reſpondeo non. quia actor eſt & actore non probante &c. ut. 6. q. 5. actor ſupra de cauſa poſſeſſio. cũ eccleſia ſupra de iureiu. ca. ulti. & ei qui dicit incumbit probatio. ff. de probat. ei qui. Item timendum eſt ne multi ſic dicerent ſi eſt proprium iuramentum ſe crederent ab uxoribus ſeparandos. Item fauor ma-
10 trimonij repugnat. ¶† Item muliere ad iudicium proclamante & dicente uirum frigidum & maleficiatum & ſic impotẽtem & uiro hoc confitẽte timetur de colludio. ut ſupra de eo qui cogno. conſan. ux. ſue ſuper eo. & ideo is tantum non creditur. ſed adijcitur ſeptima manus propinquorum. ut ſupra dictum eſt. nihilominus ergo creditur ſoli uiro in quæſtione præ-
11 miſſa cõtradicente uxorem ¶† Item quid ſi propter artationem ſeparatum ſit matrimonium & tandem mulier nubat alteri qui referat ſeras eius nũquid reintegrabitur matrimonium primum. Et quod breuiter reſpondeo. ſi mulier non erat cognoſcibilis primo ſicut ſecundo. puta quia diuerſæ naturæ & cõditionis homines erãt tunc non integratur. ſed ſi cognoſcibilis erat primo. cuius ſimili commiſcetur. apparet ſententiam diuortij per errorem latam & ideo reintegrabitur matrimoniũ primum. ut infra eo. c. fraternitatis.

## Summarium

1 *Interdictum quid ſit, & à quo fieri poßit. & an matrimonium impediat.*

2 *Matrimonium quando interdicat eccleſia & quare, & nu. 3.*

4 *Matrimonium clandeſtinum interdicitur. ſed contractum tenet.*

5 *Viri uel uxores nunquid peccent exigendo debitum, uel reddendo in diebus ſolennibus uel in locis ſacris.*

## ¶DE MATRIMONIO CONtracto contra interdictum eccleſiæ. Rubrica.

POST impedimenta matrimonij quæ & contrahendum impediunt. & dirimunt iam contractum agitur hic de quodam impedimento. quod & ſi impediat contrahendum, non tamen dirimit iam contractum. & ideo ſubijcitur hic rubrica de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ. ¶Videndum eſt igitur quid ſit interdictum eccle. quis illud facere poſſit. quibus modis fiat &
1 quis ſit interdicti effectus. ¶† Interdictũ eccleſiæ in hoc caſu eſt prohibitio contractus matrimonialis. ¶Tale autem interdictum poteſt epiſcopus facere ad quẽ ſpectat cognitio cauſarum matrimonialium ut infra de exceſſ. præla. accedentes. quia cum matrimonium ſit magnum ſacramentum in eccleſia dei ut ſupra de biga. c. debitum. quæſtiones quæ ſuper matrimonijs mouentur ſunt ad epiſcopũ deferendæ. ut 25. di. perlectis. ſi tamen de conſuetudine approbata archidiaconi cognoſcant de caſibus matrimonialibus ut ſupra de reſti. ſpo. literas. uel archipræsbyteri ut ſupra de conſangui. & affi. ex literis poſſunt & ipſi prohibere aliquibus ne ſimul matrimonialiter copulentur. ¶Aliquando interdicit eccleſia generaliter matrimonium contrahi ex cauſa tale interdictum impedit contrahendum & dirimit iam contractum. ut 35. q. 3. contradicimus. Aliquando interuenit eccleſiæ prohibitio ſimpliciter & ſine conſtitutione. & illud interdictum non ſufficit ad irritationem matrimonij & ſi contra interdictũ facientibus pœnitentia imponatur ut infra eo. c. 1. & 2. niſi ſubſit cauſa perpetua. & tunc matrimonium irritabitur nõ propter interdictum. ſed propter cauſam. quæ ſi non ſubſit & ſi contra interdictum contrahi non debeat, non tamen eſt conueniens ut ob id ſolum ſacramentum coniugij diſſoluatur. ut infra eo. tit. ex literis
2 in fin. ¶† In ſumma notandum eſt quod tem-

tempore feriarum non interdicitur contractus matrimonij quod ſolo conſenſu contrahitur. ut 37. q. 2. ſufficiat. quocunque enim tempore poteſt matrimonium contrahi. ut ſupra de ferijs capellanus. Sed interdicitur ſolennitas nuptialis ut ibidē. & 33. q. 4. non oportet, cum ſequentibus ca. ¶ Interdicitur & traductio ſolennis. ut infra eodem titulo. & q. ea. nec uxore ducere. Addit frater Ray. in ſumma ſua de copula carnali. forte inheres canonibus dicentibus quòd tempore orationis non debet quis cognoſcere uxorem ſuam. ut
3 33. q. 4. per totum. † Sed tu dicas quod illud quandoque eſt præceptum. quandoque conſilium. Præceptum eſt quòd illis diebus non cognoſcatur uxorem ſuam cauſa exercendæ libidinis. nam cum priuatis diebus uenialiter peccaret uir ſecundum nos taliter cognoſcendo diebus ſolennibus peccaret mortaliter. Conſiliū uero eſt ubi uult cognoſcere cauſa prolis uel cauſa uitandæ fornicationis. Et hæc omnia intelligas in exigente. nam exactus quocunque tempore reddere debet.
4 ut 27. q. 2. ſi tu abſtines 33. q. 1. c. 2. ¶ † Interdicitur & matrimonium clandeſtinū. ſed cōtractum tenet. ſaluis pœnis quæ imponuntur cōtrahentibus & proli. ut ſupra de clandeſtina deſpon. cum inhibitio.
5 ¶ Sed nunquid † peccant uiri uel uxores exigendo debitum uel reddendo in diebus ſolennibus uel in locis ſacris. Ad quod reſpondeo quòd exactus ſemper reddere debet. niſi cautæ & ſine periculo adulterij poſſit differre exigere autē non debet. Vnde dicit apoſtolus. Nolite fraudari inuicem. niſi forte ex conſenſu ad tempus ut uacetis orationi. Et iterum. Reuertimini in idipſum ne temptat uos ſathanas propter incontinentiam ueſtrā. Hoc autem dico ſecundum indulgentiā. non ſecundum imperium. Et Augu. chriſtiano cum uxore ſua aliquando licet conuenire. aliquando non licet propter dies proceſſionis & ieiuniorum, aliquando cō uenire non licet. quia etiam à licitis abſtinendum eſt ut facilius impetrari poſſit quod poſtulatur. Item quotienſcunque aut dies natalis domini aut reliquæ feſtiuitates aduenerint. non ſolum concubinarum conſortio ſed à proprijs uxoribus abſtinete. ut probantur hæc 34. q. 4. apoſtolus chriſtiano. & . c. quotienſcunque.

## *Summarium*

1 *Filiorum genera quot ſunt. & numero. 2. 3. & 4.*
2 *Filij legitimi qui ſunt.*
3 *Filij legitimati qui dicuntur.*
4 *Filij naturales qui cenſeantur.*
5 *Filij naturales quibus modis legitimentur.*
6 *Legitimatus à Papa an admittatur ad omnia, ad quæ admittuntur alij legitimati.*
7 *Legitimare non eſt contentioſæ iuriſdictionis ſed uoluntariæ, ſicut manumittere, adoptari, & emancipare.*
8 *Legitimatus ſimpliciter à Papa & in forma communi, an uideatur legitimatus ad dignitates.*
9 *Legitimatus à Papa ad dignitates, an de epiſcopali intelligatur.*
10 *Filiationis probatio.*
11 *Filij ut legitimi naſcantur, ſufficit bona fides utriuſque coniugum uel ſaltem alteris.*

### ¶ QVI FILII SINT LEgitimi. Rubr.

TRactauimus ſupra de matrimonio & eius impedimento. ſed quia proles eſt unum de bonis matrimonij ut 27. q. 1. omne. & una de cauſis propter quas matrimonium eſt inſtitutū ut no. ſupra de ſponſa. §. cauſæ. Vnde ſubſequenter & de filijs tractatur. & ideo ponitur hic rub. qui fil. ſint legitimi. ¶ Videamus itaque quot ſunt genera filiorū. qui filij ſint legitimi. & qui non. & qualiter illegitimi legitimentur ſecundum ius
1 canonicū & ciuile. ¶ † Filiorū quinq; ſunt genera. alii legitimi. alij legitimati. alii
2 adoptiui. alij arrogati. alij naturales. ¶ † Legitimi filij ſunt qui ex legitimis matrimonijs procreantur ut inſtitu. de patria po. in princip. ff. de his qui ſui uel alie. iur. ſunt. l. item in poteſtate. & l. filium.

Hij etiam dicuntur liberi.ut.32. quæſt.4. liberi. Et hoc puto uerum ſiue matrimonium ſit uerum ſiue putatiuum dummodo contrahentes ſolenniter contrahant. & impedimentum ignorent.ut infra eodem
3 c.cum inter Iohannem.† Legitimati ſunt illi qui illegitimi naſcuntur ſed aliquo ſu perueniente beneficio pro legitimis repu tantur. ut infra eod.titul. tanta.& ut in ſe quentibus dicam de adoptiuis & arroga-
4 tis dixi.ſupra de cogna.legali.†Naturales ſunt qui ex concubinis naſcuntur. ut.32. quæſt.4.liberi.Vel ſubdiſtingue. melius. Filiorum alij ſunt legitimi non naturales ut adoptiui & arrogati. alij ſum legitimi & naturales.ut ex legitimis matrimonijs procreati ſiue ueris ſiue putatiuis. ut ſupe rius dictum eſt. alij ſunt naturales & non legitimi. ut nati ex concubinis indubitato affectu retentis. hij abinteſtato ſuccedunt parentibus una cum matribus in duabus uncijs. ut.C de naturali in authent. licet patri. Alij ſpurii ut nati ex damnato coitu. hij in nullo ſuccedunt imò nec paſci a parentibus dicunt. ut in authent. quibus mod.na.effic. ſui.§.antepenult.infra eodem titulo per uenerabilem in fin. 32.quæſt.4.dicat. Sunt & alia genera filiorum. nam ſunt alij ſpirituales ut 30. q.1.omnes. &.q.3.c.1.& 2. Dicuntur etiam filij ſecundum legem ueteris teſtamenti qui ex ancillis & parronis de uoluntate uxoris naſcantur. ut 56. diſtinct. Iſmahel & 32. quæſt.4. recurrat.Et quod dixi. ſupra quòd filij nati ex legitimis matrimonijs dicuntur liberi fallit. quia natus ex ancilla & ſeruo. uel ex ancilla & libero quamuis matrimonialiter coniunctis. non tamen eſt liber. ut 32. quæſtio.4. liberi. & nihilominus uerum eſt matrimonium inter ſeruos. ut ſupra de coniugio ſeruo cap. 1. Item contingit quòd nati ex iuſtis nuptijs liberi non ſunt ut cum aliqui caſualiter in ſeruitutem rediguntur. ut not. ſupra de natis
5 ex libero uentre.§.caſualiter. ¶ † Octo modis legitimantur filij naturales. Primo ſi quis concubinam ſuam duxerit in uxorem, legitimatur filius naturalis non ſpurius.ut infra eodem titul. tanta.&.c gaudemus. Secundo ſi pater tradat filium naturalem ſeruitio curiæ ciuitatis de qua ipſe oriundus exiſtit. uel curiæ ciuitatis metropolitanæ ut inſtitu. de nup.§.ultimo. Tertio ſi pater naturalis ſiliam ſuam copulauit in matrimonio officiali curiæ ciuitatis. de qua ipſe oriundus eſt uel ciuitatis metropalitane. ut.C.de naturali. li.l.4. Quarto ſi ipſe naturalis ſe ipſum offerat,cum non ſupereſt legitima proles. nam alias non liceret ei ſe offerre & ſic licetet patri ſeipſum offerre.ut in auten.qui.mo.na.effi.ſui.§.& iſte modus. col.7.Quinto ſi patre deficiente legitima prole & matrimonio quo impedimento cum concubina offerat præceps principi & princeps eas admittit. ut in aut. qui. mo. na.effi.ſui.§.illud.col.7. Sexto ſi pater in ſuo teſtamento dixerit naturales legitimos ut in aut. quib.mo na. ef. ſui.§.ſi uero nec coll.7.Septimo ſi pater in inſtrumento publico uel propria manu confecto habente ſubſcriptionem trium ueracium teſtiũ dixerit naturales legitimos. Octauo ſi uni ex filijs perhibuerit hic teſtimonium. nam hoc ſufficit alijs ad legitimationem ut in authen. ut liceat matri & auiæ. §. ad hoc col. 8. Eſt & nouus caſus legitimandi cum papa legitimat
6 aliquem. ¶ Sed † cum per ſuperiores modos legitimati admittantur ad actus legitimos & ſucceſſionem nunquid legitimatus à papa. admittetur ad prædicta. Ad hoc dixerunt quidam quòd papa non habet poteſtatem legitimandi quo ad actus ſeculares & ſucceſſionem. ſed eo ipſo quòd quis legitimatur ab eo in ſpiritualibus legitimari uidetur in temporalibus. ne ſit abſurdum quòd legitimatus ad ſpiritualia illegitimatus ad temporalia cenſeatur arg.ad hoc.ff.de interdic. & relega.l.relegatorum. §. ulti.ff. de ſenato.l. qui indignus .ff. de ſer. expor.l. cui pacto. Is igitur quem papa legitimat. intelligitur legitimatus ad temporalia per conſequentiam quandam. ut infra eodem titulo per uenerabilem. quædam enim per conſequentiam obtinemus.

mus. ut. ff.de pœ.l.moris in princip. C.
ſi aduerſus tranſa.l.2.C.de dila.l. ſi quan
do. C.de tempo. in integ. reſtitut.l. pe-
tendæ. Nec mireris. nam quamuis pa-
pa non exerceat iuriſditionem conten-
tioſam in temporalibus præterquam in
caſibus. ut ſupra de app. cap. ſi duobus.
ſupra de iudi.nouit. infra eodem c. cau-
7 ſamque. † Legitimare tamen non eſt
contentioſæ iuriſdictionis ſed uolunta-
rie ſicut manumittere. adoptare & e-
mancipare. ut.ff. de offi. proconſ. l. 2. &
8 3. ¶ † Sed quæritur an uideatur legiti-
matus ad dignitates is quem papa ſim-
pliciter legitimat & in forma communi.
9 reſpondeo non. ¶ † Item quid ſi ad di-
gnitatem legitimet nunquid de epiſco-
pali intelligitur. Videtur quòd non hæc
enim indulgentia ad epiſcopatus uel ar-
chiepiſcopatus non ſolet extendi. ſed ad
perſonatus alios & dignitates minores
ut arg. ſupra de conceſſ. præbend. uel ec.
dilectus filius. nam & citra epiſcopatum
ſunt aliquæ dignitates. ut ſupra de fi.præ
sbytero. nimis. ad quas intelligo per in-
dulgentiam huiuſmodi diſpenſatum. quia
hæc indulgentia odioſa eſt cum dero-
get iuri communi. & ideo reſtringenda.
ut.ff.de libe.& poſthu.l. cum quidam. &
ſupra de conſanguinitate & affinita. quòd
dilecto & ſupra de translat. præla. licet.
10 ¶ † In ſumma notandum eſt quòd ad pro
bandam filiationem prodeſt parentum
profeſſio. ut.ff.de probat.l. etiam matris.
ff.de libe.agno.l.j.§.Iulianus infra eod.c.
per tuas.ff.de proba.l.ulti. Item affectio.
ut ſupra de præſump.afferte.C.de rei ux.
ac.l.1.§.ſi uero 33.quæſtione 3. ea uindi-
cta.C.de inoffic.teſta.l.ſi mater.ff.de ritu
nup.l.non ſolum. Hæc præſumptionem
inducunt pro filio. nec tamen ad ſucceſ-
ſionem ſufficiunt. ut C.de teſtamen.l.ne-
que profeſſio.&.l.ſi pater &.C.de proba.
l.non nudus. Sicut & è conuerſo ſi pater fi
lium negat patris negatio præſumptioné
inducit contra filium. non probationem.
Vnde negationi non ſtatur ut.ff.ad carbo
ni.l.1.§.ſi quis.ff.de lib.ag.l.3.ff.de inoff.
teſtament.l.ſi. instituta.§.1. ¶ Item nota
11 † quòd quãtum ad hoc ut filij legitimi na
ſcantur ſufficit bona fides utriuſque con-
iugum, uel ſaltim alterius. ut ſcilicet cre-
dat matrimonium fore legittimum. ut in-
fra eod.ti.ex tenore. Quidam tamen dixe
runt quòd ſi alter parentum ſciat impedi-
mentum matrimonij & alter ignoret fi-
lius natus ex his legittimus erit quo ad
ignorantem illegitimus quo ad ſucceſſio-
nem ſcientis impedimentum arg. ad hoc
32.q.2.ſolet quæri &.c.aliquando.C.ſol.
ma.l.ſi ignorans.C.de inceſtis nup.l. qui
contra.ff.de tributo.l.3.Sed hoc non pla
cet. nam hoc monſtruoſum eſſet aliquem
pro parte fore legittimum. pro parte il-
legittimum. ut infra eodem titulo uene-
rabielm. Sicut alibi lex dicit abſurdum eſ
ſe ſi aliquis dicatur parum liber & par-
tim ſeruus. ut.ff.de liber.cauſa.l.ſi duobus.
Sed uerius eſt ut dicat quòd ſi ambo pa-
rentes ignorant uitium uel alter locum
habet quod primo dixi. ſed ſi ambo ſci-
rent impedimentum mattrimonij uel i-
gnorarent & clam contraherent non fa-
cta denunciatione in eccleſia. tunc affe-
ctatores ignorantiæ uidentur & eorum
ignorantia filios non excuſat ut ſupra de
clandeſti.deſpon. cum inhibitio. Quod
intelligas eſſe uerum cum matrimonio
intereſt impedimentum cognationis uel
alicuins proximitatis. ea quòd illa cum in
hibitio dicit. ſi quis uerò huiuſmodi clan
deſtina uel interdicta coniugia inire præ-
ſumpſerit in gradu prohibito etiam igno
ranter proles de tali coniunctione ſuſce-
pta prorſus illegitima cenſeatur. ¶ Cæ-
terum ſi alter contrahentium ſciat impe-
dimentum alterius quo ad matrimoniũ
contrahendum. & nihilominus cum eo
ſolenniter contrahat. ſolennitas uitiũ abo
let. unde matrimonium erit legitimũ &
proles legitima & libera. dũmodo mater
non ſit ancilla. ut ſupra de cõiugio ſeruo
propoſuit ut ſupra de natis ex libero uen.
c. uno ut ſupra de ſeruis non ordi. dile-
ctus. Sed ſi alter conditioné alterius igno-
raret & clã contraheret. adhuc puto pro-
lem naſci legitimam ar.ff.ſo.ma.l. ſi cum
doté.§.ul.nõ obſtãte prędicta conſtitutio

 ne.cum

ne.cum inhibitio. quæ loquitur ut in impedimento cognationis ut dictum eſt.

## *Summarium*

1 *Querela in officioſi teſtamenti dicitur mixta inter ciuilem & criminalem.*

2 *Matrimonium accuſare qui poſſunt.*

3 *Extranei an admittantur ad accuſandum matrimonium.*

4 *Repulſus ab accuſando matrimonium an admittatur ad denunciandum.*

5 *Parentes admittantur ad teſtificandum in quæſtione matrimoniali.*

6 *Mariti ius de accuſando adulterium in quibus conſiſtat.*

7 *Abſens per ſcripturam matrimonium accuſare non poteſt.*

8 *Accuſare matrimonium ex quibus cauſis quis repellatur.*

9 *Accuſatio non habet locum in contrahendo matrimonium.*

## ¶QVI MATRIMONIVM ACcuſare poſſunt. Rubr.

HActenus tractauimus de matrimonijs & eorum impedimentis. nunc de diuortijs tractaturi. quia diuorcium accuſato ſolet præcedere de accuſatione matrimonij præmittamus. & ideo ſubiicitur hic rub. qui matrimonium accuſare poſ. uel in ipſum teſtificari. ¶ Videndum eſt igitur qui matrimonium accuſare poſſint. & qui in ipſum teſtificari ualeant. & qualiter accuſatio ſit facienda. ¶ Vnum tamen præmitto quod ſecundum iura canonica & in foro eccleſiaſtico impropriè dicitur accuſatio. quoniam huiuſmodi petitio uel actio etſi de crimine fiat, non tamen eſt criminalis, ſed quaſi mixta inter ciuilẽ & criminalẽ. ut ſupra
1 de procu. tuæ. † Sic & querela inofficioſi teſtamẽto dicitur mixta inter ciuilẽ & criminalẽ. unde plerũq; uocatur querela. ut ff. de inof. te. l. 1. eo ꝙ querelã proponit petitionem hæreditatis exercet. ut. ff. de inoffic. teſta. l. quæ de inofficioſo. Aliquando dicitur accuſatio ut. C. e. ti. l. eum qui. Sit & contra conſecrandum excipitur. & ſi de crimine excipiatur non eſt tamen quæſtio criminalis. unde in his caſibus interuenit procurator. etſi per principales ſecurius procedatur. ut ſupra de procuratuæ infra de accu. ſuper his. & de hac materia plenius tractaui ſupra de procu. §. dã
2 tur. † Poſſunt accuſare matrimonium ſoli uiri & non alij. ut cum agitur de aliquo perpetuo impedimẽto quod peccato ſub iectum non eſt, puta de frigiditate naturali, maleficio uel arctatione. non enim intereſt aliorum hoc agere, niſi eorum qui cum aliquo ex impedimentis ſuperioribus ſunt coniuncti. & in tali coniunctione conſtituti non peccant, unde conſuluitur ut ſi quis non poſſit habere coniugem ut uxorem. ſaltem habeat ut ſororem. ut. 3. q. 2. requiſiſti. ſupra de frigidis & male. conſultationi. Et idem puto ubi error conditionis alterius effectum matrimonij impediuit. Nam & tunc nullus impetere poteſt matrimonium tale. niſi is qui deceptus exiſtit uel alius ipſius nomine, qui ſi ſciens conditionem alterius ſemel conſenſerit tollitur actio. ut ſupra de coniugio ſeruorum propoſuit. Item ubi agitur ad ſeparationem mutuæ ſeruitutis propter adulterium ab altero commiſſum ſolus maritus uel ſola uxor agere poteſt. nullius alterius intereſt niſi illius thorus maculatus eſt, nam uiri adulterium etiam uxorem coinquinat & è conuerſo ut 32. q. 1. in coniugio. Poteſt & diſſimulare ſi uelit dummodo coniunx in adulterio nõ perſiſtat, quia tunc ſecus ut 32. q. 1. ſi quis & in alio. ſi quis uxorem. Poteſt & remittere adulterium iam commiſſum. ut ſupra de iureiur. quemadmodum imò & poſt diuortium poteſt ſibi adulterum reconciliare. ut 32. q. 1. quòd autem ſuprà de conuer. coniuga. gaudemus. C. ad leg. Iulia. de adul. in auten. ſed hodie. Sed ſi agatur de conſanguinitate uel affinitate ſeu de cognatione ſpirituali uel publicæ honeſtatis iuſtitia. quia huiuſmodi coniunctiones nephariæ ſunt & coitum inceſtuoſum inducunt. licet uiro uel uxori matrimonium accuſare. licet & parentibus. qui ſi defuerint proximiores admittuntur.

3 tuntur. Et eſt ratio quare iſti extranęis præferantur. quoniam parentes & proximi ſuam genealogiá tum teſtibus & chartis. tum ex recitatione maiorum ſcire laborent. ut infra eodem titul. uidetur. Et quod parentes præferantur extraneis in hoc caſu probantur leges. ff. ad le. Iul. de adul. l. 1. §. ulti. & l. ſi maritus. quibus ceſſantibus accuſare extranei admittuntur. alias non. ut. C. ad leg. Iul. de adul. l. quamuis. licet enim hæc actio uel accuſatio ſit popularis. ut infra eodem. c. cum in tua. tamen repellitur quis ab accuſando propter turpitudinem quæſtus. ut infra eod. c. ſignificante Item & ſi ſuſpectus habeatur eo quod præſens fuit tempore denunciationis & cum ſciret impedimentum tacuit. ut infra eodem tit. cum in tua. olim præſcriptio. 20. uel. 18. annorum repellebat accuſatores matrimonij hodie uero coniuncti taliter nulla longinquitate defenduntur annorum. ut ſupra de conſang.

4 & affinita. non debet in fi. † Sed nunquid is repellitur ab accuſando matrimonio admittetur ad denunciandum Reſpődeo uidetur quod ſic ad denunciationem canonicam quæ attenditur circa peccatum committendum. nam ad illam quilibet ut ſupra de cog. ſpiri. tua. ad quam admittitur etiam is qui accuſare non poteſt ſupra de iureiur. quemadmodum. in fi. In qua qualiſcunque noticia ſufficit. ut. 22. q. 5. hoc uidetur, in qua turpitudo propria non obſiſtit ut ſupra de ſpon. præterea. quam iuramentum præcedens non impedit. ut. 13. diſtinctione. nerui. Ad quam ſi quis ſe iuramento aſtrinxerit non faciendam iuramentum temerarium reputatur. ut in prædicta decretali. qnemadmodum. Hæc in denunciatione euangelica quæ circa peccatum commiſſum attenditur non cő tingunt. ut notabo de ea infra de accu. inquiſitioni. Puto tamen quod is qui ab accuſando repellitur ad denunciandum non admittatur. ne per unam uiam expulſis ingrediatur per aliam quod eſſe non debet. ut ſupra de procu. tuæ. ff. pro ſocio. l. ideoque. ff. de cőditioni. inſtitu. l. quæ ſub

5 conditione. ¶ † Item quæritur an in quæſtione matrimoniali admittantur parentes ad teſtificandum. Reſpondeo ſi quæratur an matrimonium cőtractum ſtare poſſit uel non ratione conſanguinitatis uel affinitatis admittantur. ut infra e. ti. uidetur. 35. q. 6. c. 1. Idem ſi agatur de contrahendo & ad impediendum ne contrahatur opponatur cognatio in caſu quem habes infra eo. ti. cum in tua. Si uero agatur an matrimoniű ſit contractű an non tunc locum habet di. dec. ſupra de teſti. ſuper eo. Probatio autem eorum qui ſuper conſanguinitate uel affi. teſtificantur fieri debet cum iuramento duos articulos continente ut dicant ita ſe à maioribus accepiſſe. & crederem ita eſſe. ut ſupra de teſti. quotiens. Hodie tamen neceſſarium eſt quod is teſtificatur ſuper gradibus parentelæ uiderit aliquos in aliquo graduum cő ſtitutos. ut ſupra de teſti. licet ex quadam in fi. ¶ Cű igitur ad diuortiű propter adulterium & ſi forſan oporteat agentem inſcribere ut deſignet in ſcriptis nomen locum & tempus & omnia quæ comprehenduntur. 2. q. ul. libellorum. ad talionem tamen non debet ſe aliquatenus obligare. ne forte cum in probatione defecerit intentionis ſuæ conſequatur effectum. ut ſupra de procu. tue. Poteſt tamen maritus accuſare uxorem de adulterio iure tum mariti infra. 60. dies computandos à tempore diuorcij. ut. ff. de adult. is cuius. Sed iure extranei etiam poſt hos dies dum tamen non excesſerit quinquennium. ut. ff. ad. l. Iulij. de adul. l. mariti. §. præterea. ſed ad thori ſeparationem etiam poſt illud tem

6 pus auditur. ut. 33. q. 2. admonere. ¶ † Ius autem mariti ſeu priuilegiű infra. 60. dies in quatuor cőſiſtit. Primo quia ex ſola ſuſpitione adulterij ream facit uxorem ut. 4. §. aliquando. C. de adul. l. quamuis infra de adul. maritis. Quod intelligo in ſuſpitione uel præſumptione uiolenta. ut. 32. q. 1. dixit ſupra de præſumpto. literis. Secundo. quia præfertur alijs uolentibus accuſare. ut in. l. prædicta quamuis. & ff eo. tit. l. ſi maritus. Tertio quia non inſcribit. ſaluo eo quod dicit illa decre. tuæ ſupra de procu. Nouo tamen iure cum maritus agit

agit ad pœnam legalem in foro ſeculari
cõtra uxoré inſcribere tenetur. ut in auté.
ut liceat matri & auiæ. §. cauſas. Quarto
quia de calumnia non punitur. niſi euidés
ſit calumnia. ut. C. de adul. l. iure mariti.
ff. e. ti. l. is cuius. §. ult. ſed ſecundum ca-
nones non uidetur quòd pœna talionis lo
cũ habeat ſiue criminaliter agatur. ut 33.
q. 5. hæc imago. ſiue ciuiliter. ut ſupra de
procu. tuæ. Vbi autem de perpetuo impe-
dimento agitur ſiue a coniugibus ſiue ab
extraneis. ſimpliciter petitio formãda eſt
uel petitio facienda. ut denuncietur matri
monium nullum coniuncti nepharie. ſepa
7 renter. † Per ſcripturam autem abſens ma
trimonium accuſare nõ poteſt ut infra e.
ti. à nobis 2. q. ult. per ſcripturam nec de
8 nũciare ut infra de ac. inquiſitioni. ¶ † Re
pellitur auté ab accuſatione qui pñs fuit
tempore denunciationis. & ſciens impe-
dimentum tacuit. præterquam ſit ex legi-
tima cauſa ad eum non potuit denuncia-
tio peruenire. ut infra eod. ti. cum in tua.
uel ſi timens probatione deſtitui non ac-
cuſauit ut 2. q. 7. plerique. uel niſi ideo ta-
cuit. quia uidit alium accuſantem quẽ uult
docere præuaricatum fuiſſe. ut. ff. de præ-
uari. l. 2. Sunt & alie cauſæ propter quas
repellitur quis ab accuſatione matrimo-
nij quæ ſunt generales & omnes in omni
bus accuſatoribus. & proſequentur hæc in
9 fra de accuſa. ¶ † In ſumma notandum eſt
quòd in matrimonio contrahẽdo non ha-
bet locum accuſatio. non enim accuſari
poteſt quod nondum exiſtit. ut ſupra de
deſpon. impu. ad diſſoluendum. ſed habet
locum denunciatio. Item ſponſalia de fu-
turo contrahenda leuiter impediuntur. ut
ſi dicatur illam de cuius ſponſalibus agi-
tur a cognato futuri ſponſi fuiſſe præco-
gnitam. nam ſtabitur in hoc ſimplici aſ-
ſertioni ſic dicentis. Sed poſt ſponſalia cõ
tracta per hoc non impeditur matrimo-
nium contrahendum. niſi probetur ſaltem
per famam loci. ut ſupra de conſangui. &
aff. ſuper eo. Sed ad ſeparandum matrimo
nium iam cõtractum neceſſarium eſſe hoc
legitimè probari: ut ſupra de eod. qui co-
gni. conſangui. uxor. ſuæ de illo.

## *Summarium*

1 *Diuortium quid ſit & unde dicitur.*
2 *Diuortium ex quibus cauſis fiat.*
3 *Matrimonium quod ſemel tenuit cõſumatum, non dirimitur niſi morte.*
4 *Diuortium in quibus caſibus non eſt permiſſum.*
5 *Maritus an teneatur reddere debitum uxori pendente accuſatione de adulterio.*
6 *Maritus an poſt ſententiã diuortij poſſit adulteram ſibi reconciliare inuitum.*
7 *Differentia fornicatione carnalis a ſpirituali.*
8 *Diuortium fit propter contumeliam creatoris. & nu. 11.*
9 *Matrimonium quando dicatur claudicare.*
10 *Probatio quando fiendo quòd infidelis nõ uult cohabitare fideli, uel cohabitans blaſphemat uel trahit fidelem ad mortale peccatum.*
12 *Matrimonium aliud initiatum. aliud ratum, aliud conſummatum.*
13 *Vxor ſeparata per ſententiam à uiro propter fornicationem an ſi uir fornicatur, poſſit illum repetere.*
14 *Coniuges ſi fornicantur unus ſpiritualiter et alter carnaliter nunquid hinc inde compenſatio fiat.*
15 *Vir qui occultè adulteratur an poſſit uxorem manifeſtè adulterantem accuſare, & dimiterre ſine peccato.*
16 *Adulter uel adultera dignè de adulterio pœnitens an poſſit accuſantem repellere.*
17 *Diuortij ſententiam quis ferre poſſit.*

### ¶De diuortijs. Rub.

DIctũ eſt ſupra de accuſatione ma-
trimonij. ſed quia accuſatione ꝑ-
cedente & legitima cauſa proba-
ta ſolet fieri diuorcium idcirco poſt tracta
tum de accuſatione matrimonij ſubijcitur
hic rubr. de diuor. ¶ Videamus igitur quid
ſit diuortiũ, quis poſſit ferre ſententiã di-
1 uortij. ¶ † Diuortium eſt uiri a muliere
uel mulieris a uiro legitima ſeparatio. Le
gitima ideo dico, quia quos Deus coniun
xit homo non ſeparet ſcilicet uiolenter
ſine

ſine lege abſq; ratione. Non enim homo ſeparat quos dannat. quos reatus accuſat. quos maleficium coartat ut 32. q. 2. quos deus.¶Dicitur aũt diuortium a diuerſitate mentium, quia hij qui matrimonium diſtrahunt in diuerſas ptes eunt.ut.ff.diuor.
2 l.1. ¶ † Plures ſunt cauſæ diuortij ſecundum iura ciuilia. ut in auten. de nup.§.per occaſionem. & in auten. ut li.ma. & auiæ §. quia uero. ſed dicimus iura illa non tenere. & idem dico in omnibus alijs legibus ex quibus habentur diuortia ſeu repudia fieri poſſe præter cauſas, canonicas quas inferius proſequemur. Nam matrimonia iure poli non iure fori reguntur. ut 2.q. 3.§. hinc diſtingnendum.¶Duæ uerò ſunt cauſæ legitimæ propter quas fit diuortium quo ad thorum & mutuam ſeruitutem.non quo ad fœdus ſeu uinculum ma
3 trimoniale † quia ſi ſemel teneat & matrimonium fuerit conſumatum. non dirimitur niſi morte ut 32.q.7. interuente diuortio & ca. licitè. in auten. de nup.§. deinceps. ſcilicet religio & fornicatio. De religione diximus ſatis ſupra de conuer. cõiu. Fornicatio autẽ propter quam poteſt fieri diuorcium duplex eſt. corporalis &
4 ſpiritualis. † Ob fornicationem corporalem licite dimittitur uxor uel uir. ut 32.q. 1. dixit dominus.& q.7. licite. Hoc tamen fallit in 7. caſibus. Primus eſt ſi & is qui agit de fornicatione conuincitur. ut 32. quæ.6. per totum infra eo. titu. ſignificaſti.tunc enim mutua crimina pari compẽſatione delentur, ut in præallegatis. iuribus ut infra de adul. inteltex imus, ut.ff.ſo. matri. l. uiro atqne uxore. ff. de adul.l. ſi uxor. §. ſi iudex. Secundus ſi uir uxorem proſtituat. ut ſupra de eo qui cog. conſangui. ux. ſuæ. diſcretionem. Tertius ſi mulier credens maritum mortuum nubat alteri. quam maritus rediens tenetur recipere ſine fornicationis exceptione ut 34. q.3. cum per bellicam. Quartus ſi quis falſo ſimulans ſe maritum lectum illius intrauit & cognouit uxorem. ut 34 q.2. in lectum. Quintus ſi mulier fuerit ui oppreſſa. ut 32.q. 5. propoſito quod intelligo in ui abſoluta non in conditionali. omnes enim cauſationes apoſtolus amputauit.ut 32. quæſt. 7. omnes cauſationes. Sextus quando maritus reconcillat ſibi uxorem adulteram. uel eam publicè adulterantem retinet nihilominus in conſortio maritali. ut.32.q.1.ca.1.&.2.&.3. & C. ad l. Iul. de adul. l. crimen adulterij. Septimus licet rato occurat eſt ille quem ponit finis
5 decre. infra eodem gaudemus. ¶ † Sed quæritur ſi maritus accuſat uxorem de adulterio. durante accuſatione uxor petit debitum, nunquid uir tenetur reddere, & ſi uoluntarius reddet nunquid ſibi præiudicium parat & irregularis efficitur? Ad quod reſpondeo. ſi notorium eſt mulierem adulterium commiſiſſe. uir nec exigere debet debitum nec reddere nec mulieri reſtitui. ut infra eod.ſignificaſti. niſi uir fuerit fornicatus ut ibidem. & ut ſuperius dictum eſt §.primus. Si autem uoluntarius exigat uel reddat debitum & ſibi præiudicium parat. ut ar. ſupra de coniu. ſeruo. propoſitum. & irregularitatem incurit .ut 34. di. ſi cuius uxorem. & 32. q. 1.cap.1. & cap. ſi quis uxorem. Si uero adul. mulieris non ſit non notorium uir non exiget ſed reddet exactus. quia ante ſententiã non debet uir priuare uxorem ſuam iure ſuo ut infra eodem titu. porro & ſupra ut lit. pen. laudabilem. & . 8.
6 quæſtio. 4. non ne. ¶† Item quæritur an maritus poſt ſententiam diuortij poſſit adulteram ſibi reconciliare inuitam? Videtur quòd ſic. arg. C. de legi. & conſti. l. quod fauore. Item innocens non priuatur iure quod habet in perſona nocentis. ſed è conuerſo.ut.C. ad.l. Iul. de adul.in auten. ſed hodie. nec ſententia prodierit mulieri contra quam lata eſt. ut. ff. de excep. rei iudi. l. euidenter. nec pœna præſtabit immunitatem. ut. ff. de interdic.& relega. l. relegatorum.§. ult. Contingit & alias quòd unus coniugum habet ſeruitutem in altero. altero ammittente. ut ſupra de conuer. coniug. quidam intrauit. 27. quæſt. 2. qui dormierit. Item niſi uir poſſet reconciliare inuitam uxorem daretur mulieribus occaſio fornicandi. Nam aliqui hodie habentes

bentes maritos fornicarentur ut ſic ſeparate à uiris nunquam cohabitarent eiſdẽ. ſed tollenda eſt materia fornicandi.ut infra eod.ti.quanto in fi.Pro muliere autem facit ſententia cui ſtandum eſt niſi per ſuperiorem fuerit reuocata. ut 6. q. 4. quod ſemel. contingit autem caſualiter quòd ſẽtentia quodammodo prodeſt ei cõtra quẽ lata eſt. ut ſi plures ſint rei debendi inſolidum fertur ſententia contra omnes. iam ex re iudicata non poteſt inſolidum agi aduerſus ſingulos unde ſi unus partem ſoluit liberatur. ut.ff. de re iudi. l. Paulus 2. Puto in. q. præmiſſa uirum poſſe recon-
7 ciliare uxorem etiam inuitam. ¶† Eſt & fornicatio ſpiritualis. quia non ſolum mechatio eſt illius qui carnem ſuam coinquinat. ſed etiam qui ſimulachrũ facit. ut 28. q.1. non ſolum. Differt autem fornicatio ſpiritualis à carnali in quattuor. Nam carnalis ſemel commiſſa ſufficit ad diuortiũ inducendum.ſpiritualis non. niſi is qui fornicatur in fornicatione perſiſtat & non pæniteat ut in prædicto.c.nõ ſolum.Item propter fornicationem ſpiritualem aliquãdo ſoluitur matrimonium ipſo iure ut cum contractum eſt matrimonium inter duos in fideles. unus conuertitur.alter perſiſtit in fornicatione ſpirituali.nec uult cohabitare. uel uult.ſed cum cõtumelia creatoris uel ſaluatoris. uel ut coniugem trahat ad mortale peccatum ut infra e.c.quãto. 28.q.2.ſi in fidelis.Item conſulitur innocenti cohabitare fornicanti ſpiritualiter ut 28.q.1. iam nunc & ca. ſic enim,ſed in fornicatione carnali prohibetur.ut.32. q.1.c.1.2.&.3. Item ſi is qui ſpiritualiter fornicatur ad fidem redeat. alter compellitur conuerſum recipere & ſibi reconciliare in caſu quem habes infra eo. tit.gaudemus, in fi. quod in fornicatione carnali non contingit. poteſt. enim innocens ſi uult ſibi reconciliare fornicantem carnaliter. ſed non cogitur.ut 32. q.1. de benedicto. Et quòd proximè dixi fidelem cogi reconciliare conuerſum. intellige uerũ eſſe.ſi fidelis ab infideli non receſsit iudicio eccleſiæ alioquin ſecus ut infra eo.ti. de illa, ſecũdum quam intelligi poteſt finis illius decre. gaudemus. Vel dicas indiſtinte compelli. ut dicit illa gaudemus: ad quam trahitur hodie decret. illa.Et intelligo quòd matrimonium reconciliatũ erit nouum matrimonium ut probatur infra eo. gaudemus.§. quod ſi conuerſum. Nec mireris quod quis ad nouum matrimonium compellatur. hæc enim contingit fauore religionis contingit hoc idem & alias ſupra de eo qui du.in ma. quã pol. per adul. propoſitum infra de adul. cap.1. 36.q. 2. tria. Et in caſu præmiſſo is qui reconciliat ſibi conuerſum non contrahet bigamiam. quia & ſi ſecundo contrahat, non tamen contrahit cum duabus nec di-
8 uidet carnem ſuam in plures. ¶†Fit igitur diuortium propter contumeliam creatoris. quia contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij in eo quod relinquitur. ut infra eo. tit. quanto.& 28.q.2. infidelis. Sed & nihilominus in eo qui relinquit matrimonium enim quo ad ſubſtantiam claudicare non poteſt. nam ſi eſt matrimonium oportet ut ſit inter duos.ut ex diffinitione matrimonij probatur ut notaui ſupra de ſpon. §. ſequitur. Quamuis uideatur quibuſdam reſpectibus claudicare,quia quando unus tenetur ad ſeruitutem alter non ſupra de conuerſi. coniu. quidam intrauit ſupra de eo qui cog.cõſangui.ux. ſuæ trãſ-
9 miſſæ. ¶†Item & alio reſpectu dicitur matrimonium claudire quia unus tenetur ad matrimonium contrahendum alter nõ ut ſupra de eo qui duxit in ma. quã pol.per adul. propoſitum ſupra de deſpon. impube. continebatur.&.ca. de illis & infra de adul. ca. 1. 36.quæ.2.tria. Sed quo ad eſſentiam ſicut dixi claudicare non poteſt. Dicitur autem matrimonium ſolui circa eum qui relinquitur,hoc eſt circa fidelem quia ille ſolus contrahit ſine peccato in tribus caſibus.ſcilicet cum infidelis qui in infidelitate remanſit & non uult cohabitare conuerſo ad fidem uel uult non tamen ſine contumelia creatoris. uel ut trahat fidelem ad mortale peccatum. Alter autem qui in matrimonio peccat odio nominis chriſtiani ſine peccato non contrahit uel eccleſia nõ curauit dicere de infideli. quid

enim

enim ad nos de his qui foris ſunt ut 2. q. 1. multi. & ideo dixi tantummodo de fi-
10 deli.† Sed qualiter de hoc ſiet fides quòd infidelis nolit cohabitare fideli. uel cohabitans blaſphemet uel trahat fidelem ad mortale peccatum. Reſpondeo per teſtes & propterea ut de ſecundo matrimonio dubitari nõ poſſit laudo fideli ut teſtes adhibeat cum infidelis requiſitus cohabitare recuſat. uel cum cohabitans blaſphemat uel trahit ad mortale peccatum. Alioqui ſi de ſecũdo matrimonio contingeret dubitari. deficeret non ius ſed probatio. ut ff. de teſta. tu. l. duo ſunt Ticij. & probatione deficiẽte eccleſia militans quæ quãdoq;. fallit & fallitur ut infra de ſententia excom. à nobis iudicaret ſecundum probata. ut no. ſimile ſupra de clandeſti.
11 deſponſa. §. ideo autem † Quod autem dixi matrimonium ſolui contumelia ſaluatoris, locum habet in matrimonio contracto inter duos infideles. quod & ſi ſit uerum non tamen eſt ratum. uerum ideo eſt quia matrimonium eſt apud omnes gentes, in Chriſto enim Ieſu neq; liber neque ſeruus eſt a ſacramentis eccleſiæ remouẽdus ut ſupra de coniugio ſeruorum ca. 1. Ratum. idcirco non eſt. quia diſſo-
12 lubile in tribus ſuperioribus caſibus.† Vnde matrimonium aliud iniciatum, aliud ratum, aliud conſummatum. Iniciatum per conſenſum. Ratum hoc reſpectu. quia indiſſolubile. quia contractum inter fideles quod non ſoluitur niſi in caſu religionis ut ſupra de conuer. coniugati. ex publico. Et dicitur ratum, ad differentiam illius matrimonij quod inter in fideles contrahitur. ut ſuperius dictum eſt. Aliud cõſummatum ſcilicet per carnis copulam. Dicitur autem conſummatum id eſt. perfectum & completum quibuſdam reſpectibus, quia non licet alteri intrare religionem altero inuito. & propter quibuſdam ſignificationes matrimonij conſummati ut not. de hoc ſupra de biga. § quat-
13 tuor. ¶ Sed † quæritur pone quòd uxor ſeparetur per ſententiam a uiro propter fornicationem ſpiritualem uel carnalem poſtea uir ſimiliter fornicatur, nunquid mulier poteſt uirum repetere cum effectu. ſẽtentia non obſtante. Videtur quòd ſic ar. ſupra de iureiu. tua nos, in 2. tua infra de adulte. intelleximus & quia mutua crimina &c. ut no. ſupra eodem. §. primus. Sed contra ſententia bene lata non retractetur ut 6. q. 4. quod bene ſemel diffinitum eſt. Item mulier per ſententiam ſeruitutẽ amittit quam habebat in uiro. unde ſeruitus amiſſa non renaſcitur. ut. ff. de ſolu. l. Stichum. §. aream. Item & ſi exceptio criminis tollatur per replicationem criminis ut infra eo. ſignificaſti. & in prædicta decre. intelleximus. & 32. quæſt. 6. per totũ exceptio tamẽ rei iudicatæ per ſubſequens crimen non tollitur. In hac quæſtione ſcripſit frater Ray. in ſumma ſua ſe credere quòd eccleſia ex officio ſuo compellere debeat uirum ad uxorem redire. arg. infra eo. titu. ex literis. Puto tamen contrarium ut infra eod. ti. de illa ſupra de conuer. coniug. c. ultimo. Nec ob. illa ex literis. nam ibi non fuit facta ſegregatio per ſententiam ſed per prouidentiam ad tempus ut interim epiſcopus inueſtigaret an ex colludio mulier confiteretur adulterium. unde poſtea detecto colludio ſegregatio reuocatur ſeu finitur.
14 ¶ † Sed pone quòd unus coniugum fornicatur carnaliter. alter ſpiritualiter & ante ſententiam nunquid fiet compenſatio carnalis & ſpiritualis fornicationis. Videtur quòd ſic. nam iſtæ fornicationes & ſimiles ſunt & idem operantur quo ad diuortium. ut 28. q. 1. idolatria & cap. iã. nunc. & multo fortius idem operari debent quo ad reconciliandum, quia proniores debemus eſſe ad coniugendũ quã ad ſeparandum ar. ſupra ut lite non conteſt. c. 1. in fi. Sed contra. iſtæ fornicationes diuerſarum ſpecierum ſunt. & res diuerſarum ſpecierum in compenſationem non ueniunt. quia ſpecies cum quantitate non compenſatur. ut. ff. de pigno. act. l. ſi conuenerit. Puto quòd compenſatio
15 fiat. ¶ Itẽ † pone quòd uir adulteretur occultè. uxor autem manifeſtè nunquid uir poteſt eam accuſare de adulterio ac dimittere ſine peccato? Reſpondeo non quia

uxori non deficit ius excipiendi ſed probatio ut.ff. de teſtamen. tu. l. duo ſunt Ticij. argu. ad hoc 32. quæſt. 5. per totum. Si autem uir egiſſet pœnitẽtiam, uxor autem impenitens in adulterio perſeueraret ſecus eſſet. ut 32. quæſtione. 1. cap. 1. 2. &

16 4. ¶ †Sed pone quòd adulter uel adultera digne de adulterio pænituit nunquid ex hoc poterit repellere accuſantem. Videtur quòd ſic. quia ut ait Grego. iam nõ debet in eo uel ea deſpici quod fuit. quia incipit eſſe quod non fuit ut. l. diſtin. ferrũ. imo poſt Chriſti conſortium adultera nõ uocetur. ut 32. q. prima non erit. Puto tamen contrarium eò quòd pœnitentia nõ tollit accuſationem. ut 33. quæſt. 2. amouere. & multominus exceptionem. quia facilius tollitur actio quam exceptio argumen ff. de ſuperficie. l. 1. §. quòd autem. & ff. de regu. iuris. l. & inuito. §. cui damus. Præterea quòd uir dimittat uxorem adulteram lex eſt. ut. 2. quæſtione 1. dicit dominus. & quod legis eſt in pœnitentia non deletur ſicut nec in baptiſmo. ut 26. diſtinctione una tantum. Quod enim peccatum nõ eſt ſolui inter peccata credi nõ debet. ut 26. diſtinctione deinde. in fin.

17 ¶ † Item epiſcopus ferre debet ſententiã diuortij, cum matrimonium ſit magnum ſacramentum in Chriſto & eccleſia. ut ſupra de biga. debitum. & ad epiſcopum maiores cauſæ ſunt referendæ ut 25. diſt. per lectis. ad eum ſpectat cognoſcere de matrimonio & iudicare: ut dictum eſt Si tamen archidiaconi, uel archipræsbyteri hoc habeant ex conſuetudine uel priuilegio poterunt & ipſi uel alij de matrimonio iudicare. ut ſupra de reſtitu. ſpoliato. literas ſupra de conſanguinitate & affini. ex literis.

## *Summarium*

1 *Donatio propter nuptias quid ſit.*
2 *Donatio propter nuptias quæ fit uxori à marito non indiget inſinuatione.*
3 *Donatio propter nuptias a quo, & cui fiat.*
4 *Donatio propter nuptias quare inducta.*
5 *Donatio ante nuptias in quo differat a donatione propter nuptias.*
6 *Fructus donationis propter nuptias an ſpectet marito uel uxori.*
7 *Donatio inter uirum & uxorem cõſtante matrimonio an ſit prohibita.*
8 *Donatio inter uirum & uxorem quot modis reuocetur.*
9 *Dos quid ſit.*
10 *Dotis ſpecies quot ſunt.*
11 *Dos profectitia reddit ad patrem mortua in matrimonio filia, liberi non exiſtentibus.*
12 *Liberorum eſt prima ſucceßio.*
13 *Dotis lucrum uel damnum ad quẽm pertineat.*
*Aeſtimatio facit uenditionem.*
14 *Dotem lucratur maritus, et uxor donationem propter nuptias ex pacto conuento.*
15 *Pactum de lucrando dotem quando locum habeat.*
16 *Parapherna quid ſit & unde dicatur.*
*Paraphernalia priuilegium habet ſicut dos.*
17 *Dos an exigi poßit conſtante matrimonio*
18 *Vxor tenetur alere uirum egentem.*
19 *Dos cui reſtituenda.*
20 *Dos quando reſtituenda ſit.*
21 *Maritus an impenſas in rebus dotalibus factas repetat.*
22 *Maritus in dote reddendæ non condemnatur niſi inquantum facere poteſt.*
23 *Inter dotem & donationem propter nuptias in quibus æqualitas ſeruet.*

### ¶DE DONATIONIBVS INter uirum & uxorem. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de matrimonijs & de impedimentis eorum & diuortijs. ſed quia poſt diuortiũ ſequitur dotis & donationis reſtitutio uel amiſſio. idcirco poſt tractatum de diuortijs ſequitur hic rubri. de dona. inter ui. & uxo. & de dote poſt diuor. reſti. ¶Videamus igitur quid ſit donatio propter nuptias, quid donatio ante nuptias, quid donatio poſt nuptias, quid dos quot ſint ſpecies dotis, in quibus caſibus uir dotem & uxor

uxor lucret donationem propter nuptias, & quando dos conſtantem matrimonio repetatur, cui & quando ſit reſtituenda.
1 ¶† Eſt autem ſciendum quòd olim diceba tur donatio ante nuptias. eo quod ante nuptias fiebat. hodie uero dicitur propter nuptias quia fit hodiæ ante uuptias & poſt, & ideo merito propter nuptias nuncupatur ut nomen conſonet rei. ut inſtitu. de donatio. §. eſt & aliud. Vocatur & antiferna ideſt donatio contra donationẽ ab anti. quod eſt contra, & foria quod eſt donatio. Mulier enim facit primo donationem propter nuptias id eſt, dotem cõſtituit. Vir autem facit aliam donationem uxori. ut. C. de dona. ante nupt. l. cũ multe. Vocatur & ſponſalicia largitas. ut in auten. ut ſpon. largi. in rubri. & C. de dona. ante nup. in auten. eo decurſum. Vocatur & dotalicium ut infra eo. titu. plerunque.
2 ¶ † Hæc donatio quæ fit uxori à marito non indiget inſinuatione quamuis excedat quingentos aureos. ut. C. de dona. ante nup. in autẽ. eo decurſum quod proderit mulieri non uiro. quia ſi pactum factum ſit de dote & donatione lucrandis mulier in donatione lucrabitur ultra quin quentos aureos. uir autem non lucrabitur in dote ultra quingentos. ut in prædicto auten. eo decurſum, in autenti. ut ſpõſali. largi. reſponſo primo, & in auten. ut fratrum filij. §. illud quoque.
3 ¶† Donatio propter nuptias fit a ſpõſo uel alio eius nomine ſponſæ uel alij pro ea. ff. de iur. dot. l. perfectiſſimi reſponſo. 1. & . §. quòd ſi quis patri. & . §. quòd ſi quis curator. & . §. ſed ſi patri. & ſic intelligo infra eod. titu. & ſi neceſſe & c. nuper.
4 ¶ † Inducta eſt donatio propter nuptias. ut per eam in dote conſultum ſit mulieri, quia ſoluto matrimonio. per donationem ideſt, per res donatas quæ alienari non poſſunt. prouidebitur mulieri ut ſalua ſit ei dos. quia & de ea poterit ſatisfieri mulieri. ſoluto autem matrimonio ſicut dos ad mulierem ſic & donatio propter nuptias redit ad uirum. ut infra eodem titu. donatio. §. ſane in. auten. de æquali dot.
5 ¶† Et nota quod licet di xerim idem eſſe donationem ante nuptias & poſt nuptias, eſt tamen inter utranque differentia. quia ſi donatio fiat ante nuptias poteſt excedere quantitatem dotis & infra ſubſiſtere. ut C. de pac. conuen. ſuper dote. l. ex morte. ſed ubi iam contracto matrimonio fit donatio non debet excedere quantitatem dotis ut. C. de dona. ante nuptias. lege cum multæ §. ſi
6 igitur dote iam præſtita. ¶ † Illud autem non omitto quòd ſi mulieri tradatur donatio. & ipſa in poſſeſſionem inducatur eiuſdem. non tamen fructus ipſa percipiet. ſed uir ad ſuſtentationem ſuæ uxoris & familiæ. alias ſi maritus perciperet fructus dotis & uxor fructus donationis iam non diceretur quòd maritus dotem recipiat ad ſuſtentanda onera matrimonij cum tantum ei ab eſſet quantum ad eſſet ut infra eodem cap. per ueſtras, &
7 fra de uſu. ſalubriter. † Aliæ autem donationes præter iſtas de quibus ſuperius dictum eſt prohibitæ ſunt inter uirum & uxorem. ne mutuo amore ſe ſpolient. ut. ff. de donatione inter uirum & uxorem. l. 1. Sed hoc in ea donatione obtinet & donatarius locupletior & donator efficitur pauperior. ut infra eodem titu. donatio. Sed ſi donator non fiat pauperior. donatarius uerò conſtituatur locupletior ut ſi maritus hæres ab aliquo inſtitutus non adeat ut uxori ſubſtitutæ locum faciat. & idem in legato relicto marito poſtmodum reſtituendo uxori. Nam ſi maritus ſtatim uxori reſtituat animo donandi ualet donatio. ut. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. & . §. ſimiliter. Item & ſi maritus rogatus ſit reſtituere hæreditatem uxori certa quantitate deducta, ſi reſtituat nulla facta deductione & hoc animo donandi ualet donatio. ut. ea. l. §. ſi quis rogatus. Item ſi maritus uxori donet rem alienam non efficitur pauperior. ſed uxor efficitur locupletior quia incipit uſucapere ualet donatio ut. ff. eo. ti. l. ſi conſtante. Et è conuerſo ſi donator efficiat pauperior donatarius aũt non fiat locupletior ualet donatio. ut habes de hoc multa exempla. ff. eod. titu. l. ſi ſponſus. §. conceſſa. & . l. quod autem.

§.ſi maritus. Quamuis autem donatio in-
ter uirum & uxorem facta conſtante ma-
trimonio non ualet.tamen ſi talis dona-
tio maneat . in uita donatoris . eius obi-
tu confirmatur . ut infra eodem titul. do-
natio.&.C.eod. titu.l.1. &.3. ſiue fiat do-
natio cauſa mortis eo animo ut non ſta-
tim efficiatur donatarij . ſed demum mor
tuo donatore.ſiue eo animo fiat ut ſtatim
fiat eius cui donatur.ut.ff.eodem titul.ſi in
8 terim.§.1.&.2.&.l.ſi is ſeruus.¶†Hæc do
natio quæ fit inter uirum & uxorem tri-
bus modis reuocatur . tacitè & expræſsè
& ſi præmoriatur is qui donatum recepit.
ut infra eodem titul.donatio.Tacitè reuo
catur donatio ſi diuortium fiat. ut.ff. eo-
dem titul.l.cum hic ſtatus.§.ſi diuortium,
& cum ſocer nuncium repudij mittit nur
ui cui donauerat.ut in eod.l. cum hic ſta-
tus.§.ſi ſocer.Expreſsè reuocatur donatio
per pœnitentiam quam ſupremam acci-
pere debemus . ut in.l. cum hic ſtatus.§.
primo. Item ſi res donata alienetur.ut.C.
9 eod.titul.l.ſi maritus tuus.¶† Nunc uiden
dum eſt de ſecunda parte rubri. Dos eſt
quædam donatio facta à parte mulieris
parti uiri pro oneribus matrimonij ſuſti-
nendis, & quaſi eſt patrimonium mulie-
ris . ut.ff. de mino.l. denique.§. proinde.
10 ¶†Species dotis ſunt duæ. alia profecti-
cia. alia aduenticia . Profecticia eſt quæ
à patre pro filia.ab auo pronepte . uel de
bonis eorum proficiſcitur.uel quam alius
de mandato ipſorum conſtituit. ut.ff.eod.
titul.l.profecticia . Aduenticia eſt quam
mulier dat pro ſeipſa.uel alius à patre uel
aliquo aſcendentium.ſiue frater ſiue auun
11 culus . uel quiuis alius † Profecticia redit
ad patrem mortua in matrimonio filia .
ut.C. ſo. matrimonio.l.dos quam legem
intellexit . Martinus ſcilicet liberis non
extantibus qui ſi extarent in dote ſucce-
derent. Nam dos eſt proprium patrimo-
nium mulieris . ut dictum eſt per.l. illam
12 denique † & liberorum eſt prima ſucceſ
ſio . ut inſti. de hære . quæ ab inteſta. de-
fe.§. ſinautem . Sed Bulg. intellexit le-
gem illam dos indiſtinctè , ſiue extent
liberi . ſiue non.ſileat enim ob liberos do
tis retentio . ut.C.de rei uxo. actio.l.una.
§.ſileat. facit pro ipſo.ff. de iur. dot.l. iu-
re ſucceſſi. Item alia.C.de boniſque lib.l.
2.Item & alia.ff.de pac. dota.l.ſi pater.1.
reſpon. Nam ibi dos retinetur ex pacto
liberis extantibus . quod ſuperuacuum eſ
ſet ſi uera eſſet ſententia Mar. ut.ff. man.
l.2.reſponſo. 1. Ad.l.illam quæ dicit pri-
mam eſſe cauſam ſucceſſionis liberorum
taliter reſpondetur. Pater non repetit do
tem iure ſucceſſionis.quia tunc filij præfe
rentur ſed petit iure poteſtatis uel ex pa-
cto fingitur enim ſtipulatum eſſe . ut pro-
bantur hæc.C.de rei uxo. act.l. una. & in
auten.ibi ſignato. Sed licet ſecundum iu-
ra obtineat ſententia Bul.tamen ſecundũ
conſuetudinem præualet ſentẽtiam Mar.
13 †Fit & alia diſtinctio dotis. Dos alia æ-
ſtimata. & alia in ęſtimata . Si æſtimata
detur.tam lucrum quod damnum pertinet
ad maritum ſicut ad rei emptorem. Nam
æſtimatio ueditionem facit. ut.ff.de iur.
do.l.plerunque.&.l.ſeq.ff. pro empt.l. li-
tis. Et hoc uerum eſt quod æſtimatio uen
ditionem faciet.niſi æſtimatio fiat ut ſcia
tur tempore repetitionis inquantum res
fuerint diminutæ . ut.C.de iur.do.l. ſi in-
ter. Si autem inæſtamata detur. tunc dam
num & emolumentum rerum ad mulie-
rem ſpectant . præter fructus qui cedunt
marito pro oneribus matrimonij ſuſtinen
dis.ut.C.de iure dot.l. pro oneribus ¶ Lu
14 cratur† maritus dotem. & uxor donatio-
nem propter nuptias ex pacto conuento.
ut.C.de pac.conuen.l.ex morte. & in au-
ten.ibi ſignato. quod incipit. æquitas. &
in auten. de æqualitate dotis.§. hoc igi-
tur. colla.7.C. de dona . ante nup.l. ulti.
§. pactis . Item ex conſuetudine. ut infra
15 eo.ti.§.ſane.†Et no.quod ubi pactum in-
teruenit de lucrando . locum obtinet pa-
ctum ſiue alter moriatur ſiue monaſteriũ
ingrediatur. ut.C.de epiſc.& cle.l.deo no
bis.Item de delicto adulterij.ut infra eo-
dem cap. plerunque. in auten. ut lice.ma.
& auię.§.quia uerò,colla.8.ſaluo eo quod
in caſu unus ſuccedit alij.C. unde uir &
16 uxo.l.prima.¶†Diximus ſupra quid ſi dos
nũc dicamus quid ſit parapherna.& unde
dicatur.

dicatur. Paraferna, ideſt quod habet mulier præter dotem dicta à para quod eſt iuxta & pherna quod eſt dos. Vnde dicitur paropherna hoc eſt iuxta dotem, habet enim parapherna priuilegiũ ſicut dos. quia ſicut bona mariti obligata ſunt mulieri pro dote ſic. & pro rebus paraphernalibus. ut. C. de pac. conuen. ſuper dote.
17 l. ultima. ¶ † Dos conſtante matrimonio in caſu repetitur. ſ. cum maritus ad inopiam uergit ſecundum quoſdam ut C. de iur. do. l. ubi. & in auten. de æqualita. do. §. ultimo. colla. 7. uel eſt ſequeſtranda cum uir ſuſpectus habetur quod ſit eam diſſipaturus. ut. ff. de ſoluto matrimo. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. in fine infra eo. ti. per ueſtras ſupra de ſequeſtra. poſ. c. ulti. ff. de
18 appel. l. Imperator. in fi. † Sed hæc ſententia non placet. nam & uxor tenetur alere uirum egentem. ut. ff. de iure dotium. l. mutus. §. manente. Nec obſtant leges ſuperius allegatæ quæ dicunt uxorem poſſe repetere dotem uiro ad inopiam uergente, quia uel ſunt correctæ per auten. de æquali. do. §. illud colla. 7. uel oportet illas intelligi & determinari per illud. ut dicamus uxorem poſſe repetere dotem conſtante matrimonio uiro uergente ad inopiam, ut dicunt leges ueteres & malè gubernante res ſuas ac malè utente, ſubſtantia ſua. ut dicit autenti. ut ſic non ſufficiat uirum ad inopiam uergere quo ad dotem repetenda conſtante matrimonio, ſed requiratur & aliud. ſ. quod & dilapidet bona ſua. Hæc fuit ſententia Albe. & Azo. & hanc ſequi uidetur decre. infra eo. titu. per ueſtras. Nam & ſi maritus ille ad inopiam uergeret non tamen bona ſua dilapidabat. unde ſi dotem habuiſſet repeti non debuiſſet. & agens pro dote non debuit exceptione repelli. Et propterea ſententia conſultum reuocatur. Nec obſtat quod dicitur in eadem decreta. per ueſtras. de cautione præſtanda ut dos ſalua eſſet, quia hoc fiebat ex prouidentia ſuperioris. non ſecundum legem quæ dicit ſatis poſſe credi marito dotem cui creditur & committitur corpus uxoris. ut. C. de pac. conuen. l. hac lege. Vnde pro dote ſoluenda fideiuſſores uel mandatores dari non debent. ut. C. ne fideiuſ. uel man.
19 l. 1. & 2. ¶ † Si uxor uiro præmoriatur dos reſtituenda eſt patri ſcilicet profecticia. uel à liberis eſt retinenda. ut no. ſupra eodem titul. §. aduenticia. Si uero diuortium fiat uiuente patre & filia. dos reſtituenda eſt patri & filiæ. ut. ff. ſo. matri. l. 2. & l. poſt dotem uel ſaltem filiæ. ut infra eod. c. 1. & ſupra de coniug. ſeruo. propoſuit. & ſupra de pigno. ex literis. Si uerò dos eſſet aduenticia. eſſet tantum mulieri reddenda. ut. ff. ſolu. matr. l. quoties. §. 1. & in tali dote poſſunt intelligi decre.
20 præallegate. ¶ † Nunc reſtat uidere quando dos reſtituenda ſit. Et eſt ſciendum quod ſi dos in poſſeſſionibus. hoc eſt in rebus immobilibus conſiſtat, ſtatim debet reſtitui matrimonio ſoluto. Si uerò in rebus mobilibus. puta pecunia, ueſtibus, uel animalibus, tunc infra annum. ut. C. de rei uxo. acti. l. una. §. cum autem. fructus autem ſi ante matrimonium ſint percepti augent dotem. ſi poſt uiro cedunt.
21 ut. ff. de iure doti. l. dotis fructus † & ſi maritus impenſas fecerit in rebus dotalibus neceſſarias imputabit & dotem minuent. utiles repetet actione mandati uel negociorum geſtorum uoluntarias tollet abſque immutatione prioris ſtatus rerum. ut. ff. de impenſis in re. dota. fac. l. prima ſecunda & tertia cum alijs ſequentibus.
22 ¶ † In ſumma notandum eſt quod maritus in dote reddenda non condemnatur niſi inquantum facere poteſt. ideſt, habita ratione ne egeat. ut. ff. de regu. iur. l. in condemnatione. & ff. de re iudi. l.
23 ſunt qui. & legibus ſequen. ¶ Item † inter dotem & donationem propter nuptias æqualitas in quatuor obſeruatur. in conſtituendo. in pacto lucrando. in augendo & in quantitate. ſed in hoc ultimo membro æqualitas ſecundum conſuetudinem non ſeruatur. hæc probantur infra eodem cap. ultim. §. ſanè. C. de pac. conuen. ſuper dotem. l. ex morte. & in autent. ſuper ea ſignatis. quarum una incipit. æqualitas altera augmentum.

SVM-

## Summarium

1 Contrahere ſecundas nuptias an ſit licitum.
2 Secundo nubentes an ſint benedicendi.
3 Pœnæ legales quæ inferuntur nubentibus infra annum luctus non tenent de iure canonico.
4 Peccans legis auctoritate non peccat.
5 Matrimonia reguntur iure poli, non iure fori.
6 Bigamia an ſit peccatum, & pœna.
7 Secundæ nuptiæ contrahi non debent niſi certum ſit de morte primi mariti, uel primæ uxoris.
8 Mulier quæ cum alio nupſit putans uirum ſuũ mortuum eſſe, illo redeunte ad priorem redire tenetur.
9 Diſpoſitio l. uxores. ff. de diuortijs non habet locum de iure canonico.

### ¶ DE SECVNDIS NVptijs. Rubr.

TRactatum eſt ſupra in genere de matrimonio. Nunc tractatur in ſpecie ſcilicet de ſecundo matrimonio. & ideo ſubijcitur hic rubri. de ſecundis nupt. ¶ Videamus igitur an ſecundæ nuptiæ permittantur. & an ſecundo nubentes benedicendi ſint. Et an nubentibus infra tempus luctus pœna uel
1 infamia irrogetur. ¶ † Eſt autem ſciendum quòd ſecundæ nuptiæ & tertiæ & ulterius permittuntur dummodo nullum legitimum ſubſit impedimẽtum. Vnde Hiero. Non damno bigamos nec trigamos & ſi dici poteſt octogamos. ut 31. quæſtione. 1. aperiant. Et dominus ſeptemuirum non damnauit. ut 31. q. 1. quòd ſi dormierit. undæ ſecundæ nuptiæ utroque teſtamento permittuntur. ut ſupra eodem
2 c. & q. 1. deus. ¶ † Secundo nubentes non ſunt benedicendi. ut infra eo. c. 1. &. c. uir autem. Quod ideo prohibitũ eſt ne ſacramentum iteretur. ut in decre. uir autẽ & 1. quæſt. 1. quod quidam de con. diſt. 4. oſtenditur. & 32. qu. 7. quemadmodum. Vel forte hoc ſtatutum eſt ad exhortationem continentiæ. alias quare non poſſit iterari benedictio nuptialis cum alia ſacramenta iterentur. ſcilicet pœnitentia extrema unctio, manus impoſitio, ordinatoria uel
3 recõſiliatoria ut. 1. q. 1. manus. ¶ † Infamiæ & aliæ pœnæ legales quæ inferuntur nubentibus infra tempus luctus. & quæ continentur. C. de ſecun. nupt. l. 1. & in auc. ibi poſitis. quarum una incipit. hiſdem pœnis. & alia incipit item ea. locum ſecundum iura canonica non habent. licentia enim Apoſtoli indiſtincta eſt & abſoluta quæ dicit. Mulier mortuo uiro ſoluta eſt à lege uiri. nubat cui uult tantum in domino. ut infra eodem titul. ſuper illa. &. c. cum ſecundum apoſtolum ideſt nubat ſecundum domini uoluntatem homini ſed fidei chriſtianæ. ut. 28. q. 1. caue. &. c. non oportet nubat ſecundum ſtatuta eccleſiæ cui dominus locum dedit ſtatuendi de his ut. 28. q. 2. ſic enim neque. Vnde per licentiam apoſtoli infamia aboletur. ut infra eod. titul. ſuper illa, & contrahens eius auctoritate pœnam non meretur. ut. C. ad
4 leg. Iul. de adul. l. gratus. † Qui enim peccat non peccat legis auctoritate. ut. 23. quæſtio. 4. qui peccat. 33. quæſtio. 5. noluit &. 26. diſtinctione deinde. Leges autem contrariæ præſertim in his hoc eſt matrimonijs non dedignãtur ſacros canones imitari. ut infra eo. ca. ul. ſupra de iud. clerici in auc. ut clerici apud proprios. §. penul. col. 6. † Matrimonia enim regũtur
5 iure poli, nõ iure fori. 7. q. 3. §. hinc diſtinguendum. Et propterea dici poteſt quod omnes prohibitiones quæ fiunt ex aliqua cauſa ſpirituali præter cauſas canonicas de matrimonio non contrahẽdo infra tẽpus luctus propter ſãguinis turbationẽ. ut ff. de his qui no. inf. l. liberorũ. §. 1. uel ne maligna ſuſpitio præſtetur & feſtinantia nubẽdi. ut in autẽ. de reſtitu. & ea quæ pa. §. unum ſi quidem. coll. 4 uel ne dubitetur de prole. an ſit primi uel ſecundi mariti. ut. C. de diuor. & repudi. l. in conſenſu. §. ſi uero. Item de matrimonio non contrahendo inter tutorẽ & pupillum propter adminiſtrationis ſubuerſionem. C. de interdict.

terdict. ma. inter tu. & pu. per totum. Itẽ de matrimonio inter rectorem prouinciæ & prouincialem propter timorem impreſſionis. ut. C. ſi rector prouin. l. unam. per canones corriguntur. Vel dici poteſt quòd ſi prohibeantur matrimonia in caſibus illis contrahi ex cauſis ſuperius aſſignatis. contracta tamen tenent cum legitimus interuenerit conſenſus uel nullum canonicum ſubſit impedimentum. ¶ Sed
6 opponitur † dictum eſt ſupra quod ex ſecundis nuptijs nulla pœna uel infamia irrogatur. ſed nonne contrahitur bigamia quæ hominem ad ordines & eccleſiaſticas dignitates reddit indignum Reſpondeo ſic. Sed certe bigamia non eſt peccatum. ut 31. q. 1. aperiant. & c. ſequen. & 26. diſtinct. deinde nec ex pœna prouenit aliquem promoueri non poſſe ſed ex defectu & ex alijs cauſis quas no. ſupra de tẽpo. ordin. §. monogamus. Item non eſt pœna non ordinari. quia non ſublimitate graduum ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum dei. ut ſupra de tẽ-
7 po. ordi. ad aures. in fi. ¶ † In ſumma notandum eſt quòd non debet aliquis uel aliqua ſecundo contrahere niſi certum ſit de morte primi mariti uel primæ uxoris. ut ſupra de ſpon. in præſentia infra eod. ti. dominus in auten. ut liceat ma. & auiæ. §. quod autem. coll. 8. quod ſignatur. C. de repudia. l. uxor, uel niſi conſtet uer iſimiliter. ut ſupra ut lite non conteſta.
8 quoniam frequenter. §. ſi uero. † Vnde ſi mulier credens uirum mortuum cum alio contrahat, ab adulterio excuſatur. dummodo uiro redeunte. confeſtim ad ipſum redeat. ut 34. quæſtio. 1. cum per
9 bellicam. † Lex autem quæ dicit uirum in quinquennio expectandum. ut. ff. de diuor. l. uxores. ſecundum iura canonica non tenet.

¶ Finitur liber quartus.

## Summarium

1 *Accuſatio quid ſit.*
2 *Accuſare qui poſſint, & in quibus caſibus ſit permiſſa accuſatio.*
3 *Intellect. ad. l. ſi fœmina, C. ad S. C. Turpillianum.*
4 *Accuſari qui non poſſint.*
*Papa & Imperator ſunt ſupra ius, & legibus ſunt ſoluti.*
*Papa ſuperiorem non habet niſi ſolum Deum.*
5 *Accuſationis forma.*
6 *Accuſator an debeat ſe inſcribere & ad pœnam talionis obligare.*
7 *Libellus an ſemper ſit neceſſarius in accuſationibus.*
8 *In notorijs nec accuſator requiritur, nec ordo iudiciarius obſeruatur.*
9 *Ordo eſt ordinem non ſeruare in notorijs.*
10 *Agitur quatuor modis de crimine.*
11 *Accuſationis quis ſit effectus.*
12 *Accuſatus de crimine & abſolutus, non poteſt ſuper eodem iterum accuſari.*
13 *Accuſatio quando refricari poſſit.*
14 *Procurator quando admittatur in criminalibus.*
15 *Inquiſitio quid ſit, & quæ ſit eius natura, & qualiter in ea, procedatur. & num. 17. cum ſeq.*
*Ea quæ domi fiunt per domeſticos probari oportet.*
16 *Differentia an iudex ex officio deſcendat ad inquirendum, an aliquo procurante inquiſitionem.*
17 *Inquiſitio ubi fieri debeat.*
18 *Inquirendus an ſit citandus in formanda inquiſitione.*
19 *Teſtis eſſe non poteſt qui ſemel inter accuſatores apparuit.*
20 *Forma iuramenti teſtium in cauſa inquiſitioni.*
21 *Inquiſitus conuictus qualiter puniendus.*
22 *Iudex inquirens qualiter procedere debeat, ſi nihil probatum ſit aduerſus eum contra quem inquiritur niſi de ſola fama.*
23 *Inquirere ſi uelit ſuperior, reus autem dicit nolo ut inquiras, ſed præfigas terminum accuſare uolentibus, & accuſatore deficiente paratus ſum me purgare, an ſit audiendus reus, an uerò iudex.*
24 *Reus an poſſit probare innocentiam & excuſationem per familiares & cubicularios.*
25 *Adiutore inquiſitionis repulſo, an alius ſit admittendus.*

*mittendus, uel iudex ex officio procedat.*
26 *Crimina ſemel audita indiſcuſſa præteriri non debent.*
27 *Infamia ortum habens ab inquiſitione, an inducat inquiſitionem. & nu. 29.*
28 *Deſcendere debet ſuperior ad inquirendum canonicus eccleſiæ ſuæ.*
30 *Denunciare quis debeat.*
31 *Denunciare qui admittantur, & num. 33.*
32 *Diſputare de apicibus iuris non conuenit, ubi de bona fide agitur.*

¶ Incipit liber quintus.

## ¶DE ACCVSATIONIBVS inquiſitionibus & deuunciatio nibus. Rubrica.

PRoxime tractauimus de accuſatione matrimonij & de diuortijs quæ frequenter fiunt adulterij ratione. & ex hoc nacta oportuna occaſione de accuſationibus in genere nunc tractemus. Ideo ſubijcitur hic rubrica de accuſationibus inquiſitionibus & denunciatio. ¶ Vnde uidendum eſt quid ſit accuſatio. quis poſſit accuſare. quis poſſit accuſari. quæ ſit forma accuſandi. an accuſator inſcribere teneatur. an ſine accuſatione quis ualeat condemnari. Et an ſemel abſolu-
1 tus poſſit iterū accuſari. ¶ † Accuſatio eſt
2 alicuius criminis delatio. ¶ †Poteſt autē accuſare quicunque non prohibetur. ſicut dicimus in teſtibus. ut. ff. de teſti. l. 1. in procuratoribus. ut. ff. de procura. l. mutus. Et in matrimonijs. ut ſupra de ſponſa. cū apud. ¶ Prohibentur accuſare aliqui propter ſextum. ut mulieres ut. 2. q. 1. prohibentur. &. ff. eodem titulo. l. ulti. Hoc fallit in quibuſdam caſibus. ff. eod. ti. l. 2. ff. ad leg. Iul. ma. l. in quæſtionibus. inſti. de ſuſpe. tu. §. conſequens. Item cum proſequūtur iniuriam ſuam uel ſuorum ſemper admittuntur. qui autem ſuorum nomine intelligantur habes. ff. eodem titul. l. 1. & 2. Item admittitur mulier ſecundum iura canonica. ut 2. q. 1. prohibentur. §. mulierem. ſcilicet in crimine fraudatæ annonæ. Itē in crimine ſymonie ut infra eod. ti. tanta. Et idem dici poteſt in alijs criminibus exceptis. & idem in crimine dilapidationis. Et quia exceptum eſt ut uidetur. ut 2. quæſtio. 7. quapropter, quia æquiparantur crimini fraudatæ annonæ. ad cuius accuſationem admittitur fœmina. ut ſuperius dictum eſt. Et in his caſibus in quibus admittitur mulier ad accuſandum nec inſcribit ad pœnam nec incidit in Turpillianum. ut. ff. ad Turpil. l. 1. §. accuſationem
3 &. l. mulier. † Nec obſtat. lex. C. eod. titu. ſi fœmina, nam ibi loquitur de fœmina quæ deſtitit ab accuſatione pacto corrupta. Item prohibetur accuſare pupillus propter ætatem. ut 2. q. 1. prohibentur. & ff. eodem titul. l. qui accuſare, in fi. in quibuſdam caſibus. ut. ff. eodem titu. l. 2. §. pupillus. Adultus autem poteſt accuſare curatorem. ut. ff. de aucto. præſtan. l. datur. Itē alij propter magiſtratum ut conſules. ut 2. q. 1. prohibentur. ff. eodem titu. l. qui accuſare. quia nec ipſi in ius uocari poſſunt. ut. ff ad lege Iu. de adul. l. ſi maritus. Quod de hijs magiſtratibus intelligo qui merū habent imperium ſecus in modicis. ut. ff. de iniuriis. l. nec magiſtratibus. Alij propter ſacramentum. ut milites qui iurant non ſe euitaturos mortem propter rem publicam. ut. 2. q. 1. prohibentur. niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequantur. ut. C. qui accu. non poſ. l. non prohibentur. & l. ſi crimen. Alij propter delictum ut criminoſi & infames qui tamen admittuntur in exceptis criminibus contra infames. ut. 2. q. 1. in primis circa fi. ad accuſandum non ad teſtificandum, niſi illa adminicula interueniant de quibus infra de ſimo. licet Hely. &. c. per tuas. Alij. propter ſuſpitionem turpis quæſtus. ut qui duos reos in diuerſis iudicijs habet iudicio nondum finito, ut. C. qui accu. non poſ. l. cum rationibus. tertium enim accuſare non poteſt. niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur. ut. ff. ad leg. Iul. de apul. l. inter liberos. §. ulti. &. ff. eodem. titul. l. hos accuſare. §. lege Iulia. Item qui ob accuſandum uel non accuſandum nummos accepit. qui incidit in legem Iuliam repetundarum ut. ff. ad legem Iul. repe. l. eadem. §. ultimo & in le-

in legem Corneliam. ut.1.q.1. concuſſionis.¶Alij propter conditionem ſuam. ut liberi contra patronos. Alij propter paupertatem. ut qui minus quam quinquaginta aureos habent in bonis. ut.2.q.1. prohibentur.&.ff. eod.titu.l. qui accuſare. &.l. alij.&.l.nonnulli. Item illi non admittuntur ad accuſandum qui ad ſortilegos magoſque cócurrunt. ut.2.q.8.quiſquis. Hij tamen omnes ſi ſuam uel ſuorum iniuriã proſequantur admittuntur.ut in.l. multoties.allegata prohibentur. ut.ff.eo. titu.l. hij tamen.&.4.q.ulti.omnibus. & in criminibus exceptis ut in crimine læſæ maieſtatis. hæreſis. ſimoniæ. fraudati cenſus. fraudatæ annonæ dilapidationis. ut in.l.prohibentur.15.q.3.ſanè.&.c. nemini infra de ſimo.tanta. & in his admittuntur contra clericos infamatos. ut.2.q.1.in primis circa fi. uel ſi ſuam aut ſuorum iniuriam proſequantur.ut ſupra de teſti. de cætero, alias non admitterentur etiam in exceptis criminibus cum generaliter prohibeantur laici etiam bonæ famæ & clerici infames clericos accuſare. ut.2.q.7. per totum & maximè in.c. ipſi apoſtoli. &.c.teſtes. ſed inſtabis. In quo ergo ſunt crimina excepte. Reſpondeo. quia infames de quibus ſuperius dictum eſt admittitur contra laicos infames & contra clericos infamatos.ut dixi per.c.in primis.& hoc in accuſatione. Item quia admittuntur in teſtimonium contra clericos interuenientibus illis adminiculis de quibus ponunt decre. ille infra de ſimo.licet Hely.&.c.per tuas. Si ergo legitimus nó fuerit accuſator non fatigetur reus. ut infra eod.c.1.Niſi forte ut ei purgatio indicatur propter infamiam ut infra eo.ti. ueniens. in fi. ſupra de confeſſis.c.1.inſi.2.q.6.præsbyter. uel ſaltem ſuperior ex officio ſuo inquirat ut infra de collu. crimina infra e. ti.qualiter.¶Item ſunt & alij qui ob reuerentiam perſonarum illos quibus reueré tiam debent non accuſant. ut liberi liberti. beneficiati. ſerui. familiares. quibus ſi hoc fecerint imponuntur uariæ pœnæ.ut. ff.eod.ti.l.qui accuſare in fi. &.l.hij tamé. §.1.C.eod.ti.l.iniquum.&.l. ſi quis ex familiaribus.&.l.contra eccleſiam. ut.12.q. 2.liberti.&.c.octaua. Idem in clerico beneficiato.ut ſupra de poſtu c.ul. Item ſocij & participes criminum non admittuntur. ut ſupra de teſti.ueniens.C.de liberali cauſa.l.ſi filium. niſi forte denunciatiuè uel exceptiuè agatur. ut ſupra de teſti. quoniam infra de adul.ſignificaſti.¶Item ab alio delatus alium accuſare nó poteſt. ut.2.quæſtio.1.prohibentur ſupra de teſtibus.c.ultimo. ita ut nec etiam ſuum accuſatorem accuſet de pari uel minore. ſecus in crimine maiori. ut.3.q.11.neganda Condemnatus autem in crimine cum ſit infamis alium accuſare non poterit niſi ſuam iniuriam proſequatur.ut.ff.eo.l. qui iudicio. Quod uerum eſt quod accuſare non poteſt ſi nouam uelit accuſationem in extraneum inchoare, ſecus ſi in ſuum accuſatorem. nam poteſt ſi per ſententiã non amiſerit libertatem & ciuitatem.ut. ff.de pub.iudi.l.is qui. parcendũ eſt enim ei qui prouocatus uoluit ſe ulciſci.ut.ff.de bo. liber. qui cum maior.§.ſi libertus.

4 ¶†Accuſari autem non poſſunt aliqui propter excellentiam dignitatis. ut Papa & Imperator,ipſi enim ſupra ius ſunt & legibus ſoluti ſunt. ut ſupra de conceſſio. præben. propoſuit.C.de legibus & cóſti. l.digna uox. papa enim ſuperiorem non habet niſi ſolum deum. ut. 9.q.3. nemo aliorum,niſi in crimine hæreſis. ut.40.diſtin.ſi papa. Item magiſtratus non accuſatur.ut no.ſupra eo. titu.§ item alij pro-

5 pter magiſtratum.¶† Forma accuſationis hæc eſt. concipietur libellus accuſationis continens ea quæ leguntur.2.q.ul. libellorum. in prin.& in auc.de exhibé.re.§.ſuſcepto.& de hoc no.ſupra de libel. ob. in

6 fi.¶†Debet autem accuſator inſcribere & ſe ad pœnam talionis obligare, ideſt, ad talem pœna qualem accuſando inferri intendit. quia calumniantes ad uindictam poſcit ſimilitudo ſupplici. ut.2.q. ul.quiſquis.&.q.3.calumniator.&.c.qui non probat. Quidam excipiunt quoſdam caſus, ſcilicet cum quis accuſat de leui crimine. ut.ff.eo.ti.l.leuia. Item cum mulier accuſat.ut dixi ſupra eod.titu.§.3. Item in crimine apo-

mine apoſtaſiæ.ut.C.de apo.l.apoſtatum. Item cum accuſatur chriſtianus quod iudæam. duxerit in uxore.ut.C.de de iudæ. l.ne quis. Item cum maritus accuſat mulierem de adulterio iure mariti.ut.4. quæſtione.4.§. aliquando.C. ad leg. Iul. de adul.l quamuis.&.l. iure mariti. Item in accuſatione falſæ monetæ. ut.C. de fal. mo.l.1.Item ſi tutor accuſat. ut.C. qui ac cu. non poſ.l.2. Item cum quis ex neceſſitate accuſat. ut hæres uolens uindicare necem defuncti. ut.ff.qui. ut indig.l. tutor. Item in crimine abigeatus.ut.C. de abige.l.una. Item cum per officiales crimina nunciantur. ut.C. qui accu. non poſ.l.ea quæ. Sed eſt ſciendum quod ſi accuſator non inſcriba ex natura tamen accuſationis pœna calumniæ uenit. ut.C.
7 eodem titulo.l.ultima.¶ † Item eſt ſciendum quod in accuſationibus non ſemper neceſſaria eſt libelli conceptio. ut in leui crimine. ut.ff. de accuſa.l. leuia. Item in notorio.ut.C.eodem titul. ea quæ.4.quæ
8 ſtione.4.§. aliquando † in notorijs enim nec accuſator requiritur nec ordo iudiciarius obſeruatur ut ſupra de fil.præsby.quoniam infra eodem titul.euidentia infra de purga.ca. cum dilectus.2. quæſt.1. ſcelus.
9 &.c.qui lotharius. † Nam in talibus ordo eſt ordinem non ſeruare. ut ſupra de iureiuran.ad noſtram. ſecus in manifeſtis & non notoris. ut.11. quæſtione.3. eorum ſupra de diuor. porro. Item plerunque de crimine agitur. nec eſt neceſſaria libelli conceptio. ſed ſine accuſatore ad pœnam proceditur.ut.ff.ad.l.Iul. de adul. l.1.§.ſi publico.ff. de proba.l.pe.C. de teſti l.nullum. inſtit. de ſuſpec.tu.in.§. præterea.Item in calumniatore. tempore ſententiæ poſtea non. ut.C. de calum.l.1.2. quæſt.4 §.notandum.ff.de bo. liber.l. qui cum maior.§. ſi libertus. Et idem dicunt quidam in falſo. ut.C.ad le. Cor. de fal. l.ubi. Sed nos intelligimus legem illam cum principaliter de falſo agitur non incidenter. alias autem generaliter ad pœnam ordinariam de crimine agi non poteſt ſine accuſatore & ſine libello. ut. de mun.& ho.l.reſcripto.§.ſi quis accuſatorem.2.q.1.nihil. Ordinariam ideo dixi. quia plerunque agitur ſecundum iura canonica de crimine aliter non ad pœnam ordinariam. & tunc nec accuſator nec li-
10 bellus eſt neceſſarius. † Vnde notandum eſt quod in foro eccleſiæ quatuor modis agitur de crimine, per accuſationem, inquiſitionem, denunciationem, exceptionem. Nec obſtat infra eodem titul. ſuper his. nam uerum eſt quod crimen tribus modis ualet opponi. ut ibi dicit. ſed quatuor modis agitur. ut dictum eſt nam per inquiſitionem agitur de crimine, nec tamen tunc crimen opponitur. In primo ergo modo & accuſator & libellus eſt neceſſarium niſi in caſibus ut ſuperius dictum eſt. in tribus caſibus ſequentibus non. unde accuſatiouem præcedere debet inſcriptio. ut infra eodem titulo. ſuper his. Quod fallit caſualiter ut ſuperius dictum eſt. Inquiſitionem clamoroſa inſinuatio. ut infra eodem titulo qualiter in fra de ſimo. licet Hely.&.c per tuas. Denunciationem charitatiua monitio. ut infra eodem.ca.2.& in decreta. licet Hely. &.c.per tuas.2. quæſtione.7. accuſatio. &. c.ſi quis erga. Exceptione ad exordinariam pœnam obligatio. ſed contra electum confirmatum excipiatur. ut infra
11 eodem titul.ſuper his.¶ † Effectus accuſationis eſt depoſitio.inquiſitionis ab adminiſtratione remotio. denunciationis pœnitentia uel correptio, exceptionis communicandi excluſio. ut infra eodem titu.ſuper his. In caſibus tamen ex denunciatione ſequitur amotio. ut cum quis agere non poteſt pœnitentiam, eo retento quod uitioſe quæſiuit, & ſuper quo denunciatus eſt, ut in ſimonia in ordine. ut.1.quæſt.1. ſi quis.& quæſt.7.requiris. Item in dignitate & beneficio ſimoniaco. ut.13. diſtinctio. nerui. In re furtiua uel uiolenta. ut.14 quæſtio.6.ſi res aliena. Idem in re per dolum quæſita quam reddere quis tenetur ut uiolenta.ut ſupra de reſti.ſpo.ſæ-
12 pe contingit.† Si quis autem accuſatus de crimine fuerit abſolutus non poteſt ſuper eodem iterum accuſari. ut infra eodem titul. de his, ſiue enim crimen remiſſum ſit à par-

ſit a parte recidiuo dolore iterari non debet. 23.q.4. ſi illic. ſiue per abolitionem nomē rei deletum ſit, alius accuſationem repetere non poteſt. ut 2. quæſtione.ultima. in fin. ſiue crimen remiſſum ſit per in integrum reſtitutionem. ut.2. quæ.3.§.notandum ſiue accuſatore nō probante reus ſit abſolutus non poteſt accuſatio refricari.ut. ff. naute caupo. ſtat. l. licet. §. ulti-
13 mo † niſi in duobus caſibus cū poſterior accuſator docere paratus eſt priorem accuſatorem præuaricatum fuiſſe. ut. ff. de præuarica. leg. 3. uel cum poſterior primam accuſationem ſe docet ignoraſſe. ut
14 ff. de accuſa. l.ſi cui.§. hiſdem.¶ † In ſumma ſciendum eſt quòd in cauſis criminalibus principales requirūtur perſonæ.nec interuenit procurator ut. 5. quæſtione. 3. in criminalibus. &.ff. de publi. iu. l. penul.§. ad crimen. Fallit hoc in quibuſdam caſibus. In crimine iniuriarum ut 3.quæſtione.9.§. niſi. Item admittitur procurator ad excuſandum. ut infra eo. ti. ueniēs & 23.q.5. reos. Item cum de crimine agitur non criminaliter ut ſupra de procura. tuæ infra eodem titu. ſuper his, de ſen. & re. iu. cum I.&. A. Item in leuibus criminibus. ut.ff.e.l. leuia. Item ſi ſi crimen nō excedit pœnam relegationis. ut. ff. an per alium cauſa appella. exer. ua.l. unam. Itē in crimine ſuſpecti tutoris. ff. de procura. l. non ſolum. §. ult. Item cum quis accuſat alium de ingratitudine. ut. ff. de procura. ſed hæ perſonæ. §. patronus. Item in popularibus actionibus interuenit procurator ad agendum. ut. ff. de procura. l. licet in popularibus. ſed non ad defendendum. ut.ff. de popula. actio. l. qui populari. Item dominus defendit ſeruum in crimine. ut. ff. de accuſatio. l. ſi cui. §. ulti. Quidam tamen dixerunt quòd ſemper in crimine poteſt interuenire procurator ex parte rei.poſt litem conteſtatam ut 5.quæſtione 3. reos. Sed illud locum habet in procuratore dato ad allegandas cauſas abſentiæ, non cauſas cauſæ.ut.ff. de procu.l.
15 ſeruum.§. publicè. ¶ † Videamus de ſecunda parte rubricæ ſcilicet de natura inquiſitionis, & qualiter procedatur in ea. In primis no. eſt differentia inter inquiſitionem quæ fit contra ſingularem perſonam. & illam quæ fit tam in capite quam in mēbris, quia in prima requiritur ordo ille quam infra eodem titu. qualiter. In ſecundo caſu de plano & ſine ſtrepitu fieri habet ut infra eo. titu.olim. Vbi autem agitur de ſtatu eccleſiæ. requiruntur teſtes tales quales in eccleſia inueniūtur. Et eſt ratio quia ea quæ domi fiunt per domeſticos probari oportet. ut C. de repu.l.conſenſu. ſupra de teſti. ueniens. ubi uerò contra ſingularē perſonam.tūc legitimi adhibentur. ut ſupra de ſenten. & re iudi. cum
16 I.& A.¶ † Item nota differentiam an iudex ex officio ſuo deſcendat ad inquirendum. an aliquo procurante inquiſitionē. Nam in primo caſu inquiſitor facit iurare illum contra quem inquirit,ut ſuper eo de quo inquirit ad interrogata reſpondeat ut infra eo. ti. cum dilectus. In ſecundo caſu non faciet illum iurare. ſed promotor inquiſitionis probabit illud ſuper quo literæ ſunt obtentæ ſi ex delegatione inquiritur. uel coram ordinario ſi ordinarius inquirit.& ſi non probauerit tunc promotor uel adiutor inquiſitionis punietur ut infra titu. proxi.cū dilectus. Item & aliam differentiam notabis quia cum inquiſitor ex officio ſuo procedit publicatis atteſtationibus. denuo ab alijs teſtibus inquiret, ut 2.qnæſtio. 1. notum 2.quæſ.5. habet hoc proprium. & cap. Mennam. Cum autem aliquo adiuuante inquiſitionem non ſic. timetur enim de ſubornatione. ¶ Fieri autē
17 † debet inquiſitio in loco in quo perſona de qua inquirēdum eſt conuerſatur. ut 22. quæſtio.1.paratus.24. quæſt. 1. pudenda. ſupra de electio. poſtquam ſupra de præ-
18 ſumpti. quoſdam. † Citabitur is contra quem inquirendum eſt & ſignificabuntur ei crimina de quibus eſt inquirendum ut 5. quæſtio. 2. ſi primates. & infra eodem titu. qualiter. §. debet. Is autem contra quem inquiritur poterit opponere contra inquiſitionem de ſuſpecto. ut infra eodem titu. ad petitionem. Item poterit opponere quòd ſit crimino ſus.ut ſecunda quæſt.ſeptima iudicet.Po-

terit opponere contra teſtes. ut infra eodem titul. cum oporteat. &.c. qualiter infra de ſimo. licet Hely. &.c. per tuas. nam ibi cum de crimine excepto inquiritur. eſt ſpeciale ut criminoſi admittantur. Si ergo inquiratur de non excepto. non admittentur. ut. 2. q. 1. deus ſupra de teſti. cogen. præterea 35. q. 6. epiſcopo. Poterit obijcere ad dicta teſtium. ut infra eod. tit. qualiter. §. debet. poterit excuſationes ſuas proponere. ut infra eodem. ca. cum dilectus. Poterit opponere in perſonam denunciantis & literas impetrantis. ut infra eodem titulo. cum oporteat. & ca. dilectus. Inquiſitor faciet iurare illos qui denunciauerunt. ut in decre. licet Hely.

19 † Secus eſt cum agitur per modum accuſationis, quia qui ſemel apparuit inter accuſatores teſtis eſſe non poteſt. ut infra

20 eo. cum. P. ¶ Forma † iuramenti teſtiũ in cauſa inquiſitionis diuerſa eſt a forma illa quæ in cauſis alijs obſeruatur. Nam in alijs cauſis teſtis iurat dicere ueritatem de his quæ uidit & quæ in præſentia eius dicta ſunt. ut 3. quæſtione 9. teſtes. §. de his quæ &.c. cohortamur. Sed in cauſa matrimoniali cum de conſanguinitate agitur forma iuramenti teſtis eſt. quia iurabit teſtis de his quæ nouit circa parentelam uel credit & quod à maioribus accepit. ut ſupra de teſtibus. licet. & in his caſibus in quibus agitur in figura iudicij & ſunt partes teſtis dicet tam pro una parte quam pro altera. nam communis eſt. ut. 14. quæſt. 6. non ſane. In inquiſitione uerò forma iuramenti teſtis eſt. ut ſuper crimine dicat plenam ueritatem. ut in decre. licet Hely. Si uerò ſuper ſtatu eccleſiæ inquiratur, tunc forma iuramenti teſtium duplex eſt. nam aut iurat ueritatem dicere de his quæ ſcit uel credit in eccleſia reformanda exceptis occultis. ut infra eodem titul. olim. uel quòd reſpondebit ad interrogata. ut infra eod. titul. cum

21 dilectus. † Sed ſi is contra quem inquiritur conuincatur qualiter puniendus ſit à nonnullis in dubiũ reuocatur eo quod circa hoc diuerſi mode loqui uidẽtur. Ad hoc dico ꝙ ſi contra prælatũ inquiritur administrationem habentem. certa eſt pœna ſcilicet ab adminiſtratione remotio exẽplo uicilli. ut infra eod. tit. qualiter. tunc ergo non erit arbitraria. Nam facti quidem quæſtio in arbitrio eſt iudicantis. pœnæ uero perſecutio non eius uoluntati mandatur ſed legis arbitrio reſeruatur. ut 2. q. 3. §. notandum. & accedunt ad idem ff. de uerbo. ſignific. l. ſi qua pœna. &. ff. ad Turpil. l. 1. §. primo. Si uero fiat inquiſitio contra prælatum non habentem adminiſtrationem. tunc, eſt arbitraria pœna. Nam tunc ſecundum merita perſonæ & qualitatem exceſſus pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari. ut infra eo. ti. inquiſitionis. in fi. 1. reſponſo. & arg. 1. de ſimo. de regula. &.c. dilectus. Sed hæc fallunt in criminalibus enormibus. quæ ordinis executionem ſuſcepti aut retentionem beneficij etiam poſt peractam pœnitentiam impediunt. ut eſt uidere in homicidio & ſimonia. in ordine & beneficio. ut infra eod. inquiſitionis. In his. n. & conſimilibus ſic eſſet ſicut in accuſationis iudicio procedendum. ut dicit illa decre. inquiſitioni. Quæ autem ſint enormia delicta & de effectu ipſorũ no. ſupra de tem

22 po. or. & qual. or. §. circa. ¶ Sed † quid ſi nihil probatum ſit aduerſus eum cõtra quẽ inquiritur niſi de ſola fama. Si crimen de quo inquiſitum eſt perſeuerantiam habet facti. admoneat eum ordinarius primo ſeorſum, poſteà coram teſtibus, & ſi infamia perduret ſuſpendet eum uſque ad ſatiſfactionem condignam ut infra de purga. cano. ſi quis præsbyter. Et in eo caſu intelligo quòd præsbyter infamatus debet ſuſpendi. non enim dico quòd ſtatim propter infamiã debet ſuſpendi niſi enormitas delicti uel ſcãdalũ hoc expoſcat ut infra de purga. cano. inter ſollicitudines. Cæterum ſi omnes teſtes dicunt eum innocentem non ſuſpendetur nec onerabitur purgatione niſi ex abundanti hoc fiat ad tollendam infamationem facti. ut. 2. q.

23 5. habet. &.c. mennam. ¶ † Itẽ quid ſi ſuperior uelit inquirere, reus autẽ dicat nolo. ut inquiras ſed præfigas terminũ accuſare uolẽtibus, & accuſatore deficiẽte paratus

ſum me

ſum me purgare. nunquid audietur reus
an iudex. Videtur quòd reus quia quod
reus petit ordinarium eſt. quod dicit iu-
dex eſt extraordinariũ & iudex potius or-
dinario quam extraordinario iure proce-
dere debet ut.2.quæ.1.multi.in fi.&.ff.de
mino.l. in cauſæ. Puto potius inquirendũ
quia purgatio ſequitur inquiſitionem.ar.
infra de purga. cano. inter ſollicitudines.
24 ¶† Sed quæritur an reus poſſit probare in
nocentiam ſuam & excuſationem per fa-
miliares & cubicularios. Reſpondeo ſic
ut 11 q.2.manifeſtæ.& 2.q.7.cũ paſtoris.
Item quid ſi alienus qui non eſt de diœce
ſi impetret inquiſitionem hoc ſupprimẽs
in impetrando poteſt præſumi ipſum non
charitatiue moueri cũ non interſit ipſius.
25 ¶Item † quid ſi repellatur adiutor inquiſi
tionis. nũquid alius admittetur uel iudex
ex officio ſuo procedet. Reſpondeo admit
tetur alius. ut infra eodem tit. cum opor-
teat. & argu. ff. de inoffi. teſta. l. poſthu-
26 mus. §. primo. † Crimina enim ſemel au
dita indiſcuſſa præteriri non debent. ut in
fra de collu. dete. crimina. nec refert un-
decũque claruerint. ut 24.q. 3. ecce. Item
inquiſitio nititur ex officio ſuperioris. &
ideo iterari poteſt. ut 2. queſt. 5. habeat
27 hoc proprium.& ca.ménam. ¶† Itẽ quid
ſi infamia ortum habeat ab inimicis: nun
quid inducet inquiſitionem. Reſpondeo
non. ut infra eodem titu. qualiter.&.c.in-
quiſitionem. in fin.11. quæſtione 3. in cũ
ctis. & 2.quæſtione 4. omnibus infra de
purgatio. canonica cum in iuuentute. Sed
cum difficile ſit ortum infamiæ probare.
cum ipſa fama a certo auctore procedat.
ut de cond.4.ſanctum eſt. Satis dici poteſt
quòd & ſi eſſet inquiſitio. non tamen ceſ-
ſabit purgationis iudicium ut infra e.c. in
28 quiſitionis in fi. ¶Debet autem † deſcen-
dere ſuperior ad inquirendum cum cano-
nicis eccleſiæ ſuæ. ut 86. diſ. ſi quid uero.
15.quæ.7. ſi quid. Intelligo hic eccleſiam
ſuam ſcilicet maiorem. hoc eſt cathedra-
lem ut infra de uerbo. ſign. c.cum clerici.
Sed ſi abbas uel alius prælatus inferior ab
epiſcopo ſit infamatus. puto in inquiſitio-
ne & alios prẹlatos diœceſis connicis ad-
iungendos. ut 18. quæſt. 2. ſi quis abbas.
29 ¶ In ſumma notandum eſt. † quod infa-
mia orta ad denunciationem paucorum,
non inducit inquiſitionem ut infra eo.tit.
inquiſitionis in ſi. Vnde is contra quem
mãdatur inquiſitio fieri poterit excipe ut
dicat inimicos eſſe denunciatores. Item
ipſum denũciaſſe ſuper eo de quo ante fue
rat infamatus ut infra eo.ti. cum oporteat
multa enim falſa principi referuntur.ut.2.
q.5. biduum, in ſi.ſub tali enim conditio-
ne. commiſſio facta uidetur. ut ſi infamia
& clamor præceſſerint unde. de hoc eſt
primitus inquirendum. ut in illa decr. cũ
oporteat. Nec obſtat infra eo.c.ult.ubi ad
denunciationem quandoq; mandatur in-
quiri quia. ſi ſuperior mandat inquiri ex-
ceptio prædicta nihilominus ſalua manet.
¶ Nunc reſtat uidere de tertia & ultima
parte rubricæ ſcilicet denunciationibus.
30 † Eſt igitur ſciendum quod ad denunciã-
dum tenentur omnes ſecundum quoſdam
ut 2. q. 1. ſi peccauerit.& q. 7. qua propter
11. q. 3. tam ſacerdotes.45. diſt. ſed illud
quod & Hug. concedit. Sed dura eſt hæc
opinio & multos conſtituit trãſgreſſores.
Et propterea alij benignus dicunt quod il
lud mandatum euangelicum ſi peccauerit
&c. non extenditur niſi ad illos qui in ma
giſtratu ſunt poſiti. ſiue ſint clerici ſiue lai
ci. argu. ad hoc 33. q. 4. duo iſta nomina
17.q. 4 præsbyterorum. quo ad alios au-
tem eſt conſilium. Et hoc uerum eſt in pec
cato commiſſo ſecus in committendo nã
quo ad illud omnibus eſt præceptũ ut 22.
q.5. hoc uidetur quicunque ergo habet fa
miliaré tenetur corrigere. ut 33.q. 4. duo
iſta nomina.23. q.5. non putes. Et quæ-
ſtio intelligatur præceptiue quo ad præla
tos. conſultiuè quo ad priuatos eſt arg.23.
31 q.4. ca.1. ¶†Sed dubitatur an infames &
crimino ſi admittantur ad denunciandum.
Et uidetur quod ſic, quia omnes ad hoc
ex præcepto tenentur ſecundum unam o-
pinionem. Et quòd infames admittan-
tur arguitur ex multis iuribus. 24. quæſt.
1. quiſquis ſupra deſponſa. præterea. &
ubi ad correctionem agitur non requiri-
tur tantus rigor ut in prædicto. cap. hoc
uidetur

2 uidetur † ubi de bona fide agitur non conuenit de iuris apicibus diſputare ut. ff. manda.l. ſi fideiuſſor. §. quædam. Sed è contra uidetur quia tantum honeſteriores perſonæ admittantur. ut 35.q.6.epiſcopo ſinodo. & non infames, ut ſupra de teſti.co.præterea. Nam & ad populares accuſationes nō admittuntur niſi perſonæ integri ſtatus ut. ff.de popula. ac.l. popularis. Scripſerunt Io. & Tan. quod quilibet admittitur ad denunciandum. dummodo bono zelo denunciet ſupra de ſentent.& re iudica.cum I. & A.Sed licet admittantur infames & irregulares non tamen criminoſi cum enim criminoſi nō correxerint ſua crimina præſumitur quòd
33 zelo denuncient aliena.† Has ſummas approbo ut tamen inter denunciationem & denunciationem diſtinguas. quia denunciatio quæ ſit de peccato commiſſo eſt euangelica. ſed illa quæ ſit de committendo eſt canonica. Ad hanc canonicam quilibet admittitur ut ſupra de cogna. ſpi. tua.ad hanc qualiſcunque notitia ſufficit. ut in capitu. hoc uidetur in qua turpitudo propria non obſiſtit.ut ſupra de ſpoli.præterea. quam non impedit iuramentum præcedens. ut 14. diſtinctio. nerui. Ad quam non faciendam ſi quis ſe iuramento aſtrinxerit iuramentū non tenet. ſupra de iureiuran. quemadmodum quæ omnia in denunciatione euangelica non contingunt. ut ſuperius dictum eſt.Quamuis autem poſſit quilibet dummodo non criminoſus ut ſuperius notandum eſt peccatum denunciare commiſſum. ut in autē.quomodo opor. epiſc. §.licentiam,colla.1.& in autent. de non alie. aut permu.§.ul.coll.2. & circa accuſationem ſolennia.ut 4.q.4.§. aliquando. &.C.de accu.& inſcript.l. ea quæ tamen nunciatores his quæ nunciant aſſiſtere debent. ut.ff.ad Turpill.l.ab accuſatione §.nunciatores &. C. de accu. & inſcript. l.ſinguli. & ſi non probauerint quod denunciant punientur. ut infra titu. proxi. cum dilectus.

*Summarium*

1 *Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur. & tribus pœnis ſubijcitur.*
2 *Calumniari quid ſit, & quid præuaricari. & quid tergiuerſari.*
3 *De calumnia qualiter qui conuincatur.*
4 *Præuaricator quis dicatur.*
5 *Tergiuerſator quis ſit, & qualiter puniatur.*

## ¶DE CALVMNIATORIbus. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de accuſationibus & accuſatoribus. ſed quia plerunq; accuſatores calumniantur. Idcirco ſubiicitur hic rubrica de calum. ¶ Videamus igitur quid ſit culumniari. qualiter quis de calumnia conuincatur. & qualiter puniatur. ¶†Eſt autem
1 ſciendum quòd accuſatorum temeritas tribus modis detegitur & in tribus pœnis ſubijcitur. Aut enim calumniantur aut
2 præuaricantur. aut tergiuerſantur.¶†Calumniari eſt falſa crimina intendere. Præuaricari uera crimina abſcondere. Tergiuerſari in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere. ut 2.q.3. §. notandum.ff.ad ſenatuſ.conſult. Turpill.l.1.℞.1.Et quòd dixi calumnia eſt falſa crimina intendere. ſubaudi ſcienter & animo calumniandi. ut infra eodem titu.c.2. ¶ Calumniatoribus pœna lege remia irrogatur. ut.ff. eod.titu.l.1.§.1. Nam calumniantes ad uindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij. ut not. ſupra titul. proxi.§.debet autem ac-
3 cuſator inſcribere. ¶ † Conuincitur quis de calumnia ſecundum quoſdam eoipſo quod non probat quod intendit. ut 2.q. 3.calumniator. &.c.qui non probat. C. de aduo. diuer. iud.l.1.ff.de teſti.l. 3. §. idem diuus Adrianus. C.de famo. libel. l.1.in fin. C.ad leg.Iulia. de ui publi.l. ſi quis ad ſe. &.C.de fruct. & lit. ex.l. non ignoret. Sed non eſt ita, quia non protinus calumniari uidetur qui non probat quod intendit. unde eius rei inquiſitio ſpectat ad iudicem qui reo abſoluto animi de-

mi deſtinatione. argumentum.ff.de uerborum ſignificatione.l. fugitiuus. quia poſt ſententiam abſolutionis hoc non liceret. ut.C.de cal.l.1.de accuſatoris incipit conſilio quærere qua mente ductus ad accuſationem proceſſit & tunc condemnabit eum uel abſoluet quorum alterũ ex forma ſententiæ apparet. ut 2. q.3 §. notandum. ff. eodem titulo.l.1.§.1. poteſt enim eſſe quòd accuſator qui non probat iuſtam habuit cauſam ueniendi ad crimen. ut.C.eodem titulo.l.qui non probaſſe. Si uero iudex de hoc non acquiſierit durante adhuc primo iudicio. poſtea non poteſt. ut.C.eodem titu.l.1.niſi noua contra accuſatorem eundemque calumniatorem accuſatio inſtituatur.ut.C. de aduo.diuer. iudi.l.1. Vel poteſt in continenti reo abſoluto condemnare calumniantem. præhabita tamen inquiſitione, quia quæ incontinenti fiunt ineſſe uidentur.ut C.de pac.l.petens.ff.ſi cer. peta.l.lecta. Et nota quòd ubi certa eſt pœna imponenda accuſato ſi conuincatur certa eſt & imponenda accuſatori calumnioſo quia eadem. ſed ubi incerta eſſet illa quæ imponenda eſſet accuſato tunc accuſatori in calumnia comprehenſo imponetur tanta & talis pœna quanta & qualis pro crimine obiecto ab accuſatore ſolet imponi. ut C.eod titu.l. ulti.ff ad ſenat. conſul. Turpil.l. & in pri-
4 uatis. ¶ † Præuaricator autem dicitur quaſi uaricator qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. quod nomen Labeo à uaria concertatione tractum ait. nam qui præuaricatur ex utraque parte conſiſtit. quinimo ex altera. Hic autem extra ordinem ſolet puniri. ut 2. qu. 3. §.notandum in uerbo præuaricator.&.ff.
5 de præuarica.l. 1. & . 2. ¶ † Hic autem tergiuerſatur qui terga uertit accuſato. & circa abolitionem ab accuſatione deſiſtit. Hic incidit in Turpill. & extra ordinem punitur. ut.2. qu. 3.§. notandum. in uerbo. ſi quis.&.ff. ad Turpill,l.1.§. ſi quis autem.

## *Summarium*

1 *Simonia quid ſit.*
2 *Simonia unde dicta.*
3 *Simonia committitur tribus ſpeciebus muneris.*
*Munus aliud ab obſequio, aliud à manuque, aliud a lingua.*
4 *Simonia uoluntate ſola committitur. & nume.9.*
5 *Caſus in quibus munus à manu in ſpiritualibus licitè intercedit.*
6 *Obſequium ſpirituale an poßit ſine uitio præſtari & pacto.*
7 *Exennia an inducant ſimoniam.*
8 *Modica quantitas pro re ſpirituali ex pacto data an inducat ſimoniam.*
9 *Simoniacus furi comparatur.*
*Vſuram quæ inducant.*
10 *Simonia an committatur ſi aliquid detur pro calice ſeu ueſtibus benedicendis.*
11 *Simonia in quolibet eccleſiaſtico miniſterio exercendo committi poteſt.*
12 *Cautio an ante promotionem alicuius exigi poßit ſine uitio ſimoniæ.*
13 *Superioris autoritas uitium tollit.*
14 *Dare intelligitur qui quod ſibi debetur remittit.*
15 *Simonia eſt crimen enorme.*
16 *Simoniacus à quolibet accuſari poteſt.*
17 *Miſſam cantare poteſt quilibet peccator præter ſimoniacum.*
18 *Iura canonica quare ſimoniam & fornicationem proſequantur.*
19 *Suſpenſi & excommunicati excluduntur à participationem ſacramentorum.*
20 *Simoniacus qualiter debeat puniri.*
21 *Accuſatus de ſimonia, pendente accuſatione, officium ſuum exequi prohibetur.*
22 *Beneficium ſimoniace adeptus tenetur ad omnes fructus perceptos & percipiendos.*
*Fur ſemper eſt in mora & ad damna tenetur.*
*Poßidens ſine titulo tenetur ad damna & lucra percepta & percipienda.*
23 *Pecunia ſimoniacè data cui ſit reſtituenda.*
24 *Prælatus aliquid ab eccleſia per ſimoniam extorquens duplicatum reſtituit.*
25 *Simoniam an inducat omnis pactio in re ſpirituali*

ſpirituali interueniente.
Pactum in traditione rei propriæ apponere licet.
26 Simoniam an committat exigens aliquid in exequijs mortuorum. uel in benedictione nubentium. & in conſecrationibus epiſcoporum.
27 Diſpenſare cum ſimoniaco an quis poſsit.
28 Epiſcopus an poſsit cum ſimoniaco diſpenſare. & num. 35.
29 Simoniacè ordinatus quis dicatur.
30 Damni nihil ſentire, qui prohibuit.
31 Prohibitio in caſibus nihil operatur.
32 Tacens plerunque præſumitur conſentire.
33 Abſentia aliquando plus operatur quam contradictio.
34 Diſpenſatio quando dicatur fieri ſemiplenè, quando plenè & quando pleniſsimè.
36 Intellectus ad c. erga. 1. q. 1.
37 Sacerdos an peccet uel ſimoniam committat miſſam pro denarijs celebrando, uel alia officia exequendo.
38 Laici an compelli poſsint ad præſtandum oblationes.
39 Simoniacus an efficiatur qui ſe cum bonis ſuis eccleſiæ confert.
40 Paupertas delinquenti non ignoſcit.
41 Famis neceſsitas excuſat à furto.
42 Mediatores ſimoniæ, ſimoniaci ſunt & infames, nec ad teſtimonim admittuntur.

## ¶ DE SIMONIA. Rubr.

INter cætera crimina eccleſiaſtica ſimonia primum obtinet locum. Nam ſimoniaci uelut primi & præcipui hæretici ab omnibus fidelibus ſunt reſpuendi. & omnia crimina ad comparationem ſimoniaci hæreſis quaſi pro nihilo reputantur. ut. 1. q. ult. patet. & quia uſitatum eſt tantum malum. ut. 1. q. 1. reperiuntur. & ideo exaggerandum. ut. ff. de pœ. l. aut facta. §. ulti. Idcirco præmiſſo de accuſatore & eius calumnia. ſtatim ante alia crimina ponit de ſimonia. unde ſubijcitur hic rubrica de ſimo. & ne aliquid pro ſpiritu. exigatur uel promittatur. ¶ Videndum eſt igitur quid ſit ſimonia unde dicatur quibus modis contrahatur. quia pœna ſimoniacus puniatur. & quæ contra eũ poſ-
1 ſit diſpenſatio adhiberi. ¶ Simonia † eſt ſtudioſa cupiditas uel uoluntas emendi. uel uendendi ſpirituale uel ſpirituali annexum quod ſpirituale cenſetur. Ius enim percipiendi prouentus præbendales ſpirituale non eſt ſed dicitur annexum ſpirituali. hoc eſt canoniæ propter res temporales quæ ex illo iure proueniunt ſcilicet fructus. Sic & ius percipiendi prouentus ratione prælaturæ ſpirituale non eſt, ſed dicitur annexum ſpirituali propter tẽporalitatem quæ ineſt ipſi perceptioni. Et ideo ſi quis emat uel uendat ſpirituale ꝑpter annexum ſpirituali. neutrum in emptum uel in uenditũ derelinquit. ut. 1. q. 2. ſi quis obiecerit. Sic & ius patronatus uendi non poteſt. ut ſupra de iure pa. de iure & . c. quia clerici. tamen dicitur ſpirituali annexum ut in decreta de iure & ſupra de iudi. quanto. propter quandã conſiderationem, quia cadit in laicum & a laico poſſidetur uel quaſi. cum nullum ius ſpirituale a laico poſſideatur præter illud & præter ius funerandi. ut. ff. ius funerandi. ut. ff. de mortuo infe. l. 1. & præter ius eligendi ſi ex priuilegio competat. ut ſupra de iure patro. nobis. & propterea non dicitur ius ſpirituale ſed annexum ſpirituali. accedit ad iſta ſupra de rerum. permu. quæſitum. Præmiſſa autem diffinitio uel deſcriptio ſimoniæ probatur. 1 q.
2 qui ſtudet. ¶ † Dicitur ſimonia à Simone mago primo in nouo teſtamento ſceleris huius auctore. ipſe enim uoluit emere gratiam ſancti ſpiritus à beato Petro. ſicut & Gyeſi in ueteri teſtamento uoluit uendere gratiam ſanitatis Naaman Syro. Vnde proprie loquendo emptor ſpiritualiũ dicitur ſimoniacus uenditor gyziacus uel gyziecus. Sed uſus hominũ habet ut uterque ſimoniacus appelletur & de utroque
3 legitur. 1. queſti. 1. qui ſtudet. ¶ † Committitur autem ſimonia tribus ſpeciebus muneris. Vnde beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. non dixit ſolũmodo à munere. ſed ab omni munere, quia munus aliud ab obſequio. aliud à manus aliud à lingua. Munus ab obſquio eſt ſeruitus

nitus indebite impeſa munus a manu pe-
cunia eſt minus à lingua fauor eſt. ut. 1.q.
4 1.ſunt nonnulli.† Item committitur ſimo
nia ſola uoluntate uel intentione, ſicut &
ut uſura ut infra de uſu. conſuluit. 14.q.3.
ſi feneraueris. In hoc tamen diſtinguen-
dum eſt ſicut diſtinxerunt doctores anti-
qui. quædam ſunt prohibita. quia ſimo-
niaca. ut uendere uel emere ſacramenta
hæc.n.ideo hodie prohibentur, quia in ue-
teri teſtamento erãt prohibita & ſimonia
ca emi uel uendi dona ſancti ſpiritus. ut.
1.q.1.qui ſtudet. unde uenditores colum-
barum eiecti ſunt a domino de templo.ut
1.q.3. ex multis. Quædã autem ſiunt quæ
in ueteri teſtamento nec erant prohibita
nec ſimonica. quia prohibita per conſtitu
tiones ut uendere uicariam caſtaldionatũ,
œconomatum, aduocatiam & huiuſmodi.
ut infra eo. tit. ad noſtram. 1.q.1.ſi quis e-
piſcopus. &.q.3. ſaluator. hæc emi uel uẽ
di eſt ſimonia cum quia prohibitum. Et in
his non ſufficit ſola uoluntas ſed requiri-
tur ut interueniat actus. Et nota quòd in
his quibus ſimonia committitur ſola uo-
luntate nullo pacto ſed effectu animi præ
cedente non eſt neceſſaria reſignatio ſpi-
ritualium quæ conferuntur & temporaliũ
quæ præſtantur ſed ſufficit delinquentibus
per ſolam pœnitentiã ſuo ſatisfacere crea
tori & eos per ſimonia huiuſmodi non te
neri. ut infra eo. ti. c. ulti. & ſecundũ hoc
intelligo decre. infra eod. titul. tua nos.
¶† Sunt autem caſus in quibus munus a
5 manu licitè intercedit in ſpiritualibus. Pri
mus eſt cum quid ſpõte datur & gratis of-
fertur ut 1. q. 1. quidquid inuiſibilis. & c.
quam pio, in fi. & ca. placuit. & infra eod.
titu. dilectus filius. A. in fi. Secundus cum
omnia illa concurrunt, quæ diſtinguntur
infra e. & ſi quæſtiones. Tertius pro ope-
ribus ſpiritualibus ab eo collatis qui ad
hoc ex officio non tenetur. ut 12. q.2.cha
ritatem. Quartus pro operibus ſpirituali-
bus ad quas qui confert ex officio tenetur
ut cum epiſcopus conſecrat eccleſiam uel
uiſitat, quia tunc poteſt exigere moderatã
procurationem ut infra e. cum ſit Roma-
na ſupra de reſcrip. c. cum ex officij. 10. q.
3. relatum. Sed quamuis ſic dixerint anti-
qui & ſic ſcripſerit frater Raymun. in ſũ-
ma ſua tamen non audeo dicere quod pro
actu uiſitandi uel conſecrandi epiſcopus
exigat & hoc propter canonem. 1.q.1.ſta
tuimus ſed pro labore uie. 12.q.2. charita-
tem. Sed oppones. canon ille loquitur cũ
epiſcopus non per ſuæ ciuitatis parochias
fatigatur. ſi ergo in ſua ciuitate uiſitat uel
conſecrat. uidetur quòd non debeat e-
xigere procurationem cum non laboret.
& tamen contrarium eſt ut ſupra de cenſi
bus exac. & procura. uenerabili. Ad quod
reſpondeo. & ſi minus laboret eundo ad
eccleſiam ciuitatis cauſa uiſitandi uel con
ſecrandi quam eũdo ad eccleſiam in diœ-
ceſi conſtitutã laborat tamen, & ideo ceſ-
ſat obiectio. Quintus cum eleemoſyna da
tur pro uita æterna & peccatorum remiſ-
ſione unde peccata tua eleemoſynis redi-
me. Sextus pro redimenda uexatione quæ
in rebus ſpiritualibus iniuſtè infertur ut
infra eo. ti. dilectus. Et concordat redimẽ
tes tempus cariſſimi quoniam dies mali
ſunt. Sed uidetur obſtare infra eo.tit. que
relam. ibi enim utrunque prohibetur emi
redimi eccleſiam. Sed ibi exponitur redi-
mi. ideſt pro pecunia reſignari, item non
obſtat infra eo titu. nemo quia ibi nõ re-
dimitur uexatio ſed emitur abſolutio. Vel
poteſt ſic dici quod redẽptio rei ſpiritua-
lis ſi mittitur uexatio iniuſte & redimenti
prohibetur uexanti & pro uexationis ceſ-
ſatione recipiẽti. ¶In munere ab obſequio
diſtinguit. quia aut obſequium eſt corpo-
rale aut ſpirituale. Si corporale ſit obſe-
quium & honeſtum uitium non inducit.
ut cum quis ſeruit ſuo epiſcopo corpora-
liter in rebus licitis & honeſtis puta eũdo.
Romam pro ipſo aduocando uel procura
toris officium gerendo pro negotijs eius
uel eccleſiæ ſuæ. ubi ergo dignus dignum
& honeſtum præſtat obſequium pro bene
ficio uel ordine ceſſat uicium ſimoniæ. &
hoc innuit a contrario ſenſu canon ille. 1.
q.1. ſunt nonnulli. in uerbo. munus ab ob
ſequio eſt ſeruitus indebitè impenſa. Si ue
ro indignus dignum uel dignus indignum
præſtet obſequium. non caret uitio ſimo-

niæ. Sed quamuis honeſtum obſequium liberaliter præſtitum uitium non inducat: ut dictum eſt. in pactum tamen dici non poteſt. Hug. tamen dixit de indiſtinctè quòd ſi quis directè habeat intentionem ſuam ad ordinem uel beneficium cum ſeruit. ſimoniacus eſt ar. pro eo. infra eo. tit. cum eſſent. Sed nunquid obſequium ſpirituale poteſt ſine uitio præſtari ex pacto. Reſpondeo non niſi beneficio uel perſonatui ſit annexum. ut ſupra de præben. ſignificatum. ¶ In munere autem a lingua ſic dico licet ſuper hoc diuerſi diuerſa ſcribant. porriguntur preces aut ab ipſo ordinando ſeu promouendo. aut ab alio pro ipſo. Et in utroque caſu dicunt quidam præces huiuſmodi eſſe illicitas. & ſi ad eas fiat ordinatio uitioſa eſt & ſpeciem continet ſimoniæ arg. 1. q. 1. ordinationes & c. nullus itaque. & 7. q. 1. in ſcripturis ſupra de iure patro. per tuas. Quod tolerabile puto ſi pro indigno fiant: ſecus ſi pro digno ut ſupra de æta. & quali. tuam. 1. q. 1. filiū infra de ſimo. tua. alias multi hodie dānarentur cum plures ordinentur & beneficientur interuenientibus proprijs præcibus uel aliorum. Sed ſi aliquis pro prælatura preces porrigat pro ſe ipſo hoc ambiciosum eſt ut. 1. q. 1. nullus itaque ſi uero interpoſitis præcibus alienis ad prælaturam aliquis aſſumatur. tunc diſtinguo. aut præces ſunt carnales aut ſpirituales ſi at carnales & fiant pro indigno. committitur ſimonia. ut 1. qu. 1. de ordinationibus. Nam preces loco precij ſuccedunt. ut. 1. q. 1. ſunt nonnulli. Sed ſi ſint carnales & fiāt pro digno licitæ ſunt dummodo is qui ordinat uel inſtituit reſpectum nō habeat ad preces. ſed ad utilitatē eccleſiæ uel meritum promouendi. Spirituales autē præces uitium non inducunt ut. 1. q. 1. latorē. 63. diſt. principali.

7 ¶ † Quæritur de exennijs an ſimoniam inducant. Videtur quòd non dum tamen non producantur ad munerum quantitatem. ut. ff. de offi. procon. l. ſolent. §. non autē. &. §. ulti. licitè enim recipitur eſculentum & poculētum quod intra dies proximos prodigatur. ut. ff. de offi. præſi. l. plebiſcito. ſicut & quæ prophetæ offerebantur ſtipites magis æſtimabantur tabernaculi quam munera prophetæ ut 1. q. 1. iudices. ¶ Sed quid ſi corrupta intentione dentur uel recipiātur exennia. Reſpondeo ſimonia committitur quæ ſine reſignatione ordinis uel beneficij collati pœnitentia ſola purgatur ut infra eo. c. ulti. & ſecundum hoc intelligi poteſt in

8 fra eo. nemo. ¶ Sed nunquid † modica quātitas pro re ſpirituali ex pacto data ſimoniam inducit. Reſpondeo ſic. Nam inuenio quòd ſex ſolidi faciant ſimoniam ut infra eo. titu. tuæ. Item 30. ut infra eo. ueniens. Item quinque oboli. ut 1. q. 1. iudices. Item tremiſſis ut 1. q. 1. placuit ut nullus epiſcoporum id eſt, tertia pars ſolidi.

9 † Item ſimoniacus furi comparatur. ut. 1. q. 1. ordinationes, & in furto non diſtinguitur quantitas. ut 14. q. 6. c. ul. Item ſimonia comparatur crimini uſurarum utrunque enim ſola uoluntate committitur. ut ſupra eo. §. item committitur. Et in uſuris non diſtinguitur inter modicū & multum. Item cupella uini. Item uerba: poma & quicquid ſit quod ſorti accedit uſuram inducit ut 14. q. 3. pleriq;. Ad hoc autem dico quòd ubi ex pacto aliquid datur non diſtinguo quātitatem & opus eſt reſignatione eius quod taliter quæſitum, ubi autem aliquid quantuncunque corrupta intentione datur ſine pacto ſimonia cōmittitur quę abſque renunciatione per pœnitentiam deletur ut infra eo. ca. ultimo. Sed ſi non conſtet de mente corrupta tunc conſiderantur circūſtantiæ illæ de quibus habes infra eo. ti. & ſi quæſtiones.

10 ¶ ‡ Sed nunquid ſimonia committitur ſi aliquid detur pro calice ſeu ueſtibus benedicendis. Dixerunt quidam quòd non niſi inueniretur hoc in iure prohibitum. tunc enim eſſet ſimoniacum, quia prohibitum, ut eſt uidere in chriſmate. baptiſmo. communione. balſamo. ſepultura. baſilicis dedicandis. ut 1. q. 1. dictum. & ca. placuit ut unuſquiſque. & infra eo. ti. cum in eccleſiæ. Et his conſentit frater Raymū. in ſum

11 ma ſua. † Puto tamen uerius quòd in quolibet eccleſiaſtico miniſterio exercendo ſimonia committi poteſt ut infra eodem titul.

12 tul. ad noſtram.¶†Sed nunquid ante promotionem alicuius poteſt ab eo cautio exigi ſine uitio ſimoniæ. Reſpondeo non ſed poſtea ſic.ut.8.q.3. talia.1.q.1. quàm pio. dum modo pactum non præcedat. ut 8.q.3. Artaldus. poſtea uero præſtabitur cautio quæ ex antiqua conſuetudine approbatur.ut.63.diſt.quia ſancta. ſed à ſuperiori poteſt exigi & recipi cautio ſiue ante ſiue poſt ordinationem ſubiecti. ut ſupra de electio.ſignificaſti.23.diſt. quanquam.28.diſt.de Siracuſanæ.c.diſt.opta-
13 tum.&.ſupra de iureiu.nullus † auctoritas enim ſuperioris uitium tollit.ut ſupra de pact.cum pridem.ſupra de præben.niſi ſupra de tranſa.ſtatuimus.ff. de his qui not. infa.l.furti.accipe.§.qui iuſſu. Item nota quòd ſicut ſimoniacum eſt mediante pecunia uel pacto rem ſpiritualem acquiri: ſic & reſignari:ut infra eo.ti.quærelam ſu-
14 pra de teſti.ueniens†dare enim intelligitur qui quod ſibi debetur remittit.ut.8.q. 3.talia.ff.de calu.l.quin etiam.ff.de cond. cauſa da.l.ſi mulier.licet ſit arg.contra.ff. qui.mo.pig.uel hypo.ſol.l.1.§.cũ debitor C.ad uelle.l.1.ff.quę in frau. cre.ſi pignus Et eodem modo ſimoniacum eſt ob pecuniam reconciliare uel non reconciliare. ut infra eo.ti.nemo.&.c.ad aures.Nec mireris ſi duo contraria in idem recidunt. Nam hoc contingit alias ut cum recipitur præcium ad accuſandum uel non accuſandum. deounciandum uel non denunciandum teſtificandum uel non teſtificandum.eligendum uel non eligendum. hæc enim omnia eadem lege puniuntur.ut.1. q.1.qui cum &.l.eadem.§.lex Iulia. &.2. q.1.prohibentur. accedit ad iſta.1.q.1.§. qui autem pecuniam.Sed obſtat canon 1. q.1.ſunt quidam ibi dicitur ſunt quidam qui uiolentia uel fauore non permittunt eccleſias ordinari.hos etiam decernimus ut ſacrilegos iudicandos. Sed ibi ſubau-
15 dio.nihilominus ſimoniacos.¶†Eſt autem ſciendum quòd ſimonia eſt crimen enorme.ut ſupra.de accu.& inqui.crimen exceptum.ut.C. de epiſ.& cle. l.ſi quen-
16 quam.15.q.3.ſane.¶† Ad accuſationem ſimoniaci quilibet admittitur ad accuſandum.ut infra eo.tit.tanta, dummodo is qui accuſatur ſit malæ famæ. ut.2.q.1.in primis & de hoc plenius not.ſupra de accuſatio.§.item illi non admittuntur.
17 ¶†Quilibet peccator miſſam cantare poteſt præter ſimoniacum. ut infra eo.ti.tanta. & præter alios enormiter delinquẽtes uel mediocriter dummodo eorum crimina notoria non ſint de iure uel de facto. ut ſupra de tempo.ordi.c.ultimo & ſupra de renuncia.niſi cum pridem.in princip. hij enim omnes ſunt ſuſpenſi quo ad ſe & quo ad alios. Vel dic ſolum ſimoniacum etiam occultum ſuſpenſum eſſe quo ad ſe & quo ad alios & notoriũ fornicatorem. ut.32.diſt.nullus.&.c.præter hæc.&.§.ue-
18 rum.†Et ſi quæratur quare iura canonica ſic prſoequantur hæc duo.ſcilicet ſimoniam & fornicationem? Reſpondeo ſimonia eſt morbus cancroſus. & ideo ferro ignito opus eſt.etiam malum uſitatum.ut 1.q.1.reperiuntur.Item fornicatio eſt cõmune uitium ut.l.diſt. quia tua ſanctitas. in fi.& ideo pæna exacerbari debuit in utroque.ut.ff.de pæ.l.aut facta.§.ultimo. Et quod proximè dixi quilibet peccator poteſt miſſam cantare præter ſimoniacũ ſic intellige quilibet non pręciſus quili-
19 bet toleratus. †Et ſic tollitur obiectio de ſuſpenſis & excommunicatus qui excluduntur à participatione ſacramentorum. ut.3.q.4 engeltrudam ſupra de excep. à nobis infra de cle.ex mi.ſi celebrat. Item omnis peccator pęnitens. & ſic non ob. quod dici ſolet.quòd conſtitutus in mortali peccato ſuſpenſus eſt quo ad ſe.ut.1.q. 1.ſacerdos.quod locum habet nõ enormibus etiam occultis & non mediocribus etiam occultis & non mediocribus notoriis.nam enormia occulta, & mediocria notoria & poſt peractam pænitentiã executionem ordinis detinent impeditam.ut ſupra de renun.niſi cum pridem.l.diſt.de
20 his ſupra de tempo.ord.c.ult.¶†De pæna ſimoniaci ſic dicendum eſt. Aut quis eſt ſimoniacus in ordine.aut in beneficio ſuſcepto.Si in ordine,ſuſpenſus eſt ipſo iure.ut proximè dictum eſt.habet enim characterem furtiuum. ut.1.q.1. ordinatio-

nes. habet characterem uitioſum. unde ordo intus ortus cecidit. ut 1.q.1.quibuſdam narrantibus infra eo.ti. accuſatum. & c.quotiens. Qualitercunque de hoc crimine conſtiterit ſiue per modum accuſationis ſiue per modum inquiſitionis ſiue denun. ſequitur pœna depoſitionis. primum probatur ſupra de accu. inqui. & denun. ſuper his. Secundũ ſupra de accu. inquiſitio. de tertio no. de accuſ. §. effectus. Symoniacus aũt in dignitate uel beneficio conuictus per accuſationẽ deponitur, per inquiſitionẽ amouetur. ut ſupra de elec. per inquiſitionem & idem per denunciationem Et eſt ratio, quia non poſſet agi pœnitentia illa uel illo retento. ut 13. diſtin. nerui & ut in prædicto. §. effectus. Et quod dixi in ſimoniaco in ordine quòd ſuſpẽſus eſt ipſo iure puto locum habere in ſimoniaco in dignitate qui executione dignitatis retinet impeditam. unde quidquid facit gerendo officium dignitatis ſuſpenſus agit & decipit animas ſubiectorum. ut ſupra de elect. dudum, Rothomag. & idem dico in beneficio curam animarum habente. quia de his duobus idem iudicium eſt habendum ut continetur in prædicta decre, & argu. ſupra de filijs præsby. c. ult. ¶ Si uerò aliquis ſit ſimoniacus in receptione ſimplicis beneficij uel in collatione beneficij cuiuſcunq; aut eius delictum eſt occultum aut notorium de iure uel de facto. In primo caſu ſimoniacus eſt ipſo iure ſuſpenſus ſicut & quilibet in mortali peccato conſtitutus. ut 1. quæſtione 1. ſacerdotes. In ſecundo quo ad ſe & quo ad
21 alios. ut ſupra de temp. or. quæſitum. † Nã & accuſatus de ſimonia prohibetur exequi officium ſuum accuſatione pendente. ut infra eod. tit. accuſatum. Item quid de his qui per ſimoniam recipiunt uel recipiuntur ad monachatum. Reſdõdeo ſi per modum accuſationis deuicti fuerint deponuntur tam recipientes quanquam recepti. ſed ſi per inquiſitionẽ de his conſtiterit recepti amouentur à locis & in monaſterii actoribus collocantur ad pœnitentiã peragendam. recipientibus autem iniungitur pœnitentia & donec eam peregerint ab executione ordinum ſuſpendũtur. ut infra eodem titu. dilectus filius A. Sed inſtabis quare priores iſti uel abbates non remouentur ab adminiſtratione etiam per modum inquiſitionis, cum hæc ſit pœna ordinaria ſimoniacorum prælatorum. ut not. ſupra eod. titu. §. de pœna. Reſpondeo illud locum habet in ſimonia cõmiſſa in dignitate in qua adminiſtrant ſecus in ſimonia commiſſa in beneficijs conferendis uel monachis recipiendis in quo caſu locum habet decre. dilectus. Vel ibi multitudo erat in cauſa & utile nõ erat monaſterijs ueteres amoueri præ
22 latos. ut ſupra de renun. c. 1. ¶ † Sed quæritur an is qui beneficium ſimoniace acquiſiuit teneatur ad omnes fructus quos recepit & quæ recipi potuerunt? Reſpondeo ſic eſt enim fur & latro. ut. 1. q. 1. ordinationes. & ideo ſicut fur ſemper eſt in mora & ad damna tenetur. C. quod met. cauſa. l. 1. C. de condi. furt. l. ulti. 2. C. de furt. l. ſubtracto. & ad omnes fructus ut uiolentus. ut ſupra de reſt. ſpol. grauis. Generaliter enim ſine titulo poſſidens tenetur ad omnia damna. & lucra & percepta & percipienda. ut. ff. de rei uen. l. ſi nauis. §. generaliter. Et idem eſt ſi habeat titulum ſed talem qui pro non titulo. ſit habendus. ut. C. de agrico. & cen. quemadmodum. ff. quod met. cauſ. l. ſed par-
23 tus. ¶ † Sed quæritur cui reſtituetur pecunia ſimoniacè data? Reſpondeo ei in cuius iniuriam data eſt hoc eſt eccleſiæ. ut infra eodem titulo conſulere. & c. audiuimus & c. de hoc autem & ar. ad idem 17. q. 4. ſi quis in atrio. 27. quæſt. 1. ſi quis rapuerit. in autem. de ſanctiſ. epiſco. §. ſed neque coll. 9. Ei uero qui pecuniam dedit inuenitur ex miſericordia reſtitui. ut infra eodem ti. ueniens. ſed forte illud locum habet cum redditur ei qui monaſterium eſt ingreſſus per ſimoniam, conſideratur enim ne alteri monaſterio ad quod transferendus eſt fiat onerosus. ut. 16. quæſtio. 6. de lapſis. 27. quæſtio. 1. ſi
24 quis rapuerit. † Prælatus autem aliquid ab eccleſia per ſimoniam extorquens duplicatum reſtituit. ut in prædicta decre. audiui·

audiuimus. ſecus ſi per impreſſionem quia tunc reddet quadruplicatum. ut. 18. diſtin. quoniam quidam. 1. quęſtio. 1. concuſſionis. Dicitur autem concutere qui prætextu officij comminando aliquid ab inuito extorquet. ut. ff. de concuſ. l. 1. &
25 2. 24. quæſt. 1. militare. ¶ †Sed ſciendum eſt quod non omnis pactio quæ iure ſpirituali interuenit ſimoniam inducit. & ideo pœnam non meretur. Nam ſi poſſeſſio detur eccleſiæ ut in ea oratorium conſtituatur. non committitur ſimonia. ut ſupra de reſtit. ſpolia. olim. quia in traditione rei propriæ licet pactum apponere. ut. ff. de pactis. l. in traditionibus ſupra de condi. apposi. uerum. Item non committitur ſimonia ſi detur licentia conſtrendi oratorium ſub pacto cenſus. ut. 18. q. 2. Eleutherius ſupra de religioſis domi. conſtitutus accedit infra eodem titul. ex. inſinuatione. talia enim pacta ſpiritualia repetuntur ſicut & illud ſupra de præben. ſignificauit ſupra de ſer. non ordi. nullus.
26 de elec. ſignificaſti. 15. q. 1. c. 2. ¶ † Quid ſi quid exigatur ſecundum loci conſuetudinem in exequijs mortuorum. puta cerei & denarij uel in benedictione nubentiũ. puta panis & uini cerei & mãtile. ſicut in pleriſque locis hoc de more ſeruatur. Itẽ in conſeruationibus epiſcoporum manutergium aqua & mantile? Reſpondeo exactionem in talibus reprobandam eſſe. ſed nihilominus debitam fore ſolutionẽ. unde ſuperior ex officio ſuo cogere poteſt ad ſolutionem. nam compeſcendi ſunt. qui malicioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare. ut infra eodem titu. ad apoſtolicam. Quædam enim ex debito præſtanda ſunt ad quæ actio non datur. ut no. ſupra de poſtulan. §. reſtat. ſic & prandij exactio iuxta morem reprobatur. ut infra eodem titulo. Iacobus ſic & in multis aliis actibus ſpiritualibus cõſuetudo non excuſat exactionem pro intronizandis epiſcopis uel abbatibus ſeu abbatiſſis in ſede ponendis. uel pro quibuſcunque alijs perſonis inueſtiendis. Item pro danda abſolutione uel pro quibuſdam aliis ſicut quilibet ſtudioſus per ſe notare poteſt. ut 1. q. 1. ſaluator. ſi quis præbendas uendentes infra eod. tit. cum in eccleſiæ ad aures ſuas. in tantum. audi-
27 uimus, ad apoſtolicã. ¶†Vltimo uidendũ eſt an in ſimonia ualeat diſpenſari, in quo diſtinguo. quidam ſunt ſimoniaci, quidã ſimoniacè promoti uel ordinati non tamen ſunt ſimoniaci. Cũ ſimoniacis alius a papa diſpenſare non põt. ut 1. q. infra erga ſimoniacos ut infra eo. t. nobis in fi. papa uero ex plenitudine poteſtatis diſpẽſare põt. ut infra eo. t. dilectus filius A. & 1. q. 5. quicunq;. Cũ ſimoniace promotis & nõ ſimoniacis põt epiſcopus diſpẽſare. ut infra eo. ti. nobis primo. ℞. & c. ex inſinuatione ſupra de elect. ſi alicuius. 1. q. 5. præſentium infra eod. tit. de ſimoniace & . c. de regularibus. Et quòd dixi poſſe diſpenſari cum ſimoniacè promoto uel ordinato. uerum intelligo reſignato eo quod ſimoniace eſt quæſitum ut in decre. ſi alicuius & 1. q. 5. quicunque in prin. Et quod dicunt iura illa in beneficio & dignitate. puto & in ordine locum habere ut reſignetur executio caracteri enim renunciari non poteſt eo animæ eſt infixus. Quidam tamen dixerunt papam non poſſe diſpenſare cum ſimoniaco in ordine, & hoc tali ratione quia neceſſaria eſt renũciatio, ſed ſimoniacus in ordine caracteri renunciare non poteſt executioni non quia illam non habet. Ad quod reſpondeo poteſt renunciare quantum in eo eſt offerendo ſe perpetuæ depoſitioni. ut 21. diſtin. nunc
28 autem. ¶†Item quod dici poſſe epiſcopũ diſpenſare intelligo. ſi non epiſcopo ſed alicui de ſuis comitibus pecunia data fuerit. quia ſi ſibi ſimonia ſua eum indignũ reddere & diſpenſare non poſſet & hoc innuit canon ille 1. q. 5. præſentium in prin. ubi dicit per pecuniam non epiſcopo ſed cuidam principum eius datam. Sed uidetur quòd epiſcopus etiam cum ſimoniacè promotis qui ſimoniaci non ſunt diſpenſare non poſſit. ut infra eod. tit. nobis ibi enim in principio ponitur quæſtio de promoto. ſimoniacè non ſimoniaco. & in fi. reſpondetur quod cũ ipſo non ualet epiſcopus diſpenſare. Ad quod reſpondeo quòd

deo quòd in fine illius decre. dicitur.non referas ad principium & ad primum caſum. in quo certum eſt poſſe epiſcopum diſpenſare. ut ſuperius dictum eſt. ſed referas ad caſum qui ponebatur in decret. ſecundum ueterem compilationem quæ eſt hodie interciſa in qua tractabatur de uere ſimoniaco. Et quod dicitur ibi & qđ dictum eſt per ſimoniacā prauitatem &c. ſic expone ut dictum eſt in princ. decre.
29 ſed in parte deciſa. ¶ † Eſt autem ſciendum quod his dicitur ſimoniace ordinatus uel promotus non tamen eſt ſimoniacus. quo ignorante & ratum non habente à conſanguineis familiaribus & amicis commiſſa eſt ſimonia.ut probatur per iura inducta ſuper eo.§.ult.uidendum eſt. & probatur infra eo.ſicut. Vbi uero pecunia datur in diſpendium promoti ab his qui nocere potius quam conferre interdunt prorſus ignorante promoto & ratū cum ad eius notitiam uenerit penitus nō habente.promotio ipſius nequaquam afficitur.ut infra eod.ti.nobis. & multominus afficitur ſi eo prohibente pecunia de
30 tur.ut infra eo.tit.ſicut.† Nihil enim damni: ſentire debuit qui prohibuit. ut.ff. de nego.geſtis.l.ſi duobus in fi.ff.de procu.l.Pomponius.§.ulti.ff.man.l.ſi pro te.
31 C.de nego.geſt.l.ulti. ¶†In caſibus tamē nihil operatur prohibitio. ut.ff.de reli. & ſumpti.fune.l.at ſi quis.§ ſi me prohibente.ff.de libe.cauſa.l.2.ff. de appell.l. non tantum aliquando plus operatur expreſſa contradictio quam tacitus diſcenſus.
32 † Et eſt ratio. quia plerū; qui tacet præſumitur conſentire.ut 54.diſt.ſi ſeruus.C. de nup.l.ſiue proponis.ff.ſolut.ma.l.2. ſupra qui clerici uel.uo.inſinuante ſupra de ſpon. ad id ſupra de deſpon.impube.literas ſupra qui ma. accu. poſſunt in ſuper. Quamuis regula iuris contrarium dicat qui tacet non conſentit nec &c.ff.de reg.
33 iur. qui tacet. † Aliquando plus operatur abſentia quam contradictio. ut eſt uidere in ſententia.ut.ff.de re iudi.l.duo ex tribus.ff.de arbi.l.ſi in tres Item in electione. ut ſupra de electi. quod ſicut uenerabilis bonæ. memo.ſupra Cremonen. ſupra de peſthu.in ſecunda bonæ. ¶ Et not.
34 †quod diſpenſatio fit aliquando ſempliciter ut cùm diſpenſatur cum aliquo ut in minoribus tantum ualeat miniſtrare. ut ſupra qui cle. uel uo.c.2.&.1.q.1. ſi quis hæreticæ. Plenè ut cum permittitur ad ſacerdotium & non ulterius promoueri. ut ſupra qui cleri.uel uouen.c.1.q.7. conuenientibus. Et plenius. ut cum permittitur alicui ut fiat epiſcopus & non primas ut. 22.diſtinc. nos conſuetudinem. Pleniſſimè.ut cum ad omnia diſpēſatur ut.13. di.
35 4.ipſa pietas.¶ Item quæritur † nunquid poteſt epiſcopus diſpenſare in ſimonia cō miſſa in exequijs mortuorum. in benedictionis nubentium.in cœmiterij conceſſione.in criſmate recipiendo. in ſacrorum uaſorum ueſtimentorum benedictione. & conſimilibus minoribus ſpeciebus ſimoniæ. Creditur quod ſic poſt peractam pœnitentiā,eo quòd non prohibetur argu.ad hoc infra de ſenten. excommunica
36 tionis nuper. † Nec ob.1. q.1. erga quia loquitur in ſimoniaca dignitate.ſic loqui
37 tur decre.infra eo.ti.nobis in fin. ¶†Quæritur an ſacerdos peccet uel ſimoniam cō mittat miſſam pro denarijs celebrando uel alia officia exequendo? Ad quod reſpondeo ſi ſacerdos non teneatur ad illud pro quo pecuniā recipit & ſumptus ei deſunt nec peccat nec ſimoniam committit ut.1 q.1.duces uel iudices. Nam & operas ſuas locare poteſt ad tempus.ut infra e.ti. proxi.c. ul. dū tamen in celebratione miſſæ uel aliorum officiorum principalē intentionem ſuam ad remiſſionem dirigat obtinendam. ſecundario autem habere poteſt reſpectum ad denarios quos percipit. Illa autem officia ad quæ tenetur pro pecunia celebrare non debet ſine pecunia non celebraturus. alioqui ſimoniam committit. ut.1.q.3.uendentes, ſed & ſi non tenetur ad illa habet tamē alias ſumptus ſuos pro denarijs illa exequi aut ſi-
38 moniacum eſt aut auarum † ueruntamen ſi laici conſueuerūt dare oblationes & ſubtrahant puto laicos cōpelli poſſe laudabilē cōſuetudinem conſeruare. ut infra.e.ti. ad apoſtolicam in fi.Et ſic ad dādas oblationes.

tiones.ut.16.q.1.ſtatuimus & 32.diſtinct.
39 præter hæc in fin. ¶ Item quæritur † aliquis confert bona ſua eccleſiæ purè ſimpliciter ſine pacto hac tamen intentione ut per bona temporalia quæ offert ſpiritualia ualeat adipiſci & clerici qui eum in fratrem admittunt non eſſent eum niſi comoda temporalia perciperent admiſſuri.an ſimoniaci reputentur. Ad hanc quæſtionem reſpondet decre. dicens. quod tam illi quam iſti apud diſtrictum iudicē. qui ſcrutator eſt cordium & cognitor ſecretorum. culpabiles iudicantur. ut infra eodem titulo tua.§.licet autem. Vnde cum non dicat ſimoniaci iudicantur.dixerunt quidam quam non ſunt tanquam ſimoniaci puniendi propter uoluntatem cum operæ ſubſecuto. argu.ff.de big.nuper & c.à nobis. Alij dicunt quod uerius ſicut puto.quòd ſimoniaci ſunt quia ſola uoluntate committitur ſimonia. ut dixi. ſupra eo.§.committitur.Satis tamen puto quòd ſi eccleſia ſit tenuis facultatibus & paupertate depræſſa & aliquis rogat admitti. clerici uel monachi dicere poſſunt. nos libenter admittimus te ad ſpiritualia, ſed cum bona noſtra nobis ſufficiant,& tibi adducas unde uiuere poſſis. uel ſic prouideas tibi unde uiuere poſſis. Et tunc ingrediens aliqua temporalia cōferat non erit uitium ſimonie. Nec ob decre.infra eo.quoniam.ubi dicit paupertatis prætextu uolentes huiuſmodi uitium pallare,nam illa loquitur cum non ſit cautè proceditur ſicut dictum eſt,ſed recipiētes comiterent improuide ſimoniam & poſtquam commiſerint prætextu pauper
40 tatis palliare nituntur. † Paupertatis.n. prætextu non ignoſcitur delinquenti. ut ff.de ritu nuptia.l.palam.§. non eſt ignoſcendum ſupra de diuor.ex literis potius enim debent recipientes mori fame quā ſimoniacis ueſci. ut 32.q.4.ſicut ſanctius. & omnia mala tolerare quam ſimoniæ
41 conſentire. ut 32.q.5.ita ne.† Quamuis à furto excuſat nimiæ famis neceſſitas. ut de conſec.diſt.5.diſcipulos. hoc ideo quia tempore nimiæ neceſſitatis omnia ſunt communia. ut.ff.ad legem.d.de iac.l.1.§. in eadem naui.ſed ſi non fuerit antea neceſſitas non omnino excuſat. ut infra de
42 furtis.ſi quis per neceſſitatem. ¶†In ſumma notabis quòd mediatores ſimoniæ ſimoniaci ſunt. ut 1.q.ſi quis epiſcopus & nota infamiæ procelluntur. ut 1 q.3. ca. ultimo. Vnde non admittuntur ad teſtimonium etiam contra illum qui ſimoniā illam principaliter dicitur commiſiſſe quamuis crimen ſimoniæ ſit exceptum ut nota. ſupra eod. titu.§. eſt autem ſciendum. quamuis admittantur ad accuſandum.ut.71.diſtinctione ſi quis papa cum hoc fama meruerit accuſari. ut 2. quæſtione 1. in primis.

## *Summarium*

1 *Prælatus an poſſit uices ſuas concedere ſub pretio. & ad locationem & conductionem deducere. & nu.2.*

3 *Vicarius poteſt gratis conſtitui,& conſtituto prouidendum eſt unde uiuat.*

4 *Eccleſia uel præbenda poteſt conduci & locari fructuum cauſa.*

5 *Eccleſia præbenda, uel beneficium,an poſſit in perpetuum locari, uel ultra tempus uitæ locantis.*

### ¶NE PRAELATI VICES SVAS ſub annuo cenſu concedant. Rub.

IN proxima rubrica dictum eſt de ſimonia in genere. nunc ſubiicitur tractatus de ſimonia in ſpecie, ſcilicet cum prælati uices ſuas uel eccleſias ſub annuo cenſu concedunt. & ideo ponitur hic rubrica ne prælati uices ſuas uel eccleſias ſub annuo cenſu concedant.

1 ¶ † Et eſt igitur ſciendum quòd prælatus aliquis prælationem ſuam iuriſdictionem officium uices ſuas circa ea quæ ſpiritualia ſunt ſub pretio concedere non debet ad locationem & conductionem deducere. Huiuſmodi prohibitionis triplex eſt ratio. Prima quia dum iuriſdictio & officium prælaturæ conducitur in grauamen ſubiectorum,& ſubuerſionem iudi-

iudiciorum, non eſt dubium redundare. ut infra eod.c.2.quia dum ſumptus quæritur prædo craſſatur. ut.23. q.1. militare. Secunda quia qui uicarium conſtituit curam tradit. ut ſupra de offi.uica.c. ulti. & ideo pro uicaria dare uel excipere pecuniam ſimoniacum eſt. ut ſupra titu. proxi.ad noſtram. nec mirum. nam uendere caſtaldionatum uel œconomatum ſimoniacum eſt. ut.1.q.1.ſi quis epiſcopus.
2 &.q.3.ſaluator.† Tertia eſt ratio. quia cũ prælatus gratis debeat iudicare. ut.14.q. 5.non ſane. & mundas ſeruare manus nullumque contingere lucrum conſtituit iudicia uenalia in quo Deum & legem offendit. ut in auten.de manda.prin.§.oportet. col.3.&.10.quæſtio.3.qui recte.¶Sed opponitur. hæc duo paria ſunt quo ad ſimoniam committendam remittere ſpirituale pro pecunia uel conferre. ut ſupra titul. proxi. querelam ſupra de teſti. ueniens & tamen uideo quod epiſcopus poteſt iuriſdictionem remittere ſub annuo cenſu. ut ſupra de reli. domi. conſtitutus. Ad quod reſpondeo. prælatus priuilegiũ libertatis indulgens cenſum ſibi retinet pro temporibus quæ remittit. ut ſupra de cenſi. cum uenerabile. Vel cenſus impoſitio uitium non inducit.quia imponitur ut ſit probatio ſubiectionis antiquæ. ut ſupra de cenſi. omnis omnia. & ad iudicium præſtitæ libertatis. ut infra de præ-
3 uile. recepimus. ¶ † Poteſt autem gratis uicarius conſtitui. & conſtituto prouidendum eſt unde uiuat. ut ſupra de offi. ordi. inter cætera ſupra de appella. peruenit. Nam cum uicarius teneatur ad uices alienas gerendas. non debet ſuis ſtipendijs militare. ut.12. quæſtio.2. charitatem.
4 †Item poteſt eccleſia uel præbenda conduci & locari fructuum cauſa.ut infra eo. titu.querelam. quia & fructus. & ſi proueniunt ex ſpiritualibus beneficijs non ſunt ſpirituales unde uendi poſſunt ut tamen in hac locatione nihil ſpirituale admiſceatur ut ſupra de renũ.permu. ad quæſtiones. His quæ ſuperius dicta ſunt non ob.decre.1.cod. titul.quoniam enormis. Nam illa loquitur in regimine animarũ. hoc eſt in prælatura quæ ſcilicet locationem & condictionem deduci non poteſt ut ſuperius dictum eſt. Item non obſtat canon qui prohibet ne conductitijs præsbyteris eccleſiæ committantur. ut.21.q. 1.præcipimus. quia & illum intelligo ut eccleſiæ non committantur ideſt, eccleſiarum prælaturæ.& ſecundum hoc expono uerba illius decre. quoniam enormis. quia dum ſacerdotium. hoc eſt prælatura ſub huiuſmodi mercede uenale diſponatur,ad æternæ retributionis præmiũ conſideratio non habetur. quaſi dicat dum pro pretio cura committitur & recipitur animarum. non ad ipſarum ædificationẽ
5 reſpectus habetur ſed ad lucrum. ¶ † Sed nunquid poteſt eccleſia præbenda uel beneficium aliquod in perpetuum locari uel ultra tempus uitæ locantis. Reſpondeo non. quia cum beneficia ſint perſonalia. contractus circa illa habiti perſonas concedentium non excedunt.arg. ſupra de præbend. niſi in ſupra de tranſactio.de cætero.&. c.ueniens ſupra de uſu pallij.ad hæc clericus enim in beneficio uſufructuario comparatur.ut.16. q.6.illũ & uſufructuarius rem in qua uſufructum habet ultra tempus ſuæ uitæ locare non poteſt.& ſi locauerit ſucceſſor in beneficio frui conductorem præſtare non tenetur imò ſi conductor expenſas fecerit quare ultra uitam clerici fruiturus non eas recipiet. quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit ut.ff.loca.& cõdu.l.ſi quis domum §.hic ſubiungi poteſt. Niſi forte dicere uelis ab hærede illius qui ſic locauit conductori reſtituandas eſſe ei expenſas. argumen. ſupra de.re. eccle. non alienan.ad audientiam.¶His autem quæ dicta ſunt non obſtant iura illa quę dicũt illum qui in perpetuum conduxit uel ad non modicum tempus ius habere in re ut reſiſtere poſſit. & etiam ab eo utiliter uendicare.ut.ff.ſi ager uectig.uel emphy. l.1.§.qui in perpetuum. &.ff. de ſuperficie.l.1.§.quod ait. Nam illa loquuntur in priuatis locantibus res proprias & in conductoribus qui a dominis conducunt.

SVM-

## Summarium

1 *Simoniam an committant illi qui habent examinare doctores, & licentiam dare docẽdi, ſi obtentu pecuniæ licentiam præſtant alias non datur. & num. 2.*

3 *Venditores columbarum ſunt qui gradũ uel gratiam ſpiritualem gratia humanæ contributionis exercent.*

4 *Docentes Pariſius & alijs in locis an licitè collectas exigant à ſcholaribus.*

*Socrates ut liberius philoſopharetur abiecit magnum auri pondus.*

5 *Præſtans pro tempore obſequium, debet conſequi beneficium.*

### ¶DE MAGISTRIS. Rubr.

DIximus ſupra de ſpiritualib. qualiter prohibeantur concedi uel recipi pecunia mediante. Nunc tractatur de his quæ inſtar ſpiritualem habent uidelicet de magiſtro & licentia docendi. Et ideo ponitur hic rubrica de magiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. ¶ Eſt igitur ſciendum quod ſtatutum fuit antiquitus. deinde ab Alexandro Papa in Lateranenſi concil. innouatum. & poſtmodum ab Innocentio in concilio generali. quòd ſingulæ eccleſiæ cathedrales ſingulos magiſtros liberalium artium haberent, per eundem. Innocentium eſt adiectum ut non ſolum in qualibet cathedrali eccleſia. ſed in alijs quarum ſufficere poterunt facultates conſtituatur magiſter idoneus à prælato cum capitulo ſeu maiori & ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos ipſarum eccleſiarum gratis in grammatica facultate & alios inſtruat iuxta poſſe. Sane metropol. eccleſia theologum nihilonus habeat qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat. & in his præſertim informet quæ ad curiam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à capitulo unius præbendæ prouentus. & pro theologo à metropolitis tantundem. non quòd propter hoc efficiatur canonicus. ſed tandiu redditus ipſos percipiat quandiu perſtiterit in docendo. ut probantur hæc 38 di de quibuſdam infra cod. c. 1. & c. quia nonnulli.

1 ¶† Nunc autem quæritur de cancellario Pariſien. & de archidiacono Bonon. & de magiſtro ſcholarium qui uel ex priuilegio uel ex iure conſuetudinario habent examinare doctores & licentiam dare docendi, nunquid ſimoniam committunt ſi obtentu pecuniæ licentiam præſtant alias non daturi. Reſpondeo non. neque enim uenditur uel emitur ſpirituale uel ſpirituali annexum. ſed committitur crimen concuſſionis. cum prætextu officij per impreſſionem exigitur, quod non debet. ut. C. quod met. cauſa. l. ſi per impreſſionem. 23. q. 1. militare. ff. de concuſſio. l. 1. & 2. & 1. q. 1. concuſſionis. unde qui exegerit dignitate officio ac beneficio eccleſiaſtico ſpolietur. infra eod. c. 1. & c. 5. in fi. Et licet ex parte dantis & exigentis uideatur turpitudo uerſari, & ſic potior ſit conditio poſſidentis & deterior repetentis. ut ff. de condit. ob turpem cau. l. 3. 14. q. 5. non ſane. tamen in hoc caſu promittenti ſuccurritur & ſoluenti ut remittatur promiſſum & ſolutum reddatur. ut infra eod. tit. prouideas. non in fauorem promittentis uel ſoluentis ſed in odium petentis. Vel poſſet dici quòd non uerſatur turpitudo ex parte promittentis cũ enim ſit idoneus quod requiritur. ut infra. c. 1. & impediatur uel non permittatur facere quod a iure permittatur. licet ei uexationem ſuam redimere. ut ſupra de ſimo. dilectus.

2 ¶ Sed † quæritur de magiſtris talibus quibus de beneficiis eſt prouiſum. an ſimoniam committant exigendo à clericis eccleſiarum à quibus percipiunt beneficia & ab aliis clericis pauperibus. Reſpondeo ſic. Nam in templo uendentes ſunt qui hoc quod quibuſdam iure competit ad primum largiuntur. ut. 1. q. 1. in templo.

3 ¶ Item † non ſolum uenditores ſunt columbarum & domum dei faciunt domum negociationis qui ſacros ordines largiendo pretium pecuniæ uel laudis uel honoris inquirunt. uerum hi quoque qui gradum uel gratiam in eccleſia

Fff ſpiri-

ſia ſpiritualem quam domino largiente perceperunt non ſimplici intentione ſed cuiuslibet humanæ retributionis cauſa
4 exercerent.ut.1.q.3.non ſolum.¶ † Quæritur autem de magiſtris alijs regẽtibus Pariſius uel Bononie uel Neapoli uel alijs locis an licite collectam exigant à ſcholaribus. Et uidetur prima facie quod non quia ſcientia donum dei eſt. ut.16. q.1.reuertimini circa. fi. unde uendi non debet.ut.1.q.3.non ſolum.Item proijcere debent pecuniam exemplo. Socratis qui magnum pondus auri abiecit uidens ſe non poſſe uirtutes & diuitias ſimul poſſidere ut.12.q.2. Socrates. Item profeſſores iuris & ſi honeſtè recipiant ſponte oblata in honeſtè tamen exigunt. ut.ff.de ua.& extra ordi.cogni.l.1.§. eſt quidam. Item doctores philoſophãtes inter quos Iuris ciuilis numero profeſſores ut.ff. de iuſti. & iu e l.1. ſi pecuniam exigerint contraria erit profeſſioni eorum exactio.
5 ut.C.de mune.primo.l. profeſſio.¶ † Sed contra qui pro tempore præſtat obſequium debet conſequi beneficium. ut.12. q.2.charitatem.Item poteſt magiſter uendere doctrinam ſicut & iuriſconſultus cõſilium. ut.14.quæſt.5.non ſane.&.11.quæſtio.3.non licet. Gratis enim intelligitur docere & ſi collectam recipiat pro expenſis ſicut epiſcopus gratis intelligitur conſecrare uel uiſitare & tamen recipit procurationem.ut ſupra de ſimo. cum ſit ſupra de præſcrip. cum ex officio. ſic & teſtis intelligitur gratis teſtificari & tamen habet expenſas. ut.4.quæſt.4. uenturis. Scholares etiam quas minimas poſſunt. ſed pro facultatibus & dignitate nataliũ mercedes præceptoribus ſuis conſtituant ut.ff. de admini. tu.l. cum plures §. cum tutor.& eos munificentijs ſuis ditare debent.ut.ff.de dona.l. Attilius. Vtiliter quidem fiunt expenſæ in mercedibus magiſtrorum ut.C.de neg.ge.l. ſi patrono. Sabinus à ſuis ſcholaribus ſuſtentatus fuit. ut.ff.de orig.iur.l.2.circa fi. Iudices expẽſas recipiunt. ut ſupra de uita & ho.cle. cum ab omni eſculentum & poculẽtum. ut.ff.de offi.præſ. plebiſcito ut.ff. de offi. procõ.l.ſolent.§.ult.ſacerdotes qui erant in tẽplo recipiebant aliqua pro ſumptu. ut.1.quæſ.1.iudices. Circa hoc dico quod ſi doctori ſua non ſufficiunt.licitè & honeſtè poteſt à ſcholaribus exigere pro expẽſis. Si uerò ſufficiunt non exiget ſed ſponte oblata recipere poteſt. ut.10.q.3. priſcis.12.q.1.eccleſiaſticarum.18.di.de eulogijs.1.q.1.quicquid inuiſibilis.& ca.placuit. Et hoc intelligo in his qui apti ſunt & idonei ad docendum. cæterum ſi qui tempus præueniant & ad cathedrã nimis accelerẽt magiſtralem intẽdentes magis diſcere quam docere ſuum negotium gerunt non alienum.ut.ff. de nego. geſt.l. ſi pupilli.§.in talibus & ſi ſua non ſufficiũt non eſt prouidendum ex debito in expenſis imputaturus ſibi qui ſuam infirmitatem uel imperitiam non aduertunt. ut.ff. ad leg. Aqui.l.idem.

## *Summarium*

1 *Iudæi qui & unde dicantur.*
2 *Hebrei unde dicantur.*
3 *Saraceni quare ſic appellantur.*
4 *Iudæi & ſaraceni auctoritatibus & rationibus ac blandimentis potius quam aſperitatibus debent ad fidem de nouo ſuſcipiẽdam prouocari, non compelli.*
5 *Chriſtiani qualiter ſe debeant habere cum iudæis uel ſaracenis.*
6 *Intellectus.c.ad menſam* 11.q.3.
7 *Chriſtiani iudæos uocare non debent in neceſſitatibus nec medicinam ab eis recipere, nec cum eis in balneis ſe balneare.*
8 *Iudæis non permittitur nouas ſinagogas erigere.*
9 *Iudæis non licet in die Veneris Sancta Oſtia uel feneſtras tenere apertas.*
10 *Iudæi chriſtiana mancipia habere non debẽt.*
11 *Chriſtianus non poteſt in teſtamento aliquid relinquere pagano.*
12 *Iudæi & ſaraceni debent in terris chriſtianorum uti habitu per quem à chriſtianis diſcernantur.*
13 *Chriſtiani an pro mercede in ſeruitio iudæorum eſſe debeant.*
14 *Iudæi tenentur ad decimas prædiales.*
15 *Iudæi qualiter pro exceſſibus puniantur.*

*Eccleſia*

16 *Eccleſia an peccet permittendo iudæos ritus iudaicos obſeruare.*

17 *Serui iudæorum qualiter liberentur. & redimantur.*

18 *Seruus iudeorum à chriſtiano redemptus an fiat ſeruus redimentis.*

19 *Chriſtianus an paganum mancipium uel iudæum emere poſſit.*

20 *Iudæus uel paganus baptizatus an remaneat ſeruus.*

21 *Merces quæ prohibitæ ſunt, quæ ad ſaracenos nullo tempore deferri poſſunt.*

## ¶ DE IUDAEIS ET SARRACENIS. Rubrica.

EGimus de his qui ſpiritum ſanctũ
per ſimoniam blaſphemat. Nunc
de his agamus qui deum malè co-
lendo inhonorant ut ſunt iudæi & ſarra-
ceni. ¶ Videamus qui dicantur iudæi & un
de, qui ſaraceni & unde. & qualiter ſint
inuitandi ad fidem, qualiter ſint à chriſtia
nis tractandi. Et quid iuris ſit de ſeruis eo
1 rum. ¶ † Iudæi dicuntur qui. Moſaicam le
gem ad literam tenent circumcidendo &
alia legalia faciendo. ¶ Dicti ſunt iudæi à
nomine dignioris tribus. ſ. à tribu. Iudæ.
qui inter alias tribus bellicoſior & in bel
lis primam aciem & regni priuilegium
obtinuit. ſcilicet ut ex ea ſola rex creare-
2 tur. ſicut ex tribu Leui ſacerdotes. † He-
brei uerò dicuntur ab Heber cuius fami-
lia cultum tenuit unus dei cæteris dola-
3 tria fedatis. ¶ † Sarraceni dicuntur qui
nec nouum nec uetus recipiunt teſtamen
tum qui non ab Ager ancilla Abrahæ de
qua eorum fuit origo Agarenos ſe uoca-
ri uolunt. ſed potius à ſara uxore eius &
libera ſe ſarracenos uocauerunt. Sunt
inter ſarracenos quidam qui receperunt
quinque libros Moyſi. ſed prophetas re-
ſpuerunt. Et dicuntur Samaritani à Sama
ria ciuitate. Et ideo quia prophetas re-
ſpuerunt. dicuntur in euangelio. non con
4 tuntur iudæi ſamaritanis. ¶ Debent † au-
tem tam iudæi quam ſaraceni auctorita-
tibus rationibus & blandimentis potius
quam aſperitatibus ad fidem de nouo ſu-
ſcipiendam prouocari non compelli. ut.
45. diſtin. qui ſincera. &.c. de iudæis in-
fra eodem titul. ſicut. Debet autem ho-
mo diligere proximum ſuum ſicut ſeip-
ſum. ut quem putauerit hominem bene-
ficientem conſulatione uel informatione
doctrinæ uel diſciplinæ. cohertione addu
cat ad colendum deum. ut 23. quæſtio. 4.
c. ultimo. Si tamen aliquis conditiona-
liter coactus puta per minas, per rerum
oblationem, uel aliam ſimilem coactio-
nem baptiſmi recipere ſacramentum &
poſtmodum a fide receſſerit. compelli de
bet redire ad fidem & ſeruare ne nomen
domini blaſphemetur. & fides quam ſu-
ſcepit uilis ac contemptibilis habeatur.
ut. 45. diſtin. de iudæis. & ſupra de bap.
5 & eius eſſe. maiores. ¶ † Sic circa iudæos
chriſtiani ſe debent habere. non comme
dent cum eis neque habitabunt. neque re
cipient eos ad conuiuia ſua. ut. 28. quæſ.
1. nullus. &.c. omnes. Cum ſaracenis au
tem poſſumus manducare. ut. 11. quæſtio.
3. ad menſam. Huiuſmodi diuerſitatis il
la eſt ratio. quia iudæi per abuſionem ſcri
pturarum & contemptum ciborum no-
ſtrorum magis fidem noſtram impugnãt.
Alij tamen ut Lau. & Io. dicunt & me-
lius quod ſicut chriſtianus cum iudæo
non debet facere ſupradicta. ita nec cum
ſarraceno. quia & ſarraceni hodie iudai-
zant. unde eadem cauſa prohibitionis &
6 idem periculum eſt in utroque † Excipi-
tur tamen caſus in quo poſſimus uti cibis
appoſitis a paganis cum modeſtia & gra-
tiarum actione ſeruata temporum quali
tate iuxta canonicas ſanctiones cum ad
prædicandum chriſti fidem ad eos chri-
ſtiani accedant. ut infra eod. tit. quam ſit
laudabile. & ſic intelligendum eſt. 11. quæ
ſtio. 3. ad menſam dummodo quod appo-
nitur non ſit idolis immolatum. quia
tunc ſanctius eſt mori fame quam idola
tico ueſci. ut. 32. quæſt. 2. ſicut ſanctius.
quod quidam intellexerunt cum quis ad
uenerationem idoli ueſcitur. alias in ſum
ma neceſſitate famis cum horrore & e-
xecratione poſſet aliquis idolatico ueſci
ad uitæ tantummodo ſuſtentationem,

neceſſitas enim non habet legẽ.ut de con
ſe.diſt.1.ſicut infra de reg.iu.quòd nõ eſt
licitum. Nam neceſſitas eſt contraria uo-
luntati.ut.ff.quod met.cauſa.l.1. & nullũ
peccatum niſi uoluntarium. ut.ff.15.q.1.
7 &.c.illa.¶ † Item chriſtiani non debent in
ſuis neceſſitatibus uocare iudæos, nec ab
eis accipere medicinam, nec ſe cum eis in
eiſdem balneis balneare.ut 28.q.1.nullus
&.c.omnes. Item permitti non debent
iudæi ut inter Chriſtianos publicis offi-
ciis præferantur quoniam ſub tali prætex
tu Chriſtianis nimium ſunt infeſti.ut in-
fra eod.titu.cum ſit.&.54.diſtinctio.nulla
8 17.q.4.conſtituit. † Item non permittun-
tur nouas erigere ſynagogas ſed ſi uete-
res corruerint uel ruinam minantur poſ-
ſint eas reædificare non autem ut eas exal
tent aut ampliores uel precioſiores fa-
ciant.ut infra eod.titu.iudæi.&.c.conſu-
luit longe enim aliud eſt reficere & aliud
facere.ut.ff.de itinere actuque priua.l.3.
§.reficere.&.ff.de nou.oper.nunci.l.1.§.ſi
9 quis. Licet contrarium. argumen.ſit.ff.de
mor.inferen.l.1.§ ædificare. ¶ † Item non
permittitur iudæo oſtia uel feneſtras aper
tas habere in die paraſceues.ut infra eod.
quia, eo quod nonnulli ex ipſis Chriſtia
nis affictis ſolent illudere illo die ut infra
eodem titu.in nonnullis.§.in diebus. Sic
& alias abhominationes & abuſus face-
re prohibentur.ut infra eod.titul. & ſi iu-
10 dæos.¶ Item † non permittitur iudæis uel
ſaracenis Chriſtiana mancipia in domi-
bus ſuis habere. ut infra eod.c.iudæi.
11 ¶ Item † nullus Chriſtianus aliquid in te
ſtamento pagano relinquit alioquin etiã
poſt mortem iudicabitur anathema ut in
12 fra de hær. ſi quis epiſcopus.¶ Item † com
pellendi ſunt ut in omni Chriſtianorum
prouincia & in omni tempore qualitate
habitus publicè à perſonis aliis diſtinguã
13 tur.ut infra eo.ti.in nonnullis.¶ Itẽ † Chri
ſtiani iudæorum ſeruitio ſe pro mercede
aliqua non exponant.ut infra e.c ad hæc
omnibus, quod uerum eſt in domibus iu-
dæorum ſed in agris poſſunt ut infra eod.
14 ti multorum. ¶ † Item iudæi cogendi ſunt
ſoluere decimas prædiales ut ſupra de de
ci.de terris Chriſtiani aut iudæos graua-
re non debent. ut infra eo.ti.ſicut, niſi for
te circa penſionum exactiones ut per hoc
compellantur ad rectitudinem feſtinare,
15 ut.23.q.6.iam uero † ſi iudæi exceſſerint
in prædictis uel aliis ueniendo contra ca
nonicas ſanctiones. puniuntur quandoq;
in perſonis ut infra eod.ti.nonnullis infra
de rap.in archiepiſcopatu.&.18.diſ.ſæpe.
quandoque pecunialiter.ut infra eod.c.cũ
ſit in fine.& in prædicta decre. in archie-
piſcopatu Quandoq; per pœnam ſpiritua
lem, ſcilicet per pœnam excommunica-
tionis indirectè.quia Chriſtianis inhi-
betur ſub pœna excommunicationis necũ
eis aliquod commercium audeant exerce
re.ut infra.eo.c.& ſi iudæos in fi. ſupra de
deci.in terris.infra de uſu.cum tu.Sed op-
ponitur quid ad eccleſiam de his qui fo-
ris ſunt ut.2.q.1.multi.45.di qui ſincera.
Reſpondeo nihil attinet eccleſiæ iudica-
re de his ſ.eis religionis regulas imponen
do uel eos ſpiritualiter puniendo niſi indi
rectè, ſicut ſuperius dictum eſt. ſed perti-
net ad eccleſiam alias eos punire exceſſi-
16 bus ſupradictis. † Item non admittit eos
ad actus legittimos ut.2.q.7.alieni. Sed
nonne eccleſia peccat dum ſinit iudæos
ritus iudaicos obſeruare. ut infra eo.ti.ſi-
cut. Ad quod reſpondeo eccleſia non ap-
probat ſed permittit quod autem permit
timus nolentes permittimus, quia malas
hominum uoluntates ad plenum prohibe
re non poſſumus ut.31.q.1.hac aucto.præ
terea ſi hoc eccleſia non tolleraret uide-
ret eos ad fidem cogeretur quod fieri non
debet ut ſuperius dixi in.§.debet autem.
¶ Nunc de ſeruis iudæorum uideamus. Ad
17 quod notandum eſt † quòd ſeruus iudæi,
aut eſt uernaculus, id eſt de propria ancil
la natus aut empticius. Si uernaculus. ſi ſit
uel uelit fieri Chriſtianus ſtatim eripitur
in libertatem nullo præcio dato.ut. C.de
epiſco.& cle.l.deo nobis.§.his itaque, &
ar.l.4.diſt.fraternitatẽ. Si uero empticius
ſubdiſtingue, quia aut erat Chriſtianus,
quando fuit emptus aut paganus. Si Chri
ſtianus indiſtinctè in libertatem eripitur
nullo prætio dato, quia Chriſtiani com-
mercium

mercium eſt iudæo pænitus interdictum. ut.54.di.mancipia ſimiliter ſerui hæreticorum impunè poſſunt & dominos relinquere & ad ecclesias confugere ut. C.de hære.& ma.l.manicheos.Si autem ſit emptus dum erat paganus aut cauſa ſeruitij aut cauſa commercii.In primo caſu ſi uult effici Chriſtianus liber efficitur ſine prælio.ut.54.di.fraternitatem. In ſecundo uero caſu ſi infra tres menſes non expoſuit eum uenalem poſtea ſi uult fieri Chriſtianus liberatur ſine prelio. quia præſumitur quòd ad ſeruiendum emerit. Si autem exposuit eum uenalem infra tres menſes & iſte uult fieri Chriſtianus infra illud ſpacium uel etiam poſt.dum tamen non ſteterit per dominum quo minus uendiderit eum infra illud tempus liberatur reddito prætio.12.ſolidorum. ut.l.4 fraternitatē. & infra.eo.ti.c.1.&.2. & c.ult.Sed quæritur cuius monetæ erunt ſolidi illi.Reſpōdeo dicunt quidam quòd erunt aurei ut ff.de mino.l.ſi mulier.inſti.de pe.te liti.in fi.C.de ſpor l.omnibus.C.de falſa mo.l.ſi quis nummos.unde in ſimili caſu lex una dicit. 20 ſoli.dandos.ne libertas præſtita reuocetur ut.ff.de ma.teſt.l.cum ex falſis. Alia dicit 20. aureos. ut.ff. de inof. teſta. l.Papinianus.§.ultimo. Dabuntur autem 20.ſolidi à quocunque Chriſtiano emptore.ut.54.diſt.fraternitatem. ¶†Sed nun-
18 quid redemptus fiet ſeruus redimentis. Non ſed reſtituet ei pretium & erit liber. ut arg.inſti.de noxa.actio.§.dominus uel ſi non poteſt illud dare ſeruiat ſuo redemptori aliquo tempore.ut.C. de capti. & poſtli.reuerſus.l.ult.36.q.1.de raptoribus uel quærat hoſtiatim prætium ſuæ redemptionis.ut.ff.de ma.l.4. Sed hæc uera ſunt niſi prætium datum fuerit cauſa pietatis animo non repetendi. quia tunc nec pro prætio ſeruitur nec prætium reddetur. Quia quod pietate datur prohibet ius ne repetatur.Sed quid ſi plures emptores uel redemptores ſimul ad redimendum concurrant.Reſpondeo.epiſcopus loci eligat magis idoneum.argum.ad hoc.ff.de accu. l.ſi plures.&.ff.de pupilari.ac.l.ſi plures. uel ſi ſint partes gratificetur epiſcopus cui uelit arg.ſupra de iure pa.cum autem aduocatus.&.ff.de religio. & ſumpt.fu.l.
19 ſunt plures. ¶†Nunquid Chriſtianus poteſt paganum manicipium uel iudæū emere. Reſpondeo ſic.ut.infra eo.tit. fraternitatem.& ſi iudæos.23.q.8.diſpar.ſed iudæum ſecum in familia non habebit. ut 18.q.1.ſæpe.&.c.nullus.Sed ſi uoluerit effici Chriſtianus ſibi prohibere nō poteſt nec debet.quia ubi ſpiritus ibi libertas.ut 19.q.2.due ſupra de renunci.niſi cum pri-
20 dem §.ſed dices.†Sed nūquid iudæus uel paganus baptizatus remanebit ſeruus.Reſpondeo ſic. Nam ſeruitus introducta eſt de iure diuino.ut.36.diſt.ſerto.Confirmata de iure gentium.ut prima diſt.ius gentium.& de iure canonico approbata. ut 12 q.2.c.illo ſi quos de ſeruis.uſque ad.c. eccleſiarum ſeruos. eo ſaluo quod in quibuſdam caſibus ſeruitus eſt per eccleſiam introducta.ut.32.diſt.eos. &.81.diſt.quidam.15.qui. ulti.cum mulie.infra eod.c.
21 iudæi.&.c.ad liberandam. ¶ † In ſumma ſciendum eſt quod quædam merces prohibitæ ſunt quæ ad ſarracenos nullo tempore deferri poſſint ut arma ferrum & ligna mina ut infra.eod.c.ita quorundam infra eo.ti.ad liberandum. Nam & ſecundum leges hæc ad hoſtes transferri non debēt. ut.C.quæ res exporta. non de.l.2. C.de comer.& merca.l.mercatores.ff.de publ. & uect.l.cotem.ſed aliæ merces non ſunt prohibitæ tempore treugæ. ut infra eo.c. ſignificauit. Qui autem eis galeas uendunt uel naueas. aut in piraticis ſarracenorum nauis curam gubernationis exercent. uel machinis quibuſcunque alijs aliquod eius impendunt conſilium uel auxilium in diſpendium terræ ſanctæ qualiter puniatur legitur infra eodem titu.ad liberandum.

## *Summarium*

1 *Hæreticus quis dicatur.*

2 *Hæreticus quibus modis puniatur.*

*Intellectus.c.cum ab homine.de iudi c.ad falſariorum, de cri falſi & c.nominus, de uerbo.*

uerbo.ſignifica.

3 Eccleſia contra ſuos rebelles brachium ſeculare inuocat.

4 Catholici an poſſint propria authoritate hæreticos ſpoliare.

5 Hæreticos exterminantes priuilegium habet quod euntibus in terræ ſanctæ ſubſidium eſt conceſſum.

6 Hæreticis ad fidem conuerſis an eis ablata reſtituantur.

7 Hæreticorum filij orthodoxi an iure hæreditario bona paterna capiant.

8 Aequitas iuri ſcripto & ſtricto eſt præferenda.

9 Filius pro parte puniri non debet.

10 Eccleſia punit temporaliter filius pro delicto patris.

11 Vaſalli hæreticorũ ipſo iure à fidelitate ſunt liberatur.

12 Principes ſeculi & domini temporales non ſolum propter ſuam hæreſim, ſed propter hæreſim aliorum, quos negligunt exterminare, qualiter puniantur.

13 Ludouicus rex Francorum prædeceſſor Pipini patris Caroli quare fuerit depoſitus.

14 Recipiendi an ſint, ab hæreſi redire uolentes.

15 Pœna prælatorum negligentium punire hæreticos.

16 Diſpenſari an ualeat cum reuerſis ab hæreſi ad fidem catholicam, ut promouere poſſint.

## DE HAERETICIS. Rubri.

IN ſuperiori rubrica dictum eſt iudæis, & ſarracenis qui per infidelitatem deum in honorant. Nunc dicendum eſt de hæreticis qui deuiantes à uia fidei in Deum multipliciter peccant. ¶ Videamus igitur quot modis dicitur hæreticus. qua pœna ferriatur. qualiter ab hæreſi redies recipiatur. ¶ Hæreticus dicitur ſex modis. † Hæreticus dicitur qui fal
1 ſam de fide opinioné uel gignit ut hæreſiarcha ſicut Arrius Sabellius, & Maced. uel ſequitur uel qui hæreſiacham imitatur ſicut & Arriani, Sabellani, & Macedoniani, ut probantur hæc. 24.q.3. hæreticus. &. c. quid. §. Sabelliani, & §. Arriani. §. Macedoniani. Secundo modo poteſt hæreticus appellati quicunque aliter ſcripturã intelligit quàm ſenſus ſpiritusſancti flagitat à quo ſcripta eſt. licet ab eccleſia non receſſerit. ut. 24.q.3. hæreſis. Tertio modo dicitur hęreticus qui à ſacramentis eccleſiæ & communione fidelium eſt diuiſus. ut. 4.q.1. quod aũt. Quarto modo dicitur hæreticus ſacramentorũ peruerſor. ut ſimoniacus qui emit & uendit ſacramenta eccleſiaſtica. ut. 1.q.ul. datet. Quinto modo dicitur hæreticus dubius in fide. ut infra eo. c. 1. Nam firmiter debemus credere ut ſupra de ſumma Trini. & fi. ca. firmiter. 23. di. quando epiſcopus. 24.q.1. à parte. unde leui argumento a fide deuians hæreticus cenſetur ut. C. eo. ti. l. 2. Sexto modo dicitur hæreticus qui Romanæ eccleſiæ priuilegiũ ab ipſo ſummo eccleſiarũ capite traditum auferre conatur. ut. 22. di. c. primo. ¶ Eſt autem fides de re non uiſa ut de pœ. di. 4. in domo. de con. diſt. 4. uenit. Et eſt ſciendum quòd omnes hæreſes ſunt hodie damnatæ. ut infra eo. ti. ad abolendam. ¶ † Puni-
2 tur hæreticus ſecundum iura canonica quattuor modis. excommunicatione. depoſitione. rerum omnium ablatione. & militari perſecutione. excommunicatione quia omnis hæreticus ſiue magnus ſiue paruus ſiue manifeſtus ſiue ocultus excommunicatus eſt ipſo iure maiori excommunicatione. ut infra. eo. ti. ad abolendam. non obſtante d'iſti. legali quę inter maiores & minores hæreticos uidetur diſtinguere. C. e. l. quoniã. Item depoſitione. quia ſiue ſit clericus ſiue laicus Papa uel Imperator uel quilibet inferior deponi debet ab omni dignitate. ut. 40. di. ſi Papa. 24.q.1. qui cõtra pacẽ. infra e. ti. ad abolendã. §. 1. &. 2. Clerici prius ab ordinibus de gradati. ſecularis relinquantur arbitrio ptãtis animaduerſione debita puniendi. & ſic eccleſia tradit clericũ depoſitum curiæ ſeculari, ſcilicet relinquendo ipſum ut infra ad abalendam. §. 1. & ſic intellige ſupra de iud. cum ab homine. infra de crimine fal. ad falſariorũ infra de uerb. ſigni. nouimus non autem debet

debet eccleſia tradere depoſitũ ſicut quidam male intelligentes dicunt quòd eccleſia manualiter & corporaliter tradere debet depoſitum iudici ſeculari. eccleſia enim pro dannadis corporaliter ſupplicat. ut 23.q.5.reos.C.de epi.audi.l.adiector. Quomodo ergo traderet puniendos quos ſupplicando debet a pœna eximere.
3 † aliquando enim eccleſia inuocat brachium ſeculare contra ſuos rebelles. ut 11.q.3.ſi quis ſacerdotum. & c. petimus infra eod.c. excommunicamus. Qui uero inuenti fuerunt de hæreſi ſola ſuſpitione notabiles. niſi ad arbitrium epiſcopi ſe purgauerint ſimili ſententiæ ſubiacebunt ut infra eod.tit.ad abolendam. §. laicus infra de ſent.excomm.ut famæ in fi.militari perſecutione. quia ſi aliter fieri nõ poteſt manu armata & militari ſunt ab eis omnia bona quæ iniuſtè occupata detinent anferenda. quia ſicut probat Iſidorus & alii ſancti & præcipuè Augu. Nulla iure poſſunt hæretici poſſidere. iure naturali non. quia ſecundum illud omnia ſunt communia.ut.1.diſt.ius naturale nec iure diuino. unde ipſa dominus. Auferetur à uobis regnum & dabitur genti facienti fructus eius. Item labores in piorum iuſti edent. Item omnia ſunt iuſtorũ. ut 8.d.quo iure 23.quæſtio.7.c.1. & 3. & ſupra ne cleri.uel monac. relatum. ¶ Sed
4 † nuuquid catholici poſſunt hæreticos propria auctoritate ſpoliare? Videtur ꝙ ſic.eccleſia. enim generalem auctoritatẽ
5 eis præſtitit ut eos exterminent † concedit etiam idem priuilegium eos exterminantibus quòd euntibus in terræ ſanctæ ſubſidium eſt conceſſum. ut 23. qu. 5. ſi nos infra eod.tit. excommunicamus. §. catholici uerò 23.q.5.ſi audieris. & quæſtio.8.legi & occidit fines. Veruntamen ſatis uidetur tutum ut ſemper fiat ſpeciali edicto principis uel eccleſiæ ne alias ex cupiditate uel ultione potius quam ex iuſtitia uel obedientia pugnare uideantur ut 23.quæſtio.1.quid culpatur. & q.2.c.1.
6 & 2.q.3 ſex differentiæ.† Sed quid ſi conuertuntur ad fidem nunquid eis ablata reſtituentur? Reſpondeo non niſi de gra-
7 tia. ut infra eodem titu.uergentis. ¶ † Sed quid ſi hæretici habeant filios orthodoxos nunquid iure hæreditario capient bona paterna. Videtur quòd non. ut infra eod.c.uergentis. ſed contradicunt leges. C.eodem titu.l.manicheos. & l. cognouimus. & in autẽ. ibi ſignata. Item de Neſtorianis, ubi dicitur quòd bona hæreticorum deuoluuntur ad filios orthodoxos ſi hæretici habeant filios orthodoxos alio qui ad agnatos uel cognatos orrhodoxos deuoluuntur. circa hoc dixerunt Lau. & Io. quòd decre.illa uergentis, corrigit leges illas. & ius illud antiquum trahitur ad hoc nouum. argu. ff.de legi. & conſti.l.non eſt nouum ſupra de cog. ſpi.c.1. Puto autẽ uerius cũ Tã.ꝙ decr. præualet legibus in terris qui ſunt Romanæ eccleſiæ tẽporali iuriſdictione ſubiectæ ſicut principio decr.innuitur manifeſtè.leges uero præualent decr. in terris quæ non ſunt tẽporaliter eccleſiæ ſubiectæ.cũ maiori ęquitate nitantur quã decre.imo decretalis rigorẽ continet
8 leges autem æquitatem.† Aequitas præferenda eſt iuri ſcripto & ſtricto.ut.C.de iudi.placuit.ca.di.eos.ff.de pœ.l.plures,& uerè decretalis ſæueritate cõtinet leges. enim quæ puniunt filios eorum qui committunt crimen læſæ maieſtatis timuerũt ne filij eſſent immitatores paternæ iniquitatis ut 1.q.1.quiſquis cum militibus. Sed ſi eccleſia uideat per certa indicia fidem & deuotionem filiorum hæreticorum quomodo puniet eos cum pœna ſuos auctores debeat tenere. ut ſupra de his
9 quæ fi. a ma. par.ca.c. quæſiuit † cum filius non debeat puniri pro patre. ut. C. ne filius pro patre cum eccleſia omnes debeat iuuare. omnes amare. ut 8. q.1. clemens. nulli uolenti uenire claudere gremium. ut.C.de ſa. ſan.eccle.l. ultimo. Credo quòd Inno.in pœna filiorum conſiderauit parentes. an parentes intelliguntur puniri pœnis filiorum. ut.ff quod
10 met.cauſa.l.iſti quidem † & frequenter eccleſia punit temporaliter filium pro delicto patris.ut.15.q.ulti.cum multæ.1. quęſtio.4.§.itẽ peccato.&.1.q.1.cito.& ſupra

de fi.

de fi.præſbyter. per totum infra de pęnis. in quibuſdam. Alias autem generaliter bona damnatorum deuoluuntur ad hæredes.ut.C. de bo.damna. in auten. bona.
11 † Vaſalli abſoluuntur ipſo iure à fidelitate & omni pacto quacunque firmitate uallato quo hæreticis tenebantur aſtricti. ut infra eod.c.ult. imò etiam uaſalli dominorum temporalium qui requiſiti & moniti terram ſuam purgare neglexerint ab hæretica fidelitate poſt eorum excommunicationem & contemptum denunciandi ſunt abſoluti. ut infra eo.c. excommunicamus uer.ſi uero dominus tempo-
12 ralis. † unde diligenter attendens quod principes ſeculi & domini tẽporales non ſolum propter ſuam hæreſim, ſed propter hæreſim aliorum quos dum poſſunt exterminare neglexerit, ſunt excommunicandi ab eccleſia & expellendi à terris & terræ ipſorum exponi poſſunt catholicis occupandæ. Et idem eſt ſi princips contra regnum & iuſticiam faciendam negligẽs inuentus fuerit inſufficiens & ineptus.ut. 17.quæſtio.4.ſi quis deinceps.11.q.1.nullus, in primo nullus.32. quæſtio.5.præce-
13 ptũ.† Vnde & Zacharias Papa depoſuit Ludouicum regem Francorum prædeceſſorem Pipini patris. Caroli.ut.25.q.6.alius. quilibet. enim nullo excepto contrahit forum eccleſiæ ex peccato.ut ſupra de iudi. nouit. hoc autem indubitatum eſt quod deus præponitur omnibus poteſtatibus. ut.8.di.quæ contra mores. in fi.ergo & eius uicarius qui uices eius gerit in terris.ut ſupra ut.ec.bene fine diſ. confe. ut noſtrum ſupra de transla. epiſ. inter corporales. Vnde dominus ad Hyeremiam. ecce conſtituite ſuper gentes & regna.ut.36.diſtin.§.ecce. Et hæc maximè locum habent cum princeps de cuius præna quæritur alium ſecularem ſuperiorem non habet.¶ De pœna credentiũ, receptatorum, defenſorum & fautorum hæreticorum teneas quod dicitur infra e. c.excommunicamus.§. præterea. ¶ Qui
14 uero † ab hæreſi redire uoluut recipiantur ſecundum formam quæ habetur infra eod.titul.ad abolendam.§. 1. &.c.excommunicamus.§.ſi quis autem de prædictis,
15 de conſe.diſtin.2.ego Belengarius.† De pœna uerò prælatorum circa hoc negligentium legitur infra eo.c. excommuni-
16 camus in fi. ¶†Sed quæritur. an cum reuerſis ab hæreſi ad fidem catholicam ualeat diſpenſari ut promoueri poſſint & per quos diſpenſetur. Eſt ſciendum quod tales de iure communi ſuſcipiendi ſunt ad laicam communionem.ut.1.q.7.c.1. adhibetur autem circa eos quadrupliciter diſpenſatio, ſemiplenà, plena, plenior pleniſſima. ſemiplena ut recipientur in ordinibus iam receptis ſublata eis omni ſpe promotionis.ut.1.q.1. ſi quis hæreticæ. Plena ut poſſint ſacerdotes. fieri & non ultra ut.1.q.7.conuenientibus. Plenior ut poſſint eſſe epiſcopi & non primates ut.12.nos conſuetudinem. Pleniſſima ut ad omnes dignitates & ordines ualeant promoueri. ut.23. q.4. ipſa pietas. Et ſimilem diſtinctionem no. ſupra de ſimo.§.& nota quod plus Cætera quę ad fidem catholicam pertinent no. ſupra de ſumma Trini.& fide catholi.

## Summarium

1 *Schiſma quid ſit.*
2 *Schiſma in quo ab hæreſi differat.*
3 *Schiſmatici à quo puniantur.*
4 *Alienationes rerum eccleſiaſticarum factæ per prælatos ſchiſmaticos non ualent.*
5 *Schiſmaticus uolens redire ad unitatem eccleſiæ quid peragero debeat.*

## ¶ DE SCHISMATICIS. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de hæreticis. ſed quia ſchiſma inducit hæreſim. quia omne ſchiſma intendit ſibi conſtituere eccleſiam & uniuerſalem eccleſiã impugnare quæ una eſt.ut 33.quæ. 1.loquitur. unde ſchiſmatici uolentes eccleſiam dei ſcindere. peccant in fide quo ad articulum illum. & unam ſanctam eccleſiam catholicam. & ideo ſubſequenter ponitur hic rubrica de ſchiſmaticis. ¶ Videamus igitur quid ſit ſchiſma. unde dicatur

dicatur, in quo ab hæreſi differat. qua pœna ſchiſmatici feriantur. deinde uideamus de alienationibus & ordina. ſchiſma
1 ticorum ¶ † Schſma eſt illicita diſceſſio eorũ inter quos unitas eſſe debet. Vel ſchiſma eſt illicitus ab unitate uel uniuerſite diſceſſus. Dicitur autem ſchiſma a ſciſſura. quia per ſchiſma fit ab unitate uel uniuerſitate ſciſſura. ut. 24. quæſtio.
2 1. ſchiſma. ¶ † Differt ſchiſma ab hæreſi. quia hæreſis in principio ſui habet peruerſum dogma. quod non habet ſchiſma. ſed in fine contingit aliquam hæreſim ut rectè uideatur ab eccleſia receſſiſſe. ut dicit Hieromynus. 24. q. 3. inter hæreſim & ſchiſma. Vel eſt talis differentia inter hæreſim & ſchima. qualis eſt inter genus & ſpeciem quia omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, ſed non conuertitur niſi ſi ſchiſma durauerit. nam tunc in hære-
3 ſim incidit ſicut dictum eſt. ¶ † Puniuntur ſchiſmatici à deo & ab homine. unde ut ſcirent homines quam graue & quàm deteſtabile crimen eſt ſchiſma oſtendit in Chore Dathan & Abiron quos terra uiuos abſorbuit. Apparet & alio exemplo. Nam cum decem tribus ſciſſe fuiſſet a tribu. Iuda & Benianin. & relicto rege ſuo alterum ſibi foris conſtituiſſent. & tandẽ iret ad eos Ieroboam ut pecata ſua exprobaret & ut ultionem futuram prædiceret panem apud illos edere & aquam bibere ueritus eſt. quod cum non cuſtodiſſet ſtatim. diuina cenſura percuſſus eſt & inde regrediens impetu & morſu leonis necatus eſt in itinere. ut. 7. quæſtio. 1. denique. Vnde indubitatum eſt ſceleratius eſſe delictum quod grauius uindicatum. eſt ut. 24. quæſtio. 1. non afferamus. Nec ob. quod alibi dicitur hæreſim maius eſſe inter cætera crimina. eo quod primum locum tenet in pœnis. ut. 32. quæſtio. 7. quod in omnibus. Nam hoc locum habet cum nouum eſt ſchiſma cæterum ſi fuerit radicatum & firmatum tunc idem eſt crimen & pœna æqualis ut ſuperius dictum eſt. ¶ Quid autẽ iuris ſit de ordinatis a prælatus ſchiſmaticis. Non repeto hic quia materiam illam plenè no. ſupra de tẽpo.
4 or. §. ordines cõferri poſſunt. ¶ † Item alienationes rerum eccleſiaſticarum factæ per prælatos ſchiſmaticos non ualent. ut infra eo. c. 1. ſiue enim ſchiſmatici pro intruſis habeantur nõ ualent alienationes. 12. quæſtio. 2. alienationes. Siue pro nullis habeantur eccleſiæ ſub talibus prælatis. uacare intelligantur. ut ſupra de præſcrip. c. 1. & ſupra de transla. præ. inter corporalia. ſimilitter alienationes taliũ nullæ
5 ſũt. ut. 12. q. 2. ſi quæ de rebus. ¶ † In ſũma ſciẽdũ eſt quod ſi ſchiſmaticus uolens redire ad unitatẽ eccleſiæ ad mandatum ipſius ſatisfacere debet & recipi cũ impoſitio ne manus ut accipiat ſpiritũ qui extra eccleſiã non eſt neceſſe poteſt. ut. 24. q. 1. dicius pudẽda. capi. ſchiſma. Item quid ſi quis recõciliatus dicat ſecũ circa ordinẽ miſericorditer diſpenſatũ. Probare habet & ab eo qui poteſt diſpẽſare. ut ĩfra. e. c. ul.

## *Summarium*

1 *Apoſtaſia quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Apoſtaſia quotuplex ſit, & qualiter committatur.*
3 *Apoſtaſis quæ pœna imponatur.*
4 *Caracter an recipiatur per reiterationem baptiſmi.*
5 *Clericus qui primam tonſuram dimiſit, an ad eam deferendam poſſit compelli.*
6 *Clericus uxoratus, uel ad militiam conuerſus, an compelli poſſit ad deferendam tonſuram.*
7 *Clericus uxoratus retinet priuilegium canonis. 17. q. 4.*
8 *Epiſcopus an poſſit diſpẽſare cum clerico uxorato ad clericatum redeunte.*
9 *Monachus in fuga conſtitutus cui acquirat.*
10 *Monachus fugitiuus ſi ſecundum ingrediatur monaſterium quæſita uacationis tempore, cui acquirat.*
11 *Monachum fugitiuum quando monaſterium teneatur recipere.*
12 *Monachus fugitiuus in monaſterio deductus, habitum abiectum reaſſumere uolens, qualiter puniatur.*
13 *Monachus uel monacha licet ſi pluries delinquat, eius abbas cõpellitur ipſum recipere*

## ¶DE APOSTATIS.
### Rubrica.

EGimus de hæreticis & ſchiſmaticis . ſed quia uter quòd cadunt in apoſtaſiam. Ideo ſubijcitur hic rubrica de apoſtatis. ¶Eſt igitur ſciendum quid ſit apoſtaſia quæ ſint eius ſpecies. qua pœna apoſtatæ feriantur . & qualiter
1 reuertẽtes recipiantur. ¶Apoſtaſia eſt † temerarius receſſus a ſtatu fidei obedientie uel religionis . Et dicitur apoſtaſia quaſi poſt ſtatio ideſt retro ſtatio uel retrogra-
2 datio. ut 26.q.7.non obſeruetis.¶†Eſt autem triplex apoſtaſia perfidiæ inobedientiæ & irregularitatis. Perfidiæ qua quis recedit a fide . ut Iulianus apoſtata . de hoc habetur.2.q.7. non poteſt. Inobedientiæ qua quis tranſgreditur ſpontanea uoluntate præceptum. Adam & Aeua.& qui ſacris canonibus obedire contemnunt . de hac habetur.3.q. 4. alieni ſupra de maiori & obe. ſi quis. Irregularitatis qua quis a ſtatu religionis aſſumptæ recedit ut cũ apoſtatatur clericus , monachus religioſus aliquis uel conuerſus: & de hac habetur.l. diſt. c. ultimo 44. diſtin.quantumlibet 16.q.1.legi.hæc fit multis modis abijciendo tonſuram uel coronam ut 20.q.3. eo. infra eo. c. 1. conuertendo ſe ad negocia ſecularia ſupra de ui. & ho. cle.c.ex literis infra de ſenten. excom. in audientia &.ca. perpendimus. uxorem ducendo ut ſupra de cle. coniuga. ex parte habitũ religionis abijciendo . ut 20. q.3 ca.1. & 2. 27.q.1. omnes.& infra eo. ti.fere per to-
3 tum. ¶Imponitur † pœna apoſtatis ſecundum diuerſitatem apoſtaſiarum. nam apoſtata a fide hæreticus eſt & ſicut hæreticus punietur. De pœna hæreticorum dic. ut ſupra de hære.§. puniuntur. Pro apoſtaſia inobedientiæ excommunicatur quis & efficitur infamis. ut 3.q.3. ſi quis à ſuo &.11. quæſtio.4. ſi autem uobis ſupra de maiori.& obe.ſi quis uenerit.c. cum in eccleſijs. Pro apoſtaſia a religione efficitur quis infamis.ut 2.quæſt.7. alieni. 3.quæſ. 4.beatus . Interim ad ordinem uel dignitatem promoueri non debet ut 16.q.1.legi. & l.di. cap. ul. & ſi ſacrum ordinem in apoſtaſia receperit & ſi ſuo fuerit reconciliatus abbati & pænitentiam receperit tamen abſque diſpenſatione ſummi pontificis miniſtrare non poterit in ordine ſic ſuſcepto ut infra eo.c.ul. Et eſt iſte unus caſus in quo prohibetur epiſcopis diſpenſare cum reuerſis & recõciliatis. Alius cum quis iterata unctione fuerit maculatus.ut 1.q. ult. ſaluberrimum in fi. Tertius cum quis ſcienter iterato recipit ſacrum baptiſma. ut de con.di.4. qui bis, & ca.eos. Quartus cum ad ſubuerſionem fidei ordinem ab hæretico recipit maximè cum præſens habetur epiſcopus orthodoxus. ut. 1. quæſtio. ulti. conuenientibus. in fi.
4 ¶† Sequitur in rubrica & reiterantibus baptiſma . circa quod quæritur. an in reiteratione baptiſmi character recipiatur. Ad hoc dicunt qnidam quòd ſic . & idem dicunt in reiteratione ordinis. alias qualiter per reiterationem fieret iniuria ſacramento ut infra eodem titu. ex literarum 1.quæſt.1. quod quidam. de con. diſtin.4. oſtenditur. Item qualiter actuſque non habet effectum , induceret irregularitatem indiſpenſabilem non uidetur. quia alibi qnod de iure non ſortitur effectum non inducit impedimentum . ut ſupra de deſpon. impub. literas & c. acceſſit. Puto uerius quòd character non iterum conſectur.ut 68. diſtin.§.quod ergo conſecratur licet caſualiter quod de iure non ſortitur effectum inducat impedimentum . ut ſupra de biga. nuper. & cap. ul. ſupra de ſponſa. ad audientiam. Quod autem dicitur iniuriam fieri ſacramento per iterationem uerum eſt quo ad intentionem
5 iterantium non quo ad ueritatem. ¶†Circa apoſtantes a clericatu quæritur an is qui primam tantum tonſuram accepit & dimiſit . ad eam deferendam poſſit compelli? Reſpondeo ſic. Nam per primam tonſuram iuxta formam eccleſiæ datam clericalis ordo cõfertur ut ſupra de æta.& quali. cum contingat , tonſuratus igitur

in

in clericum & ſic ordinatus clericus eſt ut 21.di.cleros.& 54.diſ. ex antiquis.unde compellendus eſt ad habitum deferendum. ut ſupra de ui. & ho. cle. ſi quis ex
6 clericis 20.quæ.3.eos. † Sed quid ſi ducat uxore dicunt quidam quòd ſi uxorem ducat corruptam uel ſecũdam tunc quia irreuocabiliter a clericatu receſſit.ut 32.di. ſeriatim omne priuilegium amiſit ut 54. diſ.quiſquis.& idem dicunt ſi ad militiam ſe conuertit quaſi ad uitam contrariã clericatui & in militia ſæua exercuit. tũc nõ compellitur portare tonſuram. Cæterum ſi clericus dimiſſo habitu clericali ſimpliciter uiuit & uxorem uirginem ducit cõpelli debet ut dicit Hug. & idem dicit frater Ra. in ſumma ſua. præterquam in tribus caſibus.unus eſt ſicut ipſe dicit cũ clericus nullo modo uult retinere priuilegiũ clericale. Alius ſi non poteſt clericalem ferre tonſuram ſine ſcandalo uxoris. Tertius cum iuſta cauſa timoris exigit tonſuram uel habitum transformari. ut ſupra quod me. cau. prælatum. Quod mihi non placet. Sed dico generaliter clericum uxoratum nõ teneri nec compelli deferre habitum clericalem. cum enim uxoratum oporteat ſecularibus negocijs ſe immiſceri. tonſura ipſius ſecularia exercentis uideretur profectè in clericalis miniſterij uituperium redundare ut ſupra de cle. cõiug. Ioannes in fi. Quod uerum eſt niſi beneficium habeat. ut ibi dicit. ſi tamẽ ſua ſponte tonſuram uxoratus deferat retinet priuilegium clericale. Nec ob. quod in eadem decre. dicitur quòd igitur idem tonſuratus priuilegio nõ poteſt clericali gaudere. Sed illud uerum eſt quo ad quædam de quibus loquitur illa decre. infra eo. ti.
7 ex parte † retinet autem priuilegium illius canonis. 17. q.4. ſi quis ſuadente. Nã illud priuilegium indultum eſt non tã in fauorem clericorum quam in odium laicorum ut infra de ſen. ex. contingit.
8 ¶ † Sed quid ſi clericus in ſacris ordinibus conſtitutus uxorem ducat de facto. demũ ad clericatum redeat nunquid poteſt cum eo epiſcopus diſpenſare. Reſpondeo ſic. ut.de cle. coniu. ſane. quamuis in contrarium moueat. quia clericus aſſumendo ſacrum ordinem uotum continentiæ ſolẽnizare uidetur ut 32. diſt. ſeriatim.unde poſtea contrahendo maius peccatum cõmittit uiolando uotum ſolenne quam ſit adulterium ut 27. quæſtio. meliore. Sed epiſcopus non poteſt diſpenſare ſupra adulterium ut ſupra de iudi. at ſi clerici.
9 Verius eſt quod primo dixi. ¶ † Quid de monacho fugitiuo cui acquirit in fuga cõſtitutus. Reſpondeo ſuo monaſterio ſicut & ſeruus ut 18.q.2. abbates. ff. de ac-
10 qui. poſ.l.1.§. per ſeruum. ¶ † Sed quid ſi monachus ſecundum ingrediatur monaſterium de licẽtia abbatis ſui uel iuris auctoritate quæſita uacationis tempore cui monaſterio cedent primo uel ſecundo. Reſpondeo ſecundo. ut 16. q.6. de lapſis in auten. de ſan. epi. §. ſi monachus coll. 9.18.q. 1.c. uno. Sed quid ſi ſine licentia abbatis & abſque iuris auctoritate monachus uagabũdus ſecundum monaſterium intrauit bona quæſita uagationis tempore cui cedent. Reſpondeo ſi monaſterium primum uidit uagabundum & neglexerit bona cedent monaſterio ſecundo ſicut & ſeruus pro derelicto habitus priori domino non acquirit.ut. C. de lati.lib.tol.una. §. ſed ſcimus. ſed acquirit apprehendenti eum. ut.ff.de ſtip. ſeruo.l. quòd ſeruus. Cæterum ſi primum monaſterium non neglexit uagabundum ſed repetit & reuocauit errantem tunc bona cedent monaſterio priori. ut in auten. de ſan. epi §. ſi
11 monachus col. 9 ¶ † Sed quæritur an monaſterium compellatur recipere monachum fugitiuum. Reſpondeo ſic. ut 27. quæſt. 1. peruenit.& cap. & quia 16. quæſtio. 1. quidam monachi. niſi primum monaſterium ſit de diſſolutione ſuſpectum. tunc enim truderur in monaſterio cautiori & ſtrictiori cum omnibus bonis quæ obtulerat primo ut 17. quæſtio. 1 quæ ſi monacharum. & cap. ſi quis rapuerit. & in auten. de ſan. epiſc. §. ſi quis rapuerit. Sed obiectum delictum perſone non debet redundare in damnum eccleſiæ. ut 16. q. 6. ſi epiſcopum. Ad quod reſpondeo non uidetur redundare. quia primum

Ggg 2 mona-

monaſteriũ liberatur a monacho nec ei tenetur ulterius prouidere. ut 16.q.6. de lapſis ſupra de cle. coniu. quod te. nec di co res dãdas ſecũdo monaſterio niſi quo ad uſumfructum in uita detruſi.ut 11.q.6. de lapſis. quæ mortuo ad primum monaſterium bona redibunt. ut ar. ad idem. C.
12 de epiſco.& cle. raptores. ¶Sed † quid ſi monachus fugitiuus in monaſterio reductus habitum abiectum reaſſumere nolit. Reſpondeo ſub graui cuſtodia carceretur
13 ut infra eo.ti.a nobis. ¶ † In ſumma notãdum eſt quòd monachus uel monacha & ſi pluries delinquat abbas eius compellitur ipſum recipere ut 27. q. 1. peruenit. quod in ſeculari clerico non contingit.ut 48. diſtin. quoniam multa.

## *Summarium*

1 *Pœna legis Pompeiæ de parricidijs in quibus locum habeat. & quæ ſit eius pœna. nume.2.*

3 *Parentes ad quorum latus filij reperiuntur oppreſſi qualiter & quando puniantur. & num 4.*

## ¶DE HIS QVI FILIOS OCciderunt. Rubr.

POſtquam tractauimus de his quæ circa fidem committuntur in Deũ: ut de iudæis & ſarracenis de hæreticis & apoſtatis. Nunc uideamus de his quæ in homines delinquuntur & nihilominus in Deum.& ideo de homicidio tractemus. Sed quia inter alia genera homicidij parricidiũ grauius reputatur. de parricidio uideamus. unde ponitur hic rubr. de his qui filios occide. Sed aliter intitulatur hæc rubr. in. ff. ſcilicet ad legẽ Põpe. de pari. Et aliter in. C. ſcilicet de his qui pat. uel fi. occi. ¶Eſt igitur uidendum quando hoc particulare flagitium locum habet. & quæ ſit pœna ipſius. & quæ circa delinquẽtes huiuſmodi d ſpẽſatio fiat. ¶Secundum quòd hic intitulatur locũ habet tum pater uel mater occidit filium. ſic enim loquuntur decreta. poſitæ ſub hac rubrica ſed ſecundum rubricam. C. locum habet cũ quis aliquem de parentibus uel
1 aliquem de liberis occidit † ut parẽtum nomine omnes aſcendẽtes liberorum uero omnes deſcendentes in infinitum intelligantur. ut.ff. de in ius uo. l. quicunq; §. ult.&.l. ſed ſi hac lege. §. libertos. locum etiam habet in collateralibus. ut.ff. eo.titu.l. 1.& in quibuſdam perſonis alijs ut in ea.l. & l. ſed ſciendum ſed & qui opem præſtiterit ita tenetur ſicut ipſe qui occiderit.ut.ff. eo.ti.l.utrum.& l. ſi ſciente. Item qui uenenum emit ut prin. daret quamuis dare non potuerit lege pompe-
2 ia tenetur. ut.ff.eo.ti.l.1.in fi. ¶†Huiuſmodi ſceleris pœna ſecundum leges hæc eſt ut parricidia uergis ſanguineis uerberatus deinde in culleo inſuatur cum cane & gallo gallinacio & uipera & ſimea, deinde in mare profunde iactet culleus uel in amnem. ut.ff. eo. titu.l. pœna. ut & cœlum ſuperſtiti & terra mortuo auferatur. ut. C. eo. ti.l. 1. Secundum canones non ſic ſed imponitur pœna intruſionis in monaſterium. ut infra eo. ti.c.1. & hoc uerũ eſt ſi is qui filium occidit coniugem & filios non habet alias ſecus. ut infra eo.ti.
3 intelleximus.† Cum uerò in lectis parẽtum filij inueniuntur oppreſſi diſtinguitur utrum parẽtibus procurantibus aut negligentibus hoc euenerit. In primo caſu ſi parentes clerici fuerint ab offitio altaris debent perpetuo abſtinere & eis grauior quam laicis non tamen publica niſi in publicum ueniat pœnitentia debet imponi. uerum ſi ex incuria parentum, filij mortui inueniantur in cuius & illud occultum fuerit pœnitentia eis pro arbitrio pœnitentiarij imponatur ut infra de pœniten. & re. quæſitum. In dubio autẽ præſumitur quod ex in curia hoc prouenerit. arg.ſupra de præſump. afferte. Vnde etiã lex dicit quod repentini caſus iniquitas. per coniecturã materni pietatis eſt emendanda ut. C.de inoff. teſta.l. ſi mater. Nã quomodo mater põt obliuiſci filium. ut. 2.q 6. ad romanam. Item omnem affectũ uincit paternus. ut. C. de procu.fu.l.1. in pri. Sed ſi dubiteř an ex in curia parentum ꝓceſſerit nõ inde debẽt eſſe ſecuri nec ẽt

ſine

ſine pœna. ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis infra eo.tit.c.1. aliqua enim pœna debet eis imponi propter duplicitatis ambiguũ. ut 23 q.5 excommunicatorum. In his enim in quibus periculum animæ uertitur. in ſecuriorem partem eſt declinandũ.ut.5.diſ.ad eius ſupra de ſpõ. iuuenis.l.diſtin.ſi qua fœmina &.c.ſi quis
4 uoluntate. ¶†Diſpenſatio igitur adhibetur circa pœnitentiæ impoſitionem quæ arbitraria eſt.ut infra de pœni.& re.quæſitum.non ut cum homicida quo ad ordines diſpenſetur. quia homicidium enorme delictum eſt & indiſpenſabile. ut ſupra de temp.ordi. quæſitum.

## *Summarium*

1 *Exponere quid ſit, & qui exponi dicuntur.*
2 *Exponentes infantes & languidos quibus pœnis puniantur & nu. 3.*
4 *Expoſitos qui colligunt, an aliquid iuris in eorum perſonas habeant.*
5 *Colligentes expoſitos quas expenſas repetant à res colligentibus.*

## ¶DE INFANTIBVS ET LANguidis expoſitis. Rubrica.

IN ſuperiori rubrica tractauimus de his qui ſi. occi. ſed quia necare uidetur qui filium non alit, ut.ff. de libe. agno.l.necare. & 81.diſt.paſce. & expoſiti ſanguinolenti dicuntur. ut in rubr. C. ubi ſic adiicitur & de his qui ſanguinolẽtos nutriendos acceperunt. Ideo ſubijcitur hic rubr.de infantibus & lang. expoſitis. ¶Videamus igitur quid ſit exponere. qui dicantur exponi. quæ ſit pœna exponentium & an exponens recolligere ualeat quem exponit & infra quot dies.
1 ¶†Exponere eſt extra ſe ponere. ſolent enim aliqui relato pietatis officio infantes uel languidos ante eccleſiam ponere ut eos aliqui moti miſeratione colligant. ut 87.diſtin.ſi expoſitus. ¶ Dicuntur autẽ exponi filij ſerui & liberti.ut infra eo.tit.
2 c.uno. ¶†Circa materiã expoſitionis ſic diſtinguendum eſt. exponitur aliquis à patre uel domino uel ab extraneo. ſi a patre uel a domino aut neceſſitate aut ſponte. Si ſponte nunquã poterit eum poſtea recolligere. nec enim ſuum dicere poterit quem pereuntem contempſit. C.eod. tit.l.1.&.2. Si neceſſitate repetit quando cunque quia inuitus expoſuiſſe uidetur. ut.C.eod.tit.l.1.& hoc innuit hæc decr. ubi dicit relato pietatis officio. & in fin. ubi dicit alimenta impie negari contingerit. Et in his caſibus ubi quis inuitus exponitur locum habet conteſtatio illa de qua loquitur canon Ille 87.diſtinct.ſi expoſitus. Quod autem dixi. de neceſſitate uidetur malè dictum. Nam lex dicit quod ſi quis non poteſt alere ſeruum debet eum in zenonem hoc eſt in hoſpitale mittere. ut.C.de lati. lib. tol.l. una.§. ſed ſcimus Sed tu dicas quod illud membrum diſtinctionis aut neceſſitate locum habet cum nullus talis locus inuenitur & hoc in filijs locum habet. nam in ſeruuo uidetur quod potius debeat eum uendere quam exponere. Vbi autem exponitur infans ab extraneo diſtinguitur utrum domino patre uel patrono ignorante uel ſciente uel poſtea ratum habente. In primo caſu non præiudicatur ei a iure ſuo ſed repetit infantem reſtitutis expenſis. niſi a fure repetat in quo caſu non reſtituuntur expenſæ.C. eodem titul.l.1. Item ſi expenſæ factæ fuerint pietatis cauſa non reſtituuntur. ut.ff.de relig. & ſumpt. fu.l. & ſi quis.§. interdum. In ſecundo caſu ſerui aſcripti efficiuntur liberi liberti ingenui. ſilij familias ſui iuris.ut.C. eo. ti.l.2.
3 &.3. † Imò in hoc caſu pater patitur pœnam ſecundum leges capitalem. quia necare uidetur filium qui nõ alit.ut in prin. dictum eſt.C.eodem titul.l. ulti. Et hæc locum habent, ubi infans exponitur. Si autem maior exponatur. non eripitur in libertatem niſi languidus exponatur. ut. C. de lati. lib. tol.l.una.§. ſed ſcimus & in languido attenditur auten. in aut. de nup.§. ſi uero. &.§. ſeq. coll.4. licet quidam uelint ut quod ibi dicitur obtinet in non languido. ſed in languido maxime. Item ubi infans uel maior non exponitur. ſed

tur. ſed ei alimenta negantur non eripitur in libertatem ſed pro derelicto habetur.ut.ff.pro derelict.l.ulti.& ideo conceditur occupanti ut ibi &.ff.de ſtipula.ſeruo.l.quod ſeruus &.ff.de noxa.l.ſi ſeruus. Sed certe quamuis ſic uideatur fore dicendum ſecundum legem præallegatam ff.pro derelict.& ſic notet Azo. in ſumma ſua . ut.C.eodem titulo. Decr.tamen in hoc tit. poſita contrarium dicit expreſſe. Nam eripitur quis in libertatem cum ei alimenta denegantur. ut hic. Vnde Vincen.ſuper hac decre. non bene aduertit. poſuit enim ſuper ea gloſam ſuam & proſecutus ſententiam Azonis & diſtinctionem legalem textum illius decreta. non attendit . litera enim huius decre. tres caſus enumerat & æquiparat ſcilicet cum infans exponitur cum longuidus cuiuslibet ætatis. & cum alicui illorum infanti uel maiori alimenta negantur . In his tribus caſibus filiusfamilias liberatur à patria poteſtate.libertus eripitur in ingenuitatem.ſeruus in li-
4 bertatem . ¶ † In ſumma notandum eſt quòd illi qui expoſitos colligunt nihil iuris in perſonis eorum quos ex miſeratione ſuſcipiunt uel recipiunt acquirunt . ut infra eod.c.uno in fin. ¶ Item notandum quod ubi quis exponitur ignorante eo quod quis ius habet in expoſito is qui eũ recipit conteſtationis epiſtolam ponet in loco publico continentem ut quicunque ius habet in puero exeat & probet & recuperet puerum aliter non crederetur ei. argumen.ad hoc 5.quæſtione 1.quidã. Sed argumen.contra ſupta qui fil. ſint legit.tranſmiſſæ. ubi creditur patri & matri dicentibus filium non eſſe ſuum. Poſt talem uero epiſtolam dantur decem dies ei qui ius habet in puero. ut in præall.c. 77.di.ſi expoſitus . Cedent autem dies illi à tempore ſcientiæ . & ſi in tali loco ſit quòd uenire non poſſit reſtitueretur per clauſulam generalem quæ habetur.ff. ex quibus cauſis ma. l.1. Alii autem dicunt quod ſunt utiles ſcilicet cum experiri poteſt.ut.ff.de ædi.edi.l.cum ſex.ff.de diuer.
5 & tem. præſcrip.l.1. † Si quid autem expendit is qui colligit in puero erudiendo in aliqua arte repetet à recolligente. ut C.eodem titulo.l.1.alimenta non repetit niſi fuerit proteſtatus . ut ff.de neg. geſt. l.ſegnius . ut niſi collectus nolit filiam recolligentis ducere in uxorem . ut .C. de nupt.l. patrem .

## *Summarium*

1 *Homicidium quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Homicidij ſpecies, & quot modis committatur.*
3 *Homicidium lingua committitur tribus modis.*
4 *Pœna homicidij ſpiritualis eſt pœnitentia.*
*Pœna homicidij corporalis quæ ſit.*
5 *Præuenire in ictu occidere uolentem an liceat.*
6 *Percuſſo an liceat in continenti inſequi percutientem fugientem.*
7 *Vim ui quod repellere liceat quomodo intelligatur.*
8 *Bellum dicitur iniuſtum quinque modis.*
9 *Præſtans miniſterium iudicio ſeu uindictæ ſanguinis irregularis efficitur.*
10 *Clericus an in cauſa ſanguinis poſſit dare conſilium iudici ſeculari.*
11 *Clericus an de ſuis malefactoribus conqueri ualeat iudicio ſeculari.*
12 *Clericus poteſt malefactorem ſuum carcerari petere.*
13 *Item fuſtigari.*
14 *Item ut quis in ſeruitutem redigatur.*
15 *Item ut quis ſuſpendatur.*
16 *Item ut de capietur ſpiritualiter.*
17 *Aborſum procurantes an reputentur homicidæ.*
18 *Phiſici & cirurgici an poſſint promoueri.*
19 *Plures an & quando teneantur de uulnere uel de occiſo.*
20 *Alium à morte defendere quando quilibet teneatur.*
21 *Diſpenſatio quæ adhibeatur circa homicidas.*

¶DE HO-

¶DE HOMICIDIO. Rubr.

DIctum eſt ſupra de homicidio in ſpem nunc ſubijcitur in genere. ſed quia homicidium fit aliquando caſualiter. Idcirco intitulatur hic rubrica de homicidio uoluntario uel caſuali. ¶ Videndum eſt igitur quid ſit homicidium. unde dicatur. quot ſint eius ſpecies, quæ pœna & quæ diſpenſatio fiat cir
1 ca clericum homicidam. ¶† Homicidium eſt hominis occiſio intelligo ab homine facta. nam homicidium ſonat in actum hominis. ¶ Eſt autem homicidium dictum ab homine & cedo cedis quaſi homi
2 nis ccdiũ. ¶†Species homicidij ſunt duæ. aliud ſpirituale aliud corporale. Spirituale homicidium ſpiritualiter & quadam fictione iuris committitur octo modis. Homicidæ enim reputantur detractores fratrum & odientes eos. Item iniquitatem oppreſſionem. & iniuſtitiam facientes. Item fratribus malè perſuadentes. hæc probantur de pœni. diſt. 1. homicidiorum omnis iniquitas. &.c. noli. & generaliter omnis iniquius motus ad nocendum fratri in homicidij genere deputatur. ut de pœniten. diſtinctio. 1. homicidium. Item homicida cenſetur qui tempore neceſſitatis proximis alimenta negat 86. diſtin. paſce. ¶ Corporale homicidium eſt hominis peremptio cum homo corporaliter occiditur. & hoc committitur dupliciter lingua uel facto. lingua tribus modis præcepto, conſilio. & defenſione. ut l. diſt. ſi quis uiduam, de pœni. diſt. 1. periculoſæ. Facto committitur quatuor modis iuſtitia neceſſitate caſu uoluntate. Iuſtitia ut cum miles iuſto imperio poteſtatis executor uel miniſter æquo iudicio condemnatum occidit. ut 23. q. 5. miles cum miniſter. cum homo &.c. ſi homicidium. Quod intelligo cum non ex odio perſonæ. Odio ei habeantur peccata nõ homines. ut 86. diſt. odio non ex delectatione fundendi humanum ſanguinẽ. non amore ſpoliorum non pro pretio ſed ex ſola obedientia cum dolore cordis hoc feci & compaſſione. Nam uera iuſtitia compaſſionem habet. probantur hæc 23. q. 5. in præallega. iuri. & in. c. lex æterna & c. officia. nec eſt crudelis qui malos percutit ut 45. diſtinct. uera iuſtitia. Neceſſitate. hoc diſtinguendum eſt. quia aut illa neceſſitas fuit euitabilis. potuit enim ſine occaſione euadere, tunc reus eſt homicidij & tanquam homicida pœnitentiam aget. Aut fuit ineuitabilis & occidit hominem ſine odij meditatione imo cum dolore ut ſe & ſua liberaret. tunc nõ peccat nec ad pœnitentiam arctatur niſi propter duplicitatis ambiguum. ut 23. quæſtio. 5. excommunicatorum. Interiorem autem pœnitentiam & dolorem aget & peccatis ſuis imputabit quod ad tantam neceſſitatem induci meruit ut ſine hominis peremptione liberari non poſſet. quia bonarum mentium eſt ibi culpas agnoſcere ubi culpa non eſt. ut infra eodem titulo interfeciſti & 5. diſt. ad eius in fin. ¶ Caſu ut cum quis lapidem proiicit ad aues uel alias non animo hominem lædendi uel occidendi & aliquis tranſiens ictu lapidis percuſſus moritur hoc diſtinguendum eſt an quis det operam illicitæ uel licitæ. Si licite ut cum quis proijcit porcos uel alias beſtias de ſua ſegete uel de arboribus aues circunſpicit & neminem uidens funda uel manu lapidem iacit. & cum locus non eſſet hominibus præuius aliquis caſualiter in ictu lapidis occurens percutitur & moritur. & alia exempla per ſe ponere poteſt quilibet ſtudioſus. ut infra eod. titu. lator, dilectus. ex literis in alia ex literis ſignificaſti. Io. &.c. quædam, ut aſſeris. l. diſt. hi qui arborem. ſæpe contingit &.c. ſi duo. In his igitur & conſimilibus caſibus opera datur rei licitæ, ſicut dictum eſt. & adhibetur omnis diligentia quæ poteſt adhiberi & debet innoxius eſt is qui occaſionẽ mortis præſtat & probant iura prædicta. Si autem rei illicitæ opera detur uel ſi non adhibeatur. diligentia & cautela quæ põt & debet. mors imputatur, exempla pone in hoc infra eodem ti. continebatur. ad audientiam. tua ſicut. l. di. clerico iacente. quia te eos &.c.

ſi qua

ſi qua fœmina. De uoluntario homicidio pone exempla infra eod.c.1.l. diſt.ſi quis uoluntate. Vnum autem non omitto notare quia frater Ray.in ſum.ſua duo ſcripſit quæ niſi ad iuris intellectum redacta fuerint ſimplicium animos ſubuertere poſ

3 ſunt.¶†Dixit enim quod homicidiū lingua committitur tribus modis præcepto, conſilio & defenſione & quodlibet iſtorum mortale eſt. Hoc ſic intelligendum eſt. ſcilicet in præcepto iniuſto uel eius qui præcipiendi auctoritatem non habet. Item in conſilio iniuſto & corrupto & in defenſione ut ponemus inferius. Alias ſi iuſto præcepto iudicis uel poteſtatis.iuſto conſilio aſſeſſoris. legitima defenſione interueniat homicidium. nullum peccatū cōmittitur. primū probatur.23.q.4. quæſitum.ſecundum.23.q 4.illud.tertium.23.q.8.a.§.his ita. uſque ad.§.in regiſtro. & C.unde ui.l.1.C.ad le.Cor. de ſic.l.1. Itē & aliud ſcripſit frater Ray.quod homicidium uoluntarium ſemper mortale peccatum eſt & enorme.Et hoc intelligendum eſt generaliter eſſe uerum. Fallit tamen in exceptis. ut per inferiora patebit.

4 ¶†Pœna homicidij ſpiritualis eſt pœnitentia.Et ideo uidendum eſt de pœna homicidij corporalis circa quam taliter eſt diſtinguendum. Committit homicidium aut promotus aut promouendus. Item aut ſponte aut neceſſitate aut caſu.Si promotus & ſponte homicidium ſit commiſſum.contrahit clericus irregularitatem indiſpenſabilem. ut etiam remanere non poſſit in executione ordinum ſuſceptorū. ut.l.di.minor.&.1.q.7.ſi quis omnem. & de cond. diſtinct.1.§.1. ſed deponatur. ut l.diſt.ſi quis uiduam. Sed ſi laicus fuerit ad ianuam eccleſiæ ſemper iaceat & communionem in exitu uitæ ſuæ recipiat. ut l.diſt.ſi quis uoluntate. Sed ſecundum leges laici honeſtior loco poſiti deportari ſolent. qui ſecundo gradu ſunt capite puniuntur.ut.ff.ad le.Corn.de ſic.l.qui cedē. &.l.3.§.leges.Et in hoc caſu fateor me erraſſe in quadam glo. quam poſui. infra eod.titu.lateor & incipit quamuis magna ſit materia de homicidio. quod enim ibi dixi in homicidio occulto diſpenſari poſſe poſt peractam pœnitentiam in ordinibus iam ſuſceptis & ſuſcipiendis per.ca.l. diſt.de his uero. in mediocribus criminibus locum habet. & de talibus loquitur canon non autem habet locum in homicidio & in alijs enormibus. ut ſupra de tempo.ord.quæſitum. Et hæc locum habent in homicidio uoluntate commiſſo.

¶ Sed ſi neceſſitate homicidium committatur aut euitabili. aut inuitabili. ſi ineuitabili.& tunc nullum eſt peccatum nec contrahitur aliqua irregularitas quo ad ordines iam ſuſceptos.ut infra eod.ca.interfeciſti. ad ſuperiorem autem non poterit promoueri.eo quod & ſi in neceſſitate uoluntariè tamen occidit. & lex promotionis in facto conſiſtit. ut 15.q.1.c. ulti.Cæterum ſi neceſſitate euitabili poſt peractam pœnitentiam remanet in executione ordinis iam ſuſcepti iure communi. non autē ad ſuperiora conſcendit. ut l.di.de his clericis. Vbi autem caſu ſi dabatur opera rei licitæ & omnis diligentia fuit adhibita. nec peccatum committitur nec irregularitas contrahitur in ſuſceptis uel ſuſcipiendis. ut infra eod.titu. lator.& in alijs iuribus quæ not.ſupra eo. titu.§.caſu.ſi uero rei illicitæ. tunc non promouetur & promotus de iure non adminiſtrat.ut.l.diſt.clerico.& infra eod.ti. ſicut. In promouendo autem dicunt quidam qualitercunque quis homicidium committat. promuoeri non poteſt. quia ſicut ſuperius dixi lex promotionis in facto conſiſtit. Et intelligunt decre. illam. lator.de diſpenſatione loqui. Verius autē puto quòd loquatur de iure communi. Aliquando tamen committitur homicidium uoluntariè. nec delinquitur & tamen irregularitas contrahitur. ut li. diſt. aliquantos. & hoc ſecundum Baſianum etiam ſi ante baptiſmum homicidium ſit commiſſum quia ſecundum eum in baptiſmo deletur omnis irregularitas ex peccato contracta ſed illa quæ ſine peccato prouenit non deletur. quia baptiſmus tollit peccata & ſequelas eorum & quod peccatum non eſt inter peccata ſolui non debet.

bet. Item in baptiſmo culpa dimittitur
ſed non aboletur ut.26.diſt. deinde. &.c.
una tantum. Alij autem dicunt & uerius ſi
cut puto. quod ſi homicidium fiat ſine pec
cato uel cũ peccato ut cum iudex aſſeſſor
uel executor occidit ante baptiſmũ non
impedietur poſt baptiſmũ & pro hac ſen
tentia ſunt duo canones.li.diſtin.aliquan
tos.&c.ſi quis poſt acceptum. ¶ Sed cum
quis furem nocturnum & diurnum ſi ſete
lo defendit ſine peccato occidat ſe & ſua
liberando. ut infra eod.c. interfeciſti &
c.perfodiens.ff. ad le. Acquil.l. itaque.§.
lex.&.ff.ad legem. Cor.de ſic.l.furem.
5 ¶ Quæritur † an permittatur præuenire
in ictu occidere uolentem. Reſpondeo
ſic.licet enim repellere iniuriam uel pro
pulſare. ut.ff. ad leg. Aqui.l.ſententiam.
C.unde ui.l.1.ff.de iuſti.& iu.l.ut. uim.&
1.diſtin. ius naturale. in uerbo uiolentiæ
per uim repulſio ſufficit autem terror ar
morum.ut.ff.de ui & ui arma.l.3.§. ſi au
6 tem.¶†Sed nunquid ſi me percutias & fu
gias audeo te incontinenti inſequi & re
percutere fugientem. Reſpondeo non.
quia hoc non fieret ad propulſationem
ſed ad ultionem quæ ad ſolum iudicẽ ſpe
ctat. Nam uigor iudiciarius & tutela iu
ris publici eſt in medio conſtituta.ut nul
lus ſibi ſumere audeat ultionem ut. C. de
iudæis & cæli.l.nullus. Et hoc commune
eſt clericis & laicis ſcilicet iniuriam pro
pulſare rerum & perſonarum. ut ſupra de
appel.ſignificauerũt infra de ſen. excom.
ſi uerò.&.c. ex tenore. Contrarium autẽ
uidetur per id quod legitur. infra eod.tit.
ſuſcepimus.46.diſtin. ſeditionarios.23.q.
8.c.1.&.c.conuenior. Ad hoc dicunt qui
dam quod licet laicis. clericis uerò non.
Ego credo quod clericis & laicis licet in
iuriam propulſare & repercutere. Diſtin
guitur tamen quod aut uis infertur perſo
ne aut rebus. Si perſonæ tunc eſt uis pro
pellanda antequam fiat. Nam & inſidiã
tem uitæ licet occidere.ff.ad leg. Aqui.
l.4.&.5.& ut dixi in proxi §. ſuperiori. ſi
tamen aliquis ui factam repellat potius
præſumi debet quod cauſa defendendi fe
cerit quam ulciſcendi.ut.ff. ad le. Aqui.l.
ſi ex plagis.§. tabernarius. & hoc ſi per
cuſſor uoluit denuo percutere alioquin ſi
nolebat & alter nihilominus repercuſſe
rit potius præſumitur quod hoc fecit ani
mo ulciſcendi quam animo propulſandi.
Sed ſi iniria inferatur rebus licitum eſt il
latam repellere.& propulſare inferendã.
7 † Quod ergo dicitur uim ui repellere li
cet. ſic intelligendum eſt. ut.ſ. tria in hoc
requirantur ut hoc fiat defendendo non
ulciſcendo. ut.23.q.1. quid culpatur ff.ad
legem Aquil.l.ſcientiam.& cum modera
mine fiat defenſio. ut ſupra de reſtitutio.
ſpo. olim cauſam in fi.ſi quis tamen mo
deramen excedat & non ex propoſito ui
detur non teneri. ut.ff.ad leg. Aquil.l. ſi
ex plagis.§.tabernarius. Sed contrarium
uelle uidetur decre. illa olim cauſam in
fra eod.c.ſignificaſti nobis. in fi. Item in
continenti debet quis uim repellere.ut ſu
pra de appel. ſignificauerunt. Et hæc tria
membra intelliguntur ex.l. una.C. unde
8 ui.l.1.¶†Vnde ſubſequẽter notabis quod
bellum eſt iniuſtum quinque modis. Ra
tione perſonæ ut ſi fuerit perſona eccle
ſiaſtica cui nõ eſt licitum ſanguinem fun
dere.ut.23.q.8. clerici & c. his à quibus.
Ratione rei. ut ſi non eſt pro repetendis
rebus uel pro defenſione patriæ ut.23.q.
2.c.1.& ea.cauſa.q.8.ſi nulla. Ratione cau
ſæ ut ſi non propter neceſſitatem ſed pro
pter uoluntatem pugnatur. ut.23.q.1.no
li. Item ex animo eſt iniuſtũ ut ſi fiat ani
mo ulciſcendi.ut ſuperius dictum eſt. Itẽ
ſi non fiat auctoritate principis. ut.23.q.
9 1.quid culpatur. &.q.2.c.1.†Notabis igi
tur quod quicunque poſt baptiſmum in
cauſa ſanguinis iudex fuerit aſſeſſor. no
tarius, executor. aduocatus.ſiue pro acto
re ſiue pro reo. licet alioqui diſtinxerint
inter iſtos.& generaliter qui aliquod mi
niſterium iudicio ſeu uindictæ ſanguinis
præſtiterit irregularitatem incurrit ut. li.
diſt .aliquantos. &.c. ſi quis poſt acceptũ
ſupra ne cle.uel mo. ſententiam ſangui
10 nis infra de exceſ.præ.ex literis.¶† Sed ſi
quid iudex ſecularis conſilium quærat à
clerico perito,uel princeps à prælato. Re
ſpõdeo poteſt clericus generaliter confe

rendo cum iudice ſeculari dicere fures la
trones incendarij homicidæ ſic ſunt pu-
niendi de iure ciuili.ut.5. quæſt.5.delato
ri. non deſcendendo ad aliquod factum
uel caſum aliquem ſpecialem . ut ſic po-
tius conſulentis quam ſuggerentis opera
fungatur. ut.ff.de qnæſtio.l.1.§.qui quæ-
ſtionem.Si tamen clericus ſciat uel cre-
dat iudicem habere coram ſe cauſam cri
minis de quo quærit reſponſionem hone
ſtè declinet præterquam ſi clericus poſ-
ſet pœnam criminis recta conſcientia re
ducere ad ciuilem . & ſic intelligi poteſt.
11 23.quæſt. ultima.peſſimam.in fi.¶†Item
quæritur an clericus de ſuis malefactori-
bus conqueri ualeat iudici ſeculari . Re-
ſpondeo ſic ciuiliter petens ſua ſibi reſti-
tui & damna reſarciri. non ut malefacto-
res in corpore puniantur . & ſi iudex a-
crius in puniendo procedat quam clerici
quærela requirat. non eſt clerico impu-
tandum. ut infra eodem titul. poſtulaſti.
&.c.tua.&.23. quæſt.5.c.1.&.c. unum. &
c.pœna.&.ca. non nos.ff. de bo.lib.l. qui
12 cum maior.§.1. † Poteſt tamen clericus
malefactorem ſuum carcerari petere . ut
ſupra de apoſta. a nobis ſupra de depo.
13 grauis †Item fuſtigari. ut.14. quæſt.6. ſi
res aliena.12.qnæſtio. 2. fraternitas . 23.
quæſt.5.circuncelliones.5.quæſtione. 5.il
li qui.6.quæſtio. 1.§.uerum in fi.3. quæſt.
4.§.Item in criminali in uer.ea rei condi
14 tio.†Item ut quis in ſeruitutem rediga-
tur ut ſupra de iud. ita quorundam.15.
quæſtione. ultima cum multe 36. quæſt.
1.de raptoribus ſupra de iud. & ſarrace.
15 ad liberandam . † Item ut quis mutile-
tur ſpirituali mutilatione. hoc eſt ut ſu-
16 ſpendatur.5.q.5.delatori. † Item ut deca
pitetur ſed ſpiritualiter.i. excōicetur un-
de excōicatio dicitur mucro epiſcopi ut.
16 q.2.uiſis. in fi. decapitari.n. intelligi-
tur qui a chriſto qui caput eſt eccleſiæ ſe
paratur. ut.2.quæſtio.7.§.quia ergo ſupra
de hære. uergentis unde qui excommuni
catur mori creditur . ut ſupra qu fil. ſint
17 legi.per uenerabilem in fi. ¶ † Quæritur
de his qui procurant aborſus an reputen
tur homicidæ? Reſpōdeo ſic quantum ad
pœnam legalem. ut.ff.de pœ.l.ſi quis ali-
quos.§. qui aborſionibus.ff. ad leg. Cor.
de ſic.l. mulierem. Item quantum ad pœ
nam ſpiritualem. ut infra eodem titul. ſi
aliquis . & quantum ad irregularitatem
qui contrahitur ex delicto mortali.ut.25.
diſtin.§.nunc autem. Sed quantum ad il-
lam enormen & indiſpenſabilem irregu
laritatem quæ contrahitur ex homicidio
corporali de qua iura illa loquuntur.l. di
ſtin. miror.1. quæſt.7. ſi quis omnem de
com.diſt.1.§.1.ſecus eſt.quia illa non con
trahitur niſi cum perimitur homo gra-
diens ſuper terram uel pauperium iam
formatum. ut infra eodem titul. ſicut.32.
quæſtio. 2.quod uero.&.c.Moyſes.¶ Nun
18 quid † phiſici & circurgici poterunt pro-
moueri. Reſpondeo ſi in arte phiſicæ &
cirurgiæ ſunt eruditi & in curis ſecundū
artem proceſſerint nihil de contingenti-
bus omittentes , licet aliquibus contra-
rium ceſſerint medicinæ ſi eos conſcien-
tia non remordet poterunt promoueri.
ut ſupra de ætate.& quali.ad aures & pro
moti ordines exequantur.ut infra eod.ti.
tua. Conſulo tamen ut promoti & maxi
mè promouendi abſtineant ab opere pra
cticali.& maxime ab his qui ſecūdum ci-
rurgiam aduſtionem uel in inciſſionem
requirunt ut ſupra ne cle.uel mo.ſenten-
tiam ſanguinis infra eo.tua nos.cū in nul
lo uacillare debeat conſcientia promouē
19 di. ut.33.diſt.laici. ¶†Quid ſi plures ini
ti fuerint & unus occiſus fuerit neſcitur ta
men à quo uel cuius uulnere . Nunquid
omnes iudicabuntur homicidæ uel irre-
gulares an nullus? Reſpondeo quātum ad
peccatum omnes dicuntur homicidæ qui
percuſſerint , & qui uoluntate occidendi
uenerunt , licet non percuſſerint Item &
illi qui non occiderunt nec uoluntatē oc-
cidēdi habuerunt.ſed uenerūt præſtare au
xilium occidētibus ſi forte is aliquod im
pedimentum præſtaretur . diſcretus tamē
iudex maiorem pœnitētiam dabit primis
quā ſecundis.& ſecundis quā tertijs. Illi
ēt non ſunt immunes a culpa nec debent
eſſe immunes a pœna qui nō eripiunt ho
minē a morte. cum poſſint. ut.23.q.ul.ſi

quatuor

quatuor infra e.ti. ſicut dignū.23.q.3. nō inferenda & c.ult.Sed ſi ageretur ex lege Cornelia uel Aquilia ictus uniuſcuiuſq; contemplari oportet. ut.ff.ad leg.Corn. de ſic.l.ult.is autem lege Aquilia de occiſo tenetur ex cuius ictu apparet occiſum & qui mortiferum uulnus infixit. uel qui hominē interemit. Alij qui non letaliter percuſſerunt de uulnerato tenentur.ut.ff. ad leg.Aquilia.l.huic ſcripturæ.§.1.ſed ſi dubiū ſit ex cuius ictu quis perierit oēs de occiſo tenentur.ut.ff.ad le. Aqui.l. ita uulneratus. & concordat infra e.t.ſignificaſti.ſed ſi clericus feriat nō letaliter nec animo occidendi nec alios prouocet.alii tamen feriunt & occidūt ſed diſcerni poſſit ictus clerici non tenetur de occiſo nec irregularitatē contrahit homicidij. ut in
20 fra e.t.ſignificaſti nobis.¶†In ſumma notandum eſt ꝙ nō eſt immunis ab homicidij culpa qui potuit hominē a morte ſed noluit liberare ut infra e.ti. ſicut dignū.§. illi autē.arg.76.di facientis.23.q.3.nō inferēda &.c.qui poteſt &.q.5.reos. & hoc cū conſtat illū iniuſte occidi. ut de pœn. di.1.periculoſæ 23.q 3.c.ult. infra e.ti.ſicut dignum.Quidā tamen intelligūt hoc in iudice qui auctoritate ordinaria defendere poteſt.ille.n.ſolus ut dicunt ex præcepto ad hoc tenetur.ut 23.q.5. qui malos &.q.4.forte in ſi.Conſulo. tamen cuicūq; priuato ut ſi poteſt ſine periculo ſui eripiat hominē à morte propter iura præ
21 miſſa.¶†Nunc uidendū eſt de diſpenſatione quæ circa homicidas huiuſmodi adhibetur.Cum homicida iuſtitiæ.ſ.iudice, aſſeſſore,executore qui iuſte homicidium commiſerunt non diſpenſatur in ordinibus ſuſcipiendis ſed in ſuſceptis tolleratur ex cauſa.ut.li.diſtin.aliquantos.Circa homicidium neceſſitatis euitabilis non facile diſpenſatur. ſed in homicidio neceſſitatis ineuitabilis datur conſilium ut homicidia non miniſter etiam in ordinibus iā ſuſceptis. ut.l.diſt.de his clericis. non tamen quis deponitur. ſed in ſuo ordine tolleratur de iure & abſq; diſpēſatione ſecundum au.& loquitur infra e. t.c.2. Circa homicidiū caſuale.quod nulla culpa præceſſit nō eſt neceſſaria diſpēſatio. Circa homicidiū caſuale quod culpa præceſſit.fit diſpenſatio magna maior & maxima.Magna ut promotus ad ſacros ordines non in eis.ſed in minoribus tolleretur. ut infra eo.t.contrnebatur.Maior ut etiam in maioribus tolleretur. ut.l.diſt. clericos.Maxima ut promoueantur. ut infra eo.ti.lator.Circa homicidium uoluntarium non iuſte non neceſſarium nec ulla cogente neceſſitate non diſpenſatur.ut dixi ſupra eo.§. committit.

## *Summarium*

1 *Torneamenta quæ ſint.*
2 *Torneamenta quare fieri prohibeantur.*
3 *Pœna concertantium in torneamentis quæ ſit.*
4 *Mortuo in torneamentis an ſit neganda pœnitentia & eccleſiaſtica ſepultura.*
5 *Eccleſiaſtica ſepultura ex quibus cauſis denegetur.*
6 *Milites euntes ad torneamenta animo pugnādi, qui non occidunt nec percutiunt, an promoueri poſſint.*
*Quid de his qui alijs bellis interſunt,nec tamen occidunt uel mutilant.*

## ¶DE TORNEAMENTIS.
### Rubrica.

QVia in torneamentis homicidia fiunt Idcirco poſt tractatum de homicidio ſequitur rubrica de torneamentis.¶Videndum eſt igitur quæ ſint torneamenta. quare fieri prohibentur. & quæ ſit pœna pugnantium in tor-
1 neamentis. ¶ Torneamenta † dicuntur quædam nundinæ uel feriæ in quibus milites ex edicto conuenire ſolent & ad oſtētationem uirium ſuarum & audaciæ te
2 mere congredi.ut infra eod.c.1. ¶†Cauſa prohibitionis ſunt mortes hominum & animarum pericula quæ inde proueniūt ut infra eodem c.1.& licet alias poſſit fieri gratia oſtendendæ uirtutis & cauſa experiendarum uirum. ut.ff. de poſtu. l.1.§. item ſenatus. &.ff. de præſcript. uer.l. ſolent. & ſi in colluctatione dam-

num datum ſit non agitur lege Aquila.
nam uirtutis exercendæ & gloriæ cauſa
non cauſa iniuriæ damnum datum eſt. ut
ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. ſi quis
in colluctatione. In hoc tamen caſu ſe-
cus eſt. quia pugnantibus & concertanti
bus pœna infigitur. ludus enim ille no-
xius eſt. & ideo reprobatus. ut. ff. ad leg.
Aquil. l. nam ludus quis autem ludos ap-
pellat ex quibus crimina oriuntur. ut in
3 conſtitu. ff. circa finem. ¶ † Pœna concer-
tantium in torneamentis hæc eſt. quia ſi
quis alium occidat ſiue in ſiſtendo ſiue in
reſiſtendo. homicida eſt uoluntarie enim
occidit. & ideo punitur pœna uoluntarij
homicidij ſaltem quo ad canones. & ſi nõ
quo ad pœnam legalem excuſante edicto
de pœna uoluntarij homicidij dixi. ſupra
titul. proxi. §. cõmittit. Sed ſi diceres quod
reſiſtentem excuſabit defenſio & neceſſi-
tas. Ad quod reſpondeo ad hanc neceſſi-
tatem ultro & ex propoſito quis ſe. inge
rit. & ideo non minus homicidia cenſe-
tur. ut dixi ſupra titu. proxi. §. neceſſitate
4 † Si uero quis in torneamento fuerit oc-
ciſus. quamuis morienti & poſcenti pœ-
nitentia non negetur. eccleſiaſtica tamẽ
careat ſepultura. ut infra eodem. c. 1. in fi.
ſi tamen ad torneamentum uenerit ani-
mo concertandi. nam ſi uenerit cauſa de-
bita exigendi uel alia ſua negocia exercẽ
di ſecus erit. ut infra eod titu. ad audien-
tiam. Et nota quod hic concedetur quod
maius eſt. pœnitẽtia. ſ. & denegatur quod
minus eſt. ſ. eccleſiaſtica ſepultura. quod
fit ad terrorem & correctionis exemplũ.
& ſimile infra de rap. ſuper eo. Leuiter
autem interdicitur eccleſiaſtica ſepultu-
ra. Et ratio eſt quia ſicut impio non pro-
deſt ſepultura precioſa. ita non obeſt pio
ſepultura uilis aut nulla. ut. 13. q. 2. ani-
5 me defunctorum. † Sunt & alia quæ inhi
bent eccleſiaſticam ſepulturam. morien-
tis inſidelitas. ut de conſe. diſtin. 1. eccle-
ſiam. Item obeuntis manifeſta iniquitas.
ut. 88. diſtin. c. ul. Vſurarum exactio. ut in
fra de uſu, quia in omnibus. imò hoc ge-
nerale eſt in quolibet decedente in pec-
cato mortali ut ſupra de fur. c. 2. 23. q. 5.
placuit. 13. q. 2. pro obeuntibus. 21. q. 3.
Cyprianus ſupra de ſta. mo. monachi. §.
qui uero. Item inhibet eccleſiaſticam ſe
pulturam interdictum eccleſiæ. ut infra
de ſen. excom. à nobis ſupra de ſepul. ſa-
6 cris. ¶ † Quid de militibus qui ad tornea-
mentum iuerunt animo pugnandi non ta
men occiderũt nec percuſſerunt. Itẽ quid
de his qui alijs bellis interſunt nec tamẽ
occidunt nec mutilant. nunquid pote-
runt promoueri ſi in torneamentis uel
bellis aliqui ſunt occiſi. Ad primum re-
ſpondeo quod non eo quod ad rem dam-
natam & prohibitam acceſſerunt. Ad ſe-
cundum ſic dico. quod ſi quis interſit bel
lo licito nec occidat nec mutilet nec cau
ſam mortis præſtat ſi alias ſit idoneus po
terit promoueri nihil enim intereſt qui
occidat uel cauſam mortis præbeat. ut. ff.
ad. l. cor. de ſicca. l. nihil. Si uero in bello
illicito. tunc impenditur propter culpam
præcedentem. 15. q. 1. c. ul. & de pœ. di. 1.
ſi quis cum telo ar. ad hoc infra de cle.
percuſ. præſentium. & c. continebatur.

## *Summarium*

1 *Duellum quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Duellum an ſit prohibitum.*
3 *Crimen læſæ maieſtatis uocatur crimen per duellionis.*
4 *Pugnantium in duello pœna quæ ſit.*

## ¶ DE CLERICIS PVGNANTI bus in duello. Rub.

QVia ſæpe prouenit homicidium
ex duello. ſubſequenter ponitur
hic rub. de cleri. pug. in duello.
¶ Videndum eſt igitur quid ſit duellum.
unde dicatur. an laici liceter faciant duel
lum. Et quæ pœna imponenda ſit cleri-
1 cis pugnantibus in duello. ¶ † Duellum
eſt ſingularis pugna quæ ſit ad probatio-
nem rei alicuius. ita ut per hunc modum
ſe probaturum offert ſi uicerit probaſſe
credatur. ſi non uicerit defeciſſe in pro-
batione putetur. ¶ Dicitur autem duellũ
quaſi duorum bellum. Dicitur & mono-
machia quaſi unica & ſingularis pugna à
monos

monos quod eſt unus & machia quod eſt
2 pugna. ¶ †Duellum etiã inter laicos prohibetur. quia in duellis deus temptatur. ut. 2. q. 5. monomachiam. & ſcriptum eſt. non temptabis dominum deum tuum. ut. 22. q. 2 quæritur. Nec obſtat exemplum Dauid pugnantis cum Golia. ut. 2. q. 5. monochiam, quia priuilegia paucorum nõ faciunt communem legem. ut. 26. q. 2. nõ exemplo. In his enim quæ perraro fiunt miraculum eſt. ut in auten. de conſu. §. 1. circa medium colla. 4. ¶ † Item non ob.
3 quod crimen maieſtatis dicitur crimẽ perduellionis. ut. ff. ad legem. Iulij. ma. l. ult. non enim idcirco uocatur crimen perduellionis. quia probari poteſt per duellũ ſicut quidam intellexerunt & male ſed dicitur crimen perduellionis. ideſt crimen hoſtis uel hoſtile ut. ff. de uerborum ſign. l. quos nos hoſtes. Itẽ dixerunt quidã licere hoc laicis per. l. ff. ad legẽ Aquil. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. Sed ne illud placet per. l. 1. C. de gladiato. l. una. lib. 10. Item quidam dicunt hoc licere in locis in quibus talis uiget conſuetudo inducentes illud pro ſe quando mos erat crimen non erat. ut. 33. qu. 4. obijciuntur. Sed illud fuit diuina reuelatione conceſſum quæ mos quandoque fas cenſetur. per quam ſicut Iacob a mendatio. iſraelitæ a furto. & Sampſon ab homicidio. ſic & patriarchæ & alij uiri iuſti qui plures ſimul leguntur habuiſſe uxores ab adulterio excuſantur. ut ſupra de diuor gaudemus. §. quia uero pagani. Alij autẽ diſtinguunt utrum quis offerat an ſuſcipiat duellum. & ſi ſuſcipit utrum ſponte. an à iudice delatum. Si enim quis offerat uel oblatum ſponte recipiat. mortaliter peccat ſi uero iudice cogente delatum cum aliter periculum corporis uel rerum non poſſit euadere excuſatur. ut ſupra de homi. interceſti. Verius autem puto quod etiam offerens & oblatum ſpõte ſuſcipiẽs ſiue iudice inſiſtente mortaliter peccet. quamuis is qui iudice deferente inuitus ſuſcipit & committit excuſetur non a toto ſed à quanto. metus enim ille peccatum attenuat non prorſus excludit. ut ſupra quod met cauſa factis. potius enim deberet omnia mala pati quam malo conſentire. ut. 32. q. 5. ita ne. & ſi homicidium in duello contingat fieri. omnes irregularitatem puto contrahere. ſ. differentem. ſuſcipientem. iudicem. deferentem. ſeu auctoritatem præſtantem. duelli commiſſionem. & aſſeſſorem ad hunc modum probandi conſilium dantem. ut no. ſupra de
4 homi. §. notabis. ¶ †Pœna pugnantium in duello ſi ſint clerici eſt depoſitio. ſi tamẽ neq; mors neq; mutilatio ĩteruenerit poterit diſpẽſari. ut infra eo. c. 1. Sed ſi homicidiũ interuenerit adhuc poteſt in beneficio diſpenſari ut infra eod. c. 1. & . 2. in fi. Quod ergo alibi dicitur cũ homicidia diſpenſari non poſſe. ut. l. di. miror. 1. q. 7. ſi quis omnem traditionem de conſe. diſt. 1. §. 1. ſupra de tem. or. c. ul. in officio locũ habet alias etiam diſpenſatur in beneficio & non in officio ut. 28. diſtin. præſbyterum. l. diſtin. ſtudeat. Sed nunquid talis homicida habebit ex diſpenſatione beneficium ut titulum aut ſtipendium. Videtur quod ſtipendium ut ſic quaſi laicus habeat & extra eccleſiam ut. 32. diſtintio. ſi qui uero. Verius puto quod habeat ut clericus & ſicut, beneficium titulatum eo quod decreta. dicitur potuit tamen cum eo circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſari.

## *Summarium*

*1 Chriſtianis contra chriſtianos non permittitur ars ſagitariorum.*

*2 Pœna exercentium officium ſagitariorum contra chriſtianos.*

## DE SAGITARIIS.
### Rubrica.

DIctum eſt ſupra de homicidijs in genere. ſed quia ſagitarijs & baliſtarij plerunque homicidia cõmittunt. ideo hic de ſagittariis rubri. ſubijcitur ſpecialis. ¶ Videamus igitur utrum quãdo hoc officium ſit prohibitum exer
1 ceri & qua pœna tales puniantur. †1 Chriſtiani aduerſus chriſtianos non poſſunt hoc offi-

hoc officium exercere.ut infra eod.c.uno Quod uerũ eſt ſi bellum fuerit in iuſtũ nã ſi iuſtũ quolibet genere armorũ eſt uten dum imò ut uincatur dolis eſt & inſidijs inſiſtendum.ut.23.qu.2.dominus.&.qu. 8.ut pridem. iuxta illud. Nihil refert armis contingat palma doliſue.Et alibi.Dolus uirtus quis in honeſte requirat. Sed contra paganos & perſecutores fidei chriſtianæ poteſt hoc officium exerceri.

2 ¶† Pœna autem exercentium hoc genus armorum contra chriſtianos eſt anathema.ut infra eo.c.uno.prærer communem pœnam homicidij de qua dixi. ſupra ut titulo proximo.§.pœna ut de homici.§.notabis igitur.Sed an ſit ca.non latæ ſententiæ contra facientes ſtatim ligentur. dubitatur. Dicunt enim quidam quod ubi ſub interminatione anathematis aliquid prohibetur non incurritur excommunicatio ſi fiat prohibitum. ut ſupra de iure pa. relatum ſecus ubi ſub diſtinctione, quia tunc ſtatim incurritur.ut ſupra de enu.ec. non eo minus in fi.& idem dicunt ubi mãdatur aliquid ſub pœna excommunicationis.ut.63.diſtin.Salonitanæ.Sed aliud eſt ubi à iure ſic mandatur aliquid uel prohibetur ut.30.diſtin.per totum. Et eſt ratio quia ius magis iraſcitur in contemptu miniſtri iuris quam in contemptu ſui ipſius. ut.ff. de arbi.l. ſi cum dies.§. ultimo &.l.celſus. Alij autem indiſtincte dicunt quod illa uerba ſiue dicantur ſub pœna ſiue ſub interminatione ſiue ſub diſtrictione non habent uim ſententiæ uel comminationis. ut.C. communia. & epiſtolas per totum.Et in hoc plures concordant. Vnde hæc decre. non eſt canon latæ ſententiæ ſed ferendæ. & ſimile. ſupra de magiſtris quanto.

## *Summarium*

1 *Adulteriũ quid ſit. & qualiter committatur.*
2 *Stuprum quid.*
3 *Accuſante adulterium quibus ſit permiſſum.*
4 *Intellectus ad c.tuæ, in prin. de procurato.*
5 *Practica procedendi in accuſatione adulterij.*
6 *Vxor an poßit obijcere fornicationem ſpiritualem marito accuſanti de carnali.*
7 *Mulier an poßit marito obijcere lenocinium.*
8 *Levio quis dicatur.*
9 *Pœna quæ ſit pro adulterio imponenda.*
10 *Maritus in accuſatione adulterij uxoris deficiens in probandi, tenetur ad talionem.*
11 *Mulier ab alio quàm à uiro ſuo cognita. in quibus caſibus non committat adulteriũ.*
12 *Inceſtus cum quibus committatur.*

## ¶DE ADVLTERIIS ET STVPRO. Rubrica.

QVia in decalogo ſtatim poſt homicidium prohibetur mechia dũ dicitur non occides non mechaberis. idcirco poſt tractatum de homicidio ſequitur tractatus de adulterio. unde ponitur rubrica dei adulte.& ſtupro.¶Videamus igitur quid ſit adulterium. unde dicatur quid ſit ſtuprum,qui admittantur ad accuſationem adulterij. & intra quæ tempera. exqui. cau. quis ab accuſatione adulterij repellatur. Item quæ ſit pœna

1 adulterij.& quæ ſtupri.¶ Adulterium† eſt alieni thori uiolatio. ut.32.q.5. non mechaberis.uel deturpatio ſui. Nam quandoque dicitur committi adulterium reſpectu utriuſque.ſ. cognoſcentis & cognitæ ut cum uterque coniugatus exiſtit. quandoque reſpectu cognoſcentis ut cum uxoratus ad ſolutam accedit. quia tunc uxorem ſuam coinquinat. ut.32.q.1.in coniugio. quandoque reſpectu cognitæ ut cum ſolus ad coniugatam accedit. Nam & illa ſimiliter coinquinat uirum ſuum. quia uir & uxor non ad imparia iudicantur ut ſupra de diuor.gaudemus.§.quia uero & 32.q.1.ſi quis uxorem. propriè tamen loquendo adulterium in nupta committitur.ut.ff.eo.ti l.inter liberas.§. lex iulia.

2 ¶ † Stuprum eſt illicita uirginis defloratio quamuis ex indiuidua ſtuprum cõmitti dicatur ut in.l.prędicta probatur.¶†Ad

3 huiuſmodi criminis accuſationem admittitur primo loco maritus ut præferatur, etiam patri adulteræ ſi ſimul ad accuſationẽ ueniant. Nam & propenſiore iure & maiori dolo uirum executurum accuſationem credendum eſt.ut.ff. eod.ti.l. 2.§.ſi ſimilis. quod uerũ eſt niſi pater maritum

ritum aut infamem arguat aut doceat col
ludere magis cum uxore quam ex animo
accuſare ut.ff. eo. ti.l.3. Præfertur mari-
tus omnibus extraneis imo & ſi extra-
neus prius accuſationem inſtituit præfer
tur maritus dummodo non ex negligen-
tia ſit præuentus. ut.ff. eo.ti.l. ſi maritus.
§.ſi autem. ¶ Poteſt autem agi de adul-
terio ſiue ſit uxor legitima ſiue non. hoc
enim an omnia matrimonia pertinet.
nec enim ſoli atrides uxores amant & ut
dicit Virgilius coniuge præcepta non ſo
los tangit atrides. ſed in ea uxore poteſt
maritus adulterium uindicare quæ uulga
ris ſit. ut.ff. eod. ti. l. ſi uxor. Nec ob.C.
eo.l. ſi ea quæ & l. ſi adulterium. Leges
enim illæ non loquuntur in uxore,& ex-
pone ibi adulterium id eſt, ſtuprum. his
enim promiſcuè utimur. ut.ff.eo.ti.l. in-
ter.§. 1. Sed ſi cum ſponſa de præſenti a-
dulterium commiſſum ſit agit ſponſus.
quia nec qualecunque matrimonium nec
ſpeciem matrimonij uiolare permittitur
ut.ff. eo. ti.l.ſi uxor. §. diuus.27.q.2.qui
deſponſatam. in primis igitur maritum
genitalis thori uindicem eſſe oportet. ut
C. eo. ti.l. quamuis qui poteſt duplici iu
re accuſare ſpeciali & communi id eſt, iu
4 re mariti ſcilicet ſine inſcriptione.† Nec
obſt. ſupra de procu.tuæ in prin. quia lo-
quitur cum accuſat poſt dies nõ iure ma-
riti ſiue metu calũniæ & ex ſola ſuſpicio
ne ut 4.q.4.§. aliquando.C.eo.ti.l.quam
uis & infra eo.ti. maritus infra 60. dies a
tempore diuortij numerandos. ut. ff. eo.
ti.l. pater.§. ſexaginta. Et quod dixi ſine
metu calumniæ uerum eſt niſi ſit euidẽs
ut.ff. eod.titu. l. is cuius. §. ulti. Et quod
dixi ex ſola ſuſpicione ream uxorem fa-
cere licet.uerũ eſt quòd ex ſola ſuſpicio-
ne ream uxorẽ facere licet. uerum eſt qđ
ex ſola ſuſpicione accuſabitur non tamẽ
condẽnabitur.ut.2. q.1.ca.1 ſemper.ff.de
pœ.l. abſentẽ,reſponſo.1. niſi ſuſpicio ſit
iure. ut.C.e.ti.in aut. ſi quis ei quem ſu-
ſpectum.ff. de his qui ſui uel ali iu.ſunt.l.
filium ſupra de præſump. literis. 2.q.1. ſi
peccauerit.& ſic itelligo 32.q.1.dicit do-
minus. Poſt maritum admittũtur propin
qui.ut.C.eo.l.quãuis demũ extranei. Sed
hæc locũ habẽt ſecundum iura ciuilia cũ
agitur ad pœnam legalem. ſecus cũ agi-
tur ad thori ſeparationem, quia tunc ſo-
li uiro licet accuſare uxorem de adulte-
rio. & econuerſo ut no.ſupra qui ma. ac-
cuſa. poſ.§. poſſunt. Et nota quòd mari-
tus admittitur ad accuſationem adulterij
ẽt ſi fuerit filiusfamilias ut.ff.eo.ti.l.inter
§.filius.Nã & inuito patre hoc põt filius
familias.ut.ff.eo.ti.l. filiũ.Nec ob.ei ſi ſit
minor.25.annis ſi matrimonij ſui iniuriã
proſequatur.ut.ff.eo.ti.l.ſi maritus.§. lex
Iulia.& ar.ſupra de reſti.ſpo.ex parte.cu
5 ratore actore ut.C.eo.ti.l.propter. ¶†In
adulterij accuſatione ſic.proceditur quia
præſente accuſatore & accuſato cũ ad pœ
nam legalem agitur porrigetur libellus
quo porrecto proponi poterũt exceptio
nes dilatoriæ antequam accuſatus reci-
piatur inter nomina reorũ.ut.ff.e. ti.l.ma
ritus.§.præſcriptiões.& §.1. ut ſi dicat nu
pta quæ impetitur a ſe non eſſe incipien-
dum cũ nuptias nõ præceſſerit nunciatio
ut.ff.eo.l.qui uxori.&.l.denũciaſſe.Reſp.
1. &.§.1.& 2. Et hoc fallit in crimine in-
ceſtus quod contra utrũq; ſcilicet adulte
rũ & adulterã ſimul interprætari põt. ut.
ff.eo.ti.l.uim paſſam.§.ul.poſſunt opponi
& peremptoriè ut de lapſu quinquenij.ut
C.e.ti.l.adulter.poſt quinquenniũ & ſex
menſes.ut.ff.e.ti. l.ſi maritus præuenerit.
uel ſi dicatur accuſatorem deſtitiſſe ut ff.
e.ti.l.1.§.1.põt mulier accuſata excipere
contra maritum quòd & ipſo ſimiliter a-
dulterium commit.ut infra eo.ti.intelle-
ximus.&.c.tua.& ſupra de diuor.ſignifica
ſti.32.q.6.per totũ ſupra de iureiu.tua.ff.
ſo.ma.l. uiro atq; uxore.ff. e.ti.l. ſi uxor.
§. iudex.Item excipere poteſt quòd accu
ſationem remiſerit. ut 23.q. 4. ſi illic.uel
quòd eam ſibi reconciliauerit ſupra de cõ
uer. coiuga. gaudemus. & ut de hoc ple-
nius.no.ſupra qui ma. ac. poſ. §. poſſunt.
6 ¶†Sed nunquid uxor obijcere poterit for
nicationem ſpiritualem marito accuſan-
ti de carnali. Videt quòd ſic. Nã fornica-
tio carnalis & ſpiritualis ſimiles ſunt. &
idem operantur quo ad matrimoniũ ſe-
parandum.

parandum ut 28. q. 1. idolatria. &.c. iam
nunc. & multo fortius ſimiles ſunt ad cō
penſandum & operandum ut matrimo-
nium duret. Sed contra. Iſte fornicatio-
nes diuerſarum ſpecierum ſunt & res di-
uerſarum ſpecierum non ueniunt in com
penſationem. quia ſpecies cum quantita
te non compenſatur. ut. ff. de pig. acti.l.
ſi conuenerit. Verius puto quod compen
7 ſatio fiat. ¶†Item excipitur contra mari-
tum accuſantem uxorem de adulterio ſi
eam talem ſciuit. & mores eius eam uxo-
rem ducendo probauit. ut in eadem.l. ſi
uxor. §. ul. Item poteſt uxor opponere
marito accuſanti quòd eam adulterandā
tradidit ut. ſupra de eo qui cogno. con-
ſang. uxo. ſuæ diſcretionem. Item quòd
lenocinium fecerit. Sed hæc exceptio ſi
ante litem cōteſ. opponatur accuſantem
repellit ſi poſtea inſtar accuſationis ha-
bet. & accuſatori pœnam inducit. quia
hæc exceptio a muliere propoſita uirum
onerat. non mulierem excuſat. ut.ff. eo.
8 ti.l.1.§.ſed publice. ¶†Eſt autē leno qui
adulterium ſubijcit uel pretium pro com
perto ſtupro accepit, uel dānatam de a-
dulterio ducit uel ſciēs adulterium celat
uxoris. ut 32.q.1.ca.1.¶Nunc reſtat uide-
9 re de pœna adulterij uel ſtupri. ¶†Pœna
quidem pro adulterio ſecūdum leges im
ponitur mortis. quaſi pro ſacrilegio. nam
ſacrilegos nuptiarum gladio puniri opor
tet ut.C. eo. titu l. quamuis. fœmina au-
tem iure auctenticorum uerberata in mo
naſterium recluditur, quam intra bien-
nium uiro recipere licet biennio transla-
to uel uiro mortuo antequam uxorem
de monaſterio educat adultera tonſa. mo
naſtico habitu ſuſcepto ibi dum uiuit per
maneat. duabus partibus propriæ ſubſtā-
tiæ liberis applicandis. tertia eius mona
ſterio, ſi liberos non habeat. parentibus
extantibus huiuſmodi iniquitati non con
ſentientibus tertia pars applicatur duæ
monaſterio, quibus prædictis non extan
tibus tota ſubſtantia monaſterio quæri-
tur pactis dotalium inſtrumentorum om
ni caſu ſeruandis ut in aut. ut nulli iudi.§.
manifeſta. col.9. & ponitur.C. de adulte.
10 ſed hodie † & ſi maritus in accuſatione
uxoris deficiat in probando tenetur ad ta
lionem. ut in auten. ut liceat matri & a-
uiæ. §. quia uero plurimas. §. & cauſas
col.8. in auten. ut nulli iudi.§. adulteram
col.9. ſed ſecundum hoc uir uolens ſepa
rari ab uxore indirectè conſequi poterit
quod directe non poteſt, accuſabit uxo-
rem de adulterio calumnioſè ſi deficiet
in probatione detrudetur in monaſterio.
& ſic indirecte ſeparabitur ab uxo. Ad
quod reſpondeo nō conſequitur quia nō
ſolum hoc fiet ſecundum iura auten. ſed
alias uir punietur in bonis. uel non con-
ſequitur. quia erit in uoluntate mulieris
ſibi reconciliare maritum inuitum. ut di-
xi in hoc eodem.§. ſecundum uetus teſta
mentum mulier de adulterio conuicta la
pidabatur non autem uir ut 33. q. 5. hæc
imago. ſed ſecundum iura canonica in fo
ro eccleſiaſtico agitur ad ſeparationem.
ut ſupra de procur. tuæ. uel ad dotis uel
donationis amiſſionem. ut ſupra de dote
11 poſt diuor. reſt. plerunque. ¶†In ſumma
ſciendum eſt quòd in quibuſdam caſibus
& ſi mulier uiuente marito alteri carnali
ter commiſceatur, adulterium non com-
mittit, ut ſi uiolenter fuerit oppreſſa. ut.
ff. ad.l. Iul. de adul. l. uim paſſa 32. q.5.
propoſito. Item ſi ignoranter cognita eſt
ab aliquo quem uirum ſuum eſſe crede-
bat. ut 34.q.2. in lectum. Item cum cre
dens. uirum ſuum mortuum alteri nubit.
ut 34.q 2. cum per bellicam. Item con-
tingit. quòd aliquæ mulieres adulterium
committunt, & de adulterio accuſari nō
poſſunt. ut ſunt illæ quæ in caupona mi-
niſtrant. quas uitæ utilitas dignas obſer-
uatione legum non credidit. ut. C. eo. ti-
tu.l. qui adulterium commiſit. quod ſecū
12 dum canones non procedit. ¶†De ince-
ſtu autem ſummatim & breuiter diſſera-
mus. Inceſtus committitur cum cognata
& affine aliquando per ſe ſolus aliquan-
do coniungitur adulterio ut innupta. ut.
ff. eod. titu.l. ſi adulterium cum inceſtu. 1.
R. &. §. 1. In quo grauius crimen com-
mittitur quam in adulterio ſecundum le
ges. Si uero inceſtus per matrimonium
illicitum

illicitum contractus ſit ut. in præallega. ſi adulterium. §. 1. ſed ſecundum canones ſimpliciter & indiſtinctè inceſtus uincit adulterium. ut. 32. q. 7. §. ſunt enim. & c. adulterij malum.

## Summarium


1 *Raptor duobus modis dicitur, & quid propriè ſit rapina.*

2 *Rapina qualiter fiat.*

3 *Fornicatio aliud à ſtupro, aliud eſt adulteriū, aliud inceſtus, & aliud raptus.*

4 *Inceſtus quando committatur.*

5 *Pœna raptorum. & nu. 6. 7. 8. & 9.*

6 *Raptori contrito quare ſepultura negatur.*

8 *Rapta an poſſit muliere raptori.*

10 *Prædo quis, & quot modi dicatur.*

11 *Incendiarius quis appelletur. & qua pœna plectatur.*


### ¶ DE RAPTORIBVS INCENDIARIJS &c. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de adulterijs & ſtupro. ſed quia raptus aliquando committitur in rebus ut infra eo. c. 1. & 2. & 3. aliquando in hominibus. ut infra eod. c. in archiepiſcopatu. & c. cum cauſa. & c. accedens. & per hoc ad ſtuprū uel adulterium peruenitur. ¶ Ideo ſubſequēter ponitur hic rubrica de raptoribus & adijcitur incendiarijs & uiolatoribus eccleſiarum. ¶ Videamus igitur quis ſit raptor. quis incendiarius & uiolator eccle-
1 ſiarum, & de pœna ipſorum. ¶ † Raptor dicitur duobus modis. rerum & hominum & maxime fœminarum. Propriè autem dicitur rapina rerum. & raptus mulierum. Rapinæ crimen committitur cum aliquis per uiolentiam & apertè res caput alienas non tamen. eccleſiaſticas nec ab eccleſia. quia tunc committeretur ſacrilegium de
2 quo inferius dicam.. ¶ † Fit autem rapina cum armis aliquando. aliquando ſine armis. & diuerſa eſt pœna ut iam notabo. ¶ Et eſt ſciendum quod omnis raptor eſt fur ſed non conuertitur quia nullus improbior fur quam qui rapit. ut inſti. ui bo. rap. in prin. Raptus mulieris non ſolum committitur in uirgine. ſed etiam in uidua & ſanctimoniali. ut. 36. q. 2. raptores. & ſi. quis non dicam rapere. Iſidorus tamen generalius accipit raptum. ſ. pro quolibet illicito coitu ut. 28. q. 2. raptus eſt illicitus coitus à corrumpendo dictus. unde
3 qui raptu potitur ſtupro fruitur. † Et ut plenius intelligas notabis quod aliud eſt fornicatio. aliud ſtuprum. aliud adulterium. aliud inceſtus. aliud raptus. Sed horū omnium peſſimum eſt quod contra naturam fit. uſus quidam contra naturam execrabiliter fit in meretrice. ſed execrabilius in uxore. ut. 32. q. 7. adulterij. ſed excedit hæc omnia cum uir nubit in feminam ut. C. eod. titul. l. cum uir. Fornicatio licet uideatur eſſe genus cuiuſlibet illiciti coitus qui fit extra uxorem legittimam tamen ſpecialiter ecommitti dicitur in uſu uiduarum & meretricum ſeu cōcubinarum. Stuprum eſt illicita uirginis uiolatio. Adulterium eſt alieni thori defloratio. ut no. ſupra de his duobus ſupra titul. proxi. §. a-
4 dulterium. & §. ſtuprum. † Inceſtus eſt cum conſanguinea uel affine. unde inceſtuoſi dicuntur qui affinibus uel conſanguineis abutuntur. Raptus admittitur cum puella de domo patris abducitur ut corrupta in uxorem habeatur. ſiue puellæ ſolummodo. ſiue parentibus tantum. ſiue utrique uis illata cōſtiterit. ut probantur hæc
5 omnia. 36. q. 1. §. cum ergo. ¶ † Puniuntur raptores rerum infra annum in quadruplum. poſt annum in ſimplum re ipſa in quadruplum computata. ut. ff. ui bo. rap. l. 1. & 2. Et hoc ſi ciuiliter agatur. Si autem criminaliter tunc diſtinguitur inter uim illatam. cum armis & ſine armis. prima inducit deportationem. ſecūda tertiæ partis bonorum amiſſionem ut inſti. de publi. iudi. §. item lex Iulia de ui pub. uel priua. Vnde uerſus. Vis priuata rerum deponit ab ordine rerum. Sed deportatur ſi uis armata probatur. Pœna uerò canonica hæc eſt ut raptor excōmunicetur ab illo epiſcopo in cuius diœc. rapina cōmittitur ut infra e. c. 1. 6. q 3 placuit. Nā cōtrahitur forū ratione delicti. ut ſupra de fo. cōpe. licet infra de ſent. ex. a nobis. C. ubi de cri-

mi agi opor. in auten. qua in prouincia.
nec abſoluetur niſi prius emendet. ut in-
fra c.1. infra de uerbo. ſig. ex parte. Sed
ſi ſatisfacere nolit cum poſſit uel emendā
di plenam ſecuritatem præſtare denega-
tur ei beneficium pœnitentiæ. Si uero uſ-
que ad obitum in obſtinatione durauerit.
& tunc emendationem uel emēdandi ſe-
curitatem præſtiterit, pænitentia & ſepul
tura eccleſiaſtica cōcedūtur. ſed ſi in mor
te ſatisfacere non poſſit. contrito uiati-
cum conceditur. ſed ſepultura negetur.
ut infra eo. titu. ſuper eo. Si uero in mor-
te conſtitutus ſatisfacere promiſerit ſi cō
ualeſceret. & ante ſatisfactionem deceſ-
ſit non negabitur. ſed ad ſatisfactionem
compellentur hæredes. ut infra eo. titu. in
6 literis. † Et ſi quæratur quare contrito ſe-
pultura negatur. cum uiaticum quod ma-
ius eſt omnibus ſacrificijs concedatur. ut
de conſe. diſtin. 2. nihil. Reſpondeo hoc
fit ad terrorem & ſimile ſupra de tornea.
c. 1. Vel ſit ad concluſionem cognatorū
ut per hoc ad ſatisfaciendum inducātur.
7 ¶ † Raptus mulieris ſecundum leges capi
te puniuntur & eius ſubſtantiam raptæ ap
plicatur ſi tamen rapiat mulierem hone-
ſtam. ſecus ſi rapiat meretricem. ut. C. de
rap. uirgi. l. una in princ. & ff. de fur. l. ue-
rum. Nec diſtinguitur an uolentem mu-
lierem quis rapiat an inuitam. ſponſam
propriam uel alienam. cōiugatam uel nō
coniugatam quamuis acrius puniri opor-
teat pro adulterio cum adiectione raptus
tamen non patitur diminutionem ſubſtā
tiæ ſi ancillam rapuerit uel libertam ut
hic & alia multa leguntur in. l. præalleg.
de raptu uirgi. Hac pœna puniuntur ra-
ptores & eorum comites & qui eis auxi-
lium præbuerunt. nec poteſt rapta elige-
re conſortium raptoris. & ſi hoc fecerit
perdit ſubſtantiam raptoris ſibi datam a
lege. ut in aut. de rap. mu. quæ rapto. nu-
8 bunt. coll. 9. † Sed ſecundum canones ra-
ptor efficitur ſeruus raptæ niſi uelit ſe re-
dimere ut 36. quæſtio. 1. de raptoribus.
Item debet cum ſuis fautoribus excom-
municari. ut 36. q. 2. §. 1. & 4. ſed ſi rapta
uelit cum raptore matrimonium contra-
here poteſt infra eod. titu accedens. Sed
nunquid ex hoc incurret pœnam legalē
ſcilicet ut perdat dominum rerum rapto
res. ut dicit auten. puto quòd non. nam
legem illam abrogatam eſſe dico & quo
ad pœnam interdicti matrimonij. & quo
ad pœnam contracti. ut ſupra de ſecun.
9 nup. dominus. ¶ † Raptores autem puero-
rum abuſionis cauſa exquiſitis pœnis ca-
pitalibus puniuntur ſecūdum leges. ut. C.
ad le. Iul. de adult. l. cū uir. ff. ad le. Cor.
de ſicca. l. 3. §. libidinis. Sed ubi hoc ſce-
lus prælato committitur uindicandū quia
pœnam ſanguis infligere non poteſt. ut.
23. q. 8. quis & a quibus ſupra ne cleri. uel
mo. ſententiam in flagella commutat. ut
infra eod. in archiepiſcopatu & ſimile 14.
q. 6. ca. 1. 12. quæſt. 2. fraternitas ſupra de
iudæis poſtulaſti. habent quidam in rub.
10 de prædonibus. † Et eſt ſciendum quòd
prædo dicitur tribus modis prædo eſt,
qui alios prædatur & ſpoliat. ut qui itine
rarijs & uiatoribus auferunt bona ſua. Di
citur etiam prædo miles qui ultra ſtipen-
dium ſibi taxatum quærit. idcirco enim
militibus ſtipendia ſunt taxata ne dū ſum
ptus quæritur prædo craſſetur. ut 23. q. 1.
militare. Item prædones dicuntur præla
ti qui ut procurationem aut ſeruitium ali
quod impendant legato uel alij plus ex-
torquent a ſubditis quam ſoluant. & eo-
rum dānis lucrum ſectantes quærunt præ
dam potius quam ſubſidium in ſubiectis.
ut ſupra de cenſi. quia plerique. ¶ Incen-
diarius eſt qui domos alienas arbores uel
ſegetes incēdit igne appoſito ex odio uel
uindicta. ut 12. q. 2. cum deuotiſſimam. &
23. q. 8. peſſimam. qui ſecundum cano-
nes eſt excōmunicatus ipſo iure ſi eccle-
ſiam uel locum religioſum uel cœmite-
rium. uel ea quæ ſunt in ſpacio priuile-
giato. ut 17. quæſtio. 4. ſicut antiquitus.
incenderit uel effregerit. & de talibus in-
cendiarijs & effractoribus loquuntur iu-
ra illa infra de ſen. excom. conqueſti.
11. quæſtio. 3 canonica. poſtquam autem
tales incēdiarij fuerint per eccleſiæ ſen-
tentiam publicati pro abſolutionis bene
ficio ad ſedem apoſtolicam ſunt mitten-
di. ut

di. ut infra de ſen. ex tua. Alij incendiarij non ſunt excõmunicati ipſo iure ſed ſunt excommunicandi per ſententiam. ut 13. q. 8. peſſimam. & ca. ſi quis membrorum. Nec ob. 17. q. 4. oẽs. ibi enim Lucius excõmunicauit incendarios ſui temporis. Sed ſecundum leges incendiarius ſi dolo ignẽ appoſuit. & ipſe igne crematur aut capite punitur ut. ff. de incen. naufra l. qui ædes. & l. ul. & pe. ff. de pæ. l. capitalium. §. qui ob inimicitias. fortuita tamen incendia ſi tamen euitari non poſſent cum per negligẽtiam eorum apud quos ortæ ſunt dãno uicinis fuerunt ciuiliter excommunicentur: ut qui iactura affectus eſt damni diſceptet uel modice uindicetur ut ibi. &. ff. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam, cum tribus. ſeq. §.

## Summarium

1 *Furtum quid ſit, & in quibus rebus committatur, & qualiter à furto quis excuſetur.*
2 *Furtum unde dicitur.*
3 *Furtorum ſpecies.*
4 *Abigei qui dicantur.*
5 *Pœna furti.*
6 *Agere contra furem quot modis quis poſsit.*
7 *Orandum non eſt pro occiſis in furto.*
8 *Furti quis teneatur.*
9 *Neceſsitas an excuſet a furto.*
10 *Mulier an excuſetur a fornicatione neceſsitate famis commiſſa.*
12 *Homicida ad ſui defenſionem an ſit excuſabilis.*
13 *Fur ſemper eſt in mora, & interitu rei non liberatur.*
14 *Fur rem cum fructibus perceptis & qui percipi poſsunt reſtituere tenetur.*
15 *Fur an repetat expenſas in melioratione rei furtiuæ factas.*
16 *Fur reſtituens rem deteriorem non liberatur etiam ſi res perit, æſtimatio debetur.*
17 *Furti actio datur, contra hæredes proportione.*
18 *Vxor an in rebus mariti furtum committat. & qualiter maritus contra eam agat.*
19 *Præſtans uxori opem ad furandum marito furti tenetur.*
20 *Serui & filij an furtum committant in rebus dominorum & parentum.*
21 *Actio furti eſt famoſa.*
22 *Præſes prouinciæ nõ poteſt efficere ut furti dãnatus non ſequatur infamia.*

### ¶De furtis. Rubr.

DIctum eſt ſupra de rapto. ſed quia omnis raptor fur. eſt. ideo recte dictum eſt raptorem improbum furem eſſe. ut inſti. ui bo. rap. in prin. & quia dominus in lege ſub eadem prohibitione rapinam & furtum prohibuit ut 14. q. 5. pœnale. Ideo hic conſequẽter de furtis agitur. ¶Videamus igitur quid ſit furtum. unde dicatur. de qua re fiat quæ furti ſpecies, & quæ pœna.
1 ti ſpecies, & quæ pœna. ¶†Furtum eſt cõtrectatio fraudulosa inuito domino alienæ rei mobilis & corporalis quæ fit animo lucrãdi, gratia rei uel poſſeſſionis uel uſus. ut. ff. eo. ti. l. 1. Ideo autem ponitur in diffinitione contrectatio. quia ſine ea furtum non ſit. licet uoluntas uel uerbum interueniat uel ſcriptura. ſola enim cogitatio furti faciendi non facit furẽ. ut. ff. eod. tit. l. 1. neque uerbum ſeu ſcriptura. ut. ff. eo. ti. l. ſi quis uxori. §. in uerbo. & l. inficiendo. & . l. falſus. §. ſi qui ſui. Ideo autẽ dicitur fraudulosa. nam ſi quis aliquo errore ductus ſuam rem eſſe æſtimans & imprudens iure eo animo rapuit quaſi domino liceat rem ſuam etiam per uim auferre a poſſeſſore furti non tenetur. ut inſtitu. ui bo. rapt. §. quia tamen. Inuito domino ideo dicitur. quia ſi credit dominũ permiſſurum & ſubeſt iuſta cauſa credendi etiam ſi non erat conceſſurus. non tenetur. Si aũt non ſubeſt iuſta cã credendi hic tenetur. ut. ff. e. ti. l. ſi is qui rẽ. Si tamẽ putat facere domino inuito & faciat eo uolente peccat mortaliter & facit furtum nec agitur furti. ut. ff. eodem titu. l. inter omnes. §. pe. Rei alienæ ideo ponitur quia rei quæ pleniſſimè mea eſt non factio furtum, nec teneor furti actione, ſecus ſi alius habet rem, mecum com-

munem.ut.ff.eod. titul.l.ſi ſocius.Si uero alius in re mea ius habeat, puta quia creditor uel bonæfidei emptor. facio quidem furtum & teneor actione furti ſed res non eſt furtiua. ut.ff.eodem titu. l.cum res.§.1.&.l. ſi is qui rem pignori. in princip.&.ff.de uſucap.l.ſequitur. §. ſi rem. Mobiles & corporalis ideo dicitur. quia in rebus immobilibus & in rebus incorporalibus furtum committi non poteſt. quia propter ſui immenſitatem & incorporalitatem contractari non poſſunt ut inſti de uſucapio. §. quod autem. quia incorporalia tradi uel tractari non poſſunt. & ideo nec contrectari ut.ff.de ac. re.do.l.ſeruus.§. incorporalis. Apponitur autem lucrandi animo. quia ſi quis alienam ancillam meretricem rapuerit uel celauerit non lucri ſed libidinis cauſa non committit furtum. ut.ff. eodem titulo.l.uerum. Item ponitur in diffinitione gratia rei poſſeſſionis uel uſus. & ponit hæc tria lex.ff. eodem titulo.l.1. quia quandoque non ratione rei uel poſſeſſionis ſed ſolius uſus cauſa rem alienam contrectat quis. ut.l.diſt.qui ſacrum
2 &.ff.eod.tit l.qui iuramenta. ¶ † Dicitur autem furtũ à furno, ideſt nigro. eo quod clam & obſcurè & plerũq; de nocte fiat. uel a fraude, uel a ferendo, ideſt auferendo. ut.ff.eod.ti.l.pri. ¶De qua re fiat furtum ſatis patet per ea quæ in diffinitione
3 dicta ſunt. ¶ † Furtorum duæ ſunt ſpecies. nam aliud manifeſtum. aliud non manifeſtum. Manifeſtum cum quo depræhenditur fur antequam ueniat ad locum deſtinatum. Non manifeſtum cum quo fur non deprehenditur.ut.ff.eod.l.2.& 3. ¶ Item furtorum quædam remanent in nomine generali. quædam tranſeunt in nomen ſpeciale. uerbi gratia. Furtum rei ſacræ dicitur ſacrilegium. furtum reipublicæ dicitur peculatus.ſ.cum quis de pecunia ſacra. religioſa publica uè aufert. intercipit. uel in rem ſuam uertit. ut. ff.
4 ad le.Iu.pec.l.prima. † Sed & qui pecora ex paſcuis uel ex armentis ſubtrahunt fures ſunt. ſed abigei uocantur. ff.de abige. l.1 §.1. Item qui liberum hominẽ ſciens uendit uel emit uel donat furtum committit.ut infra eod.c.1.& tamen dicitur committere plagium.ut.ff. ad le.fauiá de pla-
5 gia.l.1.&.l.lege fauia. ¶ † Pœna furti duplex eſt cum ciuiliter agitur. Nam furti manifeſti pœna eſt in quadruplum. non manifeſti in duplum ut inſti.de obli.quæ ex delic.naſ.§. pœna. Sed ſi criminaliter agatur pro furto quis non moriatur. nec aliquid abſcindatur. ſed alirer caſtigetur ut in autẽ.ut nul.iud.§.ul.coll.9.&. C.de furt.& ſeruo.cor.in auten.ſed nouo iure. Quod uerum eſt ſi occultè & ſine armis commiſſum ſit crimen. Nam uiolenter aggredientes aut cum armis aut ſine armis. aut in domibus. aut in itineribus aut in mari. legalibus pœnis ſubijcientur. ut in eodem autẽ.ut nul iudi. Legales ſunt pœnæ quæ habentur.ff.de pœn.l.capita-
6 lium. §.craſſatores. &.§.famoſus. ¶ † Et eſt ſciendum quòd tribus modis agitur contra furem. ciuiliter ad pœnam pecuniariam. criminaliter ad pœnam legalem ut dictum eſt. & conditione furtiua ad rem ſubreptam. nam furti actio pœnam petit legittimam conditio rem ipſam ea res facit ut neque furti actio per conditionem neque conditio per furti actionem conſumatur. ut.ff. de con. fur.l.ſi pro fure.§.furti. Et eodem modo ſi quis agit criminaliter pro furto poterit iterum agere ciuiliter. & è conuerſo. ut.C.quando ciui. actio præiudi. cri.l.1.
7 &.ff.de furti.l.ulti. ¶ † Et notandum quòd ſi fures occidantur in furando uel prædando. non eſt pro eis orandum. ut infra eod.ti.fures.Et eſt ratio quia præſumitur quòd decedant in peccato mortali.ut 23. q.5.placuit 88.di.neque 13.q.2.pro obeũ
8 tibus. ¶ † Tenetur autem furti non ſolum is qui furatur. ſed & is qui opem furi uel conſilium dedit. Conſilium dat qui perſuadet, impellit, & inſtruit aliquem ad furtum faciendum, opem fert qui miniſterium & adiutorium præbet ad ſurripiendas res. ut inſti.eodem titulo.§.interdum ff eod. ti.l.in furti actione.§. recte. & tenetur furti non manifeſti. ut.ff.eod.tit.l. is qui opem, non tamen de conſilio quis

tenetur

tenetur niſi furtum ſecutum ſit. ut. ff. eod. ti. l. is qui. §. ſi tu. Item qui cum fure parti tur fur eſt. Sed & ille reus eſt qui furti cõ ſcius domino quærenti non indicat. ut in fra eod. qui cum fure. Quod uerum intel- ligo quo ad deum & quo ad peccatum. non quo ad legem humanam. ſecundum quam poteſt quis accipere pecuniam pro indicio nec turpiter accipit. ut. ff. de con- di. ob. tur. cau. l. 3. §. ulti. quod ſi debitum eſſet indicare. repeteretur quod pro in- ditio datum eſſet. ut. ff. de condi. ob turp.
9 cau. l. ulti. ¶ † Excuſatur autem fur ſi pro ne ceſſitate famis furetur cibaria ueſtem uel pecus. ut de con. di. 5. diſcipulos. ſecus ſi non eſſet extrema neceſſitas. tunc enim attenuaretur delictum non tamen excu- ſaretur omnino. ut infra eod. titu. ſi quis per neceſſitatem. Quidam tamen dicunt quòd nulla neceſſitas excuſat omnino. arg. 12. q. 2. fraternitas. Sed puto proba- bilius quòd omnimoda excuſatio ſit ſi ex trema neceſſitas furari compellat. quia tempore neceſſitatis omnia ſunt commu nia. ut 42. di. c. 1. 12. q. 1. dilectiſſimus 23. q. 7. quod autem. ff. ad le. Ro. de iact. l. 1. §. idem. & 47. diſt. ſicut hi qui per infa- miam. Qui autem in tali ſtatu furatur de- bet credere dominum permiſſurum quan do furtum non committitur. ut inſti. de
10 ob. quæ ex deli. naſ. §. furtum. ¶ † Sed quæ ritur quare quis excuſetur a furto ratio- ne neceſſitatis. & mulier non excuſatur a fornicatione quam famis neceſſitate cõ mittit. ut. ff. de ritu nup. l. palam. §. nõ eſt ignoſcendum communes ut dictum eſt.
11 quod in mulieribus non contingit. ¶ † Itẽ quæritur quare quis excuſetur ab homi- cidio in neceſſitate. hoc eſt in ſui defen- ſione commiſſo. non autem mulier a for- nicationi. ut dixi. Reſpondeo qui aliũ ag greditur animo occidendi ſi occiditur. ip- ſe quodammodo ſe occidit. & ideo alius excuſatur. ar. ad hoc. ff. ſi quadr. pau. fe. di
13 ca. l. 1. §. cum arietes. ¶ † Eſt autem ſcien- dum quòd fur ſemper eſt in mora. & ideo non liberatur interitu rei. ſic nec uiolen- tus. ut C. de furt. l. ſubtracto. C. quod me. cauſa. l. 1. Quod uerũ eſt niſi res intereat

poſtquam fur eam reſtituendam domino obtulit congruo tempore & loco. ut. C. de condi. fur. l. ulti. & . ff. eo. tit. in re furti- ua. 2. ℞. ff. de ſolu. l. ſi ſoluturus. & . ff. de
14 uſufruct. l. mora. ¶ † Reſtituat autem fur rem furtiuam cum fructibus perceptis & qui percipi potuiſſent à poſſeſſore priore ut ſupra de reſtitu. ſpo. grauis. ff. de rei uẽ
15 di. l. ſi nauis. §. generaliter. ¶ † Sed quid ſi fur rem furtiuam ſuis ſumptibus me- liorauit nunquid expenſas repetet. Re- ſpondeo non. imò nec eis qui a fure ma- la fide emit. ut ſupra de reb. ecci. non a- lie. ad audientiam 16. q. 3. uniuerſos. 10. q. 2. hoc ius porrectum in fin. niſi ſibi de euictione proſpexit. ut tunc contra ſuum actorem poſſit habere regreſſum. ut. C. de euict. l. ſi fundum bonæfidei. aut repe- tit expenſas, ut ſupra de in integr. reſtit. requiſiuit. 12. qu. 2. uulterane. in auten. de non alien. aut permut. rebus eccl. §. ſi
16 quis igitur. colla. 2. ¶ † Item fur. non li- beratur ſi rem reddat deteriorem, & ſi res perijt fiet æſtimatio eius temporis in quo plus ualuit a tempore furti. ut. ff. de condit. fur. l. in re furtiua. §. ſi ex cauſa.
17 ¶ † Item hæres furis inſolidum tenetur niſi quatenus ad eum peruenit ſi ſolus fue rit hæres ſi autem fuerint cohæredes qui libet tenetur pro ea parte pro qua hæ- res exiſtit. ut. ff. de condi. fur. l. in condi- tione. dum tamen intelligas quod ſi res furtiua ad unum peruenerit tota. tũc non tenebitur reſtituere pro parte ſed totam.
18 ut. ff. commo. l. 3. §. hæres. ¶ † In ſumma notandum eſt quod uxor in rebus mariti furtum committit. ſed uir contra eam non agit actione furti ſed actione in fa-
19 ctum † qui tamen uxori opem præſtat ad furandum marito furti tenetur. ut. ff. eo- dem titul. l. ſi quis uxori. & . C. rerum a-
20 mo. l. 2. † Item ſerui & filij furtum com- mittunt in rebus dominorum & paren- tum. ſed contra eos furti non agatur niſi ſeruus poſt manumiſſionem rem contra ctet. ut. ff. eodem titul. l. ſerui & filij. & in ſtit. de obli. quæ ex delic. naſ. §. hi autem Furtũ autem non ſolum in maioribus ſed etiam in minoribus iudicatur. non enim quod

quod furto ſublatum eſt ſed mens furan-
21 tis attenditur. ut.24.q.6.c. ulti. † Famoſa eſt actio furti. ut inſtit.de pœna te. liti.§.
22 ſed furti.† & in tantum ut præſes prouinciæ non poſſit facere ut damnatum furti non ſequatur infamia. ut.ff. eodem titu.l. non poteſt.

## *Summarium*

*1 Vſura quid ſit.*
*2 Mutuum quid ſit.*
*3 Differentia inter uſuram & pœnam promiſſam.*
*4 Vſura unde dicitur.*
*Pecuniæ nomine totum continetur quod homines habent.*
*5 Vſura in quibus rebus committatur,*
*Mutuum in quibus contrahatur.*
*6 Vſurarum ſpecies quot ſint.*
*7 Fœnus exercens an infamia notetur.*
*8 Vſuræ ueniunt ex mora.*
*9 Vſura in quibus caſibus petatur de iure canonico.*
*10 Vſurarij à quibus compellantur uſuras reſtituere.*
*11 Iudex contra uſurarium manifeſtum quamuis non accuſetur, procedere debet.*
*12 Clericus ab uſuris non deſiſtens, ab officio & beneficio ſuſpenditur.*
*13 Vſura centeſima, & uſura ſextupla.*
*14 Vſuræ omni iure ſunt prohibitæ.*
*15 Vſurarius quilibet uel eius hæres in iudicio animæ tenetur totum reſtituere quod exactum eſt.*
*16 Actione qua agi poßit contra uſurarium uel eius hæredes ſi fenebris pecunia conuerſa eſt in prædiorum emptionem.*
*17 Creditor ſi de pecunia fenebri emit poſſeßiones & uendidit, & ex illa pecunia alias emit, an idem iuris erit in iſtis ſecundis rebus quod in primis.*
*18 Poſſeßio eſt empta de fenebri pecunia ſi tranſeat in alium nunquid is qui pecuniam ſoluit habeat, idem beneficium contra alium extraneum poſſeſſorem, quod habet contra uſurarium uel eius hæredem.*
*19 Res empta & fenebri pecunia ſi perueniat ex titulo lucratiuo ad eum qui ſoluit uſuras, an is ad quem prius ex ſimili cauſa peruenerit res eadem, liberetur, ut contra eum agi non poßit.*
*20 Vſura an committatur ſi qui mutuat cum pacto quod ſibi alia uice mutuo detur.*
*21 Vſurarius reſtituens partem fenebris pecuniæ an liberetur, ſi debitor à quo exegit. aliam partem ſibi remittat.*
*22 Pœna adiecta in contractu mutui. quando præſumatur in fraudem uſurarum.*
*23 Repeten. uſuras an ſit audiendus niſi reſtituat per ſe extortas, & quid in hoc caſu iudex facere debeat, ſi dicat ſeparatum eſſe reſtituere ſi quis petat.*
*24 Pecunie uſurariæ cum non inuenitur is à quo exacta eſt, uel eius hæres, quid ſit agendum.*
*25 Literæ ſi obtentæ ſunt contra uſurarium, & is reintegra moritur, an poßit eius hæres per eas literas conueniri.*
*26 Iurans ſe ſoluturum uſuras poteſt ſoluere & ſolutum repetere.*
*27 Iurans non repetere uſuras nec denunciare, an teneatur iuramentum obſeruare.*
*28 Exigens alieno nomine uſuras, an illas reſtituere teneatur.*
*29 Vſuras committere quando quis dicatur, & num.30.31.32.33.& 34.*
*35 Prælati ſubſcribentes ſe contractibus, uſurariorum an peccet & intelligantur illos approbare.*
*36 Sigilla prælatorum faciunt inſtrumenta autentica.*
*37 Pecunia traiectitia quæ dicatur.*

## ¶DE VSVRIS. Rub.

DIctum eſt ſupra de rapinis & furtis, ſed quia parum uel nihil intereſt quo ad reſtitutionis legem inter furtum & rapinam & uſuram. ut.14.q.4. ſi quis uſuram, quia ſicut unum ſubiacet reſtitutioni. ſic & reliquum. ſicut nõ multum intereſt quo ad periculum animę iniuſtè detinere ac inuadere alienum. ut ſupra de reſti. ſpo. ſæpe cõtingit, Ideo poſt tractatus illos ſubijcitur hic rubrica de uſuris.¶ Videamus igitur quid ſit uſura. unde dicatur. quæ ſint eius ſpecies. in quibus

bus caſibus permittantur uſuræ. qualiter uſurarij etiam hæredes eorum compellā-
1 tur ad reſtitutionem uſurarum. ¶ † Vſura eſt quicquid ſorti accedit. ut. 14. q. 4. plerique. In hæc deſcriptione addo intentione præcedente uel pacto. ſola enim ſpe uel expectatione uitium contrahitur uſurarum. ut infra eodem. c. 1. & c. conſuluit. 14. quæſt. 3. ſi fenerarius. Quod intelligo uerum eſſe cum cauſa mutuandi principaliter ponitur in ſpe uel expectatione lucri ſiue emolumenti. aliter ſi non principaliter propter hoc moueatur mutuator ad mutuādum ſed ob charitatem & dilectionem. ſecundario autem ſperat de aliqua retributione. non puto hoc uitioſum ar. ad hoc. 76. diſt. in ſingulis. 58. di. ſi officia. 61. diſtin. quod perderit cum enim quis mutuum dat liberaliter ſcit uel ſcire debet debitorem ſibi naturaliter obligari ad antidota. ut. ff. de peti. hære. l. ſed & ſi. lege commiſſoria. §. conſuluit ſupra de teſta. cum inofficijs, & ideo de retributione ſperare poteſt & non ſperare non poteſt. & ſimile. 1. q. 1. quam pio. & ſupra de ſimo. tua. Vel ſi dicatur ſimpliciter & indiſtinctè ſola ſpe committi uitium uſurarū dico quod ad purgationem delicti non eſt opus reſtitutione eius quod ſic ſorti accedit. ſed ſufficit pœnitentia. ſicut pœnitentia ſola purgatur ſimonia tantum animo commiſſa. ut ſupra de ſimo. c. ulti. Pacto præcedente ideo in deſcriptione adieci. quia ſi ſine pacto gratis & liberaliter. maximè poſt debitum ſolutum debitor quondam offerat creditori uitium non inducit. nullam enim oblatio ſuſcipienti culpæ machulam ingerit quæ non ex ambientis petitione proceſſit. ut. 1. q. 2. ſicut. Sorti ideo dixi ut notem contractum mutui. nam & ſi ex re locata aliquid detur uel accipiatur non dicitur uſura. nec eſt uſura. ſed merces quæ rei locatæ accedit. nam rei locatæ dominium retinetur. ita quod conductor quæſtionem de proprietate referre non poteſt. ut. C. de pig. ac. l. nec creditores. ſed in mutuo dominium
2 trāſit in debitorem. † nam mutuum eſt de meo fit tuum. ut. ff. de reb. credi. & ſi certum petatur. l. mutuum. §. appellata eſt. Et ideo quia periculum rei locatæ ad locatorem ſpectat periculum autem mutui ad debitorem pertinet conuenitur merces & exigitur non uſura. ut. ff. de rei uen. l. ſi na-
3 nis. ¶ † Sed quæritur quicquid ſorti accedit eſt uſura ut in deſcriptione dictum eſt. quæ ergo erit differentia inter uſuram & pœnam cum pœna conuentionalis, pœna canonica & illa quæ uenit loco intereſſe poſſit exigi ſecundum canonicas ſanctiones. ut dicam infra de pœ. Reſpondeo uſura datur per menſes uel annos. ut. C. eod. tit. in auten. ad hoc. pœna ſi non fiat quod conuenit ut infra de pœ. conſtitutus. Vel aliter pœna ſoluitur. quia non fit quod cō uenit. uel quia non ſoluitur quod debetur Vſura uerò præſtatur ut ſors nō ſoluatur. ſed ſortis ſolutio differatur. ut infra eod. ti. conſuluit. Vnde uſura cum pœna aliquando contrariæ uidentur imo aliquando uſura excludit pœnam ut. C. de iure do. impe. l. 2. quandoque excludit ipſum debitū. ut. ff. depoſiti. l. ſi homine. §. quoties.
4 ¶ † Dicitur autē uſura quaſi uſus rei. quia ob uſum rei datur. ideſt pecuniæ. Vel dicitur uſura, quaſi uſu rea ideſt uſus eris ideſt pecuniæ & hæc expoſitio ad idem recidit cum priori. Pœcuniæ uerò nomine continetur totum quod homines habent. ut. 1.
5 q. 1. totum. † ſed uſura non committitur niſi in contractu mutui de quo hic agitur. Mutuum autem contrahitur in his rebus quæ conſiſtunt in numero pondere & mēſura, ideſt in his quæ numerari ſolent & ad numerum dantur ut moneta, & quæ ſolent ad pondus dari. ut æs, argentum & aurum, uel quæ ad menſuram ut frumentum uinum & oleum, ſed nihilominus pter has res committitur uſura. nam ſi tibi mutuem aliquid ex his quæ conſiſtunt in numero. pondere uel menſura. & tu mihi conuenias pro uſura equum ueſtem uel prædium uel quicquid aliud quocunque nomen ei imponens uſura eſt. ut. 14. quæſtio. 3. plerique. unde non placet quod not. frater Ray. in ſumma ſua in eodem titulo qui dixit. non dicitur fieri uſura niſi in his rebus in quibus fit mutuum

mutuum ſcilicet quæ conſiſtunt in nume ro pondere uel menſura inſti. qui mo. re contra. ob.in princ. ¶†Duæ ſunt ſpecies
6 uſura . una eſt ſpiritualis & æqua . altera corporalis & iniqua. Pr.mum fænus aſpi cere & exercere debemus ut quod hic mi ſericorditer tribuimus à domino multi- pliciter & imperpetuum tributa manſura recipere ualeamus . ut 46. diſt. ſicut non
7 ſuo.† Sed ſecunda ſpecies ſubdiuiditur.Eſt enim fænus ſortis.& fænus fænoris . qui ſecunda ſpeciem exercet etiam ſecundũ leges ipſo iure notantur infamia ut. 3. q. 7. §. tria. Sed ſecundum iura canonica in utraque ſpecie ipſo iure infamia irroga- tur. cum in utraque committatur pecca tum mortale.ut 6.q.1.infames . Veniunt uſuræ ex pacto ut ſuperius dixi . ueniunt & ex mora uel quaſi mora ſecundum le-
8 ges. † Mora fit iure communi uel ſpecia- li. Fit mora iure commuui cum quis ma- ior. 14. annis . ut.ff. de uer. oblig. l.ſi pu- pillus. interpellatus congruo loco & tem pore. ut. ff. de ſolu. l. ſoluturus . uel per diei appoſitæ lapſum.ut.ff. de uer. obli.l. ſi fundum. C. de contrahen.uel commit. ſti.l. magna.&. §. de loca.& conduc. po- tuit.uel per lit. conte. ut.ff. de uerbo. ob- li. l. ſi ex legati cauſa. cum intelligat ſe debere uel intelligere debuit ut.ff.de reb. credi. & ſi certum peta. l. quod te,nec o- miſſa ſit repetendo rei inſtantia ſiue cau- ſa diſtulit rei ſolutionem uel præſtationẽ. ut.ff.de uſuris.l. mora.&.l.ſciendum.Hæc mora facit currere uſuras in contractibus bonæ fidei uel legatis & bonæ fidei com miſſis. ut.ff. de uſu.l.mora.§. in bonæ fi- dei.&. ff. de leg.2.l. ſi quis ſeruo.&.l. ſo- lidum.1.R.quia licet legata ſint ſtricti iu ris. in hoc tamen caſu æquiparantur bo- næ fidei contractibus. ut.C.in quibus cau ſis non eſt neceſſaria in inte. reſti.l.mino rum. Sed nunquid ſecundum iura canoni ca hæc procedunt. Reſpondeo non niſi
9 uſura pro intereſſe petatur ¶†Et ideo ſciẽ dum eſt. quam in 7. caſibus uſura ſecun- dum iura canonica licite petitur . Primus eſt cum laico beneficiũ aſſignatur & lai- cus malè tenet . poteſt enim eccleſia uel perſona eccleſiaſtica in pignore illud re- cipere nec fructus computabit in ſortem. ut ſaltem hoc modo res eccleſiaſtica de manu laici redimatur ut 1.e.c.1.& c. con queſtus. Secundus caſus cũ fideiuſſor ſol- uit debitũ & uſuras forte quia iurauit tũc exigere a debitore ut ſupra de fideiuſſo.cõ ſtitutus. Tertius cum petitur uſura cano- nica hoc eſt pœna canonis quæ poteſt exi gi ultra fortẽ ut 12.q.2. in legibus.Quar- tus cum petitur uſura non tanquam uſu- ra ſed tanquam intereſſe. ut in contracti- bus bonæ fidei de quibus ſuperius dictum eſt & tunc non petetur quaſi uſura ſed qđ interſit moram adhibitam non fuiſſe. ut. ff. pro ſocio.l. ſocium . Sed hoc intelligo cum intereſſe eſt intra rem uel cum peti- tur cauſa damni uitandi non lucri captã- di. ut.ff. de ac. emp. & uen.l. ſi ſterilis.§. cum per uenditorem . Et ideo caute dixit canon incrementa ſuſceperit.ut 14.q.4.ſi quis oblitus . Quintus in contractu loca- tionis in quo licitè recipitur aliquid ul- tra ſortem ideſt . ultra id quod datur . ut dixi.ſupra.§. 2. Sextus ratione incertitu- dinis. ut infra eo.titu.cum in ciuitate.Se- ptimus cum poſſeſſiones a ſacro uel gene ro ſunt pro numerata dote pignori obli- gatæ. nam tunc fructus non computantur in ſortem ut infra eo.tit.ſalubriter. Et hu ius ultimi caſus eſt ratio,quia dos ad hoc conſtituitur ut onera matrimonij ſuſten- tetur . ut ſupra de dote poſt diuor. reſti. per ueſtras. Vnde cum pro pecunia dota- li prædium obligetur ſicut ex aliquo ho- neſto lucro pecuniæ ſuſtentarentur one- ra matrimonij ut dicit illa per ueſtras. ſic & ex fructibus prædij quod in locum pe- cuniæ ſuccedit. ut infra eo.c. cum tu in fi. &.ff. de leg.2. l. Imperator , in fi.& l.ſe-
10 quenti. ¶†Compelluntur uſurarij reſti- tuere uſuras à iure & à iudice . A iure ſic quia ſi fuerunt uſurarij manifeſti . ius eos excommunicat quo ad tria . quia nec ad communionem admittuntur altaris, nec eorum oblationes dicunt recipi . & ſi de- ceſſerint eis non dabitur eccleſiaſtica ſe- pultura . ut infra eod.titu. quia in omni- bus . & de his omnibus agitur in literis domini

domini papæ. cum dicat eos ad reſtituen
dum quicquid ultra ſortem perceperunt
per pœnam in Lateranen. conſilio con-
tra uſurarios editam compellatis. De hac
triplici pœna iuris intelligendum eſt, de
qua ſuperius dixi. Vnde iudex cui ſic ſcri-
bitur. compellatis uſurarios ad reſtitutio
nem uſurarum per obſcurationem conſti-
tutionis illius pœnas in ea editas exequē
do. Compelluntur & à iudice. quia ſi
hoc meruerit proteruitas contumacis ad
aliam pœnam procedet. ut ſupra ut lite
non conteſta. quoniam frequenter, in fi.
nam excommunicabit excommunicatio-
ne maiori. ut infra eodem titul. quoniam,
non ſolum, præterea. ut ſupra de iureiu.
ad noſtram. Item compellentur & alio
modo licet indirectè. quia ſi ipſi ab alijs
uſuras repetant quas ſoluerint. repellen-
tur niſi & ipſi reſtituant quas ab alijs exi-
gerunt. ut infra eodem titul. quia fruſtra.
Item compelluntur & hæredes uſurario-
rum reſtituere uſuras quas exigerunt de-
functi. ſiue ſint filij ſiue extranei. ut in-
fra eodem titulo tua nos. &.c. michael.
11 † Item quid ſi certum eſt & notorium ali
quem fenebrem pecuniam exegiſſe. &
conſtat quod debitores qui perſoluerunt
non remittunt, ſed repetere non audent
propter potentiam exactorum Reſpon-
deo aliquo denuntiante uel nullo. eccle-
ſia ex officio ſuo procedet & ad reſtitu-
tionem compellet. ut. 1. eodem titul. cum
12 in diœceſi. † Clericus autem compellitur
ceſſare ab actione uſurarum per ſuſpenſio
nem ab officio & beneficio. ut infra eod.
titul. præterea. & ſi ceſſauerit poterit di-
ſpenſari cum eo ut non deponatur & ſic
intelligo 67. diſtin. epiſcopus. 14. q. 4. c. 1.
Nam de rigore iuris poterit deponi. ut.
47. diſt. quoniam. 14. quæſt. 4. canonum ſi
13 quis oblitus. &.c. quenquam. ¶ † Eſt autem
ſciendum quod quædā uſura uocatur cen-
teſima. illa ſcilicet quæ infra annum ſor-
ti æquiparatur. quædam uocatur ſexdupla
à ſex quod eſt totū & plica quod eſt pars
ſiue medietas. quæ etiam alio modo dici-
tur æmilia ab emi quod eſt medium &
olon quod eſt totum. & eſt illa uſura quæ
totum continet & medietatem totius ut.
14 47. di. quoniam. ¶ † Quæritur an uſure poſ
ſunt peti de iure ciuili. Et uidetur quod
ſic. ut. C. &. ff. de uſuris. Sed contrarium pu
to uerius per auten. de eccl. titul. col. 8.
quæ lex poſterior eſt prædictis. & in ea-
dem dicit Iuſtinianus ſe quatuor genera-
les ſynodos in omnibus ſeruare. ſcilicet
Nicenam & Conſtantinopolitanam.
Epheſinam & Calcedonen. Nicena pro-
hibet uſuras. ut. 47 diſtin. quoniam mul-
ti. Sed ad illum canonem & alium ſimi-
lem. 47. quoniam multi. reſpondent qui-
dam legiſtæ quod canones prohibent uſu
ras clericis non laicis. Sed certè quamuis
de clericis loquantur. authoritas tamen
quæ ex ſacra ſcriptura inducitur generalis
eſt & locum habet tam in laicis quam in
15 clericis. † Item in iudicio animæ tenetur
quilibet uſurarius uel eius hæres totum
reſtituere quod exactum eſt, ſed ſi non ſit
ſoluendo nihilominus remanet obligatus
& promittet confeſſori ſuo ſoluere cum
ad pinguiorem fortunam deuenerit. nam
hoc commune eſt in quolibet debitore
qui ſoluendo non eſt. ut ſupra de ſolutio-
ni. Odoardus. eo tamen ſaluo quòd is qui
ceſſit bonis ſi poſtea aliquid acquiſiuerit
condennatur in iudicio corporum in quā-
tum facere poteſt. ut. ff. de ceſſio. bo. l. 4.
ideſt habita ratione ſui ne egeat. ut ff.
de re. iur. l. in condemnatione. ſed in iu-
dicio animæ totum reſtituet & ſi nihil ei
remaneat. quia nec dimittuntur pecca-
ta niſi reſtituantur ablata. ut. 24. quæſtio.
6. ſi res aliena. Ablatum dico ſiue per uſu-
ram ſiue per rapinam, quia hæc ſimilia
ſunt. ut dixi ſupra eodem titulo in prin-
ci. & probatur. 14. quæſtio. 4. ſi quis uſu-
16 ras. ¶ Quid † ſi fenebris pecunia con-
uerſa ſit in emptionem prædiorum, nun-
quid is a quo uſura eſt exacta poterit a-
gere contra uſurarium uel eius hæredes
actione reali. Dixit Alanus quod ſic. &
eſt hoc ſpeciale ut detur actio in rem ad
res emptas de pecunia actoris. ſicut &
alias ſi alius de pecunia emerit res meo
nomine. ut. C. de rei uen. l. ſi de pe-
cunia. C. de rei uen. l. ſi ut proponis. Et

alibi contingit illud ſpeciale.C. arbi-
trium tu.l.2. Sed hoc non puto uerum i-
mò is qui uſuras ſoluit aget perſonali a-
ctione contra uſurarium uel hæredem e-
jus ad pecuniam. & iudex ex officio ſuo
compellet uſurarium uſuras ſoluere ſi ha-
beat unde ſoluat alioqui compellet uen-
di poſſeſſiones illas & ſatisfacere credito
ri ut infra eodem titul. cum tu.§. poſſeſſio
17 nes.¶† Item quid ſi creditor de pecunia
fenebri emat poſſeſſiones & demum uen-
dat & ex pecunia redacta ex uenditione il
larum emat alias nunquid idem iuris erit
in his ſecundis rebus quod in primis. Re
ſpondeo ſic quaſi res ſecundo loco em-
præ ſuccedant in locum priorum arg. ad
hoc ſupra ut lit.pen.ec.& ſupra de le.2.l.
18 imperator.&.l.actor.¶†Sed quid ſi poſſeſ
ſio empta ex fenebri pecunia tranſeat in
alium nunquid is qui pecuniam ſoluit ha
bebit idem beneficium contra alium ex-
traneum poſſeſſorem quod habet contra
uſurarium uel eius hæredem. ut cogatur
uendere & ſatisfacere agenti. Reſpon-
deo non puto niſi extraneus poſſideat ex
cauſa lucratiua & uſurarius uel eius hæ-
res conuentus & excuſſus inuentus. ſit
non ſoluendo. argumen. inſtitu. de le.§.
ſi aliena.&.ff.de eo per quem factum eſt.
19 l. ex hoc edicto.1. Reſponſo. ¶ † Sed
quid ſi res empta ex fenebri pecunia per-
ueniat ex titulo lucratiuo ad eum qui
ſoluit uſuras, nunquid is ad quem prius
ex ſimili cauſa peruenerit res eadem libe
retur ut contra eum agi non poſſit. Re-
ſpondeo ſic. ut. ff.de ac. & ob.l. omnes
20 debitores.¶ † Quid ſi mutuo tibi tali pa-
cto.ut tu mihi re mutues alia uice. nun-
quid uſura committitur in hoc pacto.Re-
ſpondeo ſic quamuis enim dum tibi mu-
tuo. obligeris mihi ad antidota. & tene-
ris mihi retribuere de eo quod tibi feci.
ut.ff.de peti. hære.l. ſed & ſi lege com-
miſſoria.§.conſuluit. ſupra de teſta. cum
in officijs charitatis illam tamen natura-
lem obligationem reducere in ciuilem
ſpecies lucri eſt. & ideo uſuræ licet alias
licitæ deducantur in pactum ſpeciale id
ad quod aliquis ſine pacto obligatur. ut
ſupra de præben. ſignificauit ſupra de
21 elec. ſignificaſti. ¶ † Quid ſi uſurarius
partem fenebris pecuniæ reſtituat ei à
quo exegit, an aliam partem debitor ſi-
bi remittat. Reſpondeo ſi ex pacto fa-
cta eſt remiſſio. ut per hoc debitor par-
tem aliam rehabeat. non reputo uſura-
rium liberatum quo ad deum & quo ad
eccleſiam. quia uitioſa eſt huiuſmodi re-
miſſio. & ſimile ſupra de ſimoi ueniens.
ſi autem debitor liberaliter remittat li-
beratus eſt creditor. ſicut & non tene-
tur cum debitor liberaliter & ſponte ali-
quid ultra ſortem dat creditori. ut not.
22 ſupra eodem titu.§. 1. ¶ † Item quid ſi
pœna ſit adiectiua in contractu mutui.
nunquid præſumemus fraudem uſurarum
adiectam. Reſpondeo non niſi ex quali-
tate perſonæ creditoris ut ſi conſueuerit
fenerari,& ſic intellige.ff de actio. empt.
& uenditio.l.Iulianus.§. ibidem & ſupra
23 de pign.illo,in fin.¶ † Quid ſi aliquis re-
petat uſuras & excipiatur contra eum
quòd ipſe repetere non poteſt. niſi re-
ſtituat quas extorſit ipſe uel is cui ſuc-
ceſſit. ut infra eodem titul. michael. ipſe
autem replicet paratus ſum reſtituere ſi
ſit qui petat. quid faciet iudex eccleſiaſti-
cus. Reſpondeo præconizari uel banniri
faciet ut quicunque tali ſoluit uſuras ue-
niet & probet & rehabebit.& ſimile fit a-
lias.5.qu.1.quidam maligni ſpiritus. & ſu
pra de clandeſti.deſpon.cum in tua. Sed
ſi illi negligant aut contemnant uenire
uel actiones ſuas remittant. Reſpondeo
procedet petitio iſtius ſine impedimen-
to exceptionis illius ſed ſi ueniant & pro
bent ſe ſoluiſſe uſuras fiet eis reſtitutio
nec in hoc caſu ſufficit eis pignora dare
uel cautiones ſupra de ſentent. & re iudic.
cum aliquibus ff.de pigno. acti.l. quod ſi
24 non ſoluere. ¶ Sed † quid ſi is a quo exa-
ctum eſt uel eius hæres non ſit ſuperſtes.
nunquid impediatur actoris petitio. an
procedet. Reſpondeo iudex eccleſia-
ſticus pecuniam fenebrem debet pauperi
bus erogare. ut infra eodem titulo cum
tu.& cum hoc factum fuerint petitio pro
cedet alias non, Et idem puto ſi uiuat &
neſcitur

neſcitur ubi ſcit. uel ſcitur. ſed ad eum mitti non poteſt. tunc enim propter impoſſibilitatem uel difficultatem reſtituendi ei a quo exactum eſt diſtribuetur pauperibus. ut ſupra de iudæ. cum ſit. Cæterum ſi de illius aduentu ſperetur. tunc pecunia deponetur & conſignabitur ut alias. C. de uſu. accepta. Et ſic pecunia uſuraria inter pauperes diſtributa uel diſpoſita uel conſignata ſeu ei à quo exacta eſt reſtituta uel eius hæredi ſiue procuratori quem abſens dimiſit procedetur in petitione actoris. alioqui eadem repelletur ut dictũ

25 eſt. ¶ † Quid ſi literæ obtentæ fuerint contra aliquem uſurarium & is re integra moriatur. nunquid poterit eius hæres per eaſdẽ literas conueniri. Videtur quod ſic. quia hæredes ea diſtrictione ſunt cogendi ad reſtituendas uſuras qua parentes ſi uiuerent cogerentur. ut infra eodẽ. tua nos. ar. ad idem ſupra de iu. quia. vv. Sed puto contrarium per decre. ſupra de reſcri. ſignificauit. Nec obſtat illa decre. tua, quia quod ibi dicit in ordinario locũ habet. Nec obſtat alia quia vv. nam illud

26 eſt auctoritate ſecundi reſcripti. ¶ † Quid ſi debitor iurat ſoluturum uſuras. Poteſt ſi uult ſoluere & ſolutum repetere. ut ſupra de iureiuran. debitores. poteſt ſi uult implorare ſe abſolui. ut ſupra de iureiur.

27 ex adminiſtratione. ¶ † Quid ſi iurauit nõ repetere nec denunciare. Dico iuramentum temerarium eſſe. quia per hoc præcluditur uia ad pœnitentiam ut ſupra de

28 iureiur. quemadmodum, in fine. ¶ † Item quid ſi quis alieno nomine uſuras exegit. utpote. tutor. curator. procurator. Reſpondeo ſicut nõ ſuo. ita nec alieno nomine debet quis fænus exercere 46. diſt. c. ult. Sed nunquid reſtituere tenetur. Reſpondeo ſic ſi is pro quo exactum eſt ſi non ſoluendo.

29 ¶ † In ſumma nota quod uſuras committit quis ſiue cum ex pacto recipit ultra ſortem ſiue ſine ex intentione ad hoc principali & directa ſiue pro parabola iuramenti danda. ſiue quis merces ſuas maiori pretio uendat ut ad ſolutionem prolixi temporis dilatio detur. ut infra eod. ti. conſuluit, & c. in ciuitate. Item quid ſi quis eunti uel nauiganti uel eunti ad nũdinas certam mutuat pecuniæ quantitatem recepturus aliquid ultra ſortem pro eo quòd in ſe ſuſcipit periculum pecuniæ quamuis in hoc caſu contrarium uideatur ſicut uideo in eo qui prædium locat. uel equum uel aliud ſimile. qui mercedem recipit. nec uſuraria perceptio reputatur periculi ratione. ſicut nec dominus uſuras ſuæ pecuniæ exigat quas procurator ſub periculo mutuauit. ut. ff. mandati. l. idemque. §. ſi mandauero. nec ſocius à ſocio ſi communem pecuniam proprio periculo mutuauit ut. ff. pro ſocio. l. ſi unus. Sed aliud eſt creditore mutuante pecuniam ſub ſuo periculo. ut infra eodem titu. nauiganti. 1. reſponſo. Et eſt aliud in iſto quam in locatore. creditor transfert dominium. locator retinet res locata uſu deterior redditur. quod in mutuo non contingit ubi eadem pecunia quæ mutuo accipitur redditur ſed alia eiuſdem generis. ut. ff. de reb. credit. & iureiur. l. cum quid. Vbi ergo pecunia ſic nauiganti datur contrahitur nauticum fœnus. & ſic intitulatur rubri. C. & ff. ſi de nautico fenore. Eſt & alias ratio quare in nautica pecunia contrahitur uſura. quia & ſi is pecuniam dat recipiat in ſe periculum, pecuniam tamen ſalua manente habiturus eſt dominus ultra ſortem. quemcunque exitum commercium habeat ſiue debitor lucretur in mercibus ſiue perdat. & ideo uſurarius eſt contractus. Is autem qui pecuniam ſibi dat ut tot ſibi menſuræ grani, uel olei, uel uini tempore meſſum collectionis oliuarum uindemiarum. excuſatur à fœnore ſi probabiliter dubitet an merces ſint plus uel minus eo tempore ualituræ. Et idem ex parte uenditoris cum quis principaliter uendidit merces & tradidit pecuniæ ſolutione dilata. ut in eadem decre. nauiganti. §. 1. & . 2. Sed caueat ſibi quilibet ne magis declinet in extimatione lucri quã dãni ex dilatione. deus enim cor interrogat & non manũ. ut. 14. q. 5. ſi quid inueniſti. cogitationes reſpicit magis quã actus. ut. 15. q 6. ſi ſacerdotibus in fi. ¶ Vis autem dare pecuniam nauiganti uel eunti ad nũ

dinas ſeu alij mercatori ſine peccato po-
ne tu pecuniam & alius operam perſona
lem & pecuniam tantam uel minorem.
plerunque enim quod pecuniæ deeſt ope
ra ſuppletur. ut.ff.pro ſocio.l.5.§.1.& cõ
30 nicetis pericula lucra & damna.¶†Quid
de quibuſdam qui dant pecuniam eccle-
ſijs & ab eis recipiunt certas poſſeſſiones
tenendas toto tempore uitæ ſuæ quibus
utantur & fruãtur in uita ſua & poſt mor
tem ipſorum ad eccleſias redeant pecu-
nia apud eccleſiam remanente. nunquid
licitus eſt contractus. uidetur quod ſic
propter conditionis incertum. ut. C. de
pac.l.1.& dubium mortalitatis euentum.
Nam & aliter propter dubium excuſatur
uſura. ut infra eodem titulo. in ciuitate.
& c.nauiganti. Sed puto contrarium. eo
quod homines ſperant uiuere & ſic tali-
ter contrahentes credunt ſe amplius per
cepturos de poſſeſſionum prouentibus
quam ſit pecunia quam dederunt. Et ſi-
cut in principio dictum eſt ſola ſpe con-
31 trahitur uitium uſurarum. ¶†Sed ſi quis
dederit unam poſſeſſionem eccleſiæ & re
ceperit aliam æqu ualentẽ uſurus & frui
turus utraq; in uita ſua. deinde poſt mor
tem ſuam ambæ ad eccleſiam cum pleno
dominio reuertantur contractus iſte iu-
ſtus eſt. eſt enim contractus precariarũ.
in hoc caſu licet recipere ab eccleſia poſ-
ſeſſionem in duplo ualentem pluſquam
ſua quam confert. Sed ſi ſuam uelit om-
nino in eccleſiam à præſenti transferre
ut ipſe non utatur uel fruatur ea. poterit
ab eccleſia poſſeſſionem in triplo ualen-
tem recipere. ut 10. quæſtione 2. preca-
32 rie. ¶†Quid ſi quis mutuat ueterem an-
nonam. ut reciperet nouam. Reſpon-
deo ſi ideo facit ut meliorem recipiat, uſu
ram committit. ſi autem ideo ne ſua ſi-
bi pereat uel forte ut recipienti gratiam
faciat mutuando. uſuram non commit-
33 tit.¶ † Quid ſi quis pecuniam mutuat re-
cepturus in termino aurum uel argentum
uel alterius generis monetam. Reſpon-
deo ſi ideo facit ut in æſtimatione lucra-
34 tur uſurarius eſt. ¶ † Quid de his qui
tempore uindemiarum & meſſium emũt
uilius frumenta & uina uendant carius
Reſpondeo non committunt uſuram ſed
turpe lucrum nec tenentur aliquibus ad
reſtitutionem, ſed in iudicio animæ tan-
quam male quæſita quæ ex hoc quæſie-
runt debẽt pauperibus erogare. Ad quod
non puto illum teneri qui non hac inten
tione emit. ſed ut domui ſuæ prouideat.
& tandem ex aliqua cauſa partem uendit
& carius. Nam quidquid agant homines
intentio iudicat omnes. Sola uoluntatis
35 forma monetat opus. ¶ † Quid de præ-
latis qui contractibus uſurariorum ſubſcri
bunt & apponunt ſigilla. Reſpondeo par
ticipes ſunt criminis uſurarum & ſi non
commodi. nam ſubſcriptio in multis iu-
ris articulis conſenſum & approbationẽ
inducit ut ſupra de re iud. cum inter uos.
C.ſi cer.pe.l.mutuæ.C. admi.tu.l. ſi non
ſubſcripſiſti.C.de dona.l. non ignorans.
C.de fideiuſſ.l.ſi pater.C.de reb. alie. uel
non.l.2. Sed fateor quod ſi quis inſtru-
mento ſubſcribat non lecto & eius teno-
rem ignoret non approbat nec conſentit
ut.C.plus ualere quod agitur.l.ul.&.ff.de
pign.actio.l.gaius.Sigilla enim prælato-
rum faciunt inſtrumenta autentica. ſupra
de fide. inſtrum. ſcriptura. Per hoc igitur
laici credentes contractus huiuſmodi per
eccleſiam approbari ſecurius peccant. &
ideo de talibus dici poteſt. laqueus iuue-
36 num omnes uos. ut 2. q.7. paulus. ¶†De
nautico fenore ad doctrinam eorum ma-
ximè qui circa leges non ſtudens aliqua
ſub breuitate dicamus. Pecunia quæ nau-
tis datur traijcienda uel tranſuehenda di
citur nautica. quia nautis datur. uel tra-
iecticia. quia traijcitur. Datur autem pe-
riculo creditoris. ut.ff.de nautico feno-
re.l.1.&.l.periculi. Sed hoc locum ha-
bet nauigio ſuſcepto. uel poſtquam na-
uem nauigare conuenerit. ut.ff. de nau.
fe.l.3. Quod uerum eſt niſi aliquid poſ-
ſit imputari debitori ut quia non ſerua-
uit locum nauigij uel quia merces pro-
hibitas tranſportauit tunc enim quia nõ
ex maritime tempeſtatis diſcrimine. ſed
ex magna auaritia uel audacia debitoris
periculum accidit. imputatur debitori.

ut.ff.de nau.fe.l.cum proponas. Sed quã-uis in hoc contractu nautico periculum pecuniæ generaliter reſpiciat creditorẽ ut dictum eſt, a peccato tamen uſurarum creditor ex hoc non excuſatur. ut dixi ſupra eo §.in ſumma.

## *Summarium*

1 *Falſitas quid ſit.*
2 *Falſum quibus modis committatur.& num. 5.& 6.*
3 *Falſi pœna quæ ſit.& nu.6.*
4 *Aduocatus & procurator an teneantur de falſo.*
5 *Falſum non committitur ſine dolo.*
7 *Falſarij literarum Papæ & aliorum prælatorum uel publicorum inſtrumentorum, qualiter puniantur.*
8 *Pœna falſi qualiter euitetur.*
9 *Raſura an inducat falſitatem.*
10 *Inſtrumento quando dicuntur ſuſpectu de falſitate.*
11 *Inſtrumenta quibus modis probentur falſa.*
12 *Falſi ſuſpicio quando pro falſitate habeatur.*
13 *Literæ quæ dicantur falſæ & quæ falſatæ.*
14 *Sententia lata per falſas literas non debet executioni mandari.*
15 *Executor inueniens ſententiam latam contra ius litigatoris, an eam exequi debeat.*
16 *Sententia ex falſis literis lata ſine temporis præfinitione eſt retractanda.*

### ¶DE CRIMINE FALSI. Rubrica.

EGimus ſupra de crimine uſurarum quo ſua tollit manifeſte creditor debitori. Nunc agendum eſt de crimine falſi quo falſarius occulte diripit aliena. ¶Videndum eſt igitur quid ſit falſitas. qualiter committatur. & qualiter
1 punitur. ¶Falſitas † eſt mutatio ueritatis. ut in auct. de inſtru. cau. §.& ſi in princi.col.6.ff.eodem titu.l. quid ſit falſum. Vel dicitur imitatio ueritatis. eo ꝙ falſatores ſtudent imitari ea quæ ſunt uera ut ſic falſa ueriſimilia uideantur. ut in auc.prædicta. Duplex ex litera. imitatio
2 & mutatio ueritatis. ¶† Pluribus modis committitur falſum ſcribendo & delendo. ſcribendo falſum & delendo uerum. ut ſupra de fide inſtrumen.inter dilectos. Nec refert utrum hoc fiat in teſtamento uel alio inſtrumento publico uel priuato tabulis uel rationibus. ut.ff. eodem titu. l.1.§. qui in rationibus &.l. nullus. Item qui ſignum adulterium fecerit uel ſculpſerit. ut.ff.eodem titu.l.lege Cornelia. &.l.qui teſtamentum. Item qui abſentes ueluti præſentes ſcribit. ut ſupra de his quæ fiunt a præla.quanto. &.C.ad legem Corneliam. de fal.l. qui ueluti. & ſupra de teſtibus. cum ex literis. Item qui ſuperlinearem ſcripturam apponit. ut ſupra de religio. domi. cum uenerabilis. Item aliter tranſcribendo quam ſit in originali. ut ſupra de except. cum uenerabilis.Item ſunt quidam alij modi falſitatis circa literas domini papæ qui exprimuntur infra eo.ti.licet.de quibus diſſere
6 re non eſt utile.ne forte magis inſtruere quam deterrere uidear falſatores. Item committitur falſum dicto ut in teſte quæ ſcienter falſum aſſerit uel ſupprimit uerum.ut infra eo.c.1. ut in iudice qui cõtra leges & iura pronunciat.ut.ff. eod.tit.l.1. §.ſed ſi iudex.Corruptor teſtium aduocatorum & iudicium.ut.ff.eod.tit.l.1. & falſarum conſtitutionum allegator falſum committit. ut.ff.eod.tit.l.ulti. ¶Item nõ omnis qui mentitur de falſo poterit accuſari ſed qui mentitur præſidi uel principi, papæ uel epiſcopo ſeu alteri iudici. ut.ff. eod.ti.l.ſi quis obrepſerit. nam mendax præcator carere debet pœnitus impetra-
7 tis. & ſi nimia mentientis improbitas interuenerit. ſeueritati ſubiaceat iudicantis. ut ſupra de reſcriptis. ſuper literis. 25.qu.2. & ſi legibus.C.ſi contra ius uel utilitatem publicam.l.& ſi legibus. unde puniendi ſunt iudices qui uetuerunt præcum argui falſitatem. ut. C.ſi contrarius uel utilitatem publ. puniri. ¶Falſum committitur facto: ut cum quis uera ſigilla corrumpit. ut ſupra de fin. inſtrumen.inter dilectos. Item cum falſat mone-

monetam. ut ſupra de iureiuran. quanto. ff.eodem.titul.l.quicunque.&.l. ſeq.Item cum falſat pondera uel menſuras. ut.ff. eodem titul.l. hodie.§.1.quæ à legitimo ſuo ſtatu diminui uel mutari non debent. ut ſupra de emptione & uen. ut menſu-
3 ræ & pondera iuſta fiant. ¶ † Poteſt autem accuſari talis falſarius de falſo ad pœnam relegationis. ut in.l.prædicta hodie.&.ff.de extraor.crimi.l.annona.§.honorant. Aliquando pœna extraordinaria punitur. ut.ff.de pe.l.in dardarios. In iudicio uero animæ imponitur pœnitentia.30. dierum in pane & aqua. ut dicit
4 illa. decre. ut menſure.¶† Tenetur de falſo aduocatus procurator qui ſecreta cauſæ aperuit aduerſario. uel qui inſtrumenta prodidit. ut.ff. eodem titulo.l.1.§. is qui depoſita.ff.de pœn.l. ſi quid aliquod. §.ſi quis inſtrumentum.&.§. inſtrumenta. alias condemnatur ad intereſſe. ut. 12.quæſtio.2.ſi quis de clericis.alias tenetur iniuriarum. ut.ff.depoſiti.l.1.§. ſi quis tabulas.&.ff. ad le. Aquil.l. ſi quis teſtamentum.§. ſed & ſi quis tabulas. & talis proditor dici poteſt. ut.47. diſtin. clericus. ſic & falſum committit qui aperit ſecretum iudicis. ut ſupra de offi. de leg. cum olim. Falſum committitur uſu. ſed in hoc diſtinguntur. nam ſi quis falſum fabricat non utendo.non releuatur à pœna falſi.ſecus ſi alius fabricat & alius non utatur. ut.C. eodem titulo.l. ſi quis falſos. qui autem deceptus ſit per alium ſi ſuam innocentiam probet & eum à quo accepit exhibet ſe liberat. ut.C. eodem titul.l.maiorem & concordat infra de exceſ. præla. inter dilectos.§. præterea.
5 † Falſum enim non committitur niſi dolo.ut.C.eod. titu.l.nec exemplum.ff.eod. tit.l.diuus. Sed contra infra eod.titul. ad falſariorum. Ad quod reſpondeo.ſpeciale eſt in literis domini papæ ut ſi quis falſis literis utatur & ignoranter. non excuſetur. ut ibi. Et eſt ratio.quia literæ domini papæ cum nimia diligentia & exquiſita curioſitate fiunt.ut ſupra de reſcrip.cũ adeo & expreſſi ſunt in iure falſitatis modi. ut infra eod.titu.licet. Vel dic quod illa ad falſariorum. loquitur cum quis utitur falſis literis à ſeipſo obtentis ubi nulla eſt excuſatio. ut in.l.all. ſi quis falſos. quia tunc uitium rei propriæ non excuſat.ut.C.de reſcin. uen.l. quiſquis. ¶ Item qui ſe pro milite geſſit uel illicitis in ſignijs uſus eſt. tanquam falſarius puniendus eſt.ut.ff.eodem titu.l.eos.§. qui ſe. Et idem dico in non ordinato qui gerit officium ordinati. ut infra de cle. non or.mi. c.1.&.2. Idem in eo qui ſub prætextu clerici. cum id munus non impleat. alijs ſe muneribus ſubtrahere cognatur. ut.C.de ſacroſan.ec.l.qui. ſub prætextu. Idem in eo qui tanquam clericus obtinet beneficium cum non ſit clericus nec etiam tonſuratus ut ſupra de tranſac.ex literis ſupra de reſcrip. cum adeo. quator igitur modis ut ſuperius dictum eſt committitur falſum ſcripto.dicto.facto & uſu. ¶ Eſt etiam quaſi falſum cum tutor uel curator finita tutela uel cura non eam reſtituunt ſed ſe ingerunt & adminiſtrant. ut.ff.eo-
6 dem titul.l.1.§.tutores.¶† Pœna falſi ſecundum leges eſt deportatio & omnium bonorum publicatio & hoc in libero homine. in ſeruo ultimum ſupplicium. ut. ff.eodem titu.l.1.§.ul. Secundum canones autem multiplex ex pœna falſi ſecũdum diuerſitates falſitatum. Vnde diſtinguitur. Dicitur enim charta falſa ex dicto uel tacito & in tali falſo qua ſit pœna legitur ſupra de reſcrip. ſuper literis. ¶ Item dicitur charta falſa ex ſcripto. ut cum quis ſcribit omnes uel maiorem partem præſentem fuiſſe. quæ non fuit in tali falſo ſuſpenditur quis ab officio & beneficio. ut ſupra de teſti. tam literis
7 in fin. ¶ Falſarij † autem literarum domini papæ ipſo iure excommunicationem incurrunt cum fautoribus & defenſoribus ſuis. ſiue per ſe ſiue per alios uitium falſitatis exerceant. qui ſi clerici fuerint officijs & beneficijs eccleſiaſticis perpetuò ſunt priuati. ita quod qui per ſe falſitatis officium exercuerint poſtquam per eccleſiaſticum iudicem fuerint degradati ſeculari poteſtati tradantur ſecundum conſtitutiones legi-

timas

timas puniendi. per quas & laici qui fuerint de falſitate conuicti legitimè puniatur. qui autem literis falſis utuntur. laici tandiu maneāt excommunicationi ſubiecti donec ſatisfaciant competenter. Ita tamen ut in laicis & in clericis malicia grauius quam negligentia puniatur. ut probantur hæc infra de crimine fal. dura. & ca. ad falſariorum. ¶Et quod dixi tradantur curiæ ſeculari intelligo tradi dum capi ſinūtur. uel dum degradatio clerici denunciatur iudici ſeculari ut infra de uer. ſig. nouimus. & de hoc no. ſupra de hære. §. punitur. Vbi autem dubitatur de falſitate circa literas domini papæ commiſſa. ſuſpectus capitur & detruditur. & papa conſuluitur ſuper pœna. ut 19. di. in me

8 moriam ſupra de reſcrip. ex parte. ¶†Falſatores literarū aliorum prælatorum. uel publicorum inſtrumentorum deponūtur & detruduntur ſed ſeculari curiæ non traduntur. ut. l. di. ſi epiſcopus. Euitat enim pœnam falſi is qui cū falſas literas ſe habere cognoſcit infra 20. dies illas deſtruit aut reſignat. ut. infra eo. ti. dura circa ſi. Quod intelligo uerum in literis quas quis per alium impetrauit. ſecus ſi per ſeipſum & conſcius fuit falſi. uel eſſe debuit ut infra e. ad falſariorum. Itē euitat quis pœnam ſi dum cognoſcit literas de ſimplici iuſticia falſas eſſe ſiue per ſeipſum impetrauerat uel per alium uſus eis non eſt ut infra eo. ti. accedens. non eſt enim ueroſimile quòd falſum commiſerit in litteris talibus quæ in curia de facili obtinētur. ſicut nec præſumitur dolus in re modica. ut. ff. de dolo. l. ſi oleum. §. ult. nec præſumitur corruptio in re modica. ut. ff. de off. præſi. l. plebiſcita. & offi. procon. & le. l. ſolent. §. penult. & ult. Vnde in hoc caſu præſumptio quæ oritur ex qualitate literarum tollit præſumptionē falſi quæ oritur ex illa decre. ad falſariorum. ſic & alias una præſumptio tollit aliam. ut. ff. de in inte. reſti. minor. l. diuus. & l.

9 7. di. ſi quis in egritudine. ¶†Eſt autē ſciēdum quòd raſura, paucarum literarum quæ nequaquam animum ſapientis in dubitationem uertere debet ſuſpicionem, falſitatis non inducit ut infra eod. ca. ult. quia nec uitium ſillabæ nocet. ut. ff. de manu. teſta. l. quia habebat. dummodo raſura paucarum literarum uel ſillabæ immutatio ſenſus non inducat uarietatem. alias ſecus. ut ſupra de fide inſtru. inter dilectos. Raſura uero lineæ ſuſpicionem falſitatis inducit ut infra de priuil. cum olim propter quæſtiones & ſupra de reſcrip. cum olim. Quod uerum eſt ſi inueniatur in narratione iuris ſecus in narratione facti ut ſupra de fi. inſtr. ex literis. ¶ De raſura autem paucarum literarum non diſtinguo aut appareat in narratione iuris uel facti in literis clauſis uel apertis uel publicis inſtrumentis. Vt tamen ſcias quòd in literis domini papæ nullus audet manum apponere ad aliquid contingendum præter quoſdam officiales alias incurritur excommunicatio in curia

10 facta. ¶Sunt † autem inſtrumenta de falſitate ſuſpecta ex quibuſdam alijs cauſis. ut ſi inſtrumentum non habeat ſubſcriptiones uarijs manibus notatas uel ſi non ſit eadē manu completum ut infra de priuil. cum olim propter quæſtiones niſi manus inducat mutationem calami & atramenti mutatio. ut in auten. de inſtru. cau. & fin. in princ. Item ſuſpecta habetur litera ſi fuerit alieno ſigillo ſignata. dum is qui alieno ſignauit habeat proprium. ut ſupra de ap. ſignificauit. Item ſi religioſo prioratus uel adminiſtratio confirmatur. ut ſupra de confir. util. uel inuti. porrecto. Item repellitur inſtrumentum ut ſuſpectum ſi fuerit alteri inſtrumento ab eodem producto contrarium ut ſupra de fide inſtrumen. imputari. ut. C. de fid. inſtru. l. ſcripture. Item litera domini papæ ſuſpecta redditur per falſam grammaticam ut ſupra de reſcriptis. ad audientiam. ¶Item ſi ſine mandato domini impetretur. ut ſupra de reſcriptis nonnulli. & cap. ex parte. Item ſuſpecta ſunt inſtrumenta quorum ſigilla apparent fracta ut ſupra de fide inſtrument. inter dilectos. Item ſuſpectum eſt inſtrumentum publicum ſi non ſit in eo nomen Imperatoris. annus Imperij

perij

perij uel conſulis uel poteſtatis anni il-
lius & ſi deſit menſis dies uel iudictio. a-
lias inſtrumenta dicuntur adulterina ut in
auten. ut præpo. not. impera.pu. do.§.1.
& 2.&.C.de apo.pu.l.1.lib.10.locus ĕt in
quo celebratus eſt contractus debet ap-
poni. arg.ff. de accu.l. libellorum.&.2.q.
ul. in fi.&. C. de contrahen.uel commit.
ſtipu. l. optinam in fi. Et hæc locum ha-
11 bent in priuilegijs apoſtolicis. ¶†Multis
modis probãtur falſa inſtruméta ut ſi pro
bet rem eſſe aliter geſtam quã contineat
inſtrumentum ut. ff. de pact. l. iurisgen-
tium.§.quod fere agitur. C.de proba.l.cũ
precibus.C. plus ualere quod agitur quã
quod ſimu. conci. l. ult. ſupra de fide in-
ſtru.cum Ioannes. Item improbantur in-
ſtrumenta per indirectam negationem ut
ſupra de proba.tertio.C.de contrahen.&
commit.ſtipu. l. optinam. Per hæc igitur
& ſimilia quæ ſuperius notata ſunt inſtru
mta redduntur aut ſuſpecta aut falſa. Et
circa primum articulum no. plura ſupra
de fide inſtru. §. multa. ¶In quæſtione
falſi quædam ſingularia & ſpecialia obſer
12 uantur† nam ſuſpicio de falſo pro falſita
te habetur niſi pro parte producente ue-
ritas comprobetur, & proceditur ad pœ-
nam.C. de proba.l. iubemus quod gene-
raliter non contingit. ut. 2. q. 1. primo &
ff. de pæ.l. abſentem. Item condemnatur
quis ſine accuſatore quod alias non con-
tingit ut 2.q. 1. nihil. ut.ff. de mu. & ho.
l. munerum. §. defenſores. & in euange-
lio.Mulier ubi ſunt qui te accuſant.nemo
domine nec ego te condemnabo. ¶Item
& ſi in crimẽ falſi inciderit pronunciatur
in eo. ut.C. eod. tit.l. ubi.quod aliter no.
ſeruatur ſecundum leges ut pronuncietur
in incidenti. ut. C. de ordi. iudi. l. adire.
Item in hoc crimine deuictus deponitur
& ſtatim traditur curie ſeculari ut infra
eo. ad falſariorum. quod generaliter non
ſeruatur ut ſupra de iudi. cum non ab ho-
13 mine. ¶ † In ſumma notabis quòd quæ-
dam literæ dicuntur falſæ quædam falſa-
te. Falſæ quæ per falſi ſuggeſtionem & ue
ri ſuppreſſionem impetrantur. quæ largo
modo dicuntur falſæ. ut.ff. eo. ti.l.ſi quis
obrepſerit. Item falſæ ſunt literæ quæ,
& ſi ſimilitudinem aliquam uerarum præ
tendant. nihil tamen ueritatis habent.
quia nec ueram bullã nec ueram ſcriptu-
ram. & iſtæ literæ quæ nullæ ſunt falſæ
dicuntur.ſicut & is qui non eſt tutor dici-
tur falſus tutor & falſum teſtamentũ qđ
non eſt teſtamentũ & iniquus modus qui
non eſt modus.ut ff. de uerb.ſig.l. paulus.
Quædam uero literę dicũtur falſatæ.quæ
& ſi aliquid ueritatis habent. puta ueram
bullam uel ueram ſcripturam uel uerum
utrunque aliquid tamen mutatum eſt de
primordio ueritatis. Literæ falſæ ſecun-
dum primam ſpeciem falſitatis conferũt
iuriſdictionem. & ſi contra eos non exci-
pitur ualet & tenet quod fit earum aucto
ritate ut ſupra no.de reſcrip.§.colligitur.
Literæ falſæ iuxta ſecundam ſpeciẽ falſi-
tatis non conferunt iuriſdictionem. nec
ualet quod ſit auctoritate illarum litera-
rum. Et idem dico in falſatis de quibus
14 ultimo dixi.†Vnde ſententia lata aucto-
ritate talium literarum non eſt executio
ni mandanda ut infra eo.tit.ſuper eo.imo
contra talem ſententiam & exceptio cõ-
petit & reſtitutio datur cuilibet maiori.ut
ff.de iudi.l.ſi prætor. & idem ſi per falſos
teſtes ſententia lata ſit. ut.ff. de re iudi.l.
diuus. Et lex dicit. iudicati executio ſo-
let ſuſpendi & ſoluti dari repetitio ſi fal-
ſis inſtrumentis circumuentam eſſe reli-
gionem iudicantis crimine poſtea falſi il-
lata manifeſtis probationibus fuerit oſtẽ
ſum. ut.C. ſi ex falſis inſtru.l. ultl. Quod
uerum eſt ſi iudex fuerit falſa ſecutus. ut.
C. eod. titu. l. falſam. & l. 1. & ſupra de
15 ſen.& re iudi.cum.I.& A.† Sed ſi execu-
tor inuenerit ſentẽtiam latam contra ius
litigatoris. eam exequi debet. ut ſupra de
offi.dele.paſtoralis.§. quia uero.niſi apud
delegatum poſſet efficere ut ab hoc one-
16 re ipſum abſoluat ut ibi. † Hoc etiam no
tabis quòd ubi auctoritate falſarum lite-
rarum ſentẽtia lata eſt reuocanda eſt ſine
temporis præfinitione. Vbi autem a iudi
ce lata eſt. ſed prætextu falſi. ſi ciuiliter
agatur per actionem in factum reuoca-
tur uſque ad 30.annos. ut.ff.de re iudi.l.

diuus. Si uero agatur criminaliter per modum accuſandi. tunc reuocatur uſque ad 20. annos ut. C. eodem ti.l. quærelã. Sed ſi per modũ exceptionis impugnetur hoc licebit perpetuò quia exceptiones perpetuæ ſunt.ut.ff. de exceptio.l. pure. §. ult. inſtitu. de excep.&.C. eo.ti.l. ſi pactum.

## Summarium

1 *Sors quid ſit. Diuinatio propriè quid ſit, & quæ ſine ſpecies diuinationis.nu.3.*
2 *Sortilegi qui dicantur.*
3 *Diuinatio quocunque modo fiat, & qualitercunque uocetur prohibita eſt & dãnata.*
4 *Priuilegia ſingulorum non faciunt communẽ legem.*
5 *Sortilegorum pœna.*
6 *Ad ſortes an licite recurratur.*

### ¶De ſortilegijs. Rubr.

DIctum eſt ſupra de crimine falſi. ſed quia ſortes & diuinanes in falſitate conſiſtunt dum ſortilegi & diuinatores quod dei eſt proprium uidelicet futura prædicere ſibi falſo aſſumunt.& cum non ſint ſe prophetas eſſe oſtendunt. Ideo ſubſequenter ponitur hic rubrica de ſortilegijs. ¶Videndũ eſt igitur quid ſit ſors.quot ſpecies diuinationis,quæ diuinatio prohibita, quæ permiſſa. qua pœna puniantur ſortilegi & di
1 uinatores.¶†Sors eſt ars diuinandi.† Diuinatio propriè in malo accipitur.prophetia uero in bono unde canon dicit. nunquam diuinatio in bonam partem accipitur. Videbantur quidam ſibi eſſe prophetæ. ſed quia pœnam accipiebant prophetia eorum facta eſt diuinatio. & diuinatio eorum quæ uidebatur prophetia declarata eſt diuinatio ut.1.q.1. nunquam.
2 Sortilegi autem ſunt qui ſub nomine fictæ religionis per quoſdam quas ſanctorum ſeu apoſtolorum uocant ſortes diuinationis ſentẽtiam profitentur. Aut quarũcunq; ſcripturarum inſpectione futura
3 promittunt. ut 26.q. 1.c. 1.¶†Species diuinationis multæ ſunt. quæ enumerãtur. 26.q.3.igitur. & q 5. epiſcopi.& cap. nec mirum. Omnis autem diuinatio quocunque modo fiat & qualitercunque uocetur prohibita eſt & dãnata. ut.26.q. 5. per totum & infra eo. titu. per totum. ¶Sed obijcitur ex eo quod legitur. 26 q.2.ſors non eſt aliquid mali.ſed eſt res in humana dubietate diuinam iudicans uoluntatẽ ut 26.q.3. ſors.Itẽ opponitur ex eo quòd legitur 26. q. 5. non licet ubi dicitur nec in collectionis herbarum quæ medicinales ſunt aliquas obſeruationes aut incantationes liceat attendere niſi tãtum cum ſymbolo diuino aut oratione dominica. ut tantum deus creator omnium & dominus honoretur.¶Item opponitur exẽplo Matthiæ apoſtoli ut 26. q. 2. non exemplo. Nam quamuis nõ ſtatim. debeamus recurrere ad ſortes.ut 26.q.2. non ſtatim cum tamen non ſuper eſt humanum auxilium recurere poſſumus ad diuinum. ut 22. q. 2. quæritur. & in dubijs ſecundum leges ad ſortes recurritur ut. ff. de iudi. l. ſed tamen ambo. C. communia de le.l. ſi duobus. ¶Item obijcitur quòd Ioſue præcepto domini per ſortes exquiſiuit peccatum Achor quod commiſerat ſumens furtiuè regulam auri & clamidem cocci. de anathemate iherico quæ hiſtoria tangitur.1.q.4.§.item peccato Achor.¶Item opponitur quòd Saul ſorte deprehendit Ionatham filium ſuum comediſſe fauum mellis contra edictum quod poſuerat. ut tangitur hoc 22.q. 2. §. item opponitur. Ad quæ reſpondeo. exempla ueteris teſtamenti non obſtant, quia hæc alia permittebantur ante euangelium quæ tempore perfectionis diſciplinæ penitus ſunt eliminata ut 26.q.2. §. his ita. Exemplũ de
4 beato Matthia nõ obſtat†quia priuilegia ſingulorum nõ faciunt communem legẽ. ut præalleg.c. non exemplo quod autem dicit Aug.ſors non eſt aliquid mali. uerũ eſt in ſui natura. prohibentur tamen quia propter aſſiduitatem utendi labuntur homines in idolatriam. ſicut de iuramento dicitur & de uini potatione. ut ſupra de iureiu. & ſi Chriſtus. unde ſi eſſet cauſa honeſtatis & ſubeſſet neceſſitas ut ſi eſſet contentio de electione aliquorũ & eſſet

paritas utrobique in omnibus. Scripſit Lau. & Ray. quod exēplo Matthiæ poſſunt fieri ſortes. & hoc agit Beda dicens. ſi qui neceſſitate aliqua compulſi deum putant ſortibus exēplo apoſtolorum eſſe conſulendum. uideant hoc ipſos apoſtolos non niſi collecto fratrum cetu & præcibus ad deum fuſis egiſſe. ut 26.q.2.non exemplo. ſed & ſi ita ſcripſerint doctor. illi decre. tamen hoc reprobat quæ dicit licet nota nō careat quinimo iuſta reprehenſione ſit dignum quòd ſors in talibus interuenit ut infra eod.c. eccleſia ueſtra. unde in caſu præmiſſo potius putarē gratificandum per ſuperiorem uel iterum eligendum. ut no. ſupra de elec. §. ſed uide-
5 tur. ¶† Pœna ſortilegiorum ſecundum leges capitis eſt ut. C. de mali. & mathe. l.nemo. Pœna uerò canonica eſt multiplex. Nam in talibus ſi peccatum eſt notorio eorum euchariſtia denegatur. ut de con.diſtin. pro dilectione. Item infames ſunt non ſolum ipſi ſed & qui ad eos concurrunt. ut. 2. quæſtione. 8. quiſquis ſunt. & aliæ pœnæ quæ continentur 26. q. 5. in multis capitulis ibi poſitis & maximè in
6 c. contra idolorum. ¶†Sed nunquid licitè recurritur ad ſortes & ad inſpectionē aſtrolabij. uel alias inſpectiones pro rebus perditis recuperandis Dicum quidā quod ſi non fiant inſpectiones huiuſmodi cum inuocatione demonum uel alicuius ſuperſtitiōibus licitè fiat aliter ſecus. Sed puto contrarium ut infra eo c. ex tuarum. Non ob. 26 q. 2. hi qui. Nam canō ille loquitur de comparatiua permiſſione. Item non ob. 37. di. ſi quis grammaticam. Nam licet dicatur ibi quòd ariſmetrica & geometrica habeant in ſua ſcientia ueritatem ſubdit tamen quod nō ſunt ſcientiæ pietatis.

## *Summarium*

1 *Colluſio quid ſit, & quādo dicatur fieri in criminalibus.*

2 *Diſcedere a lite quot, modis quis poſſit.*

3 *Colludens cum inquiſitore abſolutus, an poſſit interum inquiri.*

4 *Sententia per colluſionem lata eſt nulla.*

5 *Pœna colludentis quæ ſit.*

## ¶DE COLLVSIONE DETEgenda. Rubr.

QVIA is qui colludit in falſitate conſiſtit. nam aliud agit & aliud ſimulat dum accuſat. & cum accuſato colludit. ideo poſt tractatū de falſis & ſortilegijs ſequitur rub. de colluſione. ¶Videamus igitur quid ſit colluſio. &
1 quæ colludētium pœna. ¶Colluſio† eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio. Fit autem colluſio in criminali in cauſa plerunque ſcilicet quādo accuſator ueras criminum probationes abſcondit ſeu diſſimulat. Falſas uero accuſationes admittit & per hoc incidit in uitium præuaricationis & extraordinē punitur ut 2. quæſt. 3. §. item præuaricator in uer. ſciendum. & §. præuaricatorem. Vel quādo accuſator in uniuerſum ab accuſatione deſiſtit. & per hoc incidit in uitium tergiuerſationis. Is in quinq; libris auri punitur & infamatur. ut. ff. de præua. l. præuaricationis in fi. Vnde circa hoc diſtinguendum eſt. Nam cauſarum tria ſunt genera. Alia ciuilis. alia criminalis.
2 alia ſpiritualis. † Item à lite duobus modis receditur. Per gratiam & per tranſactionem. In cauſa ciuili quandocunque quomodocunque & etiam ſine iudicis auctoritate licet a cauſa deſiſtere præterquam in actione famoſa in qua ſine auctoritate iudicis tranſigi non poteſt. ut. ff. de his qui nor. infa. l. furti. §. pactus. In cauſa uero criminali ante inchoatam accuſationem per gratiam licet deſiſtere ut ff ad Turpil. l. mulier. & l. quæſitum poſt inchoatam nō licet citra auctoritatem iudicis & etiam rei conſenſum ſi tormenta uel uincula paſſus ſit. ut. C. de aboli. l. 2. uel propter accuſationem infamatus ar. 5. quæſtio. 1. quiddam. & ſi deſiſterit incidit in Turpil. ſi publicum fuerit crimen

quod

quod intendit. ut.C.ad turpi.l.1. Si priuatum extra ordinem punietur ut.ff.eodem titulo.l.ſi quis repetere. Cum autem ſecundum iura canonica omne crimen ſit publicum uidetur quòd in nullo poſſit interueniri tranſactio poſſet tamen dici quòd in omni crimine in quo poteſt iudex eccleſiaſticus diſpenſare poteſt & tranſactioni & ſimplici renunciationi auctoritatem præſtare. ar.5.q.2.ſi primates. &.90. diſtin. diffidentes. In cauſa ſpirituali licet quandoque per gratiam a lite diſcedere ſed qui ſine iuſta cauſa diſcedit punitur. ut.2. quæſt.7. quapropter ſupra de ſimo. nemo Per tranſactionem uero a cauſa ſpirituali recedere non licet. ut ſupra de tranſac. ſuper eo. &.c. præterea. Vbi autem in cauſa criminali uel ſpirituali a lite quis deſiſtit aliter quam debeat. ad iudicem pertinet ex officio ſuo inquirere. ut infra eod.c.1.&.2.&.C. de abo. l.2.&.l.fallaciter. Sed ubi ex iuſta cauſa uult deſiſtere iudex abolitionem indulgere debet. ut.C.de abo.l.1.&.2.q.4.§.abolitio. In cauſa uerò mixta inter ciuilem & criminalẽ. ut cũ quis accuſat uxorẽ de adulterio in foro eccleſiaſtico ad thori ſeparationem. poteſt maritus quando uult ab accuſatione deſiſtere tum etiam de adulterio condemnatam ſibi reconciliare poſſit. ut.C. de adulte. in aut. ſed hodie ſupra de conuerſio.coniu. gaudemus. & de donatio. inter uirum & uxo. plerunque. &.32. quæſtio.1. de benedicto. ſed inquiſitor colludere dicitur cum eo de quo inquirit. ut infra eodem titulo in
3 tantum clamor.† Vnde ſi inquiſitor eum de quo inquirit per colluſionem abſoluat talis abſolutio non impedit quo minus iterum inquirat. ut infra eodem.c.1.&.2.
4 & ulti. † Nec enim tenet ſententia per colluſionem lata.ut.2.quæſtio.3. ſi quem penitet. ut.ff.eodem titul.l. cum non iuſto.&.l.colluſionem.&.l. ſententiam.unde ſicut paobata præuaricatione denuo accuſatur abſolutus. ut.ff de præuarica.l.3.ſi & probata colluſione. ut dictum eſt.
5 ¶† Pœna colludentis hæc eſt. ſi quis colludat in cauſa ſuper beneficio. priuetur beneficio.ut infra eod. adiuimus. ſi ſuper crimine punitur in quinque libris auri.ut.ff. de præuarica.l.3. & hanc pœnam nemo præſtat niſi qui deſiſtit à publico crimine. ut.ff.ad Turpil.l.ſi quis.§.ſtellionatus. Sed qui deſiſtit ab accuſatione priuati criminis eſt infamis & extra ordinem punitur. ut.ff. ad Turp.l. priuatis.C. eod. titul.l.2.ſed ſi abſens eſt accuſator & citatus noluit in accuſatione procedere tunc grauius punitur quam pœna.5.librarum auri.ut.ff. de pœnis.l. abſentem.§.2. In cauſa ſtatus is qui colludit perdit ius quod habebat in perſona illius. de cuius ſtatu agebatur & applicabitur illi qui colluſionem detexit.ut.ff.de collu.l.1. &.C. eodem titul.l.ult.&.ff. de in ius uo.l. adoptiuum.§.patronum. In alijs autem ciuilibus cauſis punitur colludens pro motu iudicis quem deluſit.¶ In ſumma ſciendum eſt quod colludunt principales & colludunt aduocati qui ſi in cauſa criminali colluſerint extra ordinem puniuntur. ut.2. q.3.§. notandum. in uer. præuaricator. colludunt & procuratores qui ſe dolo patiuntur ſuperari in lite contra quos agitur de dolo ſed ſi non ſint ſoluendo tunc agitur contra illos cum quibus colluſum eſt niſi. parati ſint in ſe transferre iudicia. ut.ff. de dolo. lege eleganter. ſupra ſi dolo.

## *Summarium*

1 *Pueri ſeptennes doli capaces an ex delicto obligentur.*

2 *Pueris delinquentibus qualiter ſubueniatur.*

3 *Peccata quæ membris genitalibus committuntur, in pueris locum non habent.*

4 *Pueri an deierent.*

## ¶ DE DELICTIS PVERO rum. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de quibuſdam criminibus. ſed quia dubitari poſſit an pueri huiuſmodi crimini-

criminibus inuoluantur. Ideo ſubijcitur hic rubrica de delic. puerorum. ¶ Eſt igitur uidendum qui pueri teneantur ex delicto. & qui non. & quæ delicta in puerum cadunt & quæ non & qualiter pueri delinquentes ſunt puniendi. ¶ † Pueri ſeptē

1 linquentes ſunt puniendi. ¶ † Pueri ſeptē nes doli capaces obligantur ex delicto. Sicut dicit Augu. in quadam glo. poſita ſuper. c. de conſe. diſt. 4. paruuli ſeptennis ætatis pueri mentiri & uerum loqui & confiteri & negare iam poſſunt. & ideo cum baptizātur & ſympolum reddunt & ipſi per ſe ad interrogata reſpondent. ſecus ſi non eſſent doli capaces. ut. ff. de regu. iur. l. pupillus. & ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quæcunque. §. 1. & ff. de dona. l. hæ-

2 redibus. §. 1 † ſed quāuis ex delictis pueri teneantur ut dictum eſt. nec eis ſubueniatur per in integ. reſtit. ut C. ſi aduerſus delic. l. 1. interdum tamen miſeratio ætatis ad mitiorem pœnam iudicem producit. ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis de con. di. 4. eos. ſed ſi ex delicto conuētus minor potuit confiteri & uitare pœnā inficiationis & negauit uel ſi potuit tranſigere & non fecit ſed ſe in pœnam inuoluit ſubuenitur ei per beneficium reſtitutionis. ut. ff. de minori. l. ſi ex cauſa. §. nūc uidendum. ſed quamuis ſubueniatur minoribus ſicut dixi tamen impunitas delicti propter ætatem non præſtatur. ut. C. de pœnis. l. impunitas. quòd tamen fallit

3 ut. C. de fal. mo. l. 1. in fi. ¶ Peccata † quæ membris genitalibus committuntur in pueris locum non habent ut infra eod. c. 1. hoc enim ante puberes annos præſumitur non committi ſolet tamen in quibuſdam malicia anticipare tempus pubertatis ut ſupra de deſpon. impub. a nobis. & aliquando temptant quod implere non poſſunt. ut ſupra de ſponſa. iuuenis. & ca. adoleſcens. & in hoc quòd ex malicia ſupplente defectum ætatis temptant. intelligo eas peccare ſi non cum proprijs ſponſis temptant fœminæ etiam ante tempus pubertatis cognoſci ſe faciūt ut ſupra de eo qui cog. con ſan. uxo. ſuæ iordane.

4 ¶ † Sed quæritur de periurio an pueri deieret & uidetur quòd ſic. nam mendacijs plena eſt puerilis ætas ut hic. c. 1. & ūalet pupilli iuramentum. ut. ff. de libero. cau. l. ulti. unde ſic pupillus poteſt iurare & deierare. ſed contra. ff. de iureiuran. l. qui iuraſſe. ubi dicit quamuis non uideatur deierare pupillus quia ſciens fallere non uidetur ſed lex illa loquitur in infante uel infanti proximo qui nec ſcire nec diſcerre poteſt. ut. ff. de acquir. hære. l. pupillus.

## *Summarium*

1 *Venatio quotuplex ſit, & quibus ac quando permiſſa.*

2 *Venori quare clerico prohibeatur & non piſcari.*

¶ De clerico uenatore. Rubr.

HActenus tractatum eſt communiter de delictis clericorum & laicorum. Nunc autem tractatur de quibuſdam exceſſibus clericorum. unde ſubijcitur rubrica de cleri. uenatore. ¶ Videamus ergo quot modis fit uenatio. quibus ſit licita & quibus non. & quæ pœna

1 imponatur clerico uenatori. ¶ † Triplex eſt uenatio. oppreſſiua ſcilicet hominum arenaria & ſaltuoſa. ¶ Oppreſſiua eſt hominum & ſemper eſt illicita. de qua dicitur cepit Nembroth eſſe robuſtus uenator coram domino id eſt hominum extinctor & oppreſſor ut 11. diſtinctione his itaq;. Arenaria eſt quæ fit in arena. ut cum quis locat operas ſuas ut pugnet in arena cum aliqua beſtia dentata. hanc qui exercet peccat grauiter niſi eā exerceat gratia uirium experiendarum. ut. ff. de poſtu. l. 1. §. item ſenatus 3. quæſt. 7. §. tria. in uer. infames circa prin. & de hac loquitur canon ille. 86. diſt. qui uenatoribus. cum duobus ſequenti ca. Saltuoſa eſt quæ fit in ſyluis & ſaltibus. & hæc eſt illicita ex tempore & perſona. In tēpore ut in quadrageſima ut 86. diſtinct. an putatis. Ex perſona. ut in clerico. in quo tamen diſtinguendum eſt. quoniam epiſcopo ſemper eſt illicita ut 33. diſtin.

quorun-

quorundam. Alijs clericis eſt licita cauſa neceſſitatis. utilitatis. & recreationis cum retibus & laqueis & canibus dummodo cum ſilentio & modeſtia fiat. Nam & monacho licet texere lina pro piſcibus capiendis. de conſe. diſtin.5 nunquam. licet etiam tempore feriato. ut pote diebus dominicis & feſtiuis præterquã in maioribus ſolennitatibus ingruente neceſſitate intendere piſcium captioni. ut ſupra de ferijs. licet. & idem puto in captione ferarum. eo tamen modo quo prædixi. Illa uero uenatio quæ fit cum clamore. curſu uel armis. clericis eſt illicita. & in hoc etiam excipio caſum neceſſitatis. Quid enim ſi apri uel urſi uenirent deſtruere clericorum uel monachorum ſegetes & uineas. ſatis credo quod poſſent uenari. hoc eſt feras illas excludere cum clamoribus canibus & armis. quia quod non eſt licitum neceſſitas facit licitum. ut infra de regu. iuris. quod non eſt licitum. hoc excuſat à furto homicidio. ut in rubricis illis de furto & homi. notatum inuenies. hæc ſaltuoſa licita eſt laicis pro carnibus & propellibus alias non.

2 ¶†Sed quæritur quare clericus prohibetur uenari & non piſcari. Reſpõdeo quia uenatio fit cum clamore. piſcatio non uel quia maior delectatio eſt in uenatione quam in piſcatione & maior diſſolutio. Vel ideo quia uenator diſcurrit per deuia & inuia ſicut diabolus cum ducit animam captiuam.

## Summarium

1 *Percuſſor quot modis quis dicatur. & nu.2.*
*Prælatus in prædicando qualis eſſe debeat.*
2 *Percuſſio quando ſit peccatum.*
3 *Epiſcopus nemiñe ſuis manibus uerberare põt.*
4 *Clericus an & quando licite percutiatur.*
5 *Pœna percuſſoris quæ ſit.*

## ¶ DE CLERICO PERCVSSORE. Rubrica.

SVperius tractatum eſt de quodam exceſſu clericorum qui uenãdo committitur. Nunc tractatur de quodam alio qui committitur feriendo & ideo ponitur hic rubrica de cleri. percuſſore. ¶ Videndum eſt igitur qui dicantur percuſſores & in quibus caſibus liceat clericis percutere. & quæ ſit pœna temerarij percuſ-

1 ſoris. ¶† Percuſſor duobus modis dicitur ſpiritualis & corporalis. Spiritualis qui inutilis ſermone corda audientium ferit. ut.45. diſtin. ſane. Diſcretus debet eſſe prælatus in prædicando. ut non multum taceat. nec uerba ſuperflua dicat. ut.43. diſtin. ſit rector. Et ſicut non leue diſcrimen incumbit pontificibus ſiluiſſe quod congruit. ſic obſeruare debet ne indignis & nõ intelligẽtibus ſecreta myſteria ſua prædicatione reſerare incipiat. Vitium enim animæ eſt indignis ſecreta uulgare. quod uel loquacitate incauta cum ſine iudicio uolat irreuocabile uerbum uel adulatione ut ei placeat cui ſecreta reuelat. uel iactiatone ſcientiæ ut plura ſcire uideatur. ut probantur hæc.43. diſtinctione. diſpenſatio. &.§ ſequen. &.8. quæſtio.1. oportet. Item non debet populis grammaticam exponere. ut.86. diſtin. cum multi. ſed conſilium domini annunciare. ut.43. diſtin. epheſis. ponere autem ante oculos hominum dei iudicia. terrere cruentas conſcientias perſuadere pœnitentiam. ut.2. qu.1. ſi peccauerit. Et ſic dicit Aug. turba iniquorum cum facultas eſt in populis promendi ſermone generali ob iurgatione ferienda eſt & maxime ſi occaſionem atque importunitatem aliquod flagellum domini deſuper quouis apparet pro ſuis meritis uapulare. ut. 23. quæſtio.4. non poteſt. neminem autem nominabit. ut.8. quæſtio.2. quid autẽ. in quibus omnibus profecto datur intelligi quanta debet eſſe diſcretio in prædicatione ſacerdotis qua ſi forte caruerit quaſi torto naſo ſacerdotalis officij iudicatur indignus. ut.43. diſtin. in fine.

2 ¶ † Eſt & percuſſio corporalis & hæc fit manu pede uel capite uel cubito uel pectoris & humeri impulſu. Fit cum baculo uel alio genere armorum. ¶ Corporalis percuſſio ſi fiat malicioſe uel ex odio peccatum eſt. ut.45. diſtinc. cum beatus.

Sed

Sed & ſi quis pugno percuciat impiè & dicit ludens feci non excuſatur. ut ſupra de præſump. ſicut. Nam ludus noxius eſt in culpa. ut. ff. ad le. Aquil. l. nam ludus. quis enim ludos appellat ex quibus crimina oriuntur. ut in proœmio digeſtorum. ſed ſi quis plane ſocialiter & ex ludo percutiat non delinquit. ut. ff. de iniurijs. l. illud. &. 15. q. 1. illud. Si uero fiat cauſa correctionis licita eſt ei qui habet poteſtatem in eum quem percutit. ut. 45. diſtin. cum
3 beatis. 35. diſtinctio. ante omnia. † Hoc tamen ſcias quod neminem ſuis manibus epiſcopus uerberare poteſt. ſic. 86. diſtin. non liceat. ſed per alium ſic. ut. quæſt. 5. ille qui. & ſi clericum faciat percuti non faciet hoc per laicum ſed per clericum. ut infra de ſentent. excomm. uniuerſitatis. niſi clericus ſit omnino incorrigibilis nec comprehendi patiatur ut tunc per laicum capi poſſit. dum tamen non amplius laici uiolentia ſe extendat quam exigat rebellio uel defenſio clerici. ut infra de ſentent. excommun. ut fame.
4 ¶ † Item diſtinguendum eſt circa qualitatem perſonarum quæ corrigende ſunt & etiam circa criminum quantitatem, nam qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti licite uerberantur etiam pro minoribus criminibus. 45. diſtinct. §. ſalomon. & 35. diſtinct. ante omnia. qui uero ſunt in maioribus non ſunt pro leuibus uerberandi. ut 45. diſtinct. cum beatus hi ſunt caſus ſpeciales in quibus licite percutitur clericus quos notabo infra de ſentent. excommunica. Abbas autem uel prior poteſt licite monachum uel cõuerſum uerberare cauſa diſciplinæ, unde beatus Gregorius ſcribit beatum Benedictum quendam monachum uirga percutiendo ſanaſſe quem crebra monitione curare non poterat. ut 45. diſtinct. §. Salomon. hoc tamen ſic facere debet ut ſub ditis pietas matrem diſciplina uero patrem exhibeat. ut 44. diſtinct. §. hoc e-
5 tiam alibi. ¶ † Pœna percuſſoris eſt hæc, quia prohibetur per apoſtolum ordinari. ut 45. diſtinct. in principio. ſi fuerit promotus & non habens reſpectum ad ſuum ordinem & incautè & temerariè percutiat ſuſpenditur. ut infra eodem. ca. præterea. & ſi ſe non emendauerit deponatur ut infra eodem capitulo 1. & ſaluo quod ſi ex incauta percuſſione mors interueniat etiam ſi cauſa diſciplinæ fiat irregularitas contrahitur. ut ſupra de honore præsbyterum & de hac. materia in rubrica illa notaui.

## Summarium

1 *Maledicus quis dicatur.*
2 *Actio iniuriarum datur contra maledicum.*
3 *Detractor qualiter puniatur.*
4 *Clericus maledicus quomodo puniatur.*
5 *Conuitiator qua pœna feriatur.*
*Pœna blaſphemantium quare potius imponitur pecuniaria quam corporalis, & cui applicetur. num. 7.*

## ¶ DE CLERICO MALEDICO. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de clerico percuſ. & ibi diſtinctũ extitit quod percuſſio alia fit alia lingua. In hoc ergo tractatu inſiſtitur circa illam ſpeciem ſcilicet percuſſionem linguæ, & ideo ſubijcitur hic rubr. de cleric. male. ¶ Eſt autem uidendum quis dicatur maledicus. & quæ ſit pœna maledici.
1 ¶ † Maledicus eſt is qui obloquitur de homine detrahendo ei & eum obloquijs deprimendo. ut infra eodem. c. 1. Summa enim iniquitas eſt detrahere. Omnis. n. qui detrahit fratri ſuo homicida eſt. ut 6. qu. 1. ſumma & alibi dicitur detractores fratrũ homicidæ ſunt. ut de con. di. 1. homicidiorum unde nec tui commendandi cauſa aliquid dicas quo minor alius fiat ut 11. q. 4. ſi quis uero 98. diſtinct. nullus uero & c. ecce. ſi quis autem uerbum iniurioſum dixerit proximo delinquit in deũ.
2 & peccat in proximum † unde datur proximo actio iniuriarum. ut inſti. de iniur. §. 1. ff. de iniur. l. ita apud Labeonem. §. cõuitium & C. eod. tit. l. ſi non conuitij quæ famoſa exiſtit. ut. ff. de his qui not. infa. l. Athletas. §. ulti. &. C. ex quib. cau. infa.

irro. l.

iro.l.iniuriarum ſupra de ſent.& re iudi. cum te. Eſt etiam maledicus blaſphemus dei & ſanctorum.ut infra eodem .c.ſtatui
3 mus. ¶ † Punitur detractor quòd ſit infamis & ab eccleſia extorris. ut 6.quæſtio. 1.deteriores. Item punitur ut homicida ut in præalleg.c.homicidiorum.non quia ita graue ſit crimen detrahere ſicut occidere. ſed quia ſicut homicida punitur pœna æterna quo ad deum ſic & detractor. ſicut in euangelio dicitur qui dixerit fratri ſuo racha reus erit gehenne. † Item
4 clericus maledicus ſi in iudicio de hoc fuerit conuictus degradatur.ut 46.diſtin
5 ctio.clericus maledicus. ¶ † Conuiciator fratris punitur pœna pecuniaria facta æſtimatione iniurie arbitrio iudicis ſecundum qualitatem & quantitatem iniuriæ. ut inſti.de iniu. §.in ſumma. & hoc ſi ciuiliter agatur. Si autem criminaliter agatur extraordinaria pena officio iudicis reo irrogatur. ut ibidem. Si quis autem contumeliam uel conuitia epiſcopo intulerit mox depoſitus curiæ tradetur. ut 11.quæſt.1. ſi quis ſacerdotum. & maxime ſi in depreſſionem domini papæ aliqua protulerit ut infra eod.c.1. Verun tamen in hoc ſanctæ ac religioſæ dicere poſſet ſummus pontifex ſicut dicit dominus imperator. Si quis modeſtiæ neſcius & pudoris ignarus improbo petulantique maledico noſtra crediderit laſceſcenda ac temulentia turbulentus. obtractor ipſorum fuerit. pœnæ nolumus ſubiugari. neque durum neque aſperum aliquid ſuſtinere quoniam ſi ex leuitate proceſſit contemnendum eſt.nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum. eſt. ut. ff.ad leg. Iul.ma.l. famoſi. Si ex inſania miſeratione digniſſimum. ſi ob iniuriam remittendum.i.ad principem transferen-
5 dum.ut.C.ſi quis impera.male.l.una. † Si quis autem contra deum uel aliquem ſanctorum ſuorum & maximè beatam uirginem linguam in blaſphemiam publicè relaxare præſumpſerit. per ſuum epiſcopum pœnæ ſubdatur annotatæ infra eodem.c.ſtatuimus.quæ pœna locum habet cum blaſphemia non calore iracundie, non æbrietate uel dementia ptolata eſt. alius cũ blaſphemãte benignus ageretur. ut.2.q.3.ſi quis iratus.&.§.notãdũ.C. de reb.credi. & iureiuran.l.2.C. de iniur.l.ſi nõ conuitij.& ut ſupra.dixi.cum quis ma
6 ledicit imperatori.¶ †Sed quæritur de pœna pecuniaria quæ in fine illius decreta. ſtatuimus adijcitur quare ſit adiecta. Reſpondeo ideo. quia plures magis timent pœnam pecuniariam quam etiam corporalem. & propterea imponitur illa quæ magis timetur. ut ſupra ut lite non
7 conteſta. quoniam frequenter.† Sed quæritur. cui hæc pœna pecuniaria ſoluatur. Et uidetur quòd poteſtati ſeculari ex eo quod dicit in fine. quòd etiam inter alia communitatum ſtatuta ponatur. Vel dic quòd hoc crimen eccleſiaſticum eſt a quocunque commiſſum. & ideo pœna illa ſoluetur epiſcopo in uſus pauperum conuertenda. ut ſupra de foro competen.cum ſit ſupra de uſu. cum tu. Vel ſi uis diſtingue perſonas & diſtribue pœnas. ut pœna clerici blaſphemi ſoluatur epiſcopo, & pœna laici ſoluatur poteſtati. Et nota quòd hæc pœna pecuniaria eſt irremiſſibilis. ut in ſi. illius decre.ſtatuimus continetur. ubi dicit nullam in hoc miſericordiam habiturus. Illã enim clauſulam ad pœnam pecuniariam refero.non ad ſuperiores. Et intelligo ſi blaſphemus habeat unde ſoluat, cæterum ſi paupertas impoſſibilitatem inducat iudex eccleſiaſticus in flagella commutet. ut ſupra de rapto. in archiepiſcopatu 12. q.2.fraternitas 14 quæſt.o.6 ſi res aliena ſupra de iudæ. poſtulaſti &.c.ad liberandam. Sed hæc omnia pro tribunali fiunt ſed in iudicio animæ ſacerdos diſcretus moliet hunc rigorem & miſericordiam non negabit quia miſericordiæ dei nec menſuras poſſumus ponere nec tempora diffinire apud quem nullus patitur ueniæ moras conuerſio.ut 26.q.6. hi qui.

## *Summarium*

1 *Excommunicatio quid ſit. & quot ſunt ſpecies excommunicationis.*

*Clerici excommunicati qualiter puniantur.*
2 *Clericus excommunicatus quare teneatur dicere horas canonicas.*
3 *Excommunicatus excommunicatione durante, fructus beneficij non percipit.*
4 *Regreſſo iure poſtliminij non reſtituuntur ſtipendia eius temporis quo fuit apud hoſtes.*
5 *Excommunicatus excommunicatione minori exercere poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis. ſed non quæ ſunt officij.*
6 *Excommunicatus excommunicatione minori an celebrando grauiter peccet.*
7 *Depoſitus uel degradatus celebrans an conficiat.*

## ¶DE CLERICO EXCOMMVnicato miniſtrante. Rub.

DIctum eſt ſupra de quibuſdam exceſſibus prælatorum. ſed quoniam clerici delinquentes plerunque excommunicantur plerunque interdicuntur aliquoties deponuntur & nihilominus claues eccleſiæ contemnentes irreuerenter ingerũt ſe diuinis. Idcirco ſubijcitur hic rub. de cle. ex interdic. uel. de po. mi. ¶ Videndum eſt igitur de pœna iſtorum qui quantum in eis eſt miſteria ſacra profanant & an cum eis naleat diſpenſari. ¶Eſt autem ſciendum quòd excommunicatio. alia maior. alia minor.
1 † Maior excludit ſacramentis & a communione fidelium. Minor autem tantum a ſacramentis excludit. ut ſupra de excep. à nobis infra de ſent. excomm. c. penulti. ſed totum contrarium dicit canon. 3. q. 4. Engeltrudã. Ibi. n. dicit quod Engeltruda non ſolum fuit excõicata minori excõicatione quæ a fraterna ſoceitate ſeparat, ſed etiam maiori quæ a corpore Chriſti reſcindit. Sed exponenda ſunt uerba illa ſic ut intelligamus fraternam ſocietatem quam contrahimus in communione ſacramentorum. corpus autem Chriſti eccleſiam ut ibi dicit. per eccleſiam uero intelligas collegium fidelium. ut de con. diſtin. 1. eccleſia. Item ſciendum eſt quod duæ ſunt ſpecies minoris excommunicationis. una eſt quæ excludit a ſacramentis & hæc quandoque contrahitur a iure utpote per participium excommunicati excommunicatione maiori. ut infra de ſentent. excomm. nuper. Quandoque ab homine per ſententiam. ut 5. qu. 1. c. 2. Alia ſpecies excommunicationis minoris ſeparat a cõmunione fidelium & non ſacramentorum. ut. 5. q. 2. præſenti. & q. 4. in loco 18. diſt. placuit 34. diſt. quorundam 58. diſt. ſi quis de alterius. excommunicati igitur maiori excommunicatione & minori ſecundum primam ſpeciem diuina officia celebrare non debent. & ſi hoc fecerit alter deponetur. ut infra eodem. c. latores. alter grauiter peccat nullius tamen notam irregularitatis incurrit ut infra eod. c. ſi celebrat. quod intelligo ſi ſolenniter celebrat iuxta præcedentem conſuetudinem & ut prius. ut hæc probãtur infra eo. c. illud. & 11. q. 3. ſi quis dam natur & c. ſeq. ſi quis epiſcopus. ſecreto tamen non officiando eccleſiam ſed ſolus legendo non cantando & ſic plane ut a nemine audiatur dicere horas poteſt & debet. miſſam autem celebrare non poteſt quomodocunque nec ſacramenta eccleſiaſtica pertractare ut 28. diſt. præsby
2 terum. ¶†Si tu quæras quæ eſt ratio quare excommunicatus teneatur dicere canonicas horas. Reſpõdeo quia oneris eſt, & ideo non tollitur, alias ei ſententia prodeſſet quod eſſet iniquum. nam euidenter iniquum eſt ei prodeſſe ſententiã contra quem lata eſt. ut. ff. de except. rei iudi. l. euidenter. & pœna non habet immunitatem. ut. ff. de interdic. & releg. l. relegatorum. §. ult. nec aliquid eſſe habet delictum cum uenia. ut. ff. de mino. l. Papi
3 nia. † & propterea quia excommunicatus diuina non poteſt celebrare officiando eccleſiam ut prius. fructus beneficij non percipit excommunicatione durante. ut ſupra de appell. paſtoralis in fin. & 32. diſt. præter hoc. & ſi reconciliatus fuerit fructus illius temporis non recuperat
4 † ſicut regreſſo iure poſtliminij non reſtituuntur ſtipendia eius temporis quo fuit apud hoſtes. ut. C. de re milit. l. ſtipendia.

hæc eſt etiam cauſa quare excommunicatio non confertur beneficium. ut ſupra de æta. & qualita. præfi. cum bonæ memoriæ. Nam beneficium datur ratione officij ut. 81. diſtin. ſi quis ſacerdotum &.c. eos. hæc omnia quæ dicta ſunt in excommunicatio locum habent & in interdicto nam uterque ingerẽs ſe diuinis eſt in cauſa depoſitionis. ut infra eodem ca. clerici. Nec ob. quod ibi dicit niſi moniti ſine dilatione redierint quia nihilominus & ſi redierint poſſunt deponi. ſed ſi redierint ad ſtatum & obſeruantiam interdicti poterint diſpenſationem obtinere. Nec ob. infra eodem. c. poſtulaſti. §. præterea. ubi dicitur quod clerici qui talia præſumpſerint beneficijs ſunt eccleſiaſticis ſpoliandi. Nam ibi ſuppleo & officijs. uel ibi agitur de clericis celebrantibus in locis interdictis non de clericis interdictis. Et quod dixi in clerico interdicto dico in clerico ſuſpenſo dummodo ab officio ſic ſuſpenſus hæc enim duo æquipollentia ſunt & eundem habent effectum. clericũ
5 interdici & ſuſpendi. † Vnum tamen non omitto notare quod excommunicatus excommunicatione minori poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſditionis & eligere poteſt & non eligi & ſacramenta ab eo collata non carent uirtutis effectu. cum non uideatur à collatione ſed à perceptione ſacramentorum quæ in ſola conſiſtit perceptione remotus peccat tamen conferẽdo ſacramenta ſed leuiter. quia ut predixi non eſt excluſus à conferẽdo ſed à percipiendo. ſed celebrando peccat grauiter ut hæc omnia colliguntur infra eo-
6 dem ſi celebrat. ¶ † Sed mirum eſt quod excommunicatus excommunicatione minori celebrando peccat grauiter. non tamen irregularitatem incurrit cum ex omni mortali quis conſtituatur irregularis irregularitate canonica ut promoueri nõ poſſit ut. 25. diſtin. §. nunc autẽ. &. c. primum. & promotus ſit ſuſpenſus quo ad ſe ut. 1. q. 1. ſacerdotes. Ad quod reſpondeo quod dicit illa decre. ſi celebrat nullius notam & c. ſic intelligo quantum ad id quod ibi ſequitur. ſ. quo minus eligat & quo minus exequatur quæ iuriſditionis ſunt ſecus
7 quæ ſunt officij. † Sed quæritur de depoſito ſeu degradato an conficiat Et uidetur quod ſic quia ordinem non amittit. ut. 20. q. 3. eos. 1. quæſt. 1. quòd quidem. de con. diſt. 4. oſtenditur. 32. q. 7. licite. ar. contra. l. diſtin. accidens. 11. quæſt. 3. epiſcopus. 81. diſtin. dictum. 23. quæſt. 8. clericis. 54. diſtin. ex antiquis. Ad hoc reſpondeo. puto ipſum non conficere. potuit enim eccleſia auferre poteſtatem conficiendi quã contulit ordinando. quamuis caracter qui animæ infigitur non poſſit aufferri. Cum eo qui excomminicatum ſe ſciens in contemptum clauium præſumpſerit celebrare diuina non poteſt alius à papa diſpenſare nec etiam ſynodus. ut. 11. quæſtio. 3. ſi quis epiſcopus damnatur. &. cap. ſi quis in conſilio.

## *Summarium*

1 *Non ordinatus celebrans an conficiat.*
2 *Non ordinare an poſſit non ordinatus.*

## ¶ DE CLERICO NON ORDINATO MINISTRANTE. Rub.

IN ſuperiori rubrica dictum eſt tractatum de his qui excommunicati interdicti depoſiti adminiſtrant hic tractatur de his qui non ordinati hoc faciunt. & ideo ſubijcitur hic rub. de cle. non or. mi. ¶ Videamus igitur an talis celebrando conficiat. & an cum eo ualeat diſpenſari
1 & in quo. ¶ † Eſt autem ſciendum quod talis ſi celebrat non conficit. nullus enim celebrat niſi ſacerdos qui rite fuerit ordinatus. ut ſupra de ſum. Trini. & fi. ca. c. firmiter. de con. diſtin. 1. c. 1. &. c. ſicut. 81. diſt.
2 dictum. ¶ † Nunquid autem non ordinatus baptizare poteſt. Reſpondeo non ex officio. ſed ſicut laicus in neceſſitate abſente ſacerdote poteſt. ut. 30. q. 1. ad limina. 93. di. diaconus. de con. di. 4. conſtat. Talis autem abijciatur ab eccleſia & nunquã ordinetur. ut infra. e. c. 1. ¶ In exequendo ordinem quẽ iam habet & in beneficio pote-

rit cum eo per epiſcopum miſericorditer diſpenſari ne ſuſtentatione priuatus ad ſeculi negocia reuertatur. ut infra eod.c.2. Sic plerunque diſpenſatur in beneficio & non officio. ut.l.di. ſtudeat.28. di.præsbyterum. & hoc ideo ne in uituperium cleri mendicet miſer clericus in plateis ut. 93.diſtinctione diaconi.

## *Summarium*

1 *Deſponſari an poßit cum clerico per ſaltum promoto & conferatur & ordo prætermiſſus.*

2 *Intellectus ad.c.ſicut 11. diſtin. & ad.c. ueniens, ſupra de cleri. non baptiza. miniſtran.*

3 *Epiſcopus ſine ſacerdotio quis eſſe non poteſt.*

## ¶ DE CLERICO PER SALtum promoto. Rub.

DIctum eſt ſupra de clericis non ordinantis miniſtran. hic tractatur de ordinatis inordinate hoc eſt præpoſtere & per ſaltum. & ideo ſubijcitur hic rubri.de cle. per ſal.pro.de hoc autem quid iuris ſit breuiter uideamus. ¶ Et eſt ſciendum quod gradatim & per ordinem eſt aſcendendum. ut.ff.de mu. & ho. l.gradatim.&.l.honor.§. gerendorum. C. ut dignitatum ordo ſer.l.1. &.2 li.12. Et aſcendendum eſt de minori ad maius. Nam qui prouehitur de minori ad maius prouehitur ut.93. diſtinct. legimus in fi. & per certas interſtitias temporum.ut.77. di.in ſingulis.&.c.quicunque. & in ſequen
1 tibus.c. † ſi quis ergo per ſalſum promotus ſit in aliquo ordine prætermiſſo miſericorditer agi poteſt ut conferatur ei ordo prætermiſſus.ut infra eo. ti.c. uno.52. diſt. ſolicitudo. caute enim ſupplendum eſt quod omittitur. ut ſupra de ſacramen. non iteran.c.paſtoralis. Et ſecundum hoc uidetur quod aliquis nullum ordinem habens poteſt eſſe ſacerdos.Sed obſtat.11.diſtinctione.ſicut.& ſupra de cleri.non bap.
2 mi.ueniens.ſed ad canonem † Reſpondeo clericatus & ſacerdotium faciunt ſacerdotem.uerũ recte & ordinate. Sed quamuis inordinate nihilominus ordo ſacerdotalis ſecundũ formam eccleſiæ collatus efficit ſacerdotem ad aliud autem reſpondeo ſpeciale eſt in non baptizato ut nullum recipiat ſacramentum.quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum. ut.32. di.§.
3 uerum.† ubi enim non ſit poſitum fundamentum nihil ſuperedificari poteſt. ut.1. q.1.cum Paulus.ut not. ſupra de præsbytero non bap.mi. Epiſcopus autem ſine ſacerdotio quis eſſe non poteſt. ut infra titul.proxi. ex literis.

## *Summarium*

1 *Furtiuè ordinari qualiter quis dicatur.*

2 *Furtiuè promotus an poßit in ordine miniſtrare & an cum tali ualeat diſpenſari, & per quam.*

3 *Ordines omnes an quis poßit eodem tempore ſuſcipere.*

## ¶ DE EO QVI FVRTIVE ORdinem ſuſcepit. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de his qui aſcẽdũt ad ordines per ſaltum. Nunc tractemus de his qui aſcendunt per
1 furtum. †Per furtum autem intelliguntur aſcendere qui clandeſtinè promouentur. ut infra eo.c.innotui. hoc eſt contra conſcientiam ſuperioris. ut.64.di.extra conſcientiam. Et ideo ſubijcitur hic rubri.de
2 eo qui fur. or. ſuſce. ¶ † Videamus igitur an quis poſſet miniſtrare in ordine quem furtiuè recepit. & an cum tali ualeat diſpenſari & per quem. ¶ Et eſt ſciendum quod ſi quis promouetur ad ordines eodem die minores & ad ſacrum in ſacro non poterit miniſtrare.nec etiam in minoribus niſi ex permiſſione. ut infra eod.c. cum h.lator. ſi uerò promoueatur ad duos ſacros in neutro poterit miniſtrare.ut infra eo.innotuit. ¶ Sed opponitur primum ordinẽ bene recipit quia de conſciẽtia.Secũdum autem malè quia furtiuè quare ergo punitur in executione prioris. Reſpondeo cum is qui ordinatur recipit primũ ordinem gerit in animo ut illo nõ contẽtus eodem die recipiat ſecundum. & ideo animi deſti-

mi deſtinatione peccat in receptione primi. In ſecundi uerò receptione peccat re ipſa ideſt ipſa receptione. & ſimile ad
3 illud ſupra de tempo. ordi. literas. ¶ † An autem quis poſſet omnes ordines recipere. dic ut not. ſupra de temp. or. §. ordines minores. Circa hæc poterit quilibet diſpenſare ſi prohibitio facta non ſit ſub interminatione excommunicationis uel pœna ne quis ad omnes ordines eodem die aſcendat. ut infra eodem. c. primo. imò uidetur quod hoc liceat abbati in ſuo monaſterio. ut infra eod. cum. h. in fi. licet quidam uelint intelligere illud in epiſcopo qui uicem epiſcopi gerebat in eccleſia cui præerat quæ regularis erat & epiſcopalis. ut ſupra de iudi. cauſam. ſed ſi interminatio facta ſit tunc diſpenſatio fieri non poteſt ſiue auctoritate & licentia papæ ut infra in. c. innotuit. in fine.

## Summarium

1 *Prælati quando dicuntur excedere.*
2 *Epiſcopum non dominum ſed recolligam præſbyterorum cognoſcere debet.*
3 *Abbates quando dicantur excedere.*

## ¶ DE EXCESSIBVS PRAELATORUM. Rubrica.

TRactauimus ſupra de quibuſdam exceſſibus ſubditorum in prælatos ut de his qui per ſaltum uel per furtũ ad ordines aſcendunt. ſed ne ex hoc aliqua prælatis obrepat elatio ſubijcitur hic rubrica de exceſſibus præla. in ſubditos. Nos autem de multis exceſſibus aliquos proſequamur. nec prælati hoc ad animã reuocẽt. currũt enim inter infamiã & bonã famã ut ſeductores & ueraces. ut
1 6. q. 1. ſunt plurimi. ¶ † Excedunt prælati in exigendo dum imponunt talias & collectas. ut infra. e. c. 1. & ut no. de hoc ſupra de cẽſi. & exac. §. nũc uideamus. Excedũt ut dũ eccleſiæ Romanæ uel eius legatis in aliquo ſubueniũt quærũt prędã potius quã ſubſidium in ſubiectis ut no. ſupra de rap. §. habẽt quidã. cũ deberẽt manus ſuas ſeruare innoxias deo legi & principi. nulluſque contingere lucrũ ut in auté. de mã. princi. §. 1. col. 3. C. de ſuper indic. l. 1. li. 10. ff. de dã. infec. l. ex damno. §. 1. in auté. de col. §. hoc quoq;. coll. 6. niſi ex magna cauſa. & ſpecialibus caſibus. ut. 16. q. 1. §. nouarũ ſupra de cẽſi. cũ apoſtolus ſupra de iure pa. præterea. Excedũt quia de facili ſine cauſa & ſine. ordine iuris excõmunicant & ſuſpẽdũt. cũ excõicatio quæ eſt æternæ mortis dãnatio ſine certa & manifeſta cauſa ferri non debeat. nec pro paruis & leuibus cauſis ut. 11. q. 4. nemo. & c. nullus. 2. q. 1. nemo. & c. deus omnipotẽs ſupra de appel. repræhẽſibilis. 12. q. 1. indigne infra de ſen. ex cõ. ſacro. Excedũt. quia in iudicijs clericorũ ſuorũ conſilijs non utuntur. cõtra id quod legitur. 15. q. 7. c. pe. & ul. ſicut pręſens & pręſẽtibus officialib. ſuis iudicare debet. ut. C. de ſen. & interlo. om. iu. l. cũ ſententiã. ¶ Excedũt quidã in nimio rigore quidã in omnimoda relaxatione rigoris cũ ex utroque unũ ſit faciendũ tẽperamentũ. ut nec rigor iuſticiæ ſit rigidus. nec mãſuetudo diſſoluta ſit. ut. 45. di. diſciplina Excedũt qui ſuperbè prædicãt & ſine cõpaſſione cõdẽnant. ut. 45. di. habet hoc propriam. & ca. uera iuſticia. Excedunt dum malos clericos ordinant de quibus canon loquitur, facit hoc nimia remiſſio ſacerdotum noſtrorum qui pompam multitudinis quærunt. & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa pluralitas etiam in his locis ubi ſolitudo eſt talium reperitur dum per parochias extẽdi cupiunt aut quibus aliud præſtare non poſſunt diuinos ordines largiuntur. ut. 59. diſt. ſi officia. ¶ Excedunt dum exquiſita & ſingularia quærunt. quos increpat Hierony. dicens natus in paupere domo & in tugurio ruſticano qui uis milio & cibario pane uẽtrẽ rugiẽtẽ ſaturare poterã. nunc ſimilã & mella faſtidio. ut. 12. q. 2. gloria. Excedunt qui circa diuitas & ornatũ eccleſiarum omne ſuũ ſtudium apponunt & de miniſtris nulla eſt cura. contra quos inuehitur Hiero. in prælle. c. dicens. Marmura nitent auro. ſplendent laquearia gẽmis. altare diſtinguitur. & mi-

niſtrorum Chriſti nulla eſt dilectio. ¶Excedunt in ſuperbis geſtis & claris dum ſe inter ſacerdotes gerunt damnabiliter. canone dicente †. Epiſcopus in eccleſia in conſenſu præsbyterorum ſe collegam eſſe cognoſcat. ut 95. diſtin. epiſcopus excedunt in procurationibus. ut not. ſupra de cen. & exac. ¶Excedunt dum inferiorum honoribus derogant. ut infra eo. c. ad hoc. quia ſicut non uult grauis oneris ſarcinas ferre. ita non audeat alij imponere importabile pondus. ut 2. q. 6. qui ſcit. Excedunt dum beneficia uacantia clericis conferenda ſibi retinent. ut infra eod. c. ad aures. Quod nõ licet niſi ex cauſa cũ ſuo capitulo prælatus ſtatueret de aliquo perſonatu uel beneficio ſupprimendo. ut eccle. benefi. ſine dimi. confe. ut noſtrum ut ſupra de conſtit. cum acceſſiſſent. uel niſi hoc per priuilegium ſeu indulgentiã aliquis obtineret. ut infra de uerbo. ſign. tua nobis. Excedunt epiſcopi dum ab abbatibus & monachis aliqua exigunt cõtra ordinis inſtituta. ut infra eo. c. ſane ſupra de ſimo. ne dei eccleſiam. cum ea. ad quæ tenentur abbates epiſcopis ſcripta ſunt. ut 18. q. 2. hæc tantum & c. abbates ſupra de offi. ord. conquerente. Vnde ſi epiſcopi indebita & inſolita exigãt. poſſunt abbates iure proprio denegare. ut infra eod. c. ſane & c. cum ad quorundam 10. q. 1. quia cognouimus. niſi prælatus eſſet in poſſeſſione uel quaſi eius quod exigit. tunc enim illud ſubtrahere ſubdito non liceret. ut ſupra ut lite pen. a memoria 16. q. 2. uolumus & 17. diſt. §. hinc diſtinguendum. ¶Excedunt dum religioſos contra indulgentias & priuilegia ſua moleſtãt. ut infr. e. c. nimis & c. tãta. Sed & religioſi caueant ne priuilegijs abutantur & ne propter indulgentias inſoleſcant, ſed in humilitate regulari ſic degant ut eccleſiarum prælati efficatiores & promptiores exiſtant & ad exhibẽdum eis de ſuis malefactoribus iuſtitiæ complementum eorumq; priuilegia diligentius & perfectius ſtudeant obſeruare ut ſupra de deci. nuper in fin. Cæterum ſi cum alijs ſimilem uitam ſuſceperit ſimilem cum eis in legibus ſentient diſciplinam. ut ſupra de ſta. regu. recolentes.

3 ¶†Excedunt etiam & abbates qui ſuis finibus non contenti manus ad ea quæ ſunt epiſcopalis dignitatis extendunt cognoſcendo de cauſis matrimonialibus & alia epiſcopalia exercendo. ut infra eo. c. accedentibus. Sed uidetur quòd de cauſis matrimonialibus cognoſcere poſſit ut ſupra de conſang. & aff. ex literis. Ad quod reſpondeo. illud competit abbati ex priuilegio ſpeciali & in hoc concordat decr. infra eo. c. accedentibus, in fi. ubi dicit niſi forſan quiſquam eorũ ſpeciali conceſſione uel alia cauſa legitima ſuper huiuſmodi ualeat ſe tueri utpote præſcriptione. nam poteſt abbas quædam iura epiſcopalia præſcribere quæ epiſcopale officium non requirunt. ut ſupra de præſcrip. auditis. & eodem modo ex conſuetudine præſcripta poteſt cognitio cauſarum matrimonialium ad archidiaconum pertinere. ut ſupra de reſt. ſpol. literas.

## Summarium

1 *Nouum opus facere quid ſit.*
2 *Nunciare quid ſit.*
3 *Aedictum nunciationis noui operis quid contineat.*
4 *Nunciatio noui operis cui fieri debeat.*
5 *Nunciatio facta ad locum uenire in ædificio exiſtente an teneat.*
6 *Nunciatio noui operis facta domino non tamen in opere an ualeat.*
7 *Iuramentum calumniæ an exigatur, in nunciatione noui operis.*
8 *Nuncians quid demonſtrare habeat.*
9 *Nuncians nomine aliena ad quid teneatur.*
10 *Nunciatio quot modis fiat.*
11 *Nunciationis effectus quis ſit.*

## ¶DE NOVI OPERIS NVNciatione. Rubrica.

IN ſuperiori rubrica diximus de prælatis excedentibus in ſubiectos in præſenti autem rubrica agitur de ſubiectis excedentibus in contemptum iuris uel prio-

uel prioris ſeu prælati unde ſubiicitur hic rubrica de noui operis nuncia.¶ Videndū eſt igitur quid ſit nouum opus. quid nunciare nouum opus ad quæ noua opera pertineat nunciatio cui ſit nunciandum. qualiter fiat nunciatio & quis ſit nunciationis effectus.
1 ¶ † Opus nouum facere uidetur qui aut ædificando aut detrahendo aliquid priſtinam faciem operis immutat. ut.ff.eodem titulo.l.1.§.opus nouum ſi quis autem uetus ædificium fulciat aut ſi unum uel alterum crementum imponat nouum opus facere non uidetur.ut.ff.eodem titu.l.1.ſi quis ædificium & l.ſtipulatio.§.opus.Longe enim aliud eſt facere aliud reficere. ut.ff.de iti. actuque priua.l.3.§.reficere ſupra de iudæ. conſuluit. &.c. iudæi.ar.tamen eſt.ff.de mor. inferen.l.1.§.ædificare.
2 † Nunciare idem eſt quod prohibere.unde pro eodem habeo quo ad effectum ſiue quis dicat nuncio nouum opus uel prohibeo nouum opus. ut infra eod.c.ſignificantibus.&.ff.eo.tit. l.1.§.nunciamus.
3 † hoc autem editū non omnia opera complectitur ſed ea ſola quæ ſolo coniuncta ſunt quorum ædificatio uel demolitio uideatur nouum opus continere.ut.ff.eodem titu.l.1.§.hoc autem edictum.
4 ¶ †Fit nunciatio omnibus exiſtentibus in ædificio. ut.ff.eodem tit. l.operis noui &.l.ciuilibus &.l.de pupillo.§.2.& 3.
5 ¶ † Sed quid ſi fiat nunciatio ad ipſum locum nemine in ædificio exiſtente nunquid tenet denunciatio ſic. quia ſi nullus ſit in ædificio poteſt aliquis eſſe præſens & audire denunciationem & domino operis indicare unde ſufficit in præſenti nunciari.ut.ff.eod.titulo.l.de pupillo.§.3.Et propterea non obſtat abſentia domini operis. ut infra eod.c.cum ex iniūcto in prin.Et facit ad idem. C.de dam.infec.l.dies.§.totiens &.ff. quod ui aut clam.l.autem.§.1.in fin.
6 ¶ †Quid ſi fiat nunciatio noui operis domino operis nō tamen in opere uidetur quòd nullius ſit momenti quia in re præſenti fieri debet ut dictum eſt. & probatur.ff.eod. tit.l.de pupillo.§.ſi quis ſorte.Sed uerius eſt ꝙ teneat nunciatio ſicut & illa quæ fit in re præſenti domino operis abſente & nemine inſiſtēte ut ſuperius dictum eſt. dicitur autem nullius eſſe momenti nunciatio quæ ſit domino abſente quantum ad ea quæ fiunt in opere antequā ipſe ad opus redeat. non enim omnia quæ facta ſunt poſt talem denunciationem demolienda ſunt ſed tantum illa quæ poſt regreſſum eius edificantur.
7 ¶† In nunciatione noui operis neceſſarium eſt iuramentum de calumnia. ſi tamen ab aduerſario exigatur.ut.ff eodem titul.l. de pupillo.§. qui opus nouum.Quidam tamen dicunt.l.illam hodie non tenere per authem.de his qui ingre. ad ap.§.ulti.coll.5.& ſignatur. C.de iureiuran.propter calum. in authē. hoc ſacramentum. & in alio authē. hoc in ſacramento. Ibi enim dicitur in initio litis. hoc eſt in conteſtatione litis de calumnia iurandum eſſe ne ſæpius iuretur. Alij autem dicunt quod illud autem loquitur de iuramento quod in conteſtatione litis præſtatur uel poſt. unde quod dicit ne ſæpius iuretur ſupplent poſt litis conteſtationem. unde leges quæ dicunt de iuramento præſtando autem litem conteſt. non reuocantur per authē. præal.ff.de no.pe.nun.l. de pupillo.ff. de dā. infec.l.qui bona.§. qui dāni. &.§. ſi quis ſtipulaturus.& ff.qui ſatiſ.da.co.l.de die. §.iubetur. Quod tamen intelligendum eſt poſt nunciationem cum is cui nunciatum eſt adit prætorem uel prælatum poſtulans ſibi remitti nunciationem niſi ille de calumnia iuret qui denunciauit.à principio enim non exigitur prætoris autoritas.ut.ff.eodem tit.l.1.§. nunciatio. &.§. ex hoc edicto.
8 ¶†Item qui nunciat neceſſe habet demonſtrare in quo loco opus nouum nunciat ut ſciat ædificator ubi poſſit ædificare & ubi interim abſtinendum eſt. ut ff. eodem tit.l. pupillo.§. qui nunciat. ¶ Item qui opus nouum nunciat ſi quid iam operis factum eſt inteſtationes referre debet ut ſciatur poſtea quid factum ſit. ut.ff.eod. ti.l.non ſolum. Item modulos debet ſumere is qui nunciat.ut probari poſſit quid poſtea ædificatum ſit.ut.ea.l.§.ſciendū.
9 †Itē qui nomine alieno

ne alieno nunciat, neceſſe habet ſatiſda-
te rem ratam dominum habiturum. ut.ff.
eod.titul.l.qui in re. §. quæ procuratorio.
quod locum habet ſecundum quoſdam
cum de mandato dubitatur ſecundum a-
lios etiam ſi de mãdato conſtet & eſt ibi
ſpeciale ſicut & alibi. ff. ad trebel. l. qui-
10 dam ¶† Tribus modis fit nunciatio. per
uerba, per prætoris interdictum.& per ia
ctum lapilli. & in hoc ultimo modo di-
cunt quidam uerba non debere interueni
re. Alij dicunt uerba poſſe interuenire ut
nuncians ſic dicat nuncio uobis nouum
11 opus per iactum lapilli. ¶ † Effectus nun
ciationis eſt ut quicquid poſtea ædificatũ
fuerit iure uel iniuria deſtruatur. ut.ff.eo.
titu.l.1. in princ. &.l. prætor. §.1.& infra
per totum. unde ſimilia ſunt hæc quo ad
hoc noui operis nunciatio & excommu-
nicatio. quia utraque tenet ſiue fiat iure ſi
ue iniuria ut 11.q. 3. ſent ntia. In nuncia
tione eſt ratio ſpreta prætoris auctoritas.
in excommunicatione contemptus cla-
uium. ¶Eſt & alius effectus denunciatio-
nis. nam ſi quis uerbis nunciat facit aduer
ſarium poſſeſſorem. ut. ff. eod.tit.l.1.§.in
operis. &.l. de pupillo. §. meminiſſe. ſe-
cus ſi per prætorem ſiue per iactum lapil-
li ut ibidem. Ratio diuerſitatis hæc eſt.
quia poſſeſſio ſolo animo amittitur ut cũ
quis ſuſpiciatur ſe poſſe repelli. ut. ff. de
acqui. poſ. l. poſſideri. §. in amittenda.&
l. ſi id quod. §. ulti. Sed qui lapillum proij
cit & ſic nunciat non prætendit ſignum ti
midi & fugientis. ſed audacis & punatu-
ri ac poſſeſſionem defendere uolentis. &
ideo non amitti poſſeſſionem & idem eſt
cum quis prætorem adit uel prælatum lo
quens ei in audacia mentis ſuæ domine
talis ædificat in meo faciatis eum incon-
tinenti exire alioquin iam uidebitis quid
fiet. ubi uero quis in humilitate uerborũ
& arenga proponit ædificatori ſuccedẽs
in ornatu & exſpoliatione uerborum uel
ſermonis per hoc ipſum mouere inten-
dens ut de poſſeſſione exeat uel in miſe-
ria & depreſſione quadam ſupplicans &
exorans ut exeat perdit poſſeſſionem. ut
dictum eſt. Tertius effectus eſt ut ſi is cui
eſt nouum opus nunciatum nolit ſe defen
dere transferatur in eum onus probatio-
nis ut. ff. eo. l. ſi prius. quod uerum eſt ſi
nolit defendere infra tres menſes quod
ſpeciale eſt in hac cauſa ut infra eo.c. ul-
ti. C. de edi. priua. l. ulti. primus & tertius
effectus nũciationis tolluntur per remiſ-
ſionem ut infra eo.c. cum ex iniuncto ſi-
ue ſit expreſſa remiſſio ut infra eo.c. ſi no
uum.&.ff. de remiſſi. l. 1. ſiue tacita ut.ff.
eod.tit.l.1. C. & poſt operis. l. non ſolũ.
§. morte.

## *Summarium*

1 *Priuilegium quid ſit, & nu. 2.*
*Priuilegium non eſt niſi indulgeat ſpeciale.*
3 *Species priuilegiorum quot ſint.*
4 *Priuilegium concedere qui poſſint.*
5 *Priuilegium quibus modis tollatur.*
6 *Ius publicum auctoritate & utilitate pactis priuatorum tolli non poteſt.*
7 *Macedoniani & Velleiani priuilegiũ, an per pactum tollatur.*
8 *Priuilegij uerba obſcura à quo ſint interpretanda.*
9 *Tẽplarij, & hoſpitalarij ac Ciſterienſes, nec non alij monachi, an aliquod priuilegiũ habeat, & nu. 10. & 11.*
12 *Priuilegiũ conceſſum aliquibus quòd non poſſint ſuſpendi interdici, uel excommunicari ab alio archiepiſcopo uel epiſcopo. quomodo intelligatur.*
13 *Interdicti tẽpore uel excommunicationis alicuius terræ an aliqui religioſi poſſint celebrare, & quomodo.*
14 *Prædicatores & minores an poſſint ubique celebrare.*
15 *Confratres religioſorũ quibus priuilegijs uti debeant.*
16 *Conſulis Romanæ eccleſiæ an ſit exemptus.*

## ¶DE PRIVILEGIIS ET EXceſſibus priuilegiatorum. Rubrica.

DIctũ eſt ſupra titulo ſecũdo de ex
ceſſibus prælatorum nunc agitur
de exceſſibus ſubditorũ qui pri-
uilegijs

uilegijs & indulgentijs abutuntur. unde ſubijcitur hic rubrica de priuil. & exceſſibus priuilegiatorum. ¶ Videamus itaque quid ſit priuilegium. unde dicitur. quot ſunt ſpecies priuilegiorum quis poſſit cõcedere priuilegia. quanto tempore durat priuilegium. quod priuilegium alteri præiudicet. & quibus modis priuilegia tollã
1 tur. ¶ † Priuilegium eſt beneficium contra ius commune conceſſum. Non enim eſt priuilegium aliquid niſi indulgeat ſpeciale ut infra de uerbo. ſignifi. abbate 1. eo. in his. C. de theſau. l. una lib. 10. ff. ad municipa. l. 1. ff. de lega. 1. l. ſi quando 25. quæſt. 1. §. ult. ff. de uſu. & ha. l. diuus.
2 † Priuilegia dicuntur leges priuatorum a iure communi exceptorum ut 3. di. priuilegia enim ſingulorum ut ait Hiero. communem legem facere non poſſunt ut 26.
3 q. 2. non exemplo. ¶ † Species priuilegiorum ſunt duæ priuilegiorum enim aliud generale aliud ſpeciale. Generale eſt quod corpori uel collegio conceditur ut infra e. c. cum & plantare. & c. ſi de terra. & c. porro. & c. in his. & in multis alijs decre. ibi poſitis uel uniuerſitati. ut 17. q. 4. ſi quis ſuadente infra de ſen. ex contingit ſupra de fo. com. ſi diligenti. Item illud quod conceſſum eſt minoribus & eccleſijs circa contractus uel quaſi & circa iudicia ut ſupra de in inte. reſt. ca. 1. & ff. eodem. titul. per totum. Item quod conceſſum eſt mulieribus circa fideiuſſores. Speciale eſt quod perſonæ conceditur & extinguitur cum perſona. ut. 7. q. 1. petiſti ff. de re. iur. l. priuilegia. inſti. de iure na. gen. & ci. §. ſed quod principi in uer. plane. Alia ſunt tranſitoria ad hæredes. ut. C. de decu. l. dorotheum. & ff. de reg. iur. l. priuilegia & hæc realia uocantur ut ſu-
4 pra de inſti. cũ ueniſſent. ¶ † Poteſt concedere priuilegia. Papa uel Imperator qui ſunt ſui iuris & iuribus non ligantur. ut ſupra de conceſ. præben. c. propoſuit. & C. de le. & conſti. l. digna. Cõcedit priuilegia & epiſcopus. ut ſupra de religio. domi. conſtitutus. & ſupra de cenſibus cũ uenerabilis. 17. q. 2. uiſ. ſupra de ſen. & re iudi. cum inter uos. dum tamen hoc faciat de ſui capituli uoluntate. ut ſupra de dona. paſtoralis infra eod. c. cum olim. Priuilegium datum ad eligendum tanto tempore durat quanto tempore durat actio ſuper qua priuilegium indulgetur. Non enim ueriſimile eſt Romanum pontificem naturam actionis uel immutare per priuilegium. ar. C. de inoff. teſt. l. quando ſupra de ele. eccleſia ueſtra. Si uero priuilegium concedatur ad eligendum excipiendum ſi nunquam agatur nunquam excipietur & ſic priuilegium ſemper durat quia quæ temporalia ſunt ad agendũ perpetua ſunt ad excipiendum. ut no ſupra de crimine fal. §. ult. ſed ſi agatur & is cui cõpetit exceptio ex priuilegio non excipiat. fiet ei præiudicium quo ad illum actum de quo agatur. ut. C. de epiſ. & cle. in auth. præsbyter. ff. de excu. tut. l. uoluntariæ. Sed ſi agatur de iure ipſius rei ſuper qua priuilegium eſt conceſſum & excipiatur de priuilegio ac in iudicio exhibeatur iudex autem ferat ſententiam contra illud. tunc priuilegium reprobaſſe uidetur. Si uero non fuerit exhibitum prætextu priuilegij de nouo repeti non debet ſentẽtia retractari ſupra de ſen. & re iud. ſuborta. in fi. Et tunc fit præiudicium imperpetum in rem iudicatam ſententia tranſeunte. Item ſi quis extra iudicium tanto tempore contra priuilegium ueniat non utens ſuo priuilegio ut ueriſimile ſit ipſum priuilegio ſuo renunciaſſe puta ſpacio. 20. uel. 40. annorum uel ulteriori perijt priuilegium imperpetuũ & ſic intelligo infra e. c. accedentibus. & c. ſi de terra. & hæc uera ſunt in priuilegio ad ius conceſſio. 1. ad agendum uel excipiendũ.
5 † Priuilegium conceſſum ad factum unico actu contrario tollitur. ut ſupra de conſt. cum acceſſiſſent ſupra de præben. pro illorum. 11. quæſt. 3. priuilegium. ar. ad idem ſupra de his quæ fi. à ma. par. c. ex ore. C. de iure do. impe. l. 2. C. de pac. inter emp. & uẽ. l. cõmiſſoriæ. ſed ſi nõ interueniat actus cõtrarius ſed fieri obmittatur quod ex priuilegio competit nõ tol

litur

litur per decennium. ut. C. de num. l. ſi tollitur per ſentẽtiam ut ſupra de ſen. & re iu. ſuborta. Item tollitur priuilegium primũ per poſterius ſi poſteriori fiat mentio de priori alias non ut ſupra de præſcrip. ueniẽs ſupra de offic. delega. ex parte. Quidam tamen dicunt non eſſe neceſſarium quod ſecundum priuilegium faciat mentionem de primo ad hoc ut primum tollatur, quia cum priuilegia ſint leges priuatorum. ut dictum eſt ſupra eodem. §. 2. & lex poſterior tollat priorem & ſi de ipſa non faciat mentionem. ut. ff. de legat. & ſena. conſul. l. non eſt nouum & ideo priuilegium poſterius non tollit primum & ſi de eo nullam facit mentionem ut dicunt. ad quod reſpondeo. illud locum habet in legibus communibus & clauſis in corpore iuris. ſecus in priuatis & non clauſis. Item tollitur per abuſum ut 11. q. 3. priuilegium. Item tollitur per propriam & expreſſam renunciationem. ut ſupra de deci. nuper. Item tollitur per ſuperioris reuocationem. ut ſupra de deci. ſuggeſtum infra eo. c. ex dilecti. Eo tamen ſaluo quòd priuilegio fori & tutelæ clericorum renunciari non poteſt. ut ſupra de foro compe. ſi diligenti. & infra de ſenten. ex. contingit quod eſt ſpeciale in illis. alias autem priuilegio publico poteſt quilibet in ſuum præiudicium renunciare. ut ſupra de fo. compe. dilecti. Sed obijcitur. pactis priuatorum iuri publico derogari non poſſe. ut. ff. de pac. l.
6 ius publicum. Ad quod reſpondeo. † Ius publicum auctoritate & utilitate pactis priuatorum tolli non poteſt ut ſi paciſcar ne furti committendi uel iniuriarum faciendarum nomine agam. hoc enim ius ſcilicet ut maleficia puniantur publicum eſt authoritate & utilitate. Nam publicè intereſt pœnam furti & iniuriarum timeri. & ideo hoc ius per pactum tolli nõ poteſt ut. ff. de pact. ſi unus. §. pacta. Similiter publicè intereſt ut magiſtratus nomine college conueniantur & hoc ius publicum eſt auctoritate & utilitate. & ideo per pactum non tollitur. ut. ff. de admi. rerum ad ciui. parti. l. 2. §. ius reipublicæ. Cæterum ſi ius fuerit publicum auctoritate. priuatum utilitate ut munus tutelæ uel curæ remittendam uel tollendam locum habet renunciatio & pactum. ut. C. &. ff. de pac. & de tranſac. in pleriſq;. legibus ibi poſitis. Item ius publicum ex authoritate ne quis trahatur ultra duas dietas ad iudicium. Item ne quis conueniatur tẽpore meſſium uel uindemiarum. Item ne extraneus eligatur. quandiu idoneus in gremio inuenitur. & tamẽ his iuribus & conſimilibus quæ quilibet ſtudio ſus excogitare poterit per ſeipſum locum habet pactum. ut ſupra de reſcrip. non nulli in fi. ſupra de dila. c. ult. in fi. de elec. cum inter. In his ergo ius priuatum cõtingens utilitatem conſtituitur deterius per pactum. ut. ff. de pact. pactum. Sed in alijs quæ publicam utilitatem cõtingunt non conſtituitur deterius. ut. ff. de pac. ius publicum. & l. ius gentium. §. ſi paciſcar. Et propterea illud ius de quo agitur in illa decre. ſupra de fo. compe. dilecti. & ſi eſſet publicum auctoritate conſtituẽtis. erat tamen priuatum utilitate et ideo poterat conſtitui deterius per pactum.

7 ¶ † An autem per pactum tollatur priuilegium Macedoniani & Velleyani not. ſupra de fo. compe. §. nunc reſtat. et ſupra de renuncia. §. renunciare. Sed pone quod in iudicio priuilegium exhibetur. nunquid de ipſo poterit ordinarius uel delegatus iudicare. uidetur quod non ut ſupra de iudi. cum ueniſſent. quod ſic intelligo. ut cum diœceſanus agit contra aliquam eccleſiam iure communi. Eccleſia dicit ſe exemptam et domino papæ ſubeſſe immediate producit priuilegium. in tali priuilegio non poterit iudicari niſi per papam. Et ſi per alium fuerit iudicatum nullum præiudicium fiet in dominio papæ ſupra de in integ. reſti. cum ueniſſet ſupra de ſenten. et re iudica. ſuborta ſupra de elec. conſtitutis. Tamen et ſi ſpõte uoluerit non poteſt priuilegiatus ſine licentia romani pontificis renunciare priuilegijs et indulgentijs libertatis quæ monaſterium uel eccleſia iudicant ad ius et proprietatẽ Romanæ eccleſiæ pertinere. ut ſu-

8 ut ſupra de arb. cum tempore. † Sed dici
poteſt quod uerba priuilegij ſunt obſcu-
ra uel ambigua ordinarius uel delegatus
de ipſo non poteſt iudicare. Is enim in-
terpretari poteſt uel declarare debet pri-
uilegium quæ conceſſit. ut infra eod. c. ut
priuilegia & argu. ſupra de ſequeſtratio.
poſſeſſio. ad hoc infra de ſent. excom. in-
ter alia. C. de lega. 1. l. quãuis & legatus
interpretatur reſcriptum domini papæ ſu
pra de poſtul. ad hoc. Cæterum ſi uerba
ſint clara & indubitata quæ indicant ma-
nifeſte eccleſiam fore exemptam. Iudex
poterit iudicare abſoluendo. Vel ſi uerba
priuilegij ſunt protectionis & non exem
ptionis poterit condẽnare. ut infra de pri
uile. recipimus. fateor tamen quod papa
poterit poſtea ius ſuum proſequi ſi uelit.
ut dicit illa decre. ſuborta. in ſi. Et nota
quod ubi de priuilegio quæritur uerba il-
lius ſunt ſuſcipienda. ut infra eo. c. porro.
&. ca recipimus. Sicut & cum quæritur de
his quæ ex teſtamento proficiſcuntur. ut.
ff. de tranſac. l. de his. Plus tamẽ mentem
attendere debemus quam uerba. ut. 1. q. 1.
marchion. 38. diſt. ſedulo. ff. de le. & ſena.
conſul. l. ſcire. Non enim ſemper uerba ſe
ctari debemus. ut. ff. de fun. inſtruc. inſtru
mentoque lega. l. cum delanionis. §. aſina.
quia prior & potentior eſt mens quam
uox. ut. ff. de ſuper. leg. l. Labeo. ¶ Sed quia
de priuilegij communibus religioſorum
plerunque quæritur & dubitatur aliqua
9 de his tangamus. ¶ † Eſt igitur ſciendum
quod Templarij & hoſpitalarij & Ciſter
cien. & alij alibi monachi habent illud
priuilegium ut non ſoluant decimas de
his terris quas proprijs manibus & ſum-
ptibus excolũt. ut ſupra de deci. ex parte.
Quod hodie eſt reſtrictum ut ſupra de de
ci. nuper. de hoc priuilegio & de materia
decimarum dictum eſt ſupra de decimis.
10 † Alij uero monachi habent priuilegium
in noualibus ſuis quæ proprijs manibus
& ſumptibus excolunt iu ortis & nutri-
mentis animalium ſuorum. ut in prædicta
decre. ex parte. Leproſi habent hoc priui
legium ut ubicũque tot ſimul fuerunt ſub
communi uita ſegregati. quod eccleſiam
cum cœmiterio ſibi conſtruere & proprio
gaudere ualeant præsbytero ſine contra-
ditione aliqua permittãtur habere. Item
de ortis nutrimentis animalium ſuorum
hoc eſt de fetibus quos nutriunt decimas
tribuere non tenentur. ut ſupra de ec. ædi.
cum dicat. Item commune priuilegium
eſt omnium monachorum. ut ſi quis ma-
nus uiolentas inijciat in confratrem pro
abſolutione ad curiam non mittatur. Et
idem priuilegium habent canonici regu-
lares. ut infra de ſen. excom. monachi ſu-
pra de uit. & ho. cle. quoniam. §. indulge-
mus. Idem priuilegium competit monia
libus. ut infra. de ſen. excom. de moniali-
bus. Idem templarijs & hoſpitalarijs. ut
infra de ſen. excom. canonica. talibus igi
tur communiter uiuẽtibus ſi in canonem
illum ſi quis ſuadente. incidant indultum
eſt eorum abbatibus & prioribus abſolu-
tionis beneficium impartiri niſi eorum
exceſſus difficilis extiterit & enormis ut
pote ſi ad mutilationem membri uel effu
ſionem ſanguinis eſt proceſſum & in epi-
ſcopum uel abbatem uel priorem manus
iniecta ſit uiolenta. Si uero clauſtralis
aliquis in religioſam perſonam alterius
clauſtri manus iniecerit uiolentas per ab
batem propriũ & eius qui paſſus eſt iniu-
riam abſoluatur. Quod ſi clericum ſecula
rem percuſſerit non niſi per ſe. ap. abſol-
uatur. ut infra de ſent. excom. cum illorũ.
11 ¶ † Item habent priuilegium templari &
hoſpitalarij ut cum ad eccleſiam uenerint
interdictam niſi ſemel in anno ad officiũ
eccleſiaſticum admittantur infra eod. c.
cum & plantare. §. quod ſi tẽplarij. Quod
in una tantum eccleſia ciuitatis uel caſtri
fieri poteſt & ſi multas habeant in eodem
loco. ¶ Sed nunquid hoc fiet in aduentu
unius uel plurimum & ſi uniuſcuiuſque
primi uel maioris. Reſpondeo fiat hoc in
aduento illius qui hoc priuilegio uti ſolet
quo utente illo anno non erit priuilegio
locus. Itẽ habent priuilegium religioſi &
idẽ puto in quolibet collegio eccleſiaſti-
co quod ſi in proprio ſolo capellã cõſtru-
xerint. nõ ſolum ius patronatus acquirũt
quod in præſentãdo conſiſtit. ſed eccleſia

Nnn eſt eis

eſt eis ſubiecta in omnibus tẽporalibus. ut not. ſupra de locis reli. in princ. Cum laici & clerici ſingulariter eccleſias conſtruentes uel dotantes ſolum ius patronatus acquirunt. ut ſupra de iure patro.
12 nobis. ¶ † Item ſunt quibuſdam qui tale priuilegium obtinent ut non poſſunt ſuſpendi. interdici uel excommunicari ab aliquo archiepiſcopo uel epiſcopo quod priuilegium ſi ratione loci conceſſum eſt. clerici delinquentes in loco priuilegiato uel circa rem priuilegiatam puniri ab ordinario non poſſunt niſi notorium eſſet delictum in quo omne priuilegium ceſſat. ut infra eodem titu. parentibus. & c. tua. Nam ceſſat auxilium iuris communis. ſ. appellatio ſupra de app. cum ſit Romana & c. peruenit. C. quorum app. non re. l. 2. Cæterum ſi alia beneficia habeant uel alia loca in quibus uel circa quæ delinquunt priuilegium non habet locum. ut infra eodem. c. cum capella. & c. quoniam per confeſſionem. Item quidam habent priuilegium ut tempore generalis interdicti liceat ſuis confratribus non excommunicatis uel interdictis nominatim eccleſiaſticam concedere ſepulturã. quod de quibus confratribus intelligendum ſit
13 legitur infra eo. c. ut priuilegia. ¶ † Item nonnullis religioſis eſt indultum. ut cũ cõmunæ terræ fuerit interdictum. excõicatis & interdictis excluſis poſſunt ianuis clauſis ſuppreſſa uoce & non pulſatis cãpanis diuina officia celebrare. quòd ad epiſcopos hodie eſt extenſum. Sed illa priuilegia tunc utentur cum cauſam aliquam non præſtiterint interdicto uel aliquid fraudis ingeſſerint. ut infra eodem c. nonnullis cum enim cauſam non præſtant ceſſant a diuinis ſicut & ceſſant cũ propter eorum exceſſus ponitur interdictum infra eo. c. petiſtis. Quærunt frequẽter religioſi quomodo ſubmiſſa uoce. Ad quod reſpondeo. ſ. legendo & non cantãdo. uel ſi cantando aut legendo ita plane. ut ab alijs qui ſunt extra eccleſiam audiri
14 non poſſint. ¶ † Item prædicatoribus & minoribus eſt indultum ut ubicunque fuerint ſine parrochialis eccleſiæ præiudicio cum altari uiatico ualeant celebrare. quod eis licet ſine licentia prælatorum.
15 ut infra eodem. c. in his. ¶ † In ſumma ſciendum eſt quòd non omnes confratres religioſorum uti debent priuilegijs & libertatibus eorum. ſed illi qui omnino ſe transferunt ad eoſdem. ut infra eo. cum & plantare. §. de confratribus & infra eod. c. penult. ſicut nec dicitur quis de numero militum priuſquam fuerit inter eos. ut. ff. de mili. teſta. l. ex eo. Et miles ſi comitatu accepto remanet in domo ſua. non habet priuilegium abſentis cauſa rei publicæ. ut. ff. quibus ex cau. maio. l. miles. Illi tamen confratres adhuc in ſeculo remanentes. priuilegiorũ ordini ſunt oblati. ut qui eis ſua dona. dederint inter uiuos retento ſibi quãdiu uixerint uſufructu. recipi poſſunt ad eccleſiaſticam ſepulturam apud religioſos tempore in-
16 terdicti infra eod. tit. ut priuilegia. ¶ † Itẽ notabis quod omnis cenſualis romanæ eccleſiæ eſt exemptus. Nam aliquando cenſus ſoluitur ad indicium libertatis aliquando ad indicium percepte protectionis. ut infra eod. accepimus. Item per innouationem priuilegij nihil noui iuris acquiritur ſed uetus tantummodo conſeruatur. ut infra eo. ex parte. Et licet hoc per implorationem officij petatur & fiat ſi tamen pars contradicat aduerſa innouatio fieri non debet niſi cauſa cõtradictionis audita. ut ſupra de confirma. uti. uel inuti. cum dilecta & accedunt ad hoc ſimilia bona. ff. de aboli. l. nam ita diuus. ff. de minor. l. cauſas. C. de auct. præſtan. l. ultima. ff. de natu. reſtit. lege ſecunda. C. ſi minor ſe ab hæredi. abſti. in authentica ad hoc.

## *Summarium*

1 *Purgatio quid ſit, & quot ſunt ſpecies purgationis.*
2 *Purgatio cui & quando ſit indicenda.*
3 *Purgationis forma.*
4 *Purgatus an poſſit ſuper eo de quo purgatus eſt accuſari.*

Pœna

5 *Pœna quę ſit imponenda deficienti in purgatione.*

## ¶DE PVRGATIONE CAnonica. Rubrica.

HActenus tractatum eſt in hoc libro de delictis & exceſſibus. Sed quia in his ſæpius ad purgationẽ peruenitur. ideo ſubiicitur hic rubrica de purgatione canonica. ¶Videamus igitur quid ſit purgatio. quot eius ſpecies. Quando indicenda ſit purgatio. qualiter facienda. quis numerus purgatorum & an purgatus ſuper eo de quo ſe purgauit ualeat accuſari.& quæ ſit pœna deficientis in purgatione. ¶†Purgatio eſt de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio.¶†Species purgationis ſunt due canonica & uulgaris.Canonica per iuramentum. Vulgaris per ferrum candens. per duellum. per aquam frigidam ſiue bulientem.Canonica approbatur. uulgaris reprobatur. ut 2.q.4.monachia.infra eo.c. ex tuarum
2 infra eod.tit.proxim.per totum.¶†Purgatio indicenda eſt infamato de crimine. dummodo infamatus ſit apud bonos & graues & infamia non habuerit ortum ab inimicis. ut infra eod.cum in iuuentute. Sed quamuis generaliter ratione criminis purgatio indicatur indicitur aliquando ratione defectus. ut infra eod.titu.c. accedens.Aliquando propter ſurreptionem.ut ſupra de off.ord.ex parte.aliquando in mere ciuilibus purgatio indicitur ut uidetur ſupra de ſenten.& re iud.quod ad conſultationem ſecundum unam lectu
3 ram.¶†Forma purgationis hæc eſt quia iurabit infamatus ſe immunem à crimine quo infamatur/purgatores iurabunt ſe credere uerum illum iuraſſe. ut infra eodem quoties.&.c.ultimo. Aliter autem deponere non deberent ne ſubirent anceps periurium. ut.ff.de in litem iurando.l.uideamus.&.ff. rerum amota.l. marcellus. Numerus autem purgatorum eſt ut epiſcopus ſe purget cum.12.ordinis ſui ſacerdos cum ſex. diaconus cum tribus. ut.2. quæſt.5. omnibus ſimili. & c.præsbyter ſi à plebe. Vnde uerſus.Pontificem parium manus purgat duodena. ſexta ſacerdotem leuitem tertia purgat. Quem plebs infamat purgabitur in manifeſto. Quem chorus ante chorum ſua ſit purgatio præſto. Vbi enim contingit malum ibi moriatur. ut.2. quæſt.1. ſi peccauerit. hodie numerus compurgatorum arbitrarius eſt inſpecta perſonæ qualitate & infamiæ quantitate ut infra eodem.c.cum in iuuentute ſupra de accu. cum. P. &.2. quæſtio. 5.omnibus. in fi. & ideo adijciuntur alij uerſus hic. Hoc hodie tamen iudicis arbitrio reſtat. Maior maiori minor eſt adhi
4 benda minori.¶ † Nunc uideamus an purgatus poſſit ſuper eo de quo purgatus eſt accuſari. & in hoc dicunt quidam quod ſi accuſationem præcedente purgatio indicatur purgatus iterum accuſari non poteſt ſupra de accu. de his.23. quæſtio.3. ſi illic. ne de huius hominis facto ſæpius quæratur.ff.nau.cau.ſta.l.licet præterquam in caſibus. ff.de præuarica. l.3. de accu.ſed cui.§.hijſdem. Secus ſi nulla accuſatione præcedente. nam tunc poſt purgationem denuo poterit accuſari.2. q.5.hoc habet proprium. &.c. mennam. Ibi enim purgatus ſe purgat ſi tamen ceſſauerit accuſator & ſi nullus eum accuſet. innuit ergo quòd poſt primam purgationem admittatur accuſatio. argum. ad idem 33.q.2.admonere.ubi quis poſt pœnitentiam accuſatur. Item ſicut poſt abſolutionem indicitur purgatio ita poſt purgationem admittenda eſt accuſatio. ſupra de accuſ. ueniens. Alij uerò dicunt quod ſiue accuſatione præcedente ſiue non purgatio indicatur. Purgatus de eodem non poterit iterum accuſari quia ſacramentum eſt maioris auctoritatis quam ſententia. ut.ff. de iureiurand.l.2. & iuramentum bona fide exactum. conſumit actionem popularem. ut.ff.eodem titulo.l.eum qui §. in popularibus.Puto quod purgatus non poſſit accuſari ſuper eo de quo ſe purgauit niſi ac-

cuſans ſuum dolorem proſequatur doceat & ſuam purgationem indictam ſe ignoraſſe.argu.ad hoc.ff.de accu. ſi cui.§. hijſdem & ſupra qui ma.accuſ. poſ. cum in tua . Vel niſi uelit probare de ieraſſe purgatum. quod fieri poteſt cum iuramẽtum ſit iudiciale. & contra iuramentum iudiciale probari poſſit . ut.ff. de iu. iur.l.
5 admouendi.¶† Reſtat uidere quæ pœna imponenda ſit ei qui deficit in purgatione. in quo regulam trado. ſicut quis puniretur de crimine de quo impetebatur conſiderato modo agendi ſic punietur ſi in purgatione deficiat . unde ſi per modum accuſationis agebatur de crimine & deficiente accuſatore purgatio indicatur ſi purgandus in purgatione deficiat deponetur.ut infra de ſimo.de hoc.& infra eod.ca.inter ſollicitudines.in fi. Sed ſi uelis dicere quòd illa decre. interloquatur in inquiſitione non in accuſatione . tunc dices quod ibi in inquiſitum fuit de enormi crimine . ſcilicet de crimine hæreſis . de quo etiam per modum inquiſitionis facienda fuiſſet depoſitio propter ſolennem exautorizationem rei per modum illum conuicti . ut ſupra de accu.inquiſitioni & ſupra de ſimo. per tuas. Ex propterea eadem pœna imponitur ex defectu purgationis quæ ex inquiſitione deſcendit.Sed aliquantulum obſtat ſupra de ſimo. inſinuatum. ubi defectus purgationis deſcendentis ex inquiſitione ſuper ſimonia quæ eſt enormis. ut ſupra de accu. inquiſi.inducit tantummodo priuationẽ beneficij. Ad quod reſpondeo. Ibi plurimi erant . & ideo graue erat deponi omnes ut ſupra de cle.ex. mi. latores. Si uero crimen proponatur in modum exceptionis contra aliquẽ ut a beneficio excludat̃ defectus purgationis deſcẽdẽtis de crimine ſic propoſito excluſionem a beneficio inducit ut ſupra de accu.c.accedens.

## *Summarium*

1 *Purgatio uulgaris qui ſit , & quare ſit prohibita num.2.*

3 *Sententia inſurgens ex purgatione uulgari an ualeat retractari.*

## ¶DE PVRGATIONE VVLgari . Rubrica.

DIctum eſt ſupra de purgatione canonica . nunc dicamus de purgatione uulgari . ¶ Videndum eſt igitur quid ſit uulgaris purgatio.quare ſit prohibita. an huiuſmodi purgationi ſte-
1 tur.¶†Eſt igitur ſciendum quod uulgaris purgatio dicitur quam ſibi uulgus inſtituit.ſ.per duellum.aquam & ignem.ut infra eod.tit.per totum 2.q.4.monarchiam
2 mennam conſuluiſti. ¶ † Triplex autem eſt ratio quare huiuſmodi purgatio. prohibetur.Prima quia hæc facta fuit inuidia fabricante ut in.c.Mennam.Secunda. quia deus intemptari uidetur. ut infra eo. c.ulti.Tertia quia plerunq; innocens cõdemnatur infra eo.c.ſignificantibus,deus autem temptari non debet.ut 22.q.2.quare.& officium athletarum hodie reprobatur.etiam ſecundum leges.ut.C. de gladia.l.1 .lib.11.licet ſit arg.contra.ff. ad.l. Aquil.l.qua actione.§.ſi quis in colluc-
3 tione. ¶ † Vltimo modo uidendum eſt an ſententia quæ ex tali purgatione uel probatione conſurgit detecto errore ualeat retractari.Ad quod dico quod ſic quia talis ſententia lata eſt contra ius ſcriptum. & ideo nulla 2.q.6.§. diffinitiua . in uer. ſi ſententia &.C.de ſenten. interloc. om. iudicium.l.prolatam.Vel dico quod retractatur aliquando ſententia ueritate comperta.ut.ff.de condit.ſine cauſa.l. ſi fullo. quandoque propter delictum aduerſarij ut.ff.de iureiur. admonendi.Vel dic quod propter probabilem errorem ſententia reuocatur ut ſupra de frigidis & maleficiatis fraternitatis in fi.&.ff.quãdo actio. de pec.eſt an.l.1.§.ult.35.q.9.ſententiam &c. graue.

## *Summarium*

1 *Iniuria quid dicatur.*

2 *Iniuriam qui facere poſſint.*

3 *Iniuria quot modis fiat.*

4 *Actio iniuriarum cui detur.*

5 *Actio iniuriarum eſt famoſa.*

Dam-

*6 Dãmnum quid ſit.*
*7 Actio de damno dato cui competat, & quando locum habeat.*
*8 Actio legis Aquiliæ cui & quando deur.*
*9 Aquiliæ legis quot capita. & qualiter ex eis agatur.*
*Pecudum nomine quæ animalia ueniant.*
*10 Ratio quare maior ſit æſtimatio in primo capite legis Aquiliæ quam in ſecundo.*

## ¶DE INIVRIIS ET DAMno dato. Rubr.

TRactatum eſt ſupra de criminibus & exceſſibus. ſed quia ex his iniuriæ proueniunt & damna frequentius inferuntur. ideo ſubſequitur hic rubrica de iniurijs & damno dato. ¶Videndum eſt igitur quot modis dicatur iniuria. quis poſſit iniuriam facere, quibus modis fiat cui detur hæc actio & contra quos. inquantum detur. & qualis
1 ſit pœna uidebimus de dãno dato.¶†Generaliter iniuria dicitur omne quod iure non fit. Specialiter autem dicitur iniuria iniquitas uel iuſtitia iudicantis quaſi ius iniquum ex eo dicta quòd iuſtitia & iure caret. dicitur & iniuria culpa. ut in .l. Aquilia dicitur iniuria contumelia. ut inſti. eod. tit. in princ. & .ff. eod. titu. in prin. & .l. apud Labeonem. §. conuicium & .C.
2 abduxiſſe.¶†Poſſunt facere iniuriam qui & pati poſſunt. quod fallit in furioſis & pueris non doli capacibus quibus iniuria fieri poteſt ipſi autem alijs facere nõ poſſunt. ut. ff. eod. titu. l. id quod & 15. q. 1. il-
3 lud. ¶† Fit autem iniuria tribus modis. Re, uerbis & literis. Re cum manus inferuntur. ut. ff. eod. titu. l. 1. §. iniuriam. uerbis quoties manus non inferuntur ſed conuicium fit ut eodem titulo. l. 1. §. uerbis infra eodem. c. olim. Quid autem ſit conuicium & quomodo uel qualiter fiat legitur. ff. eodem titulo. l. item apud Labeonem. §. conuicium. Literis cum ad infamiam alicuius libellum uel carmen famoſum quis conficit uel conſcribit uel edit. ff. eodem titulo. l. item apud Labeonem. §. item ait prætor. ne quid infamandi cauſa cum ſequentibus. §. & . 5. q. 1. quidam maligni ſpiritus, de quo agi, poteſt criminaliter ſecundum leges ſcilicet ad pœnam capitis tam contra illum qui fecit quã contra ipſum qui inuenit niſi corruperit uel combuſſerit uel nulli reuelauerit inuentum ut. C. de famo. li. l. 1. & 5. q. 1. ſi quis famoſum. Poteſt & ciuiliter agi iniuriarum ſicut dictum eſt. Secundũ canones qui libellum famoſum conficit flagellatur & excommunicatur. ut. 5. q. qui in alterius & .c. hi qui. ſed ſi certum eſſet quis confecerit poteſt accuſari & deponi cum ſit graue peccatum & accuſatione & damnatione digniſſimum. 25. di.
4 nunc autem. ¶ † Iniuriarum actio datur iniuriam paſſo. patitur autem quis iniuriam in ſeipſo in filio quem habet in poteſtate inſti. eod. titul. §. patitur. & epiſcopus in clericis & abbas in monachis ſimilitudinis ratione. Item patitur quis iniuriam in ſeruo ſi ad ſuggeſtionem domini eient leuis iniuria fiat uel non ad ſuggeſtionem domini atrox. ut inſti. eod. titul. §. ſeruus autem. ff. eodem titu. l. apud Labeonem. §. prætor ait & . §. ſi quis. ¶ Item patitur quis iniuriam in uxore quæ ſi ſit filia fami. tribus perſonis datur actio, mulieri paſſæ iniuriam, patri. & uiro, nec una actio conſumitur per aliam. Sed ſi fiat iniuria uiro, actio non datur uxori quia uxores à uiris non uiri uxoribus defendi æquum eſt. ff. eodem tit. l. 1. §. ult. & l. 2. Et ſponſo datur iniuriarum actio ſi iniuria fiat ſponſæ. ff. eodem titulo. l. item apud Labeonem. §. ſponſum quoq;. quod intelligo in ſponſa de præſenti. Item datur iniuriarum actio hæredi propter iniuriam irrogatam cadaueri defuncti cuius hæres exiſtit uel ſi fama defuncti fuerit laceſſita. ut. ff. eo. ti. l. 1. §. per ſemetipſus ipſos. ¶ Non ſolum autem iniuriarum actio datur contra eum qui percuſſit ſed etiam contra eum qui dolo fecit uel iurauit ut cui mala pugno percuteretur. ut inſti. eodem titulo §. non ſolum. §. ſi mandato. & . §. proculus. Eſt autem ſciendum quod cũ in hoc actione facienda eſt condẽnatio pecuniaria ſic peruenitur ad

eam nam

eam nam poſtquam de iniuria fuerit in iu
dicio facta fides iudex deferet iuramentũ
iniuriam paſſo. ut iuret quãtum uellet de-
diſſe de ſuo priuſquam talem iniuriam pa
teretur. & quia homines animo ſe iurarẽt
prius iudex trahit certam quantitatem in
fra quam iuretur in quo conſiderabit qua
litatem perſonæ iniuriam paſſæ. Nam ſe-
cundum gradum dignitatis uitæque ho-
neſtatẽ creſcit ac minuitur æſtimatio in-
iuriæ. ut inſtitu. eodem. §. pœna. & ſimi-
lis taxatio fit alias. 3. q. 3. §. ſpacium uer-
ſic. quòd fieri. C. unde ui. ſi quando ſu-
pra quòd metus cauſa. cap. ulti. ſed poſt-
quam iuratum fuerit nõ licebit iudici in
minori quantitate condẽnare. C. de iudi.
autẽ. hodie & in aucten. de iudæ. §. opor
tet. col. 6. & ſic intelligo infra eo. olim.
5 †Hæc actio famoſa eſt ut. ff. de his qui no
tan. infa. l. Athletas. §. ultimo. & C. ex
quib. cau. infa. irro. l. iniuriarum. & ſuprà
de ſenten. & re iudi. cum te. ¶Reſtat ui-
6 dere de damno dato. † Videndum eſt igi
tur quid ſit damnum. cui competat actio
de dando & inquantum & qualiter. ¶Dã
num eſt diminutio uel ademptio patri-
7 monij. ut. ff. de dãno infecto. l. 3. ¶†Dam
num autẽ datur aut in perſona hominis
aut in beſtijs & alijs rebus. Si in homine
aut in libero aut in ſeruo. ſi in libero ut
quia percuſſus & in perſona læſus agitur
ad impenſas factas in medicos infra eo. c.
1. Dabitur autem libero homini utilis a-
ctio legis Aquil. non directa. quia mem-
brorum ſuorum nemo eſt dominus. ff. ad
l. Aqui. l. liber homo. & deformitatis ra-
tio. non habebitur quia liberũ corpus nõ
recipit æſtimationem. ff. de his qui de. uel
effu. l. 1. §. hoc iufectum. ff. ſi quadru pau.
fe. dica. l. ex hoc. ff. ad. l. Rod. de iactu. l. 2.
§. corporum. Si uerò ſeruus fuerit uulne-
ratus tenetur uulnerator domino ſerui in
quantum ſeruum deteriorem fecit. ff. ad.
8 l. Aquil. l. ſi ſeruũ. §. rupiſſe. †Poteſt & li-
ber homo percuſſus agere iniuriarum ex
l. Cor. quæ in tribus caſibus locum ha-
bet cum quis dicit ſe pulſatum. uerbera-
tum. domumue eius ui introitam. ff. de iu
reiu. lex Cornel. Eſt autem differentia
inter pulſare. & uerberare. pulſamus ſine
dolore. uerberamus cum dolore. ut in ea.
l. §. inter hæc actio legis ac hero datur di
recta ideſt domino rei in qua damnũ da-
tum eſt. ff. ad le. Aquil. item mela. §. le-
gis. Nomine uero domini continetur hæ
reditas. ff. eo. titu. liber homo. §. ſi ſeruus.
Vtilis autem datur bonæ fidei poſſeſſori
& fructuario. ut in. l. prædicta item mela
§. ſi ſeruus. & . §. ulti. Item cum quis foueã
uel ciſternam apparuit in loco aliquo &
animal uicini cecidit. qui foueam fecit
reddet pretium animalis mortui & ani-
mal mortuum erit eius. ut infra eo. ca. 2.
quod uerum ſi fouea in publico aperia-
tur ſecus ſi in priuato. ff. eo. tit. qui foueas
Quomodo autem animal alicuius dam-
num dat ſi motum ſit ad damnum dãdum
contra naturam ſui generis tenetur domi
nus uel dare quod nocuit pro noxa. uel re
ſtituere damnum ut infra e. ſi bos cornu-
peta. ff. ſi quadru. pau. fe. l. 1. §. & genera-
liter. contra naturam ſui generis moue-
tur bos ſi cornupetat ſeruum meum. Bo-
ues enim præſertim domiti ſolent man-
ſueti eſſe non cornupetæ. ſecus enim eſt
in equo dolore concitato. uel ab aliquo
ſtimulato calce feriente. nam tunc ceſſat
actio de pauperie. contra dominum &
agitur acrione in factum cõtra illum qui
concitauit. ut. ff. ſi quadru. pau. fe. l. 1. §.
& generaliter. & . ff. ad. l. Aquil. l. ſi ex pla
gis. §. quidam. Sed aliud eſt ſi equus ab
alio olfactus calcem reijciat & damnum
det. quia tunc dominus equi tenetur de
pauperie. ut. ff. ſi qua. pau. fe. l. agatoſa.
Actio legis acquiliæ in ſimplũ datur ſed
in hoc ſimplo non ſolum corporis in quo
damnum datum eſt fit æſtimatio. ſed etiã
computantur omnes utilitates corpori ad
hærentes & etiam extrinſecæ ut proban-
tur hæc inſti. ad. l. Aqui. §. illud. ff. eod. ti.
ut ait lex. & . l. proinde. & . l. inde Nera-
cius. R. 1. §. idem Iul. ſcribit. Creſcit hæc
actio per inficiationem. ut. ff. de pe. hære.
item ueniunt. §. cum prædiximus. ff. ad. l.
Aquil. & . l. inde Neracius. §. hæc actio. ff.
9 de iureiuran. eum qui. ¶ † In ſumma
ſciendum eſt quod olim erant tria capita
uel

uel capitula legis Acquiliæ.ſed hodie ſub lato ſecuudo remanent duo tantum.& ex primo capite agitur de homine occiſo uel quadrupede occiſa quæ pecudum numero eſt & gregatim habentur ut ſunt. oues. capreæ. muli. equi. aſini. & ſues. Canis autem inter pecudes non eſt. ſed nec beſtiæ in numero pecudum ſunt. ut leones pantheræ. Elephantes autem & cameli quaſi mixta ſunt nam iumentorum operam præſtant. & natura eorum fera eſt ſed quia in eis natura præualet benignior in primo capite continentur. ut cum ex primo capite agitur æſtimatur res quanti plurimi fuerit eo anno retro in quo uenient omnia commoda quæ rem faciunt præcioſiorem ut probantur hæc omnia inſti.ad.l. Aqui.1.reſponſo.§.quod autem.&.§.de his uerbis &.ff. eodem titur. l.2.&.l.inde Neratius.§.in ſumma. In tertio capite de omni damno cauetur quod hodie eſt ſecundum. ſiue damnum quis dederit quia iuſſerit fregerit uel ruperit & in hoc capite fit æſtimatio quanti res plurimi fuerit infra.30. dies retro. inſti. eodem titul.§. capitæ.&.ff.eod.titul.l. ſi ſeruus.§.tertio capite. &.§. ſequen. &.§. in-
10 quit.lex.¶ † Sed ſi quæras quare maior ſit æſtimatio in primo capite quam in ſecundo. quia in primo quanti res plurimi fuit eo anno. In ſecundo quanti res plurimi fnerit infra.30. dies retro. Reſpondeo quia in primo capire agitur de occiſo. In ſecundo de rupto.& ideo quia magis peccatur in primo capitæ quam in ſecundo maior imponitur pœna.ut.ff.de offic. præſid.diuus. quis enim dubitat ſceleratius eſſe peccatum quod grauius iudicatur. ut. 34.quæſt.1.non afferamus hæ duæ actiones retroſpiciunt ſicut ianus de quo dicitur. Iane biceps anni tacite labentis origo.tu ſolus ſuſceperit poſt tua terga uides.

## *Summarium*

1 *Pœna quid ſit, & quot ſint genera pœnarum.*
2 *Pœnæ pecuniariæ non ſunt pro criminibus imponendæ.*
*Pœna an commutari poſſit.*
3 *Pœnæ quæ inferuntur perſonis de iure canonico quæ ſint.*
4 *Pœnæ quæ in rebus inferuntur, ſed perſonarum odio, quæ ſint.*
5 *Pœnas pecuniarias quis poſſit imponere.*
6 *Pœnæ ſpirituales à quibus imponi poſſint.*
7 *Pœna quid differat a multa.*
8 *Pœnæ ſuos tenent auctores.*
9 *Pœnas an perſonæ eccleſiaſticæ exigere poſſint*
10 *Crimina ex quibus excuſentur.*
11 *Conſideranda in pœnis inſligendis.*

## ¶ DE POENIS. Rub.

DIctum eſt ſupra de criminibus.ſed quia pro criminibus pœnæ debentur.ideo ſubijcitur hic rubrica de pœnis. ¶ Videndum eſt igitur quid ſit pœna.quot ſunt ſpecies pœnarũ. quæ quibus inferri debeant.à quibus & ex quibus cauſis extenuentur. & qui delinquentes à pœ-
1 na excuſentur.¶ †Pœna eſt delictorum debita coertio. Duo ſunt genera pœnarum. quædam enim pœnæ inferuntur perſonis quædam in rebus ſed odio perſonarum, & quæ in perſonis inferrendæ ſunt commutari non debent in pœnas rerum, non enim res ſunt quæ delinquunt. ſed qui res poſſident. ſed quidam reciprocant ordinem cum eos quidam qui digni ſunt pœna dimittuntur illorum aut auferunt res. alios pro illis punientes quos lex forte ad ſucceſſionem eorum uocauit.ut in auten. de man. prin.§. oportet. collum.3.
2 † unde pro criminibus non ſunt pœnæ pecuniariæ imponendæ infra eodem.c. licet.16.quæſt.6. illud nec obſtat ſupra. ut lite non conteſ. quoniam frequenter. §. ulti. Vbi dicitur quod pœna quæ magis timetur imponenda eſt contumaci. ſcilicet miſſio in poſſeſſionem uel excommunicatio. Nam quælibet illarum debita eſt & ordinaria pro contumacia. quamuis ordinatum ſit ut fiat miſſio ſi locum habeat ſupra ut lite non conteſtat. tuæ. caſualiter tamen pœna in perſonam inferenda conuertitur in pœnam pecuniariam.ut ſupra de iudi.poſtulaſti ſupra de rapto.in archiepiſcopatu. ſed è conuerſo pœnæ pecuniariæ com-

tiæ commutantur in pœnas corporum ſi
hi qui dandi ſunt inueniuntur inopes ut.
12.q.2. fraternitas. 14. q 6. ſi res aliena.
ff. de iuriſdi. om.iu. ſi quid.§. ſi ſeruos.ff.
3 de in ius uo. l. ulti.§ libertus. ¶ † Pœnæ
quæ inferuntur perſonis ſecundum iura
canonica ſunt hæ ſuſpenſio excommuni
catio. depoſitio. intruſio. carceratio. &
uerberatio. de quibus tribus primis pœ-
nis legitur. 23.q.4.forte de intruſione ha
bes 81.diſt. deinde. ſi quis 16. q.6. de la-
pſis. 27.q. 1. ſi qua monacharum. & ca. ſi
quis rapuerit infra eo. tuæ de incarcera·
tione habes ſupra de depoſi. grauis ſupra
de apoſt. a nobis infra de uerbo. ſigni.c.
nouit. de ultima legitur.5.q. 5. illi qui.6.
q.1.§.uerum in fi.4.q.3. item in crimina-
li uerſi.ſi ea rei conditio.23.q.5 circum-
4 celliones. ¶†Pœnæ quæ inferuntur in re-
bus ſed odio perſonarum ſunt miſſio in
poſſeſſionem rei petitæ pro modo debiti
declarati ſupra ut lite non conteſ.quoniã
ſupra de eo qui mit.in poſſeſ.cauſa rei ſer
uan. per totum. Item priuatio a benefi-
cio ut ſupra de cleri. coniu. per totum.re
rum omnium confiſcatio ſupra de iudæis
& ſarra. ita quorundam.&.ca. ad liberan
dam. & ſic eccleſia habet præſcriptionem
exilium, relegationem & deportationẽ.
l. di. accedens.2. q. 6. biduum. 16.q. 1.§.
nouarum & in c. placet. Sed differunt in-
ter ſe iſta ſicut in iſtis uerſibus cõtinetur.
Exultabit ſine ſpe patriæ reditusq; reiq;.
In ſcriptus manet in patria ſed re ſpolia-
tur. Amittit præſcriptus opes nec poſſe
reuerti. Quiſq; relegatus ſua cum remea
bit habebit. Punit index eccleſiaſticus in
expenſis ſiue in diffinitiua ut infra eo. c.
calumniam. ſiue citra ſupra de ap. repre-
hẽſibilis ſupra de ſequeſtra. ad hoc ſupra
de dolo.& contu. cum dilectos in fi.ſupra
de procu. auditis. Item imponit mulctã
pecuniariam contumaci infra e. dilectus.
Nã omnibus magiſtratibus hoc permiſ-
ſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere
pœnali iudicio.ff. ſi quis ius diſtin. nõ ob
5 ten.l.1. ¶†Pœnas pecuniarias poteſt im-
ponere ordinarius.ut.ff. de iu.l.2.§.inter.
Item delegatus.C.de ſpor.l.2.Item arbi-
ter.ff. de arbi.l. non ex omnibus. Habet
& alias pœnas eccleſia quas laicis impo-
nit.nam aliquando terras nobilium ſubij
cit interdicto. ut ſupra de offi. dele. ſane
ſupra de ſpon. non eſt nobis. Abſoluit ua
ſallos a fidelitate aliquorũ ut 15. q.7.nos
ſanctorum. & c. iuratos ſupra de hæredi.
c. ulti. priuat eos iure patronatus quod in
eccleſijs habent infra eo.c. in quibuſdam
&.c. grauem. ſaluis alijs pœnis quæ ra-
ptoribus. hæreticis fautoribus. & creden-
tibus eorum. & deferentibus merces ſar-
racenis prohibitas imponuntur. ſicut de
6 his in ſuis locis bene tractauimus. ¶†Pœ
nas ſpirituales quæ imponuntur perſonis
imponere poſſunt tam ordinarij quã de-
legati.excepta pœna depoſitionis quę nõ
imponitur niſi ab epiſcopo non tamen ſo
lo ſupra de transla.inter corporalia 15.q.
6. epiſcopus ſolus. ſed pœnas corporales
imponere poſſunt ordinarij inferio-
res ab epiſcopo.ut ſupra de appellatio.di
lectus. Pœnas uerò pecuniarias imponit
tam ordinarius. ut.ff.de interdi.l.2.§.ul.
quam delegatus ut.C.de ſpor.l.2.Item &
7 arbiter.ff.de arbi. l. non ex omnibus.†Vt
tamen notes differentiam inter pœnam
& multam. quia pœna eſt certa & a iure
inducta & multa quæ a iudice per ſenten
tiam irrogatur. Vnde a pœna non appel-
latur. ſed à multa appellatur.ut.ff. de uer
bo.ſigni.l. ſi qua pœna. Item nota quòd
cum pœna ſiue multa fuerit exacta non
cedit in utilitatem iudicis. ſed in utilitatẽ
publicam conuertitur uel in fiſcum ut.C.
de modo mul.l. multarum. & has pœnas
imponere poteſt quilibet iudex ut ſupe-
rius dictum eſt. exceptis diuini iuris.ff.ſi
quis ius di. non obtem.l.1. in prin.& de-
fenſores ciuitatum ut.C.de defen.ciui.de
fenſores.ſed quod proximè dixi in pecu-
niarias pœnas exactas ad fiſcum conuerti
recipit obiectionem. quia ubi de morum
correctione agitur fiſci ratio non habe-
tur.C. de ſecun.nup.l. 2. Vnde uerius pu
to quòd pœnæ exacte per iudices eccle-
ſiaſticos ratiõe delicti damnũ uel iniuriã
eccleſiæ contingentis debet eccleſiæ ap
plicari cui damnũ datũ eſt uel iniuria ir-
rogata

rogata ut infra eod. ti.c.2. ſupra de ſimo. audiuimus. 27.q.1. ſi quis rapuerit 18.di. quoniam quidam ſupra de cenſi. procurationes in fi. in auten. de ſancti. epiſ. §. ſi quis rapuerit. 17.quæ.4.ſi quis deinceps. C. de raptu. uirgi. l. una ſi uero damnum uel iniuria reſpiciat priuatum ei applicabitur pœna ſiue fuerit a iure inducta ſupra ti proxi.c.1.2.&.3.& ulti.ſiue ſit a iudice irrogata, ut nota ſupra tit. proxi. §. eſt autem. ſiue ſit conuentionalis ut ſupra de arbi.dilecti.& ar. infra eo. conſtitutus.

8 ¶† Pœnæ delinquentibus ſunt imponendæ quia pœna ſuos tenet auctores. nec pœna eſt ulterius trahenda quam delictū fuerit in excedēte repertum ſupra de his quæ ſi. a ma. parte.c.queſiuit.&.C.de pæ. ſancimus. C. ne uxor pro ma.l.ob maritorum 17.q. 6. illud. 1.q.4. c.1. Sed contra de con.di.1. in ſancta. 15.q. ultima cū multæ 6.q.1. quiſquis ſupra de ſponſa.nō eſt nobis ſupra de offi. deleg.ſane,& c. p. &.g. Sed iura priora locum habent in pœnis æternis in quibus generaliter uerum eſt quòd peccata ſuos tenent auctores. & quòd filius non portabit iniquitatem patris &c.Hoc tamen fallit in originali peccato quod inchoauit per Adam & intrauit mors & tranſit per omnes. ſicut dicit Apoſtolus per unum hominem intrauit mors & per omnes tranſit. Iura uero poſteriora loquuntur in pœnis temporalibus & ſic loquitur. 27.q.3. ſi habes & 1. q.3. peccator Achor.

9 ¶Sed † quæritur an perſonæ eccleſiaſticæ pęnas exigere poſſunt ad quod reſpondeo poſſunt pęnas a iure inductas ut 12.q.2.epiſcopus.33 diſ. quanquam in fi.22. q. 2.cum deuotiſſimā in legibus 17.q.4. ſi quis contumax &.ca. qui ſubdiaconum & ad idem induci poſſunt iura ſupra in fi.proxi.§.allega. Quid de pœna conuentionali. reſpondeo.idem dico quod de canonica ut ſupra de arbi. dilecti infra eo.ti. ca. conſtitutus. ſed cōtra hoc taliter allegatur abſit. ut eccleſia augmento recipiat quod de rebus terrenis uidetur amittere & lucra pretijs quærere.ut 12.q. 2.fraternitas. Itē benignius eſt a uiris eccleſiaſticis exigendū ne tanquam exactores uidentur lucri inhiare tēporalibus ut ſupra de cenſi. ex parte.in fi. Nam in perſonis eccleſiaſticis & negocijs rigor & diſtrictio iuris non requiritur ſupra de dolo & cnntuma.c.1.Itē pro hac parte allegatur infra eod. titu. ſuam puto pœnas exigi poſſe ſiue ſint canonicæ ſiue conuentionales. ut dictum eſt ſiue in pecunia exiſtant ſiue in alio. ut.1.q. 7. quoties ſupra de elec. cum dilectus. in fi.æquum eſt enim ut quis pœnam ſuæ cōtumaciæ reportet. ut.ff. de col.bo. l.2.§. ſi cum duobus. ff. de tabu. exhi.l.locum. Quidam tamen dicunt quòd tunc peti poteſt pœna conuentionalis cum loco intereſſe uenit ſecundum canones ſecundum ſupra de fideiuſ. peruenit &.c. conſtitutus ff. de act. empt. & uendi. l. prædia. ¶Ad iura autem pro parte contraria allegata ſic. Reſpondeo. canon ille fraternitas ſic loquitur in foro pœnitentiali decr. illa ex parte loquitur in uotis quorum menſura erat in certa decr. autem de dolo & contuma. loquitur durante anno a tempore miſſionis in poſſeſſionem reus offert debitam cautionem.Item reſpondeo ad decr. infra eo. ſuam ibi pro maiori parte ſatisfactum erat in ſortem nihilominus pœna inſolidum petebatur & propterea ibi dicitur pœna 30. librarum memoratos lectores de cætero non moleſtes nec per hoc negat quin pro rata fortis inſolute agi poſſit ad pęnam in quo tamen ſic diſtinguo. refert an ſub pœna promittatur id quod conſiſtit in dando uel in faciēdo. ſi in dando ſic committitur pœna inſolidum ſolutione eius quod eſt promiſſum facta pro parte.ſed obſtat doli exceptio ſi ſolida pæna petatur.ff. de uer.obliga.l. 2. §. ult.ff.ſi quis cau.l.ſi ſeruus.§.ſi pluriū.ſi uere conſiſtit in faciendo tunc refert an id quod fieri conuenit ſit indiuiduum. & tunc pæna comittitur inſolidum ſi nō fiat quod conuenit. ff. fami. ercis.l. hæredes. §.an ea.ff.de uer.obliga.l.ſtipulationum. §.ult.an diuiduum. & tunc pro parte committitur pæna.ff.rem ra. ha. l. ſi procurator.Quidam tamen dicunt etiam in obligationibus quæ in faciendo conſiſtūt in-

ſolidum pœnam committi. ſed æquitate
fieri debet condemnatio pro parte . ut.ff.
uer.obli l.in executoribus.in prin.&.§.ul
10 ti.&.ff. depo. l.ſi. duo hæredes. ¶ † Ex-
cuſat crimina ętas ſupra de delic.pue.c.1
in prin. Violeutia abſoluta ſupra quod.
me. cau. ſacramentis.l. diſtin. ponderet.
32 quæſt.5.propoſitio anim. Iuſta igno-
rantia. ut.34.diſtin.1. cum per bellicam.
&.c.in lectum. Extrema neceſſitas. ar.ſu
pra de fur. ſi quis neceſſitatem ſupra de
homini. interfeciſti. & diuina reuelatio.
ut ſupra de diuor. gaudemus Iuſta cauſa.
ut.ff.qui ſatiſ. cog.l.ulti. ſupra de pig. ſi-
gnificante. Furor.ut.ff. de offi.præſi.l.di-
uus.15.quæſt.1.§.ulti. Et ebrietas. ut.15.
11 quæſtio.2. ſane.&.c.inebriauerunt.¶ † In
pœnis inſligendis conſiderantur multa ſci
licet dignitas ſupra de offi. dele. ſane.2.
quæſt.7.quiſquis.45.diſtin. cum beatus.
Nobilitas. ut.24. quæſt.1. qui contra pa-
cem.ff.de pœn.l.in ſeruorum.Ordo ut.1.
diſtin. contumaces. Aetas ſupra de delic.
pue.c.1.in fi.&.c.2. metus cauſa ut ſupra
quod metus.ſacramentis.l.diſt. præſbyte
ros. Inſania. ut.15.q.1. inſaniens. Item
qualitas delicti inſpicienda eſt. aliter e-
nim punitur uis publica quam priuata cũ
armis ſine quam armis . ſurta manifeſta
quam occulta ut.ff.de ui & ui ar.l. pub. &
ut ſupra diximus de fur.Item qualitas.tẽ-
pus locus & euentus.ut.ff.de pœn. aut fa-
cta . Item conſideratur multitudo delin-
quentum.ut.l.diſtin.conſtitueretur ſupra
de cle.excom.mi.c. latores . Aliquando
tamen exaggregantur maleficiorum ſup-
plicia cum multis craſſantibus opus eſt
exemplo.ut in.l.aut facta.§.ulti.hæc igi-
tur & alia ſunt propter quæ peccata ex-
tenuant & mitigant pœnas.

## *Summarium*

1 *Pœnitentia quid ſit.*
2 *Pœnitentia unde dicta.*
3 *Pœnitentiæ actiones quot ſint.*
4 *Pœnitentiæ quot ſint ſpecies.& nu.5.6.*
5 *Publica pœnitentia quæ dicatur .*
6 *Pœnitentia priuata quæ appelletur.*
*Peccata in pœnitentia dimiſſa an redeant per peccatorum recidiuam .*
7 *Eleemoſyna quod à morte liberet, qualiter intelligatur .*
8 *In uera pœnitentia tria ſunt neceſſaria .*
9 *Contritio cordis quid ſit.*
10 *Cordis ſola contritio an deleat peccatum .*
11 *Satisfieri qualiter debeat pro peccato .*
12 *Confeſſo de omnibus peccatis dicenti confeſſori, de qui buſdam abſtinere non poſſe , an ualeat pœnitentia.*
13 *Quid ſi non pœniteat de alijs.an eius pœnitentia ualeat .*
14 *Ad pœnitentiam an quis ſit compellendus .*
15 *Peccatum ueniale an debeat confiteri.*
16 *Sacerdoti eſt confitendum .*
17 *Sacerdoti proprio confiteri quando quis non teneatur . & num.18.*
19 *Confitens confiteri debet ſacerdoti per ſemetipſum,non per nuncium uel ſcriptum.*
20 *Circumſtantie peccatorum ſunt in confeſſione exprimendæ.*
21 *Pœnitentiæ qui ſint effectus .*
22 *Dei pietas quanta ſit erga peccatores .*
23 *Remiſſiones priuatas quis poteſt facere , & quis generales.*
24 *Indulgentiæ an indulgeant quod promittunt.*

## ¶DE POENITENTIIS ET remiſſionibus. Rubrica.

DIctum eſt ſupra de pœnis quæ in
tribunali iudicio corpori inferun
tur . nunc dicamus de pœnis quæ
in judicio animarum imponũtur , & ideo
ſubijcitur hic rubrica de pœni. & remiſſ.
¶Videndum eſt igitur quid pœnitentia.
unde dicatur. Item de tribus actionibus
pœnitentiæ.de tribus ſpeciebus eiuſdem.
an poſt pœnitentiam peccata redeant.
quæ ſint neceſſaria in uera pœnitentia .
quis ſit effectus pœnitentiæ & demũ de
1 remiſſionibus. ¶ † Pœnitentia diuerſimo
dè deſcribitur a ſanctis . Nam Ambro.
ſic deſcribit . pœnitentia eſt peccata præ
terita deplangere , & iterum plangenda
non committere. Augu. ſic Pœnitentia
eſt quædam dolentis uindicta in ſe pu-
niens quod commiſiſſe dolet.ut de pœ.di.
3.c.1.& 4.Eſt autem pœnitentia ſecunda
poſt naufragium tabula ut de pœ.di.1. itẽ
ſecunda

ſecunda. Nam baptiſmus eſt prima tabula in qua uetus homo exuitur & induitur nouus homo. Secunda eſt pœnitẽtia qua reſurgimus. poſt peccatum. per has tabulas naufragij periculum euitamus & ad
2 portum ducimur ſalutare. ¶ †Dicitur autem pœnitentia a penitendo. ut da pœn.
3 di. 3. deriſor. ¶ †Tres autem ſunt pœnitentiæ actiones ſicut dicit Auguſt. Vna eſt quæ nouum hominem percutit donec per baptiſma omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum. omnis enim qui iã uoluntatis ſuæ arbiter conſtituitur cum accedit ad ſacramenta fidei niſi eum pœniteat ueteris uitæ nouam inchoare uitã non poteſt. Ab hac pœnitentia cum baptizantur ſoli paruuli ſunt immunes. Nondum enim uti poſſunt proprio arbitrio Altera actio pœnitẽtiæ eſt quæ poſt baptiſmum agenda eſt de uenialibus peccatis quæ humanæ fragilitati quamuis parua tamen crebra ſurrepunt. quæ ſi collecta contra nos fuerint ita nos grauabunt & opprimẽt ſicut unum grande peccatum. Quid enim intereſt quantum ad naufragium utrum uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur an paulatim aqua ſubrepens in ſentinam per negligentiam culpam derelicta atque contempta compleat nauem ſubmergat propter hoc ieiunia eleemoſyne & orationes inuigilent in quibus tamen dicimus. dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos te. Manifeſtamus nos habere quod nobis dimittatur atque in his uerbis humiliantes animas noſtras quotidianam quodammodo pœnitentiam agere non ceſſamus. Tertia actio pœnitentiæ eſt quæ pro illis peccatis ſubeũda eſt quæ liber decalogus continet. & de quibus apoſtulus ait. ſi nos enim iudicaremus. nõ utique à domino iudicaremur ut probantur hæc de pœ. di. 1.
4 tres ſunt actiones. ¶ †Itẽ tres ſunt ſpecies pœnitentiæ ſolennis. publica. & priuata. Solẽnis pœnitẽtia eſt illa de qua agitur. l. di. in capitæ. hæc autem ſolẽnis imponitur ab epiſcopo tantũ uel ipſius mandato & imponẽda eſt de crimine publico & uulgariſſimo quod totam commouet urbem. ut. 26. q. 6. c. ul. Hæc pœnitentia non eſt reiterabilis. quia ſacramentalis. ut. l. d. ſt. confirmandum &. c alienum. Et no. ſupra de hac materia de ſacra. non iteran. § horum. Hæc pœnitentia non debet imponi clerico niſi depoſito & qui eã egerit promoueri nõ debet ut in prælleg. iuribus. nec matrimoniũ cõtrahere. nec militiam aſſumere. ut. 33. q. 2. §. de pœnitentibus. & c. antiqui. &. c. de his. & intra e. ti. c. 2. Sed de hac materia no. plenius ſupra de eo qui du. in ma. quã pol. per adul. §. ſunt & alia crimina. Alia uero iteratur quotiens opus fuerit ut de pœ. di. 3. c. reperiuntur ſepties. &. c. ad hæc inſtant. Item poſt talẽ pœnitentiã non poteſt quis clericus fieri neque miles. ut. 33. q. 2. admonere. nec laicalem habitum deferre. l. diſt. c. ul. tamen ſecundum regulam eccleſiaſticam uiuere debet ut de pœ. di. 5. cõtrariũ. & c. fallas. & eſt cõueniẽdus ſub iudice eccleſiaſtico.
5 11. q. 1. aliud. de pœ. di. 1. aliud. ¶ †Publica pœnitẽtia eſt cũ alicui imponitur peregrinatio cum baculo cubitali uel cũ aliquo genere ueſtis religioſæ ut de pœ di. 6. ſacerdos. Item cum quis propter delictum inuitus intruditur in monaſterium. ut. l. di. ſi ille. Qui ultro qui utiq;. qui nil aliud dicẽdus eſt niſi pęnitens propter ſimilitudinẽ in uigilijs & in ieiunijs, ne ſit contrarium quod legitur 2. q. 1. in primis. ubi epiſcopi in monaſteriũ intruſi ad agendã pœnitentiam poſt ſex menſes ſuo ordini reſtituuntur uel ubi agitur de temporaliter intruſis. Nos autem egimus de intruſis perpetuo & eadem ſimilitudine dicitur quis agere publicam pœnitentiam in propria domo. ut 32. quæſtio. 2. admonere. Dicitur aut publica uel quia publico crimine imponitur & hanc imponere poteſt ſimplex ſacerdos. non enim inuenio prohibitum. & hæc imponi non debet niſi depoſito & pro crimine publico & enormi. ut de pe. di. 6. ſacerdos infra e. quæſitum.
6 ¶ †Priuata pœnitentia eſt quæ cotidie imponitur his qui ſecreta peccata confitentur. ¶ An autem peccata in pænitentia dimiſſa redeant per peccatorum recidiuam, uariæ ſunt opiniones doc

iuris . Quidam enim ſimpliciter dicũt ꝙ
redeant non ſolum quo ad reatum ſed
etiam quo ad eſſentiã & pęnam,& in hoc
declinare uidetur Gra. de pæ.di.4.c.ult.
ubi dicit ſicut ergo bona quę peccato mo
riuntur per pænitentiam reuiuiſcunt ad
præmium, ſic & mala quæ per pæniten-
tiam delentur reuiuiſcunt ad ſupplicium.
unde propheta ex perſona pænitentis de
plorat dicens,putruerunt & corruptæ ſũt
cicatrices meæ id eſt, plagæ meæ ſanatæ
ſunt per baptiſmum. Hinc etiam idẽ pro-
pheta. Quamuis in fide & ſacramẽto cir-
cunciſionis ab originali peccato ſe mun-
datum cognoſceret tamen adulterium &
homicidium quod commiſerat illud reui
uiſce intelligens non ſine cauſa inter cæ-
tera confitetur. Et dicit.Ecce enim in ini
quitatibus conceptus ſum & in pec.&c.ut
de pæ.di.3.c.ultimo. & penul.& actio ſe-
mel perempta reſtituitur. ff. ſi ex noxia.
cauſa agitur l. ſed alio iure, in fi. Alij di-
cunt quod non redeũt illa ſed alia eiuſdẽ
generis.cum enim ſimilia forte prioribus
committamus redeunt peccata non eadẽ
ſed alia eiuſdem generis quadam ſimili-
tudine, ſicut & flores dicũtur redire in ue
re. Tertij dicunt quòd peccata tantum re
deũt propter aliquod ex his quattuor pec
catis ſcilicet odium fraternum ut in euã-
gelio Serue nequam &c. propter crimen
apoſtaſiæ quecunque enim poſt baptiſma
ſiue priuatas hæretica ſiue mundana cupi
ditas arripiunt mox omnium proſternet
in ima ultiorum. ut de pæ.diſt.3.quecun-
que. propter pænitentiam penitentiæ ar.
18.q 4. ſunt qui opes. Item propter con-
temptum pænitendi ut de pæ.diſ. 3. apo-
ſtolus. Quarti dicunt ſemel dimiſſa non
redeunt ſemel enim in abolitionem miſ-
ſa punitio recidiuo dolore iterari non de
bet ſecundum imitationem diuinæ clemẽ
tiæ quæ dimiſſa peccata in ultionem ueni
7 re non patitur ut 23.q.4. ſi illic † & alibi
dicitur eleemoſina a morte liberat non
utiq; a morte illa quã ſemel ſanguis Chri
ſti extinxit & aqua nos ſalutaris baptiſ-
mi. & redemptoris gratia liberauit ſed ab
ea quæ per delicta poſtmodũ ſerpit ut de
pæ. diſt.1.c.miror.Idem dicũt quòd nõ
eſt idem in bonis & in malis ut ſic mala
redeant ſicut & bona reuiuiſcunt. ſicut &
alibi in conſimili dicit Auguſtinus. non
enim ſic culpa communicatur per alte-
rius uoluntatem quemadmodum gratia
per ſpirituſſancti unitatem ut de conſe.di.
4. quæris, circa prin. In hac autem uerita
te ſequor doctores meos dicentes non re
dire peccata. dicuntur autem redire quia
remiſſionis beneficium ſequenti culpa a-
mittitur ob ingratitudinem, nam is qui
poſt pænitentiam deliquit. ita priuabitur
gratia ſpirituſſancti propter ſequens de-
lictum ac ſi nulla peccata dimiſſa fuiſſent
ut de pæ.di.5. fratres,& omnes auctorita
tes quæ innuũt peccata redire hoc perſo-
nare uidentur ſcilicet quòd ita quis puniẽ
8 dus eſt pro peccatis ſequẽtibus ac ſi ei nõ
fuiſſent dimiſſa priora. ¶† Tria ſunt ne-
ceſſaria in uera pænitentia cordis contri-
tio. oris confeſſio & operis ſatisfactio. ut
de pæ.di.1.perfecta pænitẽtia. quia enim
tribus modis deum offendimus delecta-
tione cogitationis. imprudentia locutio-
nis. & in ſuperbia operis. ut contraria cõ
trarijs curentur. Et quia ſecundum regu-
lam iuris omnis res per quaſcunq; cauſas
naſcitur per eaſdem diſſoluitur infra de
reg. iuris omnis. tribus modis oppoſitis
ſatisfaciamus. Cordis contritio eſt oppo
ſita cogitationi malæ.oris confeſſio ĩpru-
denti locutioni. & ſatisfactio ſuperbiæ
operi. De his tribus gradibus per quos
deuenitur ad conſumationem peccati di-
cit Hiere. Primum peccatum eſt cogi-
taſſe quæ mala ſunt. Secundum aquie-
uiſſe cogitationibus peruerſis. Tertium
quod menti decreueris opere compleuiſ-
ſe. Aijcitur & quartum ſcilicet poſt pec-
catum non agere pænitentiam & ſuo ſibi
complatere delicto. Et ſic exponit Hie-
ro.uerba. Amos prophetæ comminantis
Ezechieli regi Damaſci & dicentis ſupra
tribus ſceleribus Damaſci & ſuper quar-
tum non conuertam eum ut de pæ. di.
1. ſuper tribus. Hij ſunt tres mortui quos
dominus legitur ſuſcitaſſe. Filia archiſy-
nagogi.ut de pæ.di.1.§.nõ ſunt hæc.&c.
quem

quem pœnitet in fi. Filius uiduæ ut de pœ.diſtin.1.fleat.& de pœ.diſt.1.quantũ libet. Puellam ſuſcitauit in domo & ſic intus ſuſcitauit quam inuenit. ecce peccatum cogitationis. puerum ſuſcitauit in porta ciuitatis. ecce peccatum locutionis Lazarum in ſepulchro quatriduanum & iam fetentem. ecce peccatum operationis. quos. enim extra inuenit extra ſuſcitauit. hus duos ſuſcitauit lachrimis flentium. flebat, enim turba poſt filium uiduæ Flebat Martha & Maria ſupplicantes pro fratre. Flebat & turba quæ Mariã fuerat ſecuta lachrymis Mariæ admonica in quo docemur publice peccantibus non proprium. ſed eccleſiæ ſufficere meritum hæc probantur de pœ.diſt.1.quem pœnitet circa fi. Et ideo dicit Ambro. flebat pro te mater. eccleſia & culpam tuam la-
9 chrymis lauet ut de pe.di.1.fleat.¶ † Cordis contritio eſt dolor de pecato cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. & non ſit ſatis quod doleat.ſed ex fide doleat & non ſemper doluiſſe, doleat. ut de pœ. di. 3.ſi apoſtolus in fi.hæc contritio præcipitur per prophetam dicentem.ſcindite corda ueſtra ut de pœ.di.1.ſcindite. Vel cordis contritio eſt conuerſio cordis à malo ad bonum.a dyabolo ad Deum. iuxta illud. conuertimini ad me & ego conuertar ad uos. conuerſio cordis eſt undi uer-
10 ſio ut de pœ.diſt.1.conuertimini.¶ † An autem ad delendum pecatum contritio cordis ſufficiat quæſtio eſt & in hac doctores diſſentiũt. Nam quidam dicunt quod ſola contritio cordis non deleat ubi ſacerdotis copia habetur. ut de pœ.di.1.c. ulti. Gra. dixit hoc arbitrio leccoris reliquendum.ut de pœ.di.1.§.quibus auctoritatibus. Alij dicunt ſufficere cordis contritionem ſi facultas non ſuppetat pœnitendi argu.65.di. due. Alij autem hoc negana & dicunt quod ſicut tribus modis Deum offendimus. corde ore. & opere. ſic & tribus modis ſatisfaciendum eſt. ut de pœ. diſt.3. perfecta. unde dicunt tria eſſe neceſſaria. cordis contritionem. oris confeſſionem & operis ſatisfationẽ. ut de pœ.di.3.perfecta. Auctoritates autẽ illas quæ dicunt peccata dimitti ſola contritione aſſerunt intelligendas eſſe cum oris confeſſionem articulus neceſſitatis excludit. ſcilicet cum quis uere conteritur. ſed morte præuenitur. uel aliquo iuſto impedimento confiteri uel ſatisfacere præpeditur. Quarti dicunt conditionalem fieri remiſſionem per cordis contritionem.ſ.ſi ſequatur oris confeſſio & operis ſatisfactio.ut de pœ.diſtin.3. ſane.Sed Hug.dixit ſola cordis contritione deleri peccatum in adulto.ut de pœ.di.1.magna Si uere conteritur & proponit non pecare.& de commiſſus confiteri & ſatisfacere.ſed ſi poſtea oris confeſſio & operis ſatisfactio non ſequatur peccatũ iam dimiſſum non in contritione redit. ſed peccat mortaliter is qui poteſt confiteri & ſatisfacere & omitti.Et auctoritates quæ dicunt peccata non dimitti ſine oris confeſſione & operis ſatisfactione intelligit ipſe de interiori confeſſione quæ eſt recognitio pecati uel propoſitum confitẽdi uel gratia qua ſic homo diſponitur ut doleat de pecato & uelit confiteri ſi locus & tempus affuerit. & eodem modo intelligit de interiori ſatisfactione quæ eſt dolor interior & amaritudo animæ ut de pœ.di.3.ſatisfactio.&.c.ſi apoſtolus,& de pœ.di.1.§.his uerbis. Sed ſi ei opponeretur ſic cum ſola contrictione delentur peccata ad quid opus eſt oris confeſſio & operis ſatisfactio quare dicitur peccari mortaliter ſi hæc non interueniant cum oportunitas detur. reſpondebat ipſe & dicit neceſſaria ſunt ad humilitatem & iuſticiam exercendam.ut de pœ. di.3. proditor & ut ſatisfaciat eccleſiæ quæ læſa eſt ex peccato. Verius tamẽ credo quod nec cordis cõtritio nec oris cõfeſſio nec ſatiſfactio peccata dimittit ſed ſola gratia Dei. Vnde Ambro.uerbũ Dei tollit peccata mũdi ut de pœ.di.1.uerbũ. Augu.nemo tollit peccata mundi Chriſtus ſolus qui eſt agnus tollens peccata mundi, de con.di.4. nemo. ſed cordis contritionem interior contritio gratia tamen in omnibus præueniẽte. Nam quicquid habes meriti præuentrix gratia donat. Nã Deus in

præter

præter ſua dona coronat ut de con.diſt.3. gratia . unde peccati remiſſio attribuenda eſt gratie Dei quæ eſt cauſa cauſæ naturaliter gratia præcedit contritionem & ſequitur dilecto. quoniam qui gratiā habet diligit & dilectionem ſequitur contritio qui enim diligit conteritur contritionem ſequitur peccatorū remiſſio proceſſus iuſte colligitur de pæ. diſt.1.omnis qui non diligit. charitas autem eſt uia ad contritionem peccatorū remiſſionem ſicut enim ſine uia nullus peruenit quo tendit, ita ſine charitate quæ dicta eſt uia nō ambulare poſſunt homines ſed errare ut de pæ.diſt.2. charitas quòd autem proximè ſupra dixi. quòd ſolus Chriſtus tollit peccata mūdi nō excludit pater filius nec ſpiritusſanctus quia inſeparabilia ſunt opera dignitatis trinitatis . ut de con. di.3. omnes, in fi.& di.4.quomodo circa me.& quod hæc opinio ſit uera patet per exemplum Lazari quem Dominus prius ſuſcitauit & uiuificauit dicens Lazare ueni foras & poſtmodum is qui uiuus fuerat egreſſus eſt a diſcipulis ſolutus . ut 11.q. 3. tunc uera eſt abſolutio præſidentis. patet hoc per decem leproſos qui in uia mundati ſunt antequā ad ſacerdotes uenirēt. Itē exemplo leproſi quem dominus mundauit & poſtea ut ſacerdoti ſacrificiū offerret ex lege præcepti. ut de pæ.di.1.§. ſi autem cor noſtrum.ſacerdos igitur ei cui dominus iam propter contritionem peccatum indulſit imponit ſatisfactionem & pœnam temporalem remittit & ſic intelligo de pœ.di.1. multiplex. & c. quē pænitet in fi.& de pæ. di. 5. conſideret in fi.
11 Qualiter autem ſatisfieri pro peccato debeat relinquitur arbitrio ſacerdotis qui iudex eſt animarum conſtitutus ut de pæ. di.1.uerbum.Igitur dominus remittit pœnam æternam,ſacerdos autem temporalem , quia pro peccato duplex pæna debetur æterna & temporalis ut de pæn. diſ.1.
12 ſi peccatum &.ca. ſicut primi. † Sciendū eſt autem quod & ſi pænitentia illorum qui de peccatis quibuſdam confitētur de quibuſdam non & ſi confiteantur de omnibus dicunt tamen de quibuſdam ſe abſtinere non poſſe nam non ſic eſt eorum cōfeſſio admittēda & crebris ac ſalubribus monitis eſt pænitentia inducenda ut infra e.quod quidam. & hoc ideo eſt quia ſentiet fructus huiuſmodi pænitentiæ cū de alijs pænitentiam egerint ut de pæ. di.
13 3.in fi. ¶ † Sed quid ſi non pæniteāt de alij nunquid ualebit eius pænitentia alijs. Reſpōdeo ſic nam omnia bona quæ quis in hac uita facit proderūt ei ad uitā eternam promerendam aut ad minus ſupplicium ſubeundum . ut de pæ. di. 3. ſi quis autem. Aut ad bona temporalia aſſequenda. ut 22. q. 2. ſi quilibet . aut ad hoc ut deus citius illuſtret cor ipſius ad uerā pænitentiam ut de pæ. diſt.5. falſas. & di.3. §.ul. in fi.talis aūt pænitentia particularis de qua ſuperius dixi ſi de alijs pænitentia non accedat nou prodeſt ad uitā æternā ut de pæ. di.4.pænitentes.&.c.irriſor 24.
14 q.2.legatur. ¶ † Sed nūquid compellēdus eſt quis ad pænitentiam . Reſpondeo ſic ut ſupra deſpon. ad audientiam. 23. q.3. itaque.6.q.1.illi qui.22.q.1.prædicandū.
15 ¶ † Sed nunquid ueniali cōfiteri tenetur. Videtur quòd non.nam illa delentur per orationē dominicam ut de pæ. diſt.1.tres aūt ſunt actiones & de pæ. di.3. de quotidianis. quod uerum intelligo niſi ueniale aliquod foret in conſuetudinem deductum. quia nullum eſt adeo ueniale quod non fiat mortale dum placet ut 25. di. §. criminis.unde ebrietas ſi aſſueta ſit in numero mortalium computatur ut 25. diſ.§. alias eadem. cum alias ſit ueniale peccatū ut 15. q.1. ſane in fi.niſi data ad hoc opera fiat ut 35.di. ante omnia.Sed & ſermo quotidie ocioſus ut dicunt quidam mortale inducit peccatum.licet alias uenialiter peccet qui plus loquitur quā oportet. 25. di. §. qui autem ſunt minuta puto tamen melius & perfectius eſſe ſi tam de uenialibus quā de mortalibus quis confiteatur de mortalibus & uenialibus habes quidā
16 exempl 25.di.§.criminis. ¶ † Facienda eſt peccatorū confeſſio ſacerdoti cui data eſt hæc poteſtas mediator enim dei & hominū homo dn̄s noſter Ieſus Chriſtus hanc poteſtatē præpoſitis eccleſiæ dedit cōfitentibus

fitentibus

fitentibus peccata pœnitenti ſatisfactio-
nem darent ut de pœ.di.1. multiplex un-
de ſacerdos eſt iudex ut ea.di.uerbum.hoc
tamē fallit in ſacerdotibus religioſis quia
illi nec pœnitentias dare nec baptizare
nec prædicare poſſunt nec alia quæ ad cu-
ram animarum pertinent exercere niſi
fuerint à papa uel epiſcopo cum conſenſu
abbatis ſui uel ſuperioris conſtitui. ut.16.
queſt.1.peruenit.&.§.ecce. &.§. idem.
17 ¶ †Debeat autem confiteri quis proprio
ſacerdoti.ut infra eo.c.omnis & de pœ.di.
6.placuit. Hoc tamen fallit in.5. caſibus.
Primus eſt cum quis habet indiſcretū con
feſſorem, ut de pœn.di.6. placuit. qui. e-
nim confiteri uult quærat ſacerdotem ſciē
tem ligare & ſoluere ut de pœ. diſt.6. qui
uult.infra eo.c.omnis.§. ſacerdos.Secun-
dus cum alienus parochianus transfert
domicilium in parochiam meam, ſicut di
cimus in foro conuentionali. ut.ff. de iu.
hæres ſupra de fo.compe. ca.ulti. Tertius
cum uagabundus exiſtit. Quartus cum
quis derelicto domicilio nauigat uel inter
facit quirēs quo ſe transferat & ubi ſe con
ſtituat qui ſine domicilio & ſine paro-
chia eſt. ut.ff. ad municipa.l. Labeo in
princ.&.l.eius.§.celſus. Quintus cum a-
lienus parochianus peccat in parrochia
mea quantum ad peccatum illud contra-
hit forum animæ in parrochia in qua
delinquit. ut.6.quæſtio.3. placuit. Vnum
tamen non omitto quod magiſter Ray.
no. in ſumma ſua. eodem titul.quod preſ-
byter parrochialis non poteſt audire
confeſſiones niſi ei ab epiſcopo fuerit da
ta poteſtas. quod mihi non placet. nam
parrochiæ ſunt diſtinctæ ſicut & diœce-
ſes. ut.13.quæſtio.1.ca.1. Item unuſquiſ-
que præsbyter parochialis ſuis terminis
ſit contentus. & taliter ſibi plebem com-
miſſam cuſtodiat ut ante tribunal æterni
iudicis ex omnibus ſibi commiſſis ra-
tionem reddat ut ibi dicitur. A iure igi-
tur data eſt hæc poteſtas ſacerdotibus
de pœ. diſtin. 1.multiplex.c. uerbum. Et
ideo canones pœnitentiales ſcire debent.
ut.38.diſtin. nulli. &.c. quæ ſunt. & ideo
cum à iure habent licentiam audiendi cō
feſſiones non egerent licentia epiſcopo-
rum uel papæ ſicut frater Ray. dicit niſi
uelit illud quod dicit intelligere de licen-
tia generali quam ſacerdotes & maximè
parochiales in ſua ordinatione uel inſti-
tutione ſortiuntur. & eſt ſimile quod di-
citur alias ordinationes epiſcoporum au-
ctoritate apoſtolica ſunt celebrandæ. ut
64.diſtin.ordinationes. Itē notabis quod
epiſcopi nec non minores prælati exem-
pti præter ſui ſuperioris licentiam proui-
dunt & diſcretum poſſunt ſibi eligere cō
feſſorem infra eodem titu.c. ulti. Item &
aliud notabis quod ſi deſit copia ſacerdo
tum poteſt quis clerico uel etiam laico cō
fiteri ut de pe.diſt.1.quem pœnitet de cō.
18 diſt.4.ſanctū eſt.¶†Sed quid ſi quis a ſuo
ſacerdote licentiam petat ut ſibi liceat al
teri confiteri nec cauſam aſſignet. Sacer-
dos ſi ſe reputet ſufficientem licentiam
dare non debet. præſumere. enim debet
quod ideo hoc faciat ut confeſſionem eui
tet, erubeſcit enim homo eadem dicere
de quibus confeſſus fuerat. & ideo expe-
dit ut licentia denegetur. nam erubeſcen
tia partem remiſſionis habet. multum.n.
ſatisfactionis obtulit qui erubeſcentiæ do
minans nihil horum quæ commiſit dei
nuncio denegauit & in hoc quod quis per
ſeipſum dicit ſacerdoti & erubeſcentiam
uincit timore offenſi ſit uenia criminis
ut de pen. diſtinct. 1. quem pœnitet.
19 ¶† Confiteatur quis ſacerdoti per ſemet-
ipſum non per nuncium uel per ſcriptum
ut in prædicto canone quā pertinet. Nec
obſtat alius canon qui dicit pœnitentiam
per ſcripturam recipiendam ut 30. quæſt.
5.qualis in fin.Illud enim intelligitur nō
de pœnitentijs in confeſſione ſed de ſacer
dotis iniunctione quæ in ſcriptis redigi-
tur ne obliuioni detur, unde propheta
non dicit ſcribe ſed dictu iniquitates tuas
ut iuſtificeris ut de pœn.diſt.1.§.alij ē cō
20 tra. † Debent autem non ſolum peccata
in confeſſione exprimi ſed & circunſtan-
tiæ peccatorum,ut de pœn.diſtinct.5. con
ſideret. Dixerunt tamen quidam quod
circunſtantiæ aggrauant peccatum, ita ut
in eodem genere delicti plus intelliga-

tur

tur peccare clericus quam laicus. ſapiens quam ideota, prælatus quam priuatus. Item magis peccatur in loco ſacro quam profano, in die feſto quam pro feſto. ut 25.q.1.nulli fas 1.quæſtio. 3. ſaluator 11. q.3.præcipuè 32.q 5.quæ uiderit. 19. diſt. c.nulli 15.diſtinct.ſi papa homo chriſtianus.ff.de re nulli. omne delictum.§. augetur. ſupra de hæreticis excommunicamus.§. præterea. uerius tamen puto ut pecca cum iudicetur leuius & grauius ſecundum qualitatem contemptus.ut 7.q.1. §.cum uero, uoluntas enim & propoſitũ diſtingunt maleficia.ff.ad.l. Cor. de ſic.l. diuus infra titu.proxi.de uoluntate. Non enim quod tantum ſint ſed quo animo fiat attendendum. ut 15.q.6.c.1..in.fi.ſed quia eccleſia militans ignorat quantitaté contemptus conſiderat exteriora.ſ.circũſtantias. Deus autem conſiderat qualitaté & quantitatem contemptus. ut 34.qu.4. Deus & propterea eccleſia militans iudicat peccatum grauius ſecundum circunſtantias & pœnam duriorem imponit. ut 23.q.4.non affectamus. ubi autem æquales ſunt perſonæ delinquentes & æquale delictum æqualis imponitur pœna. ut in
21 auten ut fratrum fi.§.ult.coll.9.¶ † Effectus pœnitentiæ eſt ut per ipſius medicinam ſpes uitè reparetur æternæ. ut qui regenerationis dona uiolaſſent proprio ſe iudicio condemnantes ad remiſſionem peccatorum perueniant.ut de pœn. diſtin.
22 1.multiplex.¶ † In ſumma notandum eſt quòd talis eſt erga homines Dei pietas ut nunquam ſpernat pœnitentiam ſi ei ſincere & ſimpliciter offeratur etiam ſi ad ſummum perueniat quis malorum. ut de pœnit.diſt.3. talis.unde Ambro. quantum libet mortui fetor ſit aboletur omnis niſi ſacrum redoleuerit unguentum ſurgit Lazarus & ſolui iubentur eius uinculam & tollitur uelamen de facie eius qui ueritatem gratiæ quam accepit obumbrabat reſuſcitatum iudæi uolebant occidere. Ieſus non reuocat beneficia ſed cumulo libertatis amplificat. reuiuiſcit ſolitæ ſuſcitatus & celebrata reſurrectionis gratia letus ad cęnam uenit. ut de pæ.diſtinc.1. quantumlibet.¶ Reſtat uidere de ſecunda
23 parte rubricæ.ſ.de remiſſionibus†. Et eſt ſciendum quod remiſſiones priuatas iudicijs animarum ſacerdotes facere poſſunt. ut ſuperius dictum eſt. ſed generales puta in ædificijs pontium & in dedicationibus eccleſiarum & in pijs locis epiſcopi & archiepiſcopi facere poſſunt quæ ſolis ſubiectis facientium proſunt. ut infra e.t.quod auté.ſed metropolitanus poteſt per totam prouinciam ſuam concedere literas indulgentiæ ſeu remiſſionis.ut infra eo.t.nemo quod eſt ſpeciale cum alias ſubiectos ſuffraganeorum ſuorum iuriſditionem ſuam generaliter exercere non poſſit præterquam in 8.caſibus quos not. ſupra de offi. ord.§.ordinariam.In his indulgentijs annum in principio & 40.dies in anniuerſario ſiue ab uno epiſcopo ſiue à pluribus fiant ſiue in dedicationibus eccleſiarum ſiue in alijs de iniunctis pœnitentijs remiſſio non excedat.ut infra eo. ti. cum ex eo.
24 in fin.† Sed de huiuſmodi indulgentiis dubitatur an indulgeant quod promittunt. nam quibuſdam uidetur abſurdum. ut ſi tibi impoſita fuerit pœnitentia. 7. anno, quod datis.7. denarijs in 7. pontibus uel dedicationibus eccleſiarum uel in alijs in quibus remiſsio eſt indulta totius pœnitentiæ liberatio fiat. Et licet quidam ex hoc diuerſimode ſentiant & interpretentur indulgentias iſtas ego tamen ſimplicites intelligo ſicut ſonat ut ſecundum quod promittunt indulgeant & remittatur.nam qualitercunq; ſatiſfiet eccleſiæ nõ refert. & abſolutus eſt quem eccleſia abſoluit & ligatus quem ligat. ut 24.q.2.quandocunque.Certum enim eſt quod eccleſiæ licet utrunq; ut de pœn.diſt.1.uerbum.qualitates autem & tempora pœnitentiarum cõmittuntur arbitrio ſacerdotum. ut de pœniten.diſtinct.prima.§.non ſunt hæc.

## *Summarium*

1 *Excommunicatio quid ſit.*
2 *Excommunicationis quot ſpecies ſint.*
3 *Excommunicatio maior, à iure contrahitur in 18.caſibus:*
4 *Manus uiolentas iniyciens in clericum, an ſemper*

per incidat in excommunicationem. & nume. 5. 6.
5 Excommunicatus propter iniectionem manuũ uiolentarum in clericũ, an & quando ſit ad curiam.
Romanam mittendus, & nu. 6. & 7.
8 Excommunicare qui poſsint. & traduntur duæ regulæ in excommunicando, & tertia in abſoluendo. nu. 9.
10 Papa ſi mandet alicui ut excommunicet, an & abſoluere poſsit.
11 Prælatus an & quando excommunicare poſsit ſubditos ſuos.
12 Excõmunicatio fieri debet duabus de cauſis.
13 Contumacia multiplex eſt.
14 Abſolutio excommunicatorum in quibus caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruetur.
15 Epiſcopus an poſsit relaxare ſententiam excommunicationis latam à ſuo archidiacono, decano ſeu plebano, uel alio iuriſdictione habente.
16 Cauſa excommunicationis cum ad metropolitanum transfertur, an debeat remitti excommunicatus abſoluendus ad epiſcopum qui excommunicauit.
17 Sententia excommunicationis quando liget.
18 Eccleſia Romana non habet maculã uel rugã.
19 Excommunicatio tollitur per abſolutionem.
20 Doctrina quæ ſeruanda ſit in abſolutione ab excommunicatione.
21 Pecuniaria ſatisfactio pro iniuria illata clerico, cui applicetur.
22 Ligatus pro pluribus exceſsibus una ſententia ſi in abſolutione omnes exceſſus non exprimit, nunquid ſit abſolutus.
23 Abſolutiones plures quando ſunt neceſſariæ.
24 Excommunicationis duplex effectus.
25 Pœna non ſeruantis excommunicationem.
26 Excommunicatus in una eccleſia in omnibus eſt uitandus.
27 Suſpenſo an prouentus eccleſiaſtici ſubtrahantur.
28 Pœna participantium excommunicatis.
29 Vtilitatis communicantis cũ excommunicato.
30 Vir communicans cum uxore excommunicata, an & ipſe excommunicetur.
31 Parentes an poſsint licet participare filijs excommunicatis, & domini familiaribus ſuis.
32 Communicans in caſu non conceſſo cum excommunicato an peccet.
33 Epiſcopus communicans cum excommunicato ab ipſo, an uenerẽ incurrat. & nu. 34.
34 Epiſcopus ſi aliquem excommunicauit cum fautoribus & communicatoribus ſuis, & illi poſtea ille communicat, an ligetur.
35 Epiſcopus ſi excommunicat ſubditum ſuum ratione criminis an ſubditus communicans ei in crimine ligetur & ſententia.
36 Excommunicatus an poſsit intrare eccleſiam. & nu. 38. & 39.
37 Clericus minori excommunicatione ligatur an poſsit in choro cum alijs officium ſuum proſequi.
40 Clericus excommunicatus an teneatur dicere horas.
41 Clerici ſuſpenſi an horas dicere teneantur.
42 Clerici participantes excommunicatis, an eadem excommunicationis ſententia inuoluantur.
43 Verba ſufficientia ad excommunicandum.
44 Excommunicatio cum ſit odioſa, reſtringi & non ampliari debet.
45 Vibrans baculum ſuper caput clerici uolens illum percutere & non percutiens. an incurrat pœnam canonis ſi quis ſuadente 17. q. 4.
46 Mandans manus uiolentas inijci in clericum, ſi pœnitet ante manus iniectionem, an ſecuta manus iniectione, incidat mandator in Canonem.
47 Quid ſi mandator moriatur ante manus iniectionem.
48 Ratam habens manum iniectionem in clericum, an incidat in canonem.
49 Manus uiolentas inijciens in clericum quos offendat, & quõ læſio ſatisfieri debeat.
50 Requiſita ad hoc ut quis incurrat canonem ſi quis ſuadenti.
51 Error intolerabilis quis dicatur.
52 Sententia excommunicationis quibus caſibus non teneat ipſo iure.

## ¶DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS. Rubr.

DIctum eſt ſuperius de pœnis. ſed quia excommunicatio eſt pœna

 contu-

contumacis. ut 12. quæſtio. 3. nullus & c.
certum eſt & ſic eſt æterne mortis dam-
natio ut 11. q. 3. nemo epiſcoporum. quã-
uis nondum mortalis ſed medicinalis eſ-
ſe dicatur. ut 2. q. 1. multi. Ideo poſt tracta
tum de pœnis & pœnitentijs ſubijcitur
iſte tractatus de ſent. excommu. ¶ Videa-
mus igitur quid ſit excõmunicatio, quæ
eius ſpecies à quo, & cui pro quibus cau-
ſis ſit infligenda, a quo & qualiter tolla-
tur. & qua pœna feriatur participãtes ex-
1 communicatis. ¶ † Excommunicatio eſt
aliquando à ſacramentis excluſio. Ali-
quando à communione fidelium ſepara-
tio. ut 11. q. 3. §. euidenter. & 3. q. 4. En-
geltrudam ſupra de exceptio. a nobis in-
fra eodem. c. penult. Vel generaliter di-
ci poteſt quod excõmunicatio eſt à qua-
libet licita communione uel legittimo
actu ſeparatio. unde Adam fuit excom-
municatus ab eſu ligni uitæ dicente do-
mino uidete ne forte ſummatis de ligno
2 uitæ. ut in prædicto. §. euidenter. ¶ † Spe-
cies autem excommunicationum infini-
tæ eſſe poſſunt. quia quot ſunt ſpecies cõ
munionis tot ſunt uel eſſe poſſunt ſpecies
excommunicationis, ſed de duabus fre-
quentius ait eccleſia & nos in iure tracta
mus. ¶ Vna eſt quæ dicitur anathema
quæ excludit ab ingreſſu eccleſiæ. à com
munione fidelium, & ſacramentis. hæc
dicitur maior excõmunicatio. alia quæ
ſeparat a ſacramentis. & hæc dicitur mi-
nor excommunicatio ut ſuperius dictum
eſt. ¶ Et eſt ſciendum quòd quandoque
excommunicatio minor infligitur ab ho
mine. quandoque à iure ut de hoc ple-
nius nota ſupra de cler. excommu. mi. §.
item ſciendum. Quæ tamen a iure infligi
tur ut puta per participium excommuni-
cati eſt a ſacramentis excluſio. Cum ue-
ro ab homine infligitur, aliquando exclu
dit à ſacramentis. plerunque ſeparat à
communione fidelium, ut ibidem dixi.
Maior autem excommunicatio ſiue con
trahatur ab homine ſiue a iure ſeparat ab
utroque. Sed quod dixi quòd minor ex-
cõicatio cum a iure contrahitur per par-
ticipium excõicati excludit tantũ a ſacra
mentis. uerũ eſt niſi participãs participet
in crimine crimin oſo. quia tunc cõtrahit
eandẽ excõicationem qua ligatus eſt pri
mus. ut infra eo. c. nuper, & c. ſi cõcubinę.
An autẽ tunc contrahatur excõicatio ab
homine uel a iure, quidam dubitauerunt,
mihi aũt uidebatur quod ab homine con
trahatur. nam ſemper tale participium in
eum delinquitur qui primus excommu-
nicauit. & ideò ab eodẽ eſt abſoluendus.
3 ut dicit decre. nuper. ¶ † Contrahitur a iu
re excõicatio maior. in 18. caſib. Primus
eſt cum quis incidit in hæreſim iam dam
natam ut ſunt illæ. 24. q. 1. c. 2. & 3. & q.
3. quidam. uel nouam confingit & gene-
raliter quemcunque & quoſcunque roma
na eccleſia uel epiſcopi ſinguli per ſuas
diœceſes hæreticos iudicauerint. ut ſupra
de hære. ad abolendam. Secundus cum
quis receptat & defendit hæreticos ut ſu
pra de hære. ſicut ait. Tertius cùm quis
dixerit romanam eccleſiam non eſſe ca-
put, & ei tanquam capiti noluerit obedi-
re. ut. 19. diſtinct. nulli. Quartus cũ quis
in clericum, monachum uel monialem,
uel conuerſum, uel conuerſam, uel in ali-
quam religioſam perſonam manus inie-
cerit uiolentas. ut 17. quæſtio. 4. ſiquis
ſuadente. Quintus cum quis poteſt cleri-
cum defendere a uiolenta manuum inie-
ctione & non facit. ut infra eod. tit. quan
te præſumptionis. Quod quidam intelli-
gunt ſimpliciter ſicut litera ſonat dicen-
tes hoc in fauorem clericorum eſſe indu
ctum, quorum defenſio ſpectat ad ius pu
blicum ut 1. diſtinct. ius publicum. Alij
autem intelligunt de his qui poſſunt au-
ctoritate iuriſditionis & officij. ut 24. q. 3.
forte eſt. Sextus cum poteſtas, conſules,
& rectores ciuitatum & locorum anga-
rias & exactiones indebitas imponunt
clericis, iuriſditionem & auctoritatem
prælatorum ita euacuant, ut nihil poteſta
tis eis in ſubditis ſuis uidetur remanſiſ-
ſe, & commoniti deſiſtere noluerint, tam
ipſi fautores eorum excommunicationi
ſe nouerint ſubiacere. ut ſupra de immu.
ec. non eo minus. Septimus in incendia-
rijs & uiolatoribus eccleſiarũ. ut infra
eo. con-

eod.conqueſti ſunt 11.q.3. canonica 17.
quæſtio. 3.omnes ſupra de rap.in literis.
Alii autem qui aliter offendunt eccleſias
uel bona ipſarum diripiunt,& ſi ſacrilegi
ſunt,non tamen ſunt ipſo iure excommu
nicati. ut ſupra de fo.comp. conqueſtus.
Item alij incendiarij non ſunt excõicati
ipſo iure. ut 23.q.ul.peſſimam, ſed poſt-
quã ſunt per eccleſiæ ſententiã publicati
pro abſolutionis beneficio ſunt ad ſedem
Apoſtolicã mittẽdi.ut infra eo.tua. Octa
uus eſt cum quis à paucioribus quã a dua
bus partibus cardinaliũ in ſummũ ponti
ficẽ electus pro papa ſe geſſerit ſi humili
ter noluerit ſe abſtinere.ut ſupra de elec.
licet. Nonus eſt cum quis falſat literas
domini Papæ uel ſcienter utitur illis,etiã
ab alio falſificatis.ut ſupra de crimi.fal. ad
falſariorum.Decimus eſt cum quis defert
arma,ferrum,lignamina, galeas uel na-
ueas ſarracenis, uel regimen exercet in
eorum nauibus uel galeis. uel aliquod eis
ſubſidium impendit,in diſpendium terræ
ſanctæ uel chriſtianorum. ut ſupra de iu-
dæ.quorũdam.ſignificauit. quod olim ad
liberandum.Vndecimus cũ magiſter uel
ſcholaris Bonon. tractat cum aliquo Ci-
